DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

CORAM REVERENDISSIMO DOMINO

PAVLO DVRAN

EPISCOPO VRGELLENSI

Nouissimè ex Originalibus Authoris summo studio, ac diligentia depromptæ; adiectis Argumentis, Summariis, & Indice locupletissimo.

FERDINANDI SCIAMANNÆ I. V. D. INTERAMNATIS.





LVGDVNI,
Sumpt. Ioannis Caffin, & Francisci Plaignard.
M. DC. XXXVIII.
CVM SVPERIORVM PERMISSV.



DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Coram R. P. D.

PAVLO DVRAN

Foroliuien. Dotis.

Lunæ 9. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Dos data viro in pecunia, siue in fundo æstimato, debet in pecunia vxori restitui; sed in quibus casibus vxor cogi possit ad accipiendum in solutum bona stabilia, plenè discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor cogi non potest aliud pro alio accipere.*
2 *Hoc procedit etiam in creditore pecuniæ.*
3 *Valor auri extrinsecus attenditur de tempore solutionis.*
4 *Producens testamentum, videtur illud approbare.*
5 *Dos legata vxori statim debetur: si verò non sit legata, non debetur, nisi post annum luctus.*
6 *Dotis legatum factum à testatore, vt de bonis suis soluatur, operatur, vt restitutio dotis fiat de bonis ipsius testatoris, & non in pecunia: Contrarium n. seq.*
7 *Pecunia dicitur de bonis.*
8 *Dotis legatum vtilius est vxori, quàm actio de dote.*
9 *Legatum verti non debet contra voluntatem testatoris in damnum legatarij.*
10 *Dos data in pecunia, restitui debet in pecunia.*
11 *Dotalis fundus, si fuerit datus in solutum pro certo pretio ad computum dotis, idem fundus est restituendus. Contrarium, num. 12. vbi redditur ratio, & quando id maximè procedat, n. 13.*
14 *L. in rebus, C. de iur. dot. declaratur.*
15 *Dotalis res data, æstimata, transit in dominium mariti.*
16 *Inuentarium probat pecuniam non extare in hereditate, si in eo non reperiatur descripta.*
17 *Debitor soluere potest in stabilibus in defectum pecuniæ. Declara vt num. 20.*
18 *Auth. hoc nisi debitor, C. de solut. procedit etiam in debito ex causa dotis.*
19 *Amplia, etiamsi promissio facta fuisset, vt in pecunia numerata, & non aliter restitutio fieret.*
20 *Auth. hoc nisi debitor, vt habeat locum, quæ requirantur?*
21 *Hæres cum beneficio leg. & inuent. non tenetur de euictione pro bonis, quæ dat in solutum creditoribus hæreditariis.*
22 *Auth. hoc nisi debitor, non procedit, quando debitor promisit soluere in pecunia cum iuramento.*
23 *Iuramentum habet vim specialis renunciationis: & facit rem præcisè deberi.*
24 *Iuramentum defuncti, licèt non obliget hæredes quoad reatum periurij; obligatio tamen iuramenti transit ad eos.*
25 *Hæredes cum beneficio leg. & inuent. cogere possunt hæreditarios creditores, pecunia non suppetente, ad accipiendum in solutum hæreditaria bona, ac etiam nomina debitorum, n. 27. & 28. Declara vt n. 29. & num. 36.*
26 *Amplia, vt possint cogere etiam viduam, quæ dotem repetit.*
27 *Mulier non est priuilegiata in dote, quoad inuentarij beneficium.*
30 *Inuentarij beneficium præseruare debet hæredem ne sit in damno. Declara vt ibidem.*
31 *L. fin. §. & si præfatam, C. de iure deliber. explicatur.*

32. *Hæres cum beneficio leg. & inuentarij potest se eximere a vexationibus facti.*
33. *Hæreditas præsumitur opulenta, si non probatur contrarium.*
34. *Nec probatur inopulenta, si in ea non fuit reperta pecunia.*
35. *Executio mandati non probat rei ualorem.*
37. *Confessio hæredis, probat in eius præiudicium.*
38. *Hæredes cum beneficio leg. & inuentarij iuuari quomodo debeant, non reperto emptore bonorum hæreditariorum.*

DECISIO I.

CVM Magdalena Guerrina, vxor q. Octauiani Aconcij instaret contra hæredes d. sui viri pro restitutione dotis scutorum aureorum 1900. nec non scutorum trecentorum auri bonorum supradotalium: hæredes non controuertebant, dotis & supradotis prædictarum, veram numerationem præcessisse (de qua etiam visum fuit Dominis elatè constare in summario d. Magdalenæ, *n. 2. & 3.*) nec consequenter negabant, eos, soluto iam matrimonio ad restitutionem teneri; contendebant tamen, non esse per eos faciendam in pecuniâ, sed Magdalenam debere accipere in solutum tot bona hereditaria quot sufficerent ad æstimationem peritorum, legitimè faciendam.

Causâ igitur in Rotâ, me proponente, discussa: Domini resoluerunt, tam dotis, quam supradotis restitutionem fieri debere per hæredes in pecuniâ, cùm enim præcesserit promissio, seu constitutio dotis in aureis 1900. & subsequuta etiam promissio viri de restituendâ pecunia, vt constat d. summario, *n. 1. & 2.* & itidem suprados habita fuerit per virû in aureâ pecuniâ, negari non potest, quia mulier habeat intentionem fundatam
1 in communi regulâ, quòd creditor † non possit cogi aliud, pro alio accipere, *l. 2. § mutui datio, vbi gloss. &*
2 *D. D. ff. si cert. pet.* quæ † procedit etiam in creditore pecuniæ, *l. cum à quo, ff. de solut. Ruin. cons. 65. n. 10. lib. 2. Ceph. cons. 195. n. 2. lib. 2. Surd. decis. 30. n. 9.* & in his terminis Rot. *in causa. S. Seuerini dotis 17. Martij 1621. coram R. p. d. meo Vbaldo.*

Et cum dotis, & supradotis solutio fuerit facta in tot aureis, quorum valor extrinsecus sæpiùs iuxta temporis varietatem, mutari solet, non dubitarunt Domini quoad
3 dictum extrinsecum valorem esse attendendum † solutionis tempus, *cap. quãto; extra de iur. iur. Bart. & D. D. in l. Paulus, ff. de solut. Purpur. cons. 290. & 523. n. 33. Craue. cons. 47. in fine. Caualcan. decis. 16. n. 42. part. 1. Couarr. de coll. vet. numis. c. 7. §. vnic. concl. 8. sub. n. 5.* & est communis D.D. sententia, vt *testatur Boer. decis. 327. n. 4.* quam secuta fuit Rot. *decis. 42. coram f. r. Greg. XV.* & fuit dictum in *Asisien pensionis 24. Ianuarij 1607. coram bo. m. Card. Sacrato, & in Bononiens. de Paleottis coram Illustrissimo D. meo Patriarcha, Manzanedo, quæ est decis. 149. n. 5. p. 2. recent.*

Solum igitur superest, respondere exceptionibus, & obiectis, quæ pro hæredibus afferuntur: quæ, vt clariùs veritas elucescat, singulariter examinanda veniunt.

Primo pro hæredibus dicebatur Octauianum in suo Testamento iussisse dotem, & supradotem prædictas restitui Magdalenæ suæ vxori de bonis suis, in forma
4 † iuris, cuius testamentum visa fuit Magdalena approbare, cùm illud produxerit summario, *n. 1. Innoc. in cap. cùm venerabilis, n. 2. de except.* quem sequuntur ibi *Abb. Dec.* & alij communiter, & multò magis illud approbauit, dum illius vigore egit in partibus intra annum luctus; obtinuitque statim sibi restitui dotes, † & supra- 5
dotes, vti legatas, iuxta *l. p. ff. de dot. præleg. §. sed si vxori instit. de legat.* quæ alioquin † post annum erant resti- 6
tuendæ, *l. vnica, §. cum autem C. de rei vxor. act.* ac propterea de bonis testatoris, non in pecuniâ fieri debere restitutionem, *Ruin. dicto cons. 65. n. 3 & 8. lib. 2.* quem sequitur *Gratian. decis. 141. n. 5. & seqq.*

Sed fuit responsû (quidquid sit de acceptatione Magdalenæ) illa verba testamenti: *de bonis suis*, non excludere solutionem in pecuniâ; tum quia, verius est etiam
† pecuniam dici de bonis, *l. 1. vbi D. D. C. de vsufr. l. si* 7
chorus, §. his verbis, ff. de leg. 3. §. & quia parum, in auth. de nupt. Crau. cons. 187. n. 6. vers. sed pro 1. dicto Rot. decis. 203. n. 6. in fin. part. 1. recent. & in puncto in *causa S. Seuerini dotis 16. Decembris 1619. a. May 1620. & 17. Martij 1621. coram R. p. d. meo Vbaldo*; tum etiam quia testator iussit, dotes, & supradotes restitui in beneficiû vxoris, vt ob commodû repræsentationis, amplius, & vtilius
esset vxori dotis legatum, † quã de dote actio, *d. l. p. ff. de* 8
dot. præleg. Atque, ideò, ne vertatur in damnum illius
† contra testantis voluntatem, *l. legata inutiliter ff. de* 9
adim. legat. illa verba: *de bonis suis*; debent intelligi debent intelligi demonstratiuè, & non restrictiuè: tantò magis stantibus illis verbis, *in forma iuris:* cuius dispo-
sitio est, vt dos data in pecuniâ, † restitui debeat in pe- 10
cuniâ, *ad l. si pecunia, vbi Bart. Bald. & Castr. ff. de leg. 3. Rot. decis. 696. part. 1. recent.*

Secundo adducebatur, quòd fundus dotalis fuit datus in solutum pro certo pretio ad computum d. dotis, *sum. num. 2.* ac propterea idem ipse fundus erat restituendus *l. in rebus, C. de iur. dot.*

Sed solutio huius obiecti facilis visa fuit. Nam cùm
illa constitutio † in dubio fecerit emptionem, & sic 12
dominium transierit in maritum, consequenter ipse tenetur pecuniam restituere, vt in *l. cùm dotem, l. si inter, l. quoties C. de iur. dot. Socc. cons. 69. n. 15. lib. 4. Honded. cons. 14. n. 43. & seqq. & cons. 41. n. 4. & seqq. lib. 1.* & secuta est pluries *Rot. vt apud Seraf. decis. 1332. num. 1. &*
seqq. & in Maceraten. retractus 4. Iunij 1622. coram R. 13
p. d. meo Vbaldo: Et eo magis, quando vt hic facta est promissio de restituenda pecunia *Bald. in d. l. quoties circa fin. C. de iur. dot. Socein. cons. 56. n. 6. vers. sextus casus lib. 1. Natt. cons. 650. n. 4. Couarr. pract. quæst. cap. 28. num. 1. vers. 2. apparet, Cardin. Mantic. de tacit. & amb. lib. 12. tit. 28. num. 4.* vbi, quod hic casus nullam recipit dubitationem, *Rot. in d. S. Seuerini dotis.* Nec contrarium
probat text. *in dicta l. in rebus in princ.* † sed aliud lon- 14
gè diuersum; nempe quòd si maritus rem dotalem sibi datam æstimatam, ac ideo sibi venditam, alienauerit, mulierem in subsidium marito, seu eius hærede existente, non soluendo, posse agere contra tertium possessorem fundi dotalis, quasi semper in eius permanserit
dominio; quamuis vere in mariti dominium † transierit 15
iuxta gloss. com. receptam in d. l. in rebus, verbo: æstimate, Cremens. sing. 19. Ias. in l. ex conuentione, C. de pact.

Tertio excipiebatur, in hæreditate Octauiani, non ex-
tare pecuniam, † vt ex inuentario; cùm in eo non in- 16
ueniatur descripta, satis probari videbatur ex recepta *Bart. sententia in l. fin. §. licentiam, in 1. notab. C. de iur. delib. Ias. in l. si constante num. 121. ff. solut. matrim.* quo
casu licet soluere in stabilibus, † iusto pretio æstima- 17
tis, *auth. hoc nisi debitor, C. de solut*, cuius dispositio † procedit etiam in debito ex causa dotis; quia licet alias sit priuilegiata, in hoc autem non repetitur priuilegiata, *Honded. cons. 18. n. 57. lib. 1. Thes. decis. 153. n. 5. Gutier. lib. 1. pract. quæst. Ciuil. quæst. 148. n. 3. Rim. Iun. cons. 3. n. 11. & cons. 31. n. 43. lib. 1.* etiam si promissio fuisset in pecunia numerata, & non aliter, *Thesaur. d. decis. 153. n. 3. in fin.*

Non minus facilis visa fuit responsio ad hoc obie-
ctum

ctum, quandoquidem vt beneficio *d. Auth. hoc nisi*, lo-
20 cus sit, † necessarium est, vt debitor oblatâ creditori
cedulâ, aut lista bonorum, vt meliora eligere possit, ca-
ueat de euictione cùm fideiussoribus, & tradat instru-
menta titulorum, ac alia obseruet, de quibus per *Rom. cons.* 163. quem communiter D. D. sequuntur, vt testantur *Natt. cons.* 344. *num.* 3. *Ias. cons.* 9. *num* 22. *vol.* 1. *Rip. in d. §. mutui datio, Thes. d. decis.* 153. *num.* 12. *Cutier. de Iur. conf. p.* 1. *cap.* 29. *num.* 2. vbi latè dicta requisita recenset, & examinat *Ludouic. decis. perus.* 64. *per tot.* Quæ requisita, & præsertim cautio de euictione debent interuenire in ipso actu oblationis bonorum in solutum, *Angel. in l. prætor ait, §. si quis paratus ff. de nou oper. nunc. Purpur. in d. §. mutui datio, Bursat. cons.* 9. *n.* 51. *lib.* 1. *Ceph. cons.* 103. *n.* 22. *lib.* 2. *Beninten. dec. Bonon.* 28. *Thesaur. Ludouic. Gutier. vbi supra.* Quæ hic non interuenerunt: quinimò ex quò hæredes opponebant de beneficio inuentarij, vt infra dicetur,
21 quod † excludit euictionis cautionem *l. fin. §. & si præfatam C. de Iur. delib.* eo ipsò nolebant de euictione teneri.

Fuit etiam responsum, quòd debitor non potest vti
22 beneficio *d. Auth. hoc nisi*, quando, vt hic promisit † so-
luere in pecuniâ cum iuramento; cùm illud habeat vim
23 † specialis renunciationis, *cap. ex rescripto, de iur. iur. & ibi glos. & Bald. &* facit rem præcisè deberi, *iux. glos. communiter approbatam in l. si pecuniam ff. de cond. ob caus.* quam sententiam tanquàm magis communem, & vsu receptam tenent *Alex. cons.* 37. *num.* 27. *lib.* 2. *Rip. vbi supra num.* 28. *Rol. à Vall. cons.* 6. *num.* 44. *lib.* 1. *Alciat. in d. § mutui datio, & ibidem Gurt. Iun. in vers.* 2. *esset videndum, Vincent. de Franc. decis.* 81. *num.* 3. *cum seqq. Gutier. d. cap.* 29. *& d. quæst.* 148. *num.* 20. *Ludouic. d. decis.* 64. *num.* 3. qui eam *num.* 4. sub limitat in casu quodam singulari: *Thesaur. d. decis.* 153. *n.* 14.

Neque obstat, quòd hæredes non teneantur ex iura-
24 mento defuncti † Quia hoc verum est, quoad reatum periurij; obseruantia autem iuramenti, & obligationis efficacia transit etiam ad hæredes. *Bart. in l. qui superstites in fin. ff. de acquir. hæred. Bald. in l. fin. num.* 16. *in fin. C. de pact. & in Auth. Sacramenta puberum num.* 17. *C. si aduer. vendit. Abb. in cap. cùm contingat num.* 8. *de Iur. iur. Ancar. in cap. veritatis num.* 4. *eod. tit. Affl. decis.* 381. *num.* 8. *Rim. Iun. cons.* 814. *num.* 62. *lib.* 7. *Seraf. de priuil. Iuram. priu.* 74. *n.* 141. *& in puncto Vincent. de Franch. decis.* 83. *num.* 6.

Quarto fiebat maior vis in inuentario, de cuius le-
gitima confectione iam tandem inter partes non hæ-
25 sitabatur, cuius beneficij vigore dicunt † hæredes posse cogere hæreditarios creditores ad accipiendum in solutum hæreditaria bona, pecuniâ non suppetente, *Paul. & Ias. in d. l. fin. §. & si præfatam C. de iur. delib. Io. Andr. in add. ad Specul. in tit. de Instr. edit. §. fin. num.* 15. *in fin. & in verb. fecerit, vers. sed adhuc quæritur, Porcell. in tract. de Inuent. quæst.* 7. *num.* 3. *Parlador. lib.* 2. *rerum quotidianarum cap. fin.* 4. *par. §.* 1. *num.* 10. ad
26 idemque posse cogere viduam, † quæ dotem repetit, vt hîc, *Surd. d. decis.* 30. *num.* 1. *& decis.* 318. *num.* 3. Cùm
27 enim mulier non sit priuilegiata † quò ad beneficium *Auth. hoc nisi C. de solut.* vt suprà dictum est, multò minus priuilegiata censeri debet quoad inuentarij beneficium, per quod pleniùs, & vberiùs prouidetur. Quæ opinio *in d. §. & si præfatam* probari videtur, dum ibi alternatiuè dicitur, quòd non extante pecuniâ fiat solutio creditoribus de rebus hæreditariis, vel earum prætio: & sic electio debet esse hæredis, vt expendit *Surd. d. decis.* 318. *num.* 3. ex tradit per *Afflict. decis.* 397. Quæ adeò procedere dicebatur, vt etiam ob inuentarij beneficium,
28 possint creditores †, & consequenter mulieres dotem repetentes, compelli ad accipienda in solutum nomina debitorum, vt in specie notat *Ias. in d. §. & si præfatam:* *num.* 1. *vers. quarto vtilitas*, quem sequitur. *Marcabr cons.* 3. *n.* 31. *Aluar. Valasc. decis.* 51. *n.* 29. *in fin. p.* 1. Et licèt de hoc dubitet *Parlador.* vbi supra; tamen non extantibus aliis bonis, dubitandum non videtur ad text. *in l. à Diuo Pio §. In vendit. ff. de re iudic.*

Verùm nec prædicta visa fuerunt Dominis obstare,
non enim simpliciter verum est, † quòd non extante pe- 29
cunia cogantur creditores accipere bona hæreditaria in solutum; sed solùm quando hæreditas non est soluendo, & nullo modo reperitur emptor rerum inuentarij, absque eo quòd hæres promittat de euictione, quidquid dicat *Ronit. cons.* 18. *num.* 13. Vbi adhuc his concurrentibus contendit creditores cogi non posse ad accipiendum bona in solutum; extrà enim hos duos casus cùm hæres damnum pati non possit, tenetur stare regulæ, quòd aliud pro alio tradi non possit, *Castr. in d. §. & si præfatam num.* 5. *Fanut. de Inuent. par.* 6. *num.* 2. *Rol. eod. tract. quæst.* 150. *num.* 1. *&* 2. *Surd. d. decis.* 30. *num.* 14. *& seqq.* & in terminis dotis *Morot. cons.* 13. *num.* 10. *Rot. in d. S. Seuerini dotis* 17. *Martij* 1611. *& post Alber; Iacob. de Aret; Corn. Crauett. Anton. Sola in comment. ad ordinationes Sabaudiæ tit. de form. procedendi in pignor. & subhast. glos.* 5. *num.* 39. *Fusar. de subst. quæst.* 532. *num.* 44. *M. Ant. de Amat. decis. Marchiæ* 91. *per tot*; & est opinio vsu recepta ex, *Vincent. de Franch. decis.* 83. *in fin. Cancer. libr.* 3. *var. resolut. cap.* 2. *num.* 140. Et habet pro se rationem, quia beneficium
inuentarij † ita debet præseruare hæredem ne sit in 30
damno, quòd etiam non debet esse in perniciem creditorum; ex datione autem in solutum resultaret contrarium, *Franch. vbi suprà, Ronit. dicto consil.* 18. *n.* 13.

Neque obstat textus *in d. §. & si præfatam.* † Quia in 31
eo, iuxtà magis communem intellectum solùm probatur, quòd non extante pecuniâ in hæreditate, potest etiam hæres liberari ab onere vendendi, abiiciendo à se omnem curam bonorum vendendorum, & eam in creditores transferre, vt sibi satisfaciant. Siquidem hæres beneficio inuentarij suffultus, adeò debet seruari
indemnis, † vt à vexationibus facti, quales sunt onera 32
vendendi, credita exigendi, liberetur; etiam si hæreditas sit opulenta, vt dixit *Bald. in d. §. & si præfatam, in vltimo notab. Ias. Marcabr. & Aluar. Valasc. vbi supra Guid. Pap. de form. Inuent. num.* 20. *Spin. de testam. glos.* 35. *num.* 99. Et licèt adhuc ad hoc plures allegans, dubitet *Surd. decis.* 30. *num.* 32. dum dicit, quòd hæres solùm potest eam vexationem à se abicere, quæ sibi affert damnum pecuniarium; non autem eam, quæ in mero facto consistit: tamen communiter tenetur contrarium, vt idem *Surd.* agnoscit ibidem *n.* 34.

Quod autem attinet ad primum. An hæreditas Octa-
uiani sit soluendo in dubio † præsumitur opulenta, cùm 33
contrarium ab hæredibus non probetur, *Seraf. decis.* 1394. *num.* 5. *Rot. decis.* 696. *num.* 2. *par. prim. recent. Couar. in cap. si hæredes num.* 9. *vers. sed & si minimè,*
extr. de testam. Nec probatur inopulenta, † ex quò in 34
hæreditate non fuit reperta pecunia, vt reprobando *Marcabr. plenè Surd. d. decis.* 30. *num.* 14. *&* 15. *Rot. in S. Seuerini, vers. dominum non obstat in fin; Mart. d. cons.* 13. *num.* 10. Nec etiam ex executione factâ in partibus mandatorum relaxatorum pro Magdalena contra bona hæreditaria d. q. Octauiani sui mariti; ex quibus prætenditur apparere, quòd dicta executio absorbet omnia bona hæreditaria, functis debitis relictis à testatore, vt in primo summario hæredum *num.* 13. Dominis enim non fuit visum ex hac executione probari valorem re-
rum, † nec computa data per hæredes esse iustificata: 35
& præsertim non iustificari prætensum fideicommissum domus magnæ, vt non debeat computari in hæreditate; & eò maximè, cùm ex aduerso fuerit datum longè diuersam computum, quamuis etiam non iustificatum.

Quantùm vero ad secundum, quòd non reperiatur

emptor, pariter visum fuit nullo modo constare: Non enim sufficit, quòd simpliciter non reperiatur,
36 † sed necessarium est, quòd non reperiatur talis, qui velit dare iustum prætium, habitâ ratione, quòd euictio non debetur, vt communiter tradunt Doctor. *in dicto §. & si præfatam, Surd. decis. 30. num. 15.*

Quare tametsi, quò ad præiudicium hæredum satis constare videatur, quòd non reperitor emptor, ex
37 eorum confessione † ad *l. eum precum C. de liberal. caus.* tamen; placuit Dominis ex eorum solità benignitate, quòd hæredibus statuatur terminus vnius
38 mensis † ad vendenda bona hæreditaria, habitâ in prætio ratione euictionis *iuxt. decis. Surd.* 318. *in fin.* quo elapso, & non reperto emptore, dicta Magdalena possit accipere in solutum pro dote, & supradicte prædictis tot bona hæreditaria, quantâ parte minus iusto prætio ratione euictionis iuxta statuta Ciuitatis Foroliuien.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Tullen, Parochialis.

Lun. 9. *Iunij* 1625.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur, data releuantia articulorum: & quandò articuli dicantur releuantes. Cætera quæ continentur in decisione, sunt omninò inter se separata, & ponuntur singulariter in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur pro iustificatione* Gratiæ: si neutri: *dum articuli sunt releuantes, scilicet super vacatione Ecclesiæ, super valore beneficij, & super valore obtentorum.*

2 *Beneficia vnita conferuntur sine concursu, etiam in mensibus reseruatis, ad solam nominationem, seu præsentationem illorum, quorum dignitati, vel Ecclesiæ vnita sunt, præuio solo examine Ordinarij.*

3 *Negatiua non iuris aduersarij probatur ex reuolutione actorum.*

4 *Remissoria si petatur ab actore, & reus opponat de vnione; de hac est primò disputandum; si de ea constat in actis, & ratio redditur ibidem.*

5 *Prouisio noua Apostolica ostendi debet ab eo, qui fuit nominatus ad beneficium vnitum.*

6 Gratia: si neutri, *probatur sufficienter ex supplicatione signata, in actis producta, quando non agitur ad canonizationem d. gratia, sed solum ad effectum obtinendi remissoriam, pro illius iustificatione.*

DECISIO. II.



FVIT per Dominos resolutum, dandam esse remissoriam Nicolao Pieron. Quia cùm fuerit petita pro iustificatione *Gratiæ: Si neutri*, & articuli sint releuantes,
1 scilicet † super vacatione Ecclesiæ de qua agitur, super valore beneficij, & super valore obtentorum; videtur nullo modo posse denegari, *l. iudices ibi: & hoc, si iuste pets iudex inuenerit; C. de fid. Instrum. vbi Bald. n. 1. & Castren. n. 3. Cassad. decis. 3. de dilat. Caputaq. decis. 56. par. 3. Rot. decis. 578.* & in puncto Gratiæ: si Neutri, *decis. 661. par. 2. recent.*

Neque obstat, quòd dicti articuli videantur irreleuantes, cùm Nicolaus fundet non ius aduersarij in reseruatione, ratione mensis, & in Constitutione Pij Papæ V. 32. in ordin. de prouiden. Parochial. per concur. & ob non seruatam formam S. Concilij, *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* quæ cessant, stante vnione dictæ Ecclesiæ principaliter facta, & iuxta dispositionem eiusdem S. Concilij subsistente, cum beneficia sic vnita conferantur sine concursu, † etiam in mensibus re- 2
seruatis, ad solam nominationem, seu præsentationem illorum; quorum dignitati, vel Ecclesiæ vnita sunt, præuio solo examine Ordinarij iuxta *Concil. Trident. sess. 7. cap.* 13. & *Constitutionem eiusdem Pij V. de Vicariis*; & censuit Congregatio Illustrissimorum Interpretum *Nauar. cons.* 11. *n.* 3. *de stat. Monach. Rot. decis.* 798. *par. 1. diuers.*

Quia fuit responsum, non constare in actis de dictà prætensà vnione; ex quorum solà reuolutione † 3
constare dicitur de non iure aduersarij *l. Titia textores, vbi Bart. num. 1. ff. de leg. 1.* & in puncto Gratiæ: Si neutri, fuit dictum in *Leodien. Parochialis* 24. *Nouembris*, 1621. *coram Reuerendissimo D. meo Canalerio*, vt in copia, quæ data fuit. Et dùm de eà non apparet, remissoria est concedenda. Si verò modò daretur in actis, dicebant Domini, quòd de illa † posset primo 4
quæri eùm hoc tendat ad commodum actoris, qui euitaret impensam remissoriæ, quo casu reus, & possessor satis benignè agit, cùm petat priùs discuti super vnione, quâ ipse nititur, & sic super iure suo. Dicebatur insuper non constare de noua prouisione, necessariò requisita † ex aliâ Pij. V. Constitutione *Put.* 5
decis. 2. de preben.

Nec etiam obstat, quòd de *Gratia: si Neutri*, non constet per litteras Apostolicas, sed solùm ex quadam simplici copiâ. Nam cùm non agatur ad canonizationem dictæ gratiæ, sed solùm ad effectum obtinendi remissoriam, pro illius iustificatione, † sufficit, 6
quòd in actis producatur supplicatio signata, *Put. decis. 24. de indic. Rot. decis. 81. num. 5. par. 2. in recent.*

Et ita Decisum Vtraque &c.

Tullen, Computorum.

Ven. 13. *Iunij* 1625.

ARGVMENTVM.

Expensæ quæ non fuerunt factæ ex causa necessaria, non admittuntur in redditione rationis administrationis bonorum Abbatiæ, præsertim concurrente suspicione Administratoris, orta ex illius intrusione.

SVMMARIVM.

1 *Partitæ admitti illæ debent in redditione rationis administrationis bonorum Abbatiæ, quæ probantur expensæ in necessaria onera Monasterij, & bonorum Abbatiæ.*

2 *Partitæ magnæ sunt exactè probandæ.*

3 *Præsertim stante intrusione administratoris.*

4 *Partita descripta maiorem non merentur fidem quàm vox scribentis.*

5 *Partita inuerisimiles non admittuntur.*

6 *Partita collusa, & simulata quando præsumatur.*

7 *Expensa facta in viaticis debet esse ex causa necessaria,*

8 *Testes deponentes super expensis generaliter, & incertè non probant.*

DECI

DECISIO. III.



IRMATVM fuit præuiis duabus deci-
sionibus sub die 4. Maij & a. Decem-
bris 162a. coram D. meo Nauarro, tuoe
Rotæ Auditore, Francisco Terello in-
truso, & malæ fidei possessori, iuxta
formam decreti fel. recor. Pauli Quinti de quo inse-
eunda Coadiutoria, solùm eas partitas esse admitten-
das in reddirione ratioois administrationis bonorum
1 Abbatiæ Senonensis † quæ probarentur expensæ in
necessaria onera monasterij, & bonorum dictæ Ab-
batiæ, & Abbati Liguario pro alimentis solutæ. Vn-
dè cùm dictus Terellus prætenderet tres partitas,
de quibus agitur, quas verè factas contendebat ad ne-
cessatias expensas pertinere; dubitatum fuit: An es-
sent admittendæ? Et Domini negatiuè responde-
tuot. Quia visum fuit, illas, nec io facto, nec in
iure subsistere: Cùm enim inspecta causæ qualitate
reputentur magnæ partitæ, erant exactè probandæ
2 † eum requisitis, & adminiculis, quæ latè recensent
Crauet. de antiq. temp. par. 1. sect. 4. limitatur num. 29.
cum plurib. seqq. Guttier. de iuram. confir. par. 1. cap.
40. n. 19. cum seqq. Guid. pap. decis. 441. Cartar. decis. 127.
3 *n. 3. Add. ad Greg. decis. 79. n. 5.* Et eò magis stante sub-
reptione, † & intrusione d. Terelli inde sequuta, non
4 enim magis creditur partitis descriptis, † quàm voci
scribentis, *Bart. in l. admonendi, sub n. 24. vers. nam pri-*
uata scriptura ff. de iur. iur. & facit *reg. textus in l. non*
omnes §. à Barbaris ff. de re milit. ac stante inuerisimili-
5 tudine † dictarum partitarum iuxtà tradita per, *Cra-*
uett. & Gutier. vbi *supra*.

Nec releuat probatio facta per dictum Terellum,
nam in primis prima partita reductionis affictuum
non probatur legitimè, quòd fuerit facta ex causâ
necessariâ, nec testes quidquam circa hoc conclu-
dunt. Quinimò cùm reductio fuerit facta ad fauo-
rem patris Terelli in tàm magna quantitate, oritur
indè non modica præsumptio collusionis, † & simu-
lationis, præsertim præcedente intrusione, & quòd
dictus Terellus sciebat se teneri rationem admini-
strationis reddere ad *l. data C. de donat. l. non solùm*
in princ. ff. de rit. nupt. Bart. in l. post contractum, n. 3.
ff. de donat. quæ efficiunt, vt exactior probatio in con-
trarium desideretur.

Secunda partita, in qua continentur pecuniæ, quæ
dicebantur expensæ in viaticis pro incumbentiis
Abbatiæ, similiter dictum fuit non probari per te-
stes super eâ examinatos, eo modo quo de iure pro-
banda est ab eo, qui contrà se habet præsumptio-
nem, vt dictus Terellus, iuxtà superius dicta. Et quan-
do de eâ constaret, nullibi tamen apparet, quòd dicta
6 † viatica fuerint facta pro causâ necessariâ iuxtà for-
mam dicti decreti.

Tandem minùs ex depositione dictorum testium
probatur partita de expensis pro custodia Abbatiæ,
8 quia adeò generaliter, † & incertè deponunt, vt ex
illis nullo modo iudicium aliquod fieri possit, nec
quoad quantitatem, nec quoad necessitatem. Imò
Dominis visum fuit valdè verisimile, quòd dicta cu-
stodia fuerit apposita per dictum Terellum, vt se tue-
retur in sua intrusione.

Et ita decisum.

Lunen. Sarzanen. Beneficij.

Ven. 13. ... ij 1625.

ARGVMENTVM.

Manutentio conceditur possessori anteriori in concursu posterioris possessoris, etiam si vterque sit prouisus Apostolicus sub eadem die

SVMMARIVM.

1 *Appellatio admittitur ratione mixturæ, dum fuit pronunciatum non solùm super possessione beneficij, sed etiam super gratia validitate.*
2 *Attentata est possessio capta intra tempus decem dierum concessum ad appellandum, & ideò non est manutenibilis.*
3 *Manutentio conceditur anteriori Possessori.*
4 *Possessio instrumentalis sufficit pro manutentione, dùm prius possessio erat vacua, & in dubio præsumitur vacua, n. 5.*
6 *Attentata, & nulla possessio non præstat impedimentum.*
7 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua.*
8 *Attentata est possessio capta pendente lite.*
9 *Capitulum non habet iurisdictionem de iure communi.*
10 *Actus facti per partes coram Capitulo videntur extraiudiciales, dum non apparet, quòd Capitulum processerit tanquàm iudex.*
11 *Attentata non inducuntur ex actibus extraiudicialibus.*
12 *Possessio anterior, debet attendi ad effectum manutentionis; non autem data litterarum.*

DECISIO IV.



VERVNT à diuersis patronis præsentati
ad cappellaniam Sancti Leonardi Eccle-
siæ Lunen. Sarzanen. quæ de iurepatro-
natus laicorum esse asserebatur, Lancel-
lottus Cataneus, & Hieronymus Furla-
nus; & cùm ambo iura sua ad effectum obtinendi
collationem deduxissent coram Capitulo Sarzanen.
ad quod illa pertinere dicebatur, nihilominùs vter-
que eorum sub eadem datâ à Sede Apostolica proui-
sionem obtinuit cum derogatione patronatus pro di-
midia. Et litteris Apostolicis directis vni, & eidem
executori, Lancellotus præuenit in præsentatione ea-
rum: sicque earum: sicquè à dicto executore in pos-
sessionem immissus fuit, Hieronymus verò obtinuit
nouas litteras, nouo executori directas: à quo præ-
niâ sententia fuit immissus in possessionem. A qua
sententiâ fuit per Lancellotum legitimè appellatum,
& causâ mihi commissâ, fuit datum dubium. Cui
daodom esset mandatum de manutenendo Et Domi-
ni ante omnia pro comperto habuerunt, possessionem
Hieronymi vigore sententiæ exequutoris litterarum
adeptam, non esse manutenibilem. Quia cùm in di-
ctâ sententiâ non solùm fuisset pronunciatum super
possessione, sed etiam super validitate gratiæ Hiero-
nymi, erat admittenda appellatio ratione mixturæ,
† etiam si aliàs non potuisset appellari, vt per *Con-* 1
tard. de moment. poss. lim. a. num. 1. 2. & seqq. Quo
fit, vt possessio capta per Hieronymum intra tempus
decem dierum ad appellandum concessum, † vt in 2
actis, meritò dici debeat attentata, & consequenter

non manutenibilis, *cap. non solum, de [...]ll. in 6.*
Solùm igitur vertatur difficul[...] circa possessio-
nem Lancellotti, cui dixerunt [...]mini, dandum esse
3 mandatum de manutenendo, † ex quo priùs posses-
sionem adeptus fuit, [...] decreto executoris, quæ
4 licèt fuerit instrume[...]s, † sufficit pro manutentio-
ne † possessione ex[...]ente vacuâ, *ad l. prædia, vbi Bart.*
ff. de acquir. poss. l. non idcircò, vbi Bald. in princ. C.
de fid. instrum. Rot. decis. 21. de restit. spoliat. in antiq.
5 *& in recent. decis. 92. num. 1. par. 1.* prout † vacua fuis-
se præsumitur iæc, de qua agitur, dum non constat
de contrario, *Seraf. decis. 322. n. 3.*
Neque obstat alia possessio partis aduersæ; tùm
6 quia fuit attentata, † & nulla, vt dictum est, ac ideò
nullum præstare debet impedimentum, *cap. non præ-*
stat, de reg. iur. in 6. tùm etiam, quia tanquam posterior
7 † præsumitur clandestina, & turbatiua, *cap. licèt cau-*
sam, vbi Doctor. de probat. Bart. in l. si duo, sub num. 4. ff.
vti possid. Couar. pract. quæst. c. 17. in fin. Rota decis. 19. n. 1.
par. 2. diuers.
Non obstat etiam, quòd possessio Lancellotti vi-
8 deatur attentata, tanquàm capta, † pendente lite
coràm Capitulo Sarzanen. *Seraf. decis. 1403. num. 2.*
quia omisso pro nunc, an dicto Capitulo ex consue-
tudine, vel particulari priuilegio, competat aliqua iu-
9 risdictio, quæ † tamen de iure communi non compe-
tit, *cap. ex parte Decani 3. de rescript. & ibi Felin. n. 1.*
Respondetur, quòd etiam si Capitulo competeret iu-
risdictio; non per hoc fuit lis introducta coràm eo;
quia cùm ad Capitulum spectaret institutio, præsen-
tationes, & alij actus coram eo per partes hinc indè
10 facti, videntur potiùs actus extraiudiciales, † cùm non
appareat, quòd Capitulum processerit tanquam iu-
dex, *ad latè trad. per Gonzal. post. glos. 9. in annotat. nul-*
litat. & attent. num. 14. & seqq. actus verò extraiudi-
11 ciales † non inducunt attentata, *Lancellott. de at-*
tent. in præfat. num. 18. & seqq. & ideò non intrat *de-*
cis. Serafin. supra relata.
Non obstat deniquè; quòd ambo sint prouisi Apo-
stolici sub eadem die. Quia ad effectum manutentio-
12 nis † non attenditur data litterarum; sed anterior
possessio; quam prius appræhendit Lancellottus, si-
cuti, & priùs etiam litteras præsentauit, *cap. duobus, vbi*
glos. & alij de rescript. lib. 6. cap. si à sede, vbi Docter. de
præben. in 6.

Et ita decisum vtraque parte &c.

Barchinonen. fructuum.

Lun. 16. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Indultum de percipiendis fructibus Canonicatus in absentia, est subreptitium ob non factam mentionem statuti iurati de eo non impetrando, nec impetrato vti: Nec suffragatur gratia Perindeualere postea obtenta, si in illa fuerit solùm facta mentio statuti iurati de indulto non impetrando, & non fuerit etiam expressum eo impetrato non vti.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium dat facultatem moderandi, & relaxandi aliquid de iuris rigore.*
2 *Arbitrium operatur, vt relicto extremo rigoroso, seruetur æquitas.*
3 *Arbitrium est regulandum prout de iure.*
4 *Subreptitium est indultum, si non fuerit facta mentio statuti iurati de illo non impetrando, nec impetrato vti.*
5 *Papa non præsumitur aliquid concedere cum dispensatione iuramenti.*
6 *Præsertim dum non apparet de iusta causa.*
7 *Clausula*, non obstantibus statutis Ecclesiasticis, *non comprehendit statuta iurata.*
8 *Subreptitia est gratia.* Perindeualere, *si impetrans fecerit tantum mentionem statuti iurati de indulto non impetrando; & non expresserit etiam, se iurasse, illo impetrato non vti.*
9 *Iuramenta duo sunt, non impetrare indultum, & eo impetrato non vti.*
10 *Obstaculo vno sublato, non censetur reliquum sublatum.*
11 *Absolutus à iuramento expresso, non censetur absolutus ab alio non expresso.*
12 *Iuramento contrauenisse dicitur is, qui obtinuit indultum, quod iurauit non obtinere, iunctis num. præced.*
13 *Periurus audiri non debet, cum sibi obstet exceptio periurij.*
14 *Iudicium inchoari non potest cum Procuratore Capituli, quando contra illud agitur ad relaxationem censurarum: sed debet fieri intimatio Capitulo legitimè congregato.*
15 *Subreptitia est gratia* Perindeualere, *non facta mentione de litis pendentia super primo indulto.*
16 *Amplia, etiamsi indultum fuerit concessum motu proprio.*

DECISIO. V.

PAVLVS del Rosso, Canonicus Barchinonen. in Romanâ Curiâ degens, obtinuit indultum de percipiendis fructibus sui Canonicatus in absentia: quod mediante monitorio A. C. fuit Capitulo intimatum, sed qui à statuto dictæ Ecclesiæ, per Canonicos in ingressu iurari solito, & expressè per dictum Paulum iurato, vt in actis (de quo in indulto, non fuerat facta mentio) cauetur quod Canonici non obtinebunt à sede Apostolica priuilegium de fructibus in absentiâ recipiendis, nec eo iam obtento, vtentur: ad remouendum vitium subreptionis; obtinuit gratiam reualidatoriam *Perindeualere*, vigore cuius citato procuratore Capituli, fuit per A. C. lata declaratoria. A qua cùm pro parte Capituli fuerit appellatum, & mihi causa commissa arbitrio Rotæ: Dubitaui. An intraret arbitrium ad effectum retardandi executionem? Et Domini Capitulo tantum informante, affirmatiuè resoluerunt. Quia licèt † arbitrium 1
det facultatem moderandi, & relaxandi aliquid de iuris rigore *Rot decis. 450. num. 1. 2. par. rec.* & operetur, vt relicto † extremo rigoroso seruetur æquitas. *Rot.* 2
decis. 506. num. 1. in 2. par. recent. tamen semper venit
† regulandum, pro vt de iure, *Bart. in extrauag. ad* 3
reprimendum, vers. videbitur, Rot. in dicta decis. 450. Greg. XV. decis. 189. num. 3. & fuit pluries decisum.

Iniustitia autem sententiæ, seu delaratoriæ A. C. videtur clara, siue fundetur in primo indulto, siue in gratia. *Per indeualere.* Primum enim indultum fuit subreptitium † ob non factam mentionem statuti iu- 4
rati de eo non impetrando, nec iam impetrato vti, vt in terminis *Put. decis. 193. lib. 1. in correct. Mant. decis. 267. num. 8.* Et ratio est, quia non præsumitur; † quod 5
Papa voluerit Paulo illud concedere cum dispensatione iuramenti *glos. communiter approbata in cap. cum*

non

4

non deceat, verb, effectus de elect. in 6. Cur. Iun. conf. 98. num.7.lib.1. Menoch.de arbitr. cus. 201.num.136.cum sequen. Rot.decis.18.de rescript.in antiq. Quod eò magis
6 procedit,† cùm non appareat de aliquâ iustâ absentiæ
causâ, *Oldrad. cons. 332. num. 18. vers. nunc. conantur Calder. cons. 407. vers.sed idem aliàs cons. 21. de Regularibus.*

Neque obstat clausula generalis, *non obstantibus*
7 *statut. Ecclesiasticis*, † Quia nec per dictam clausulam
visus fuit Papa dispensare, cùm illa non comprehendat statuta iurata, *glos. vbi suprà, Roman. cons. 393. num.13.& Rota in addit.ad dictam decis.18.de rescript. in antiq.*

Deindè fuit etiam nulla, & subreptitia gratia *Per-*
8 *indeualere*, †: quia licèt in ea fuerit expressum, quòd
statuto dictæ Ecclesiæ iurari solito cauebatur, nè Canonicatus, & præbendas, ibi obtinentes indultum ad fructus suorum Canonicatuum, & præbendarum in absentia percipiendos à Sede Apostolica petere, vel procurare possint; detegitur nihilominùs illius subreptio, cùm in ea non fuerit facta mentio, quòd ipse Paulus etiam iurauerit. Indulto obtento se non vsurum *vt in specie Felin. in cap. constitutus num. 14. de rescript. Mantic. dicta decis. 267. num. 8.* Duo si-
9 quidem fuerunt præstita iuramenta, † vnum de non
obtinendo indultum, & aliud de eo non vtendo, *Paris. cons. 43. num. 14. cum sequen. & cons. 96. num.*
10 *91.& seq. lib. 1.* Et sic † sublato vno obstaculo, non
censetur reliquum sublatum, *cap. ex tuarum de auct. & vsu pallij, l. si domus ff. de seruit. Vrban. præd.* Proinde licèt per gratiam reualidatoriam videatur Paulus liberatus, & absolutus ab eo iuramento, de quo
11 in illo fuit facta mentio; † non tamen fuit liberatus
ab alio non expresso, *Bald. & Imol. in l. hæc scriptura ff. de cond. & demonst. Mant. vbi supra*, & per con-
12 sequens † contrauenit iuramento, *l. si quis maior, vbi glos. & D. D. de transact. Surd. cons. 424. num. 1.*
13 Sicq. † obstat sibi exceptio periurij, vt audiri non
debeat; *Afflict. decis. 30. num. 5. & 6. Rota in Bonon. census 22. May 1625. coram R.p. d. meo Vbaldo.*

Et quia stantibus subreptione, & nullitate primi indulti, fuit etiam nulla citatio vigore illius Capi-
14 tulo personaliter facta † vt tandem virtute gratiæ.
Periudeualere, posset procedi ad censuras contra capitulum non potuit inchoari iudicium cum Procuratore, sed debuit dicta gratia intimari ipsi Capitulo, legitimè congregato, *Rot. decis. 11. de dol. & contum. in nou. Couar. in cap. Alma mater par. 1. §. 9. num. 4. cum seqq.*

Demùm pro parte Capituli contra gratiam *Per-*
15 *indeualere*, opponebatur de litis pendentia † super
primo indulto. Capitulo intimato, *Clem. 2. vt lit. pend. Seraf. decis. 1110. num. 2. Caputaq. decis. 271. par. 1.*
16 † Quod procedit, quamuis fuerit concessum motu
proprio, vt post *Hostien. & Ant. de Butr.* tradit *Dec. in cap. fin. num. 40. cum seqq. de constit. Abb. in cap. cam num. 5. de testibus, & glos. in Clemen. si Romanus, verbo validam de præben.* sed quia non constabat, quòd dicta citatio fuerit reportata, dubia visa fuit Dominis prætensa litis pendentia, & sic in ea nullum fuit factum fundamentum.

Et ita decisum.

Pacen. Cappellaniæ.

Ven. 27. Iunij 1625.

ARGVMENTVM.

Plures narrantur nullitates in materia compulsationis, ex quibus resoluitur, iura non esse in forma probanti.

SVMMARIVM.

1 *Compulsatio est nulla, non data copia litterarum compulsorialium.*
2 *Citatio prima ad viden. compulsari, est nulla, non tradita copia litterarum compulsorialium, quando fuit petita.*
3 *Copia, compulsorialium dari debet expensis Rei. Contrarium verius est n.4.*
4 *Et quando id maximè procedat, n.5.*
5 *Delegatus non præsumitur habere iurisdictionem; & ideo parti petenti debet fieri fides de sua potestate.*
6 *Compulsatio est nulla ex defectu citationis ad viden. iurare testes, deponentes super existentia archiuij, vnde scriptura fuit extracta.*
7 *Citationis defectus suppletur ex præsentia Procuratoris, & ex eius subscriptione.*
8 *Subscribens, approbare censetur omnia quibus se subscribit.*
9 *Negatiua probatur, ex reuolutione processus.*
10 *Testes examinati insimul, & in confusò, non probant.*
11 *Testibus deponentibus per eundem præmeditatum sermonem, non creditur.*
12 *Citationes ad viden. compulsari, debent fieri vna die pro alia.*
13 *Testes examinati super existentia archiuij, ex quo scriptura desumpta fuit, debent concludenter deponere super recognitione, & legalitate archiuij: aliàs non probant.*
14 *Antiquitas scripturæ non releuat, si Compulsatio est nulla.*

DECISIO VI.



T gratum facerem R.p.d. meo Merlino, qui valetudine detentus, non potuit Rotæ interesse, Dubitaui; An scriptura prætensæ fundationis, vltimo loco in hac causa producta per Ferdinandum de Marañet contrà Petrum de Torres sit in forma probanti, & Domini negatiuè resoluerunt. Quia com-
pulsatio plures patitur nullitates. † Nam in primis 1
non fuit data copia litterarum compulsorialium: licèt
enim dubium sit, † an valida sit prima citatio, non 2
traditâ dictâ copiâ, quando non petitur. *Rot. coram Achill. decis. 10. & 11. de dol. & contum. Greg XV decis. 127.* tamen quando, vt hic petitur, dubio procul si non datur, est nulla citatio, *Achill. vbi suprà, Felin. in cap. cùm in Ferrariensis, n. 63. de const Vestr. lib. 3. cap. 6. & ibi Addit. n. 13.*

Neque obstat, quòd copia parata fuit dari expensis
Petri, † quomodo, & non aliter dari, debuit, *Cyn. & 3
Bald. in Auth. offeratur num. 1, C. de lit. contest. Angel.
in l. 1. §. edere ff. de eden.* Quia contrarium, † scilicet 4
dandam fuisse expensis Ferdinandi verius est, ac vsu, & consuetudine receptum. *Bart. in l. 1. num. 3. ff. de eden. & in Auth. offeratur C. de lit. cont. glos. in verb.*

oblatus

Decisio VI.

oblatus in Clem. 2. de appell. & in clem. causa, in verb. porrecto de elect. & in Clem. sæpè in verb. pronunciatio, & ibi Io. Andr. de verb. signif. Asin. in prax. §. 5. cap. 3. num. 1. Cappell. Tolos. decis. 91. Boer. decis. 303. num. 7 Viu. decis. 358 num. 1. qui allegat. tex. in cap. 2. & ibi Abb Ant. de Butr. & alios de libell oblat. Vestr. vbi supra.

Quod eò magis procedit in casu nostro: quia cum
citatio emanauerit à iudice compulsoriali, & sic à iu-
dice delegato, pro euius iurisdictione non præsumi-
5 tur parti petenti, vt hîc † debuit omnino fides fieri
de sua potestate *l. prohibitum C. de Iur. fisc. glos. & ibi
Doctores in cap. cum in iureperitus, de off. deleg. Crau.
cons. 166. num. 6. Rom. cons. 59. Dec. in l. vnic. C. de
mand. Princ. Purpur. cons. 446. num. 8. Calc. Vgo cons.*
71. *num.* 9. & communiter Canonistæ *in cap. Roma-
na § contrahentes, de for. comp. lib. 6. Guid. Pap. decis. 322.
& ibi Add. verb. commissione.*

Præterea adfuit, & alia nullitas defectu citatio-
6 nis † ad videndum iurare testes, deponentes super
existentia archiuij, vnde scriptura de qua agitur, di-
citur fuisse extracta, *Vestr. in prax. lib. 6. cap. 1. num.
14. vers. his omnibus, Rot. decis. 1. num. 1. de fid. instr.
in nou.*

Neque obstat attestatio notarij, asserentis, Al-
phonsum procuratorem Petri fuisse præsentem, ac
7 se subscripsisse omnibus actibus, † quæ supplent om-
nem citationis defectum, *l. etiam §. fin. ff. de minor.
Bald. in l. 1. ff. de in ius vocand Marant de ord. iudic.*
8 *par. 6. tit. de citat. num.* 12. subscribens † enim cen-
setur approbare omnia, quibus se subscribit, *Bart. &
Doctor. in l. emptor. § huius, ff. de pact. latè Menoch.
de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 66.* Quia respondetur,
quòd eo ipso magis detegitur dicta nullitas, cùm de
dicta subscriptione, nullo modo appareat in processu:
9 † ex quo probatur negatiua *Rot. decis. 611. num. 2.
part. 1. recent. & part. 2. decis. 455. num. 4. Bart. in
l. hi, qui ad ciuilia n. 4. C. de appell. Afflict. decisio. 107.
num. 5.*

Vlterius dicta compulsatio nulla visa fuit: quia
10 † Testes non fuerunt examinati singuli distinctim,
11 sed insimul, & in confuso in eadem scriptura † &
per eundem præmeditatum sermonem, per hæc ver-
ba: *interrogat dixerunt: &c.* ac ideo nulla est illis
adhibenda fides, *l. 3. §. ideoque diuus ff. de test. & ibi
Bart. Ioan. Andr. in cap. nihil obstat. de verb. signif.*
& in puncto *Alex. cons. 137. num. 5. vers. & licet sit
deducta lib. 2.*

Fuit etiam per Dominos animaduersum, quòd
12 omnia acta fuerunt vno, & eodem die gesta: † cùm
tamen citationes ad videndum compulsari ex solito
stilo, debeant fieri vnâ die, pro aliâ, *Vestr. in prax. cap. 1.
n. 14. vers. his omnibus lib. 6.*

Demùm tollit omnem difficultatem, quòd testes
13 † examinati super existentia archiuij, ex quo dicta
scriptura desumpta fuit, nihil concludunt super re-
cognitione, nec etiam super requisitis pro legalitate
archiuij iuxta, tradita per *Decian. cons. 24. num. 51.
libr.* 1. cum aliis quos latè refert, & sequitur *Rot. de-
cis. 135. num 8. par. 1. recent.* Ex quibus cessat diffi-
cultas, quòd scriptura, de qua agitur dicatur antiqua,
14 & excedere centum annos: † quia cùm illa contro-
uertatur, controuertitur similiter eius antiquitas: &
stante nullitate compulsationis antiquitas non rele-
uat ex supradictis.

Et ita decisum.

Romana Spolij.

Ven. 4. Iulij 1625.

ARGVMENTVM.

Reintegratio datur ad æstimationem, si res præstari non potest. Spolium, quando probetur ex duobus extremis tantùm: & quando tertium etiam extremum requiratur: & ex quibus illa probentur. Acta debent integrè transportari à iudice à quo, ad iudicem ad quem, alias iudex ad quem nulliter procedit.

SVMMARIVM.

1 *Spolium probatur ex duobus extremis, nempè, ex antiquiori possessione spoliati, & ex iuniori possessione spoliantis. Declara vt n. 4. & seq.*

2 *Possessio domus probatur ex illius inhabitatione, locatione, & perceptione pensionum.*

3 *Extremum secundum in spolio, probatur ex leuioribus probationibus.*

4 *Et sufficit sola litis substentatio cum adminiculis.*

5 *Spolium probatur tantum ex duobus extremis quando solum de eo ciuiliter agitur etiam si agens spolio non probet, quod ex iniusta causa à possessione ceciderit: fallit; quando possessio fuit capta authoritate Iudicis, n. 16.*

6 *Possessio recens iniusta præsumitur; antiquior autem iusta.*

7 *Spolium probatur sufficienter ex priori possessione, concludenter probata: fallit, vt n. 16.*

8 *Pretium solui debet, si res præstari non potest: & hoc casu sequi potest condemnatio ad rem; exequenda tamen in æstimatione, n. 9.*

9 *Spoliatus agit ad æstimationem rei perempta, si non potest ad eam reintegrari, iunctis numeris præcedd. & seqq.*

10 *Spolium resolui non debet facto spoliantis.*

11 *Spoliator non potest colorare nouam possessionem ad exclusionem spoliati.*

12 *Spolij remedium formatum in vita spoliati transit ad ipsius heredem; sicuti etiam & contra heredem spoliantis, conceditur in quantum ad eum peruenit & num 13.*

14 *Hæres repræsentat defunctum in iure create actiuè & passiuè.*

15 *Testes examinati sine citatione partis non probant.*

16 *Spolium in iudicialibus ad hoc vt intret probari debet tertium extremum; nempe quòd iudex iniustè, aut nulliter processerit.*

17 *Gubernator Vrbis est Iudex ordinarius.*

18 *Sententia est nulla non transportatis actis præcedentis instantia.*

19 *Sententia præsumitur iusta.*

20 *Transportatio non præsumitur rectè & ritè facta, si coram iudice non fuerunt exhibita acta confecta à notario actuario in forma processus.*

21 *Sententia non probant sine processu, nec Rota illas attendit.*

22 *Præsertim, quando sunt lata de recenti. Declara, vt num. 23.*

24 *Productio, iurium à quo fieri debeat.*

25 *Transportatio actorum non est necessaria, quando proceditur in causa, prout in prima. Declara vt n. 26.*

DECISIO VII.

IVLIVS Manfredus vti hæres testamentarius q. Lucretiæ de Caualeriis intentauit iudicium spolij coram Illustrissimi Vrbis Vicarij Locum tenente contra Moniales Sancti Iosephi in Monte Pincio, quibus per decretum domini Vrbis Gubernatoris fuerat domus, de qua agitur deliberata pretio scutorum 380. Et cum obtinuisset reintegrari ad possessionem suæ auctricis, & loco reintegrationis attenta incorporatione dictæ domus cum Monasterio, sibi solui dictum prætium, sine tamen præiudicio aliorum iurium, occasione dictæ domus illi spectantium; fuit à dicta sententia per Moniales appellatum. Et causa in Rota introducta, me proponente, & vtraque parte informante fuit discussum de viribus dictæ instantiæ.

Quæ confirmanda videbatur, quia quòd Lucretia
1 fuisset spoliata, dicebatur constare † ex illius antiquiori
possessione, concludenter probata ex testibus
deponentibus, quod dictam domum inhabitauit, & respectiuè
locauit, ac pensiones percepit. iuxt. glos. in l.
qui vniuersas, §. quod per colonum; & ibi Bart. ff. de acquir.
possess. Seraf. decis. 1200. n. 1. & ex iuniori possessione
Monialium, de qua pariter satis constabat ex eisdē
2 testibus, † licèt sufficiant leuiores probationes, Rot.
3 decis. 8. de restit. spoliat. in nou. adeo, quòd sola litis sustentatio,
cum adminiculis sufficiat, Alex. cons. 73. in
princ. vol. 3. Lap. alleg. 65. in fin. Caputaq. decis. 369. par. 2.
Greg. XV. decis. 105. n. 3.

Quibus duobus extremis probatis dicebatur de
4 spolio † apparere, quando vt hic solum de eo ciuiliter
agitur, etiam si agens spolio non probet quod ex iniu-
5 sta causa à possessione ceciderit. Cum enim † possessio
recens iniusta præsumitur iusta, cap. cum olim, de restit.
6 spoliat. ac ideo † priori concludenter probata, dicitur
sufficienter probatum spolium, Bart. in l. si coloni, C.
de Agric. & Censit. lib. 11. Bald. in l. penultima n. 15. C.
si à non competent. iudic. Innoc. in cap. post elect. de concess.
preben. & in cap. sæpe, vbi etiam Abb. & alij de restit.
spoliat. Alex. cons. 6. vol. 3. Menoch de recup. rem. 15. n.
384. cum seqq.

Nec obstare videbatur, quod dicebat vnus ex Dominis, quod in Locumtenentis sententia dabatur reintegratio ad domum, & quia erat incorporata Monasterio ad eius pretium, quod cum non esset penes Monasterium; sed depositum penes Montem pietatis, deficiebat quoad pretium secundum extremum, in spolio necessarium iuxtà superius dicta.

Etenim respondebatur, quòd licèt pretium sit in
7 solutione † propter difficultatem seu impossibilitatem
restituendi domum iam Monasterio incorporatam,
l. multum interest, iuncta glos. verb. nocere, ff. de verb.
8 oblig. tamen semper remanet † pristina actio spolij
cum effectu, l. continuus, §. illud ff. de verb. oblig. ibi &
generaliter causa difficultatis ad incommodum promissoris
non ad impedimentum stipulationis pertinet. & l. 2. §.
ex his ff. eod. tit. ibi sed non facit inutilem stipulationem
9 difficultas præstationis. † Et sequi potest condemnatio
ad rem, exequenda tamen in æstimatione, tametsi difficultas
præstationis sit perpetua, l. non dubium, in fin. ff.
de leg. 3. Bart. in dicto §. illud n. 5. vers. sed contrà hoc, &
vers. item contrà, ff. de verb. oblig. & glos. in d. l. multum in-
10 terest. † Iniquum enim esset, quòd spolium per dictam
incorporationem, & sic facto spoliantis resolueretur,
arg. tex. in l. 2. §. fin. ff. si quis caut. ibi, nam si ipse hoc affe-
11 ctauerit, vel causam præstitit, non proderit ei exceptio.
† Nec spoliator potest colorare nouam possessionem
ad exclusionem spoliati, vt latè Menoc. de recup. rem. 1.
n. 180. & n. 195. vsque ad numerum 206. Et cessabat difficultas,
tùm quia moniales ex litis sustentatione se
constituerunt possessores, vt supra dictum est: tum
etiam, quia reintegratio non solùm fuit data ad prætium
depositum, sed etiam ad alia quæcunque iura,
Iulio competentia occasione dictæ domus: quæ prætenditur
fuisse multo maioris valoris.

Non poterat etiam dubitari, quin istud † reme- 12
dium spolij, formatum in vita Lucretiæ transierit in
Iulium ipsius hæredem, cap. significauerunt, de testib. §.
non autem, vers. hæredibus, Instit. de perpet. & temp. act.
l. 1. §. hoc interdum hæredi, ff. de vi, & vi armat. Crescent.
decis. 3. de restit. spoliat. Gabr. eod. tit. concl. 5. n. 19. & seqq.
Rol. cons. 50. n. 6. & 15. lib. 2. & cons. 6. n. 14. vbi de com. lib.
3. Cagn. in l. hæredem num. 16. & 17. ff. de reg. iur. sicuti
etiam, † & contrà hæredem conceditur, in quantùm 13
ad eum peruenit, d. l. 1. §. vltimo, & l. si plures. ff. de vi, &
vi arm. Rip. in cap. sæpè, n. 8. de restit. spoliat. Menoc. de
recup. rem. 1. n. 157. Et ratio est, quia † hæres repræsen- 14
tat defunctum in iure creato, & formato, actiuè, &
passiuè, vt dixit Aret. cons. 125. n. 4. sequuntur Rol. &
Cagnol. in loc. cit.

Sed his non obstantibus Domini vnanimiter resoluerunt
sententiam dicti Locumtenentis esse infirmandam,
duobus præcipuè fundamentis. Primum, quia
non constabat de primo extremo ad spolium necessario,
scilicèt de possessione dictæ Lucretiæ: cùm † te- 15
stes ad id inducti non probentur examinati citatis
monialibus, vt est de iure, l. si quando C. de testib. cap. in
nomine Domini, eod. tit. Caputaq. decis. 274. n. 3. par. 3. Secundum,
quia quando dicta duo extrema probarentur,
non intrat spolium, quando vt hic possessio fuit
capta authoritate iudicis, l. iustè possidet, vbi Bart. ff. de
acq. poss. glos. in cap. præsentium, in glos. fin. in fin. 7. quæst.
1. Bald. in l. vltima in 1. notabili C. vnde vi. Abb. in cap.
conquerente, num. 6. extr. de restit. spoliat. Menoc. de recup.
rem. 8. n. 3. cum seqq. Greg. XV. decis. 43. n. 1. & decis. 105.
num. 4.

Sed præter illa duo extrema † aliud, & tertium, 16
non minùs præcisum, & necessarium desideratur: nempè
quòd spoliatus probet, iudicem iniustè, aut aliàs
non seruato iuris ordine processisse, l. meminerint C.
vnde vi, d. cap. conquerente, & ibi Doctor. Abb. in cap. cùm
causa, in 4. notab. de offic. deleg. Gemi. cons. 5. Cels. Vg. cons.
119. Brun. cons. 167. in fin. lib. 2. & multi relati à Menoc.
vbi supra: Caputaq. decis. 186. part. 3. Cas. de Grass.
decision. 1. numer. 4. de constit. Greg. XV. vbi proximè.

Non obstat, quòd prætendebatur, Vrbis Gubernatorem
nulliter, & iniustè processisse defectu iurisdictionis,
& ex quo processit contra curatorem hæreditatis
iacentis, cùm tamen non esset iacens; existente filia
hærede; & non seruatis solemnitatibus, in subhastandis
immobilibus de iure, & consuetudine Vrbis
adhibendis, quæ latè per informantes recensebantur.
Quia defectus iurisdictionis non probatur, cùm † Gu- 17
bernator sit iudex ordinarius, & cum † acta illius iu- 18
dicij non fuerint coram dicto Locum tenente transportata:
illis non visis non potuit ipsi constare de
nullitate, aut iniustitia sententiæ, seu decreti Gubernatoris;
ac propterea sententia Locumtenentis fuit
nulla, Guid. pap. decisio. 20. & ibi Add. t. Ranchini,
Rot. coram Greg. XV. decisio. 320. numer. 1. & fuit
dictum in Algarien. dismembrationis, 14. Nouembris,
& 5. Iunij 1617. coram R. p. d. meo Rembaldo.
Et ratio est, quia † debet præsumi pro venditio- 19
ne per Gubernatorem facta, dum contrarium non
probatur, l. Herennius, §. Caia ff. de euict. ac pro
illius sententia, Menoch. præsumpt. 67. lib. 2. Ex aduerso
autem ex quo coram dicto Locumtenente † 20
non fuerunt exhibita acta confecta à notario actuario
in for

in forma processus, cessat, præsumptio, quòd ritè, ac rectè sit facta transportatio ex his, quæ *glos. Innoc. & Butr.* & communiter Doctor. notant per illum *text. in cap. quoniam contra extr. de probat. Abb. ibidem num. 19. vers. 1. casu Modern. de probat. concl.* 1231. & per consequens nec præsumi debet pro illius sententia *Menoch. d. presumpt. 67. num. 32.*

Non etiam obstat, quòd ille qui se fundat in sententia (vt hic fundantur moniales in sententia seu decreto Gubernatoris) debeat producere acta illius,
31 † cùm sententiæ sine processu non probent; nec Rota illas attendere soleat, *Caputaq. decis. 134. num. 1. lib. 3.* præsertim quando sunt latæ de recenti, vt in isto casu, *Rot. decis. 196. num. 5. par. 2. diuers.* Quia vt sæpiùs
32 Rota distioxit, † hoc procedit agendo, non autem excipiendo, affirmando se possidere auctore Pretore:
33 Atque, ita productio † pertinebat ad Iulium, qui actor dicebatur, dum in sua replicatione contendebat sententiam, seu decretum Gubernatoris fuisse nullum, *l. 1. cum vulg. ff. de excep.*

Demùm non obstat, quòd Locumtenens pronunciauerit prout in prima, non per viam appellationis:
34 † quo casu non videtur necessaria transportatio actorum alterius iudicij, vt fuit resolutum in *Conchen. limitum, 17. Iunij 1596. coram Card. Pamph. & in alius relatis in addit. ad Greg. XV. decis. 320. num. 4. post medium, vers. sed pro concord.* Quia hoc obiectum non
35 applicatur, † non enim prætenditur fuisse necessariam dictam transportationem ad effectum validationis iudicij agitati coram dicto Locumtenente: quo casu intrat distinctio, de qua in dicta additione, sed prætenditur, dictum Locumtenentem non potuisse declarare, Moniales fuisse nulliter immissas in possessionem domus de qua agitur, iudicis auctoritate: non constito sibi de iniustitia dictæ immissionis; de qua ei constare non poterat, nisi visis actis iuxta superius deducta.

Et ita decisum &c.

Barchionen. Beneficij.

Ven. 4. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Beneficium in cuius fundatione cauetur, quod debeat præsentari presbiter, seu clericus de genere, & parentela fundatoris, adiudicandum est illi, qui per gradus distinctos probauit se esse de genere, clericum seu presbiterum. Et aliqua de nullitate sententiæ ex defectu iurisdictionis, & citationis, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est nulla ex defectu citationis ad sententiam.*
2 *Executor qui vigore primarum litterarum Apostolicarum vnius prouisi tulit sententiam ad illius fauorem; si postea sibi præsentatis secundis litteris ab alio prouiso de eodem beneficio, non incipiat nouum processum, sed continuet primum, cuius vigore proferat secundam sententiam, prima confirmatoriam, nulliter procedit ex defectu iurisdictionis.*
3 *Iurisdictio delegata per primam sententiam, etiam nullam expirat.*
4 *Qualitas requisita ex fundatione beneficij est omninò attendenda.*
5 *Descendentia probari debet per gradus distinctos, nec sufficit generica probatio.*
6 *Sententia lata super statu personarum probat etiam quoad tertium.*
7 *Presbiteriatus probatur ex litteris patentibus.*
8 *De genere dicuntur esse descendentes ex fœminis præsertim in Hispania.*
9 *Sententia est iniusta, si confirmet aliam sententiam nullam.*
10 *Sententia est nulla, si fuit nimis celeriter lata, nempè eadem die, qua fuerunt producta iura, & fabricatus totus processus.*

DECISIO. VIII.

Beneficivm de quo agebatur, fuit fundatum à Romeo Coromines, presbitero, qui in fundatione iuspatronatus reliquit hæredi, seu successori Mansi, seu prædij rustici de Coromines, & pro tempore rectori, seu beneficiato sanctissimæ Trinitatis Barchinonen. cum hoc quòd debeant præsentare presbiterum, seu clericum, qui intra tempus in fundatione præscriptum possit ad sacerdotium promoueri: & quòd sit de genere, & parentela fundatoris. Euenit autem, quòd vacante dicto beneficio per mortem Francisci de Comalada: patroni, in discordia præsentarunt, nempè Ioannes Ordeix, beneficiatus sanctissimæ Trinitatis Ioannem Mas, hæres verò seu possessor dicti prædij, Iosephum Marsar. Sed cùm esset lis inter præsentatos, & vterque cum narratiua tenoris dictæ fundationis; & sub eadem data prouisionem Apostolicam obtinuisset cum derogatione iurispatronatus pro medietate: Iosephus præuenit in præsentando officiali Barchinonen. literas suæ prouisionis, à quo earum vigore obtinuit sententiam de immittendo, prout immissus fuit; Idem verò officialis cui postea fuerunt præsentatæ literæ Apostolicæ Ioannis Mas, secundam protulit sententiam primæ confirmatoriam. A qua cùm pro parte dicti Mas fuerit appellatum, & causa commissa b. m. Vbaldo, fuit resolutum, dictam sententiam esse infirmandam tam ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ. Mihi verò posteà subrogato fuit ordinatum, vt decisionem extenderem.

Nullitas visa fuit indubitata: † primò ex defectu 1
citationis ad sententiam: *l. 1. §. item cùm ex edicto ff. quæ sent. sin. appell. rescind. Clem. pastoralis de re iudic. Clem. sæpè, §. sententiam de verb. signif. vbi glos. verb. ad id*, Quia citatio ad audiendam sententiam debet esse præcisa. *Cæsar. de Graff. decis. 14. num. 2. de sentent. & re iud. Rot. decis. 486. num. 7. par. 2. recent.*

Secundò quia licèt † nullitas ex defectu iurisdi- 2
ctionis de qua opponebatur, videatur absolutè non procedere eo quòd Ioannes eidem officiali Barchinonen. litteras Apostolicas suæ prouisionis anteà præsentauerat, per quas de nouo illi iurisdictio attributa fuisse videbatur; quia tamen dictus officialis non incæpit nouum processum, nec vigore dictarum litterarum dicta secunda sententia emanauit, sed primum processum fabricatum in executionem litterarum Iosephi continuauit, & illius vigore, & sic litterarum eiusdem Iosephi dictam secundam sententiam primæ confirmatoriam promulgauit, ex hoc etiam dicta secunda sententia fuit nulla defectu iurisdictionis, quæ cùm esset delegata, per primam sententiam etiam nullam expirauit, *l. iudex posteaquam, ff. de re iudic. l. si vt proponis 1. vbi Bald. Salic. & communiter Doctor. C. quomod. & quand. iud. Felin. & alij in cap. litteris de offic. deleg.*

deleg. Bertrand. conf.15. num. 3. vol. 2. par. 2.

3 De iniustitia verò visum fuit, clarè constare, † quia per dictam sententiam adiudicatur beneficium Ioseph, qui non probauit esse de genere fundatoris, prout requirit fundatio, quæ est omnino attendenda, *Clement. quia contingit de relig. dom. Rot. decis. 254. num. 2. par. 2.* recent? † Generica enim probatio, per illum 4 facta, stante oppositione Ioannis non fuit releuans, sed fieri debuit per gradus distinctos, *cap. licèt ex quadam ibi, & ab vtroque latere singulos gradus clara computatione distinguat, extra de testib. Rota decis. 105. apud D. meum Decanum, latè Garz. de benef. 7. par. cap. 15. à num. 18. cum seqq.* sed adiudicari debuit Ioanni, qui per gradus distinctos probauit esse de genere, & parentela fundatoris, tàm per testes quàm per plura, & diuersa instrumenta, nec non per sententiam aliàs latam ab ordinario Vicen. in qua fuit adiudicatum eidem Ioanni tanquàm de genere ipsiusmet fundatoris consimile beneficium à dicto fundatore erectum eum 5 eadem qualitate descendentiæ. Quæ sententia † tanquam lata super statu personarum, probat etiam quo ad tertium iuxtà textum in *l. ingenuum, ff. de stat. hominum. Conar. pract. q. cap. 15. n. 5. & 6.*

6 De presbiteratu † autem dicti Ioannis constabat ex litteris patentibus: sicuti etiam quòd Ioannes Ordeix, assertus patronus obtineat beneficium Sanctissimæ Trinitatis, per litteras collationis in actis exhibitas.

Non obstat, quòd Ioannes probet genus, & parentelam per lineam fœminarum. Quia etiam descen-7 dentes ex fœminis † dicuntur esse de genere, & parentela fundatoris, *Menoch. conf. 825. num. 63. & seqq.* & hoc dubiò procul procedit apud Hispanos, vt latè *Greg. lopez. partit. 6. tit. 13. lib. 3. in glos. magna, vers. succedit etiam quæstio, & partit. 2. tit. 15. l. 2. glos. el mas propinquo q. 3.*

Demùm indè etiam de iniustitia dictæ secundæ 8 sententiæ apparet, † quia per eam confirmatur prima sententia nulla, *Cæsar de Graff. decis. 11. num. 3. de sent. & re iudic.* Nullitas autem dictæ primæ sententiæ videtur patens tùm ex defectu citationis ad sententiam, sicuti, & secunda iuxta superius dicta: tum etiam, 9 † quia fuit nimia celeriter lata, nempè eadem die, qua fuerunt producta iura, & fabricatus totus processus, *ad tex. & ibi glos. & Bart. in l. prolatam C. de senteat. & interloc. Bald. conf. 204. num. 3. lib. 3. Gabr. conf. 162. num. 22. lib. 1.*

Et ita decisum Ioanne tantùm Informante &c.

Romana Societatis officij.

Lun. 14. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Recognitor bonæ fidei in societate officij, qui in casu mortis, aut absentiæ, fideiussorum promisit alios renouare, & euenientibus dictis casibus, legitimè interpellatus, eos non renouauit; non potest sortem lucrari per mortem dantis pecunias, cùm sibi obstet exceptio non implementi.

SVMMARIVM.

1 *Societas officij non dissoluitur, si recognitor bona fidei interpellatus, alios fideiussores non præstitit, prout promisit quia videtur cum eo actum, vt seruaretur contractus: Contrarium versus, num. 9 & n. 15.*

2 *Item societas non dissoluitur, si fuit obtentum mandatum pro deponenda sorte. Declara vt n. 12.*

3 *In contractibus nominatis non licet agere ad resolutionem contractus, sed solum ad implementum, seu interesse, si contrauentio sequatur.*

4 *Implementi defectus non potest opponi, quando ex eo nullum fuit sequutum damnum.*

5 *Amplia, vt hoc casu, neque possit opponi ab Ecclesia contra Vassallum, n. 5.*

Declara procedere, si debitor agat de damno vitando, secus si de lucro captando num. 13.

6 *Emptor tenetur soluere venditori interesse ob dilatam pretij solutionem, etiamsi venditor non dederit fideiussores premissos pro euictione, & quare n. 13.*

7 *Lex Iulianus §. offerri ff. de act. empt. procedit contractu ad vnguem non seruato.*

8 *Fideiussores præstandi initio contractus si non dantur, procedit non est locus lucro pecuniarum in societate officij, ita pariter si non renouentur ex post facto, vt fuit conuentum, cum eadem vigeat ratio: iunctis num. praced.*

10 *Mora purgari à debitore quando non possit, & quando id maximè procedat n. 11.*

14 *Lucrari quis non debet ex contractu, quem non impleuit, & n. 15.*

16 *Intimationis defectus purgatur ex Rei comparitione.*

17 *Productio sufficit, quòd adnotetur in vna ex duabus scripturis productis, & insimul consutis, habentibus ordinatam consequentiam.*

18 *Mortis denunciatio facta alicui à persona fide digna, sufficit, vt denunciatus non possit negare illum sciuisse.*

19 *Denunciationi facta à Cursore publico de mandato, Iudicis omnino credi debet.*

20 *Intimatio facta auctoritate Iudicis obligat, & constituit intimatum in mala fide.*

21 *Scientia vtcumque probetur, non est opus assertione, etiam in protestatione incitatoria.*

22 *Scire, vel scire debere æquiparantur.*

23 *Mandatum procurs potest quandocunque produci, quando non fuit opposita eam de illius defecta.*

24 *Mandatum præsumitur ex impensa, & productione iurium.*

25 *Mandata duo sunt compatibilia, præsumptum scilicet, & verum.*

26 *Mandatum speciale, an, & quando requiratur.*

DECISIO IX.



Cum contracta fuisset societas scutorum mille ad fauorem q. D. Adriani Balleoni sub eius vitæ periculo super officio Cursoris Brandimartis; cui vti fideiussores principaliter, & insolidum accesserunt D. D. Robertus Capizuccus, Io. Baptista Victorius, & Io. Baptista Pacificus, cum pacto eos renouandi in casu mortis, aut absentiæ, & D. Iulia Balleona, mater, & hæres prædicti D. Adriani egisset pro dictorum scutorum restitutione contra Robertum, vnum ex dictis fideiussoribus coràm A. C. eo quòd mortuo Pacifico, & Victorio absente, alios non subrogauit fideiussores, cùm fuerit ad id iudicialiter interpellatus; prædictus autem Robertus prætenderet illa per Adriani mortem fuisse lucrata, nec quòd nouos fideiussores non dederit, ipsi obesse ex his, quæ ab eo deducebantur: A. C. cum voto Rotæ proponente R. p. d. meo Decano die 24. Maij anni proximè elapsi, ordinauit, exequi mandatum, aliàs contra dictum

dictum Robertum pro prædicta summa relaxatum;
Sed quia fuit appellatum,& causa mihi commissa cum
clausula; *si quid exequendum*; dubitaui, An executio-
ni esset locus:Et cùm lucro locum esse apparetet,con-
sequenter etiam mandatum exequi non posse videba-
1 tur, † Qoia licèt Robertus requisitus, nouos fideius-
sores non præstiterit,non ideò fuit dissoluta societas,
quinimò eo ipso actum, vt seruaretur contractus, vt
in similibus terminis est decisio 88.*num*.3. *Greg. XV.*
2 Et deducitur, † ex quo fuit obtentum mandatum de
deponenda sorte principali, quod arguit non dissolu-
tionem societatis,*Rot. decis. 56. num. 3. par. 1. recent.*
Sed potius, vt debitor tædio affectus, & incommodo
3 exbursandi sortem,contractum adimpleret: † & cùm
in contractibus nominatis non liceat agere ad reso-
lutionem contractus,data contrauentione, sed solùm
ad implementum,seu ad interesse,*Paul.de Castr.& alij l.1.C.de act.empt.Bart.& Ias.in l.fin. ff. de cond. ob caus.*
credendum est,quod Adrianus, petens fideiussores re-
nouari, & post præfinitum tempus pecunias deponi,
potius voluit in societate perseuerare, & sic se iuri
communi conformare,tametsi ex lege in societate di-
cta,ad restitutionem pecuniarum, atque ita etiam ad
resolutionem societatis agere potuisset; Si igitur so-
cietas vsque ad mortem Adriani perseuerauit, nihil
est, quod impedire lucrum debeat, sequuta illius
morte.

Nec quòd Robertus non præstiterit nouos fideius-
sores, obstare illi posse videbatur *reg. tex. in l.Iulianus,* *§.offerri ff.de act.empt.*nam cùm ex non reuocatione fi-
4 deiussorum † nullum fuerit Adriano illatum dam-
num, aut certè de eo non appareat, non potuit Iulia
Balleona eius hæres opponere de tali non implemen-
to.*Surd.decis.265.n.38.*vbi quòd defectus implementi
opponi non potest, quando ex eo nullum est sequu-
tum damnum,& *idem cons.*101.*n.*24.*Crauet cons.59.n.*
5 2.quod prius dixit *Bald.cons.*127.*lib.*1. vbi quòd † Ec-
clesia non potest Vassallo obiicere defectũ implemen-
ti, ex quo ipsa nullum damnum substinuit, & ferè in
6 his nostris terminis receptum est, quòd † si venditor
non dederit fideiussores, quos emptori pro euictione
promisit:emptor nihilominus ob dilatam pretij solu-
tionem tenebitur venditori soluere interesse,*Bald. & Paul in l.2.C. de vsur.* & est communis opinio secun-
dùm *Cagnol in l.curabit.n.28 ff.de act.empt. Paris.cons.*
*71.n. 17. lib.1 Conar.lib.3.variar.cap.4.n.6.ver.duodeci-mo hinc deducitur,Surd.d.cons.*101.*num.*23.Et ratio est,
quia defectus fideiussionis non impedit emptori fru-
ctuum perceptionem,absque eo quòd periculum eui-
ctionis sine fideiussoribus habeatur in consideratio-
ne:ergo cum Adrianus ex non renouatione fideiusso-
rum non fuerit impeditus percipere interesse; pariter
etiam contendebatur non posse eius hæredem de ea
opponere.

Sed his non obstantibus, Domini mandatum exe-
quendum esse resoluerunt: cùm enim nec de pacto re-
nouãdi,nec de illius nõ implemento dubitaretur, ver-
sabamur dubio procul in *reg.dicti §.offerri, & cap.per-*
7 *uenit*, vbi *Abb. extr.de iur.iur.* † quæ procedit, dum
adimplementum non fuerit omninò, & ad vnguem
perfectum, ità quòd nec qnid minimum desit, *Bal.in l.vltima n.1.vers.sed reuocatur,C.commod.Dec.in cap.de appellationibus de appell.Menoch.cons.55.n.6.lib.1. Ias.*
cons.41.n.1. & 2. vol. 3. & in his nostris terminis. *Rot.*
*apud Seraf.decis.215.& 673.*Et quamuis decisiones istę
loqui videantur,quando non dantur fideiussores pro-
missi, & præstandi initio contractus: idem etiam est
8 † in renouatione,ex postfacto facienda,cùm ratio sit
eadem, nempè quia Adrianus aliter non contraxisset,
l.in conuentionalibus, in princ.ff. de verb. oblig. Seraf. d. decis.225. num.2,

Neque obstat ratio dubitandi initio tradita, Quia
† veriùs est,quod non facta renouatione intra termi- 9
num, fuit statim resoluta societas quoad Robertum,
ac restitutioni pecuniarum factus locus, absque † eo, 10
quòd Robertus posteà fideiussores renouando,moram
purgaret, siue mors Adriani sequuta fuerit siue non,*l.*
traiectitia,§.de illo, ff.de oblig. & act. ibi *si interpellatus moram ipse fecerit, an quamuis pecuniam postea offerat, pœna nihilominus committatur, & hoc rectiùs dicitur.*
Quod † fortiùs procedit,quando vt hîc non de pœna, 11
sed de lucro agitur,*Alex.in l.si insulam.16 fallent.ff.de*
verb.oblig.Puc dec.66.n.1 lib.3.Et in puncto Rot.decis.21.
n.1 in impress.post Zach.de societ. offic. & decis. 8. apud
*Marches.par.1.§.2.*Et licèt ex quo fuit actum ad depo-
nendum,† videatur, Adrianum non recessisse à socie- 12
tate,tamen cùm depositum indifferenter ad vtrumque
se habere posset, debuit id totum ex voluntate,& de-
claratione Adriani metiri.

Non obstat,quòd ex non renouatione fideiussorum
nullum fuerit Adriano sequutum damnum. Quia † 13
hoc fortè procederet, si Robertus contenderet de dã-
no vitando,in quibus terminis loquuntur *Bald.Paris.*
& alij DD. superiùs citati; & præsertim dum dicunt,
emptorem teneri soluere venditori interesse pretij
non soluti,quamuis venditor nõ dederit fideiussores,
quos in limine contractus pro euictione dare promi-
sit:Cùm enim emptor percipiat fructus ex re sibi tra-
dita, careret venditor re, & pretio:& ex aduerso em-
ptor retineret pretium, & fructus lucri faceret; Hîc
autem Robertus agebat de lucro captando, & Adria-
nus de damno vitando,quorum diuersa ratio est,*l.fin.*
in fin. C.de iur.codicill.Paris. & Conar.vbi supra, † sic 14
que nudum solùm, & simplex non implementum at-
tendi debet,*Seraf.d.decis.225.n.4.* Et cessat omnis dif-
ficultas ex quo vt iam dictum est,† statim non sequu- 15
to adimplemento fuit dissoluta societas,vel saltem su-
spensa quoad d.Robertum,*d.decis.21.apud Zacch. & decis.8.apud Marches.*

Non obstat etiam, quòd interpellatio ad renouan-
dum non fuit Roberto personaliter facta,sed domi di-
missa copia,quia quidquid sit,an requiratur persona-
lis interpellatio,quando vt hîc de illius defectu oppo-
nitur, non ad euitandam moram ad effectum excu-
sandi pœnam,sed solùm captandi lucrum: † fuit om- 16
nis defectus purgatus per comparitionem Roberti ad
interpellationem domi factam,vt *in dicta dec. R.P.D.*
mei Decani,vers.quod autem.

Non obstat præterea, quòd Robertus non teneatur
credere denunciationi sibi factæ circà mortem Paci-
fici & absentiam Victorij. Quia vltrà quòd in actis
fuerunt productæ litteræ Victorij absentis,& fides ob-
itus Pacifici, ex quibus constitit Roberto tam de ab-
sentia vnius quàm de morte alterius.(De quarum lit-
terarum legitima productione Domini non dubita-
bant, † licèt in fide obitus Pacifici non fuerit adno- 17
tata productio, ex quo adnotata fuit super epistola
insimul cum dicta fide consuta, & sic super vna ex
duabus scripturis, habentibus ordinatam consequen-
tiam, *Bald. in l. si quis,§. Initium num. 1.ff. de edend.*
Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 64. num. 2. & benè in decis. D. mei Decani) adhuc ex quo probatio mortis
† Pacifici non habebatur in promptu, satis fuisset ad 18
effectum de quo agitur, quòd fuerit Roberto denun-
ciata per talem personam, cui credere debuit, vt per
Bart in l.non solum,§.morte,num 48 ff.de nou.oper.nunc.
& etiam firmatur in dicta *decis. D.mei Decani, & ibi Bart.*loquitur in intimatione, seu protestatione inci-
tatoria, vt aliquid fiat, vt patet *num.* 46. & eò magis
cùm hic † facta fuerit denunciatio à publico cursore 19
iudicialiter, & de mandato iudicis, & cum mandato,
nisi infrà quindecim, *iuxt. text. in l. quod te ff. si cert.*

pet.&



VRBANVS PAPA VIII.

DILECTO FILIO FERDINANDO SCIAMANNÆ, Clerico Interamnen. I. V. D.



ILECTE Fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Litterarum scientia, vitæ, ac morum honestas, aliáque laudabilia, probitatis & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, vt illa tibi fauorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cùm itaque sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu decisiones Venerabilis Fratris Pauli Episcopi Vrgellen. tunc Capellani nostri, & causarum Palatij Apostolici Auditoris, ab ipsis originalibus desumptas, in Iuris studiosorum vtilitatem, & commoditatem in Ciuitate nostra Interamnen. imprimi facere intendas: Verùm dubites ne aliqui ex alieno labore lucrum quærentes, easdem decisiones, seu earum quaslibet coniunctim, vel diuisim imprimere, seu reimprimere præsumant. Nos tuæ indemnitati hac in parte prouidere, téque intuitu laboris suscepti, & expensarum propterea factarum, & faciendarum specialis gratiæ fauore prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendũ harũ serie absoluentes, vel absolutũ fore cẽsentes: Motu proprio, & ex certa scientia, & de mera liberalitate nostris, déque Apostolicæ potestatis plenitudine tibi, pro te, & hæredibus, ac successoribus tuis quibuscumque, vt dictas decisiones in Ciuitate nostra Interamnen. dummodo tamen à Venerabili Fratre Episcopo Interamnen. ac Dilecto Filio Inquisitore hereticæ prauitatis in dicta ciuitate Interamnen. commorante approbatæ fuerint, imprimere, vel imprimi facere liberè & licitè possis & valeas; vtque nemo ad decem annos à data præsentium numerando tam in statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè Nobis subiecto, quàm etiam citra & vltra montes existens, dictas decisiones, vel earum quaslibet etiam cum additionibus, scholiis, vel quibuscumque aliis distinctionibus quocumque nomine, seu vocabulo nuncupatis, ordine, vel titulo mutatis, coniunctim, vel diuisim in quacumque forma in totum, vel in partem imprimere, vel imprimi facere, aut impressas, seu reimpressas vendere, vel venales habere, proponere, aut aliàs edere, vel euulgare, aut etiam pro vsu proprio habere, vel tenere possit, tenore præsentium concedimus & indulgemus, ac omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, & librorum impressoribus, aliisque quibusuis personis quauis authoritate, scientia, & facultate ac priuilegiis fulgentibus, tam in statu Ecclesiastico mediatè vel immediatè subiecto, quàm etiam citra & vltra montes existentibus sub excommunicationis, à qua contrauenientes nisi à Romano Pontifice præterquàm in mortis articulo constituti absolui nequeant, & quingentorum ducatorum auri de Camera, & amissionis librorum pœnis, quoad illos in statu Ecclesiastico existentes, toties quoties contrauentum fuerit eo ipso facto, ac absque declaratione vlla incurrendis, pro vna tibi, ac tuis hæredibus, ac successoribus, ac ius ab eis habentibus huiusmodi; pro altera verò Cameræ nostræ Apostolicæ applicandis, & irremissibiliter exigendis, ne durante tempore decem annorum vt supra, computandorum, prædictas decisiones, vel earum quaslibet coniunctim, vel diuisim, etiam cum additionibus, vel scholiis, vel quibuscunque aliis obseruationibus quocunque nomine seu vocabulo nuncupatis à quacumque persona, cuiuscunque status, & conditionis editis, seu edendis, ordine vel titulo mutatis in quacunque forma, in totum, vel in partem, absque tui, & hæredum, ac successorum tuorum, vel ius ab eis habentium speciali licentia inscriptis habita imprimere, seu reimprimere, seu imprimi, seu reimprimi facere, aut venalia habere, proponere, seu aliàs edere vel euulgare, seu quoquomodo clam vel palam distrahere, vel etiam pro vsu proprio sic impressas tenere quoquomodo audeat seu præsumat districtiùs inhibentes: Mandantes propterea vniuersis & singulis Legatis, Vicelegatis dictæ Sedis, eiúsque ditionis Gubernatoribus, & aliis institiæ

Ministris,

Miniſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, vbique exiſtentibus, & quoties pro parte tua, ac hæredum & ſucceſſorum, iúſque ab eis habentium prædictorũ requiſitionem contra inobedientes & rebelles pœnas prædictas irremiſſibiliter exequantur, implorato ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis Apoſtolicis Conſtitutionibus & ordinationibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica: vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, ac literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis & innouatis; Quibus omnibus etiam ſi de illis eorúmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, latiſſimè & pleniſſimè hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque; Et quia difficile foret eaſdem præſentes litteras ad quælibet loca deferri, volumus quòd illarum tranſumptis, etiam in ipſis voluminibus, & operibus, aut eorum quolibet impreſſis, eadem in Iudicio & extra illud fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctam MARIAM Maiorem ſub annulo Piſcatoris, Die XXVIII. Auguſti MDCXXXV. Pontificatus Noſtri Anno Decimotertio.

M. A. MARALDVS.

IMPRIMATVR.

IOSEPH IAPESSIVS Vic. Gen. pro Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Theſſalonicen. Eccl. Interamnen. Adminiſtrat.

IMPRIMATVR.

VINCENTIVS FILERNVS Vicarius Sanctiſſimæ Inquiſitionis Ciuitatis Interamnæ.

CONSENSVS.

Librum cui titulus eſt, Deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. Paulo Duran, &c. iam Interamnæ in lucem editum, hac in vrbe typis mandari, ſumptibus IOANNIS CAFFIN, & FRANCISCI PLAIGNARD, ego Regis in Præfectura Lugdunenſi Procurator non impedio. Lugduni 22. Aprilis 1637.

PVGET.

PERMISSVS.

HVnc librum, viſo Procuratoris Regij conſenſu, typis mandari ſumptibus IOANNIS CAFFIN, ET FRANCISCI PLAIGNARD, Lugdunenſium Bibliopolarum concedimus, & ne quis citra conceſſam facultatem denuò excudat deffendimus, Lugduni, 22. die menſis Aprilis, anno 1637.

SEVE.

*per.& trad.per Menoch.de arb.lib.2. caf.461.n. 7. cum seqq.*Cui propterea Robertus omnino credere debuit, *Rot.decis.161.post tract.de censib.plenè Surd. cons. 22.n.*
20 42. vbi quòd talis intimatio † facta auctoritate iodicis obligat, & constituit in mala fide: & idem fuit tantùm in *Romana seu Lateranen. pensionis 24. May 1621 coram R.P.D.meo Vbaldo.*Et in omnem euentum
21 † vtcumque probetur scientia, non est opus insertione, etiam in protestatione incitatoria, *Bart.in d.§.morte,n.47. Rot. in d.decis.coram Domino meo Vbaldo.* Quæ satis in hoc casu probabilis est, cùm Pacificus mortuus fuerit in Vrbe, multùm notus Roberto: qui ita intimatus potuit facilè perquirere, an esset vera mors:
22 cùm paria sint scire,† vel scire debere,*l.quod te, & ibi Doctor.ff.si cert.pet.*Rota in his terminis ad euitandam insertionem,*decis.127.n.5.& seqq.coram Greg.XV.quæ est decisio.93.p.2. recent.*

Neque etiam obstat, quòd non constabat de mandato eius qui instetit citari Robertum ad præstandum fideiussores. Quia immo de eo apparebat in actis, & licet à principio nõ fuerit productum, quia tamen nõ fuit quidquam oppositum contra secundam intima-
23 tionem,† potuit quandocumque produci, ex adduct. per *Rot.decis.51.n.2.p. 2. recent.* Et accedit mandatum
24 præsomptum † ex impensa, & productione iurium;
25 & vtique † duo mandata sunt compatibilia, præsumptum scilicet & verum, vt fuit dictum in *Firmana iurispatronatus 28.January 1602.coram bo. me. Cardinali Pamphilio, & in Anconitana Salniani 17. May 1623. coram R.P.D. meo Vbaldo.*

Demùm non obstat, quòd mandatum debuit esse
26 speciale;† Quia cùm non simus in casu, in quo requiratur mora regularis, vel irregularis ad effectum, nẽpe incurrendi pœnam, vel soluẽdum interesse; (quo casu fortè opus esset mandato speciali ad denonciandum *iuxt.tradita per Rip.in d.l.quod te n.56.& seqq.*sed agitur ad effectum, ne quis sentiat lucrum ex contractu à se non impleto, qui sunt termini minus fortes iuxtà superius deducta, & tradit *Seraf. decis. 215. n.4*) non est, cur de defectu specialis mandati quæratur, vt benè aduertit *decisio.D.mei Decani.*

Et ita decisum, vtraque parte informante.

Romana Hæreditatis de Naris.

Lun. 17. Nouembris 1625.

ARGVMENTVM.

Hæres cum beneficio l. & inuent. grauatus restituere rem propriam, tenetur illam præstare fideicommissario, vel ei totam hæreditatem restituere.

SVMMARIVM.

1 *Testator legare potest rem hæredis siue sciuerit, siue ignorauerit hæredis esse.*
2 *Et non solùm rem hæredis, sed etiam si non sit hæredis propria, sed illi debita, aut ad eius fauorem restitutioni subiecta.*
3 *Et hoc maximè procedit, quando res hæredis aut illi debita relicta est personæ coniunctæ.*
4 *Hæres qui acceptauit hæreditatem, non potest contrauenire voluntati testatoris non tradendo rem legatam, sub prætextu, quòd illa res legata sit subiecta fideicommisso ad eius fauorem.*
5 *Hæres nolens adimplere disposita per testatorem videtur nolle hæreditatem habere, & illi renunciare, ita vt successio deferatur ad inuolenti, n.6.*
7 *Hæres non adimplens voluntatem testatoris, debet priuari lucro hæreditatis.*
8 *Hæres cum benef.l.& inuent. tenetur parere voluntati testatoris, quatenus suppetunt vires hæreditatis.*
9 *Fallit si hæres fuerit grauatus præstare rem propriam in qua cadit particularis affectio, quia tunc non tenetur.*
10 *Declara hoc procedere, si hæres non impugnet voluntatem testatoris, sed tantùm velit loco rei legatæ soluere æstimationem de rebus hæreditariis, quatenus suppetunt.*
11 *Legatum factum à testatore de re in qua ius habet morte sua periturum, intelligitur tantum de illo iure, quod habet in dicta re, licèt legatum reddatur inutile, & fiat coniunctæ personæ.*
12 *Fallit, quando res illa, in qua testator habet ius morte periturum, erat hæredis, aut futura hæredis.*
13 *Item fallit si appareat, testatorem voluisse legare non solum ius illud, sed etiam rem ipsam.*

DECISIO X.



HIERONYMVS de Naris iniunxit D. Ioanni Antonio de Naris, fratri, hæredique suo, vt medietatem prædij, siue Casalis Montis melioris nũcupati, restitueret Francisco de Naris, tertio communi fratri. Sed quia Ioannes Antonius post aditam hæreditatem recusauit dictam restitutionẽ facere sub prætextu antiqui fideicommissi in eius fauorem; cæpit proptereà Franciscus instare dandum sibi esse mandatum contrà illum pro restitutione omnium repertorũ in hæreditate Hieronymi. Super quo dato dubio *Rot. coram b.m. Tertia die 14. Nouembris 1594.* resoluit in fauorem Francisci: & cùm hodie dicta decisio reuideretur, Domini steterunt in decisis. Subsistunt enim
motiua decisionis, quòd † testator potest rem hæredis 1
legare, siue sciuerit, siue ignorauerit hæredis esse, *vulg. tex.in l.vnum ex familia,§.si rem,ff.de leg.2.*Et non so-
lùm rem hæredis, † sed etiam si non sit hæredis pro- 2
pria, sed illi debita, *d.l.vnum ex familia, §. sed si vno,& Bart.ibi, & in d.§.si rem,* vbi, quòd potest legare rem hæredi debitam, aut eidem restitutioni subiectam: quem tex.ad hoc expendit *Roder.Suar.in l.quoniam in prioribus ampliat.7.n.2.vers.ad prædicta, Greg. Lop. in l. 10.tit.9.partit.6. in glos. de à quel, Soccin. Iun. cons.68.n. 12.lib.4.Ioannes Lup.in leg.16. Tauri,n.72.Couar.in cap. filius,n.extr.de testam. Mantic. lib. 9. de coniect.vlt.vol. tit 9.n.1.& seqq.*Quod multò magis procedit,† quan- 3
do, vt in casu nostro res hæredis, aut illi debita, relicta est personæ coniunctæ, *l. cùm alienam C. de legat. & l. prædia C. de fideicom.*

Vnde non potuit D. Ioannes Antonius acceptare
hæreditatem, † & sub prætextu antiqui fideicommissi 4
contrauenire testatoris voluntati, non restituẽdo Casalis medietatem per reg.text. *in l.cùm à matre,C.de rei vendic.l.3.C.de reb.alien.non alien. l.si patri,C.de donat.* ibi, *si patri tuo hæres non extitisti, ex facta ab eo liberalitate titulo donationis non posse iura tua lædi,l.1.ff. de except.rei iud.*ibi: *si alienum fundum vendideris, & tuum postea factum petas hac te exceptione rectè repellendum. Sed si Dominus fundi hæres venditori existat, idem erit dicendum;&* text.optimus *in l.Imperator,§.si centum,ff. de legat. 2.* ibi. *Enim verò si pecunia accepta rogatus sit rem propriam quam minoris æstimet, restituere non est audiendus legatarius legato percepto, si velit compensare, l. sed si non seruus 36.ff. ad l. falcid.* ibi *& nihilominus cogetur manumittere, quia tanti æstimare videtur seruum suum,*

suum,l.generaliter,§.si quis alienum,ff.de fideic. libert. & plures referens,resoluit *Cald.Pereir. de nomin.emphit. 3.p.cap.17.num 21.Afflict.decis.112.Paris cons.16.lib.1. num.41.Menoch.cons.201.num.182.Guid. pap.cons. 118. num. 7.*

5 Qoæ sunt adeò vera,vt hæres † notando adimple-
re videatur nolle hæreditatem habere,*l.p.§.prætermit-
tere,vers.qui sub conditione,ff. si quis omiss. caus. testam.*
6 Recusando † enim adimplere conditiones,& disposi-
ta per testatorem,videtur renunciare, ita vt soccessio
deferatur adimplenti *l.2.ff. de inst.& subst.* vbi omnes
notant,*Bart.in l.1.vers.quæro quid si institutus,ff.de vulg.
& pup.*& est tex.expressus *in l.fin.in fin.* ibi. *Et sic stri-
ctius causam exigunt, vt etiam amittere lucrum hæredi-
tatis sanciant eis, qui testatoribus suis minimè paruerint;*
*& in auth.hoc amplius C.de fideic. Honded.cons.82.n.13.
cum seqq. lib.* 2. & facit decisio *Rota in Romana de Ga-
briellis 12. Nouembris 1593.coram Orano.* Et accedit,
7 † quòd non obseruans voluntatem testatoris,videtur
illam impugnare,sicque ex illa commodum conseqoi
non debet,sed priuari,*reg. ex eo,de reg.iur.in 6.Bart.in
auth de Iur.iur.a morient.præst.n.6.Crauet.cons.c.12.193.
n.3.Molin.de Hispan.primog.lib.2.c.12.n.25.* Vnde cùm
Ioaones Antooius impugnet perseueranter dictum
legatum medietatis casalis,& sic testatoris dispositio-
nem,noo potest, nec debet aliquam hæreditatis par-
tem habere:cui noo solùm,ideò renunciare tacitè vi-
sus fuit, verùm etiam expresè, & scienter quatenus
x.May 1595. declarauit, & protestatus fuit, nolle ex
testamento Hieronymi aliquod commodum, aut in-
commodum sentire,sed illius bona esse paratum Fran-
cisco restituere.

Non obstat,quòd Ioannes Antonius sit hæres cum
benef. l. & inuent. & ideò non impediatur vendicari
dictum casale, vt sibi debitum. Quia iuxta magis re-
8 ceptam senteotiam † etiam hæres cum beneficio, l.
& iouenr. teoetur testatoris voluntati parere, quate-
nus vires hæreditatis suppetunt, *glos. in l. scimus §. in
computatione C.de iur.delib. Mich.Grass.lib.2 comm.opin.
cap.2.q.25.*& alij quos citat. *Bursat.cons.49.lib.1.Roder.
Suar.vbi suprà Ioseph.Ludou.decis. Lucen.64.n.37.Cra-
nett.cons.225. in fin.Aluar. Valasc. consult. 52.n.44.lib.
1.* dicens, ita communiter tenere Doctores, *Molin. de
Hispan. primog lib.4.cap.1.n.* 24.& alij plures,quos la-
tè recenset *Pinell.in l.1.par.3. n.81.C.de bon.mater.Rot.
apud Put. decis.263. n. 1. lib. 3. in nouiter impress. & in
Romana Census. 14. May 1614. coram Cardinali Lan-
cellotto.*

Noo obstat, si dicatur, quòd dicta communis opi-
9 nio non procedit † quando hæres petit rem suam, in
qua cadit particularis affectio,vt quia est valde fructi-
fera, ita, vt oulla hæreditaria æquè vtilis reperiatur,
vel ratione vicinitatis,*arg.tex.in l.sicui fundus,ff.de le-
ga.2.* Quia quando hæc limitatio procederet,non es-
10 set sic simpliciter iotelligeoda, † sed solùm quando
hæres non impugnat voluntatem testatoris,sed illi ac-
quiescit; vult tamen loco rei legatæ,& in qua cadit
affectio, æstimationem de rebus hæreditariis quate-
nus suppetunt,soluere,vt optimè declarat *Alber.in d.
§.in computatione.* Attamen Ioannes Antonius non ac-
qoiescit, sed testatoris voluntatem impugnat: sicque
ante omnia,quod ex hæreditate habet, restituere te-
netur iuxta superius dicta. Quod in casu nostro vide-
tor dubio carere,cùm ipse ad hoc se paratum obtule-
rit: Et io omnem casum dicta limitatio particularis
affectionis hîc non videtur applicari, ex quo non li-
quet, sed sob iudice adhuc pendet, quòd dicti casalis
medietas fuerit in casu sequoto fideicommisso subie-
cta in fauorem Ioannis Antonij.

Non etiam obstat,quòd Ioannes Antonius non ha-
beat apud se dimidiam dicti casalis, sed Franciscus,seu
eorum filij: ideóque videri nuper dicta,non procede-
re contra eum, ne prædio, & hæreditate careat. Quia
Franciscus,seu illius hæredes non petunt hodie dictũ
casale, sed restitutionem hæreditatis Hieronymi, ex
quo Ioannes Antonius hæres eootrauenit illius vo-
luntati, casale petendo, qoæ simol se compatiuntur;
qoia etiam quòd hæres in lite casalis obtineret,nihi-
lominùs remaneret contrauentio, in qua sola fuoda-
tur hæreditatis restitutio: quæ cùm liqoida sit,& cla-
ra,litis verò euentus dubius,oon debet restitutio hæ-
reditatis propter litem retardari.

Noo obstat demom,quòd si testator ignoranter,si-
ne scieoter legat † rem,in qua ius habet morte sua pe- 11
riturum, censetur tantùm legatum ius illud, quamois
legatum reddatur inutile,& hoc licet legatum fiat cõ-
iuinctæ personæ,*Peregr.cons.61.n.10.vol.3.* Sicque lega-
tum medietatis casalis post mortem testatoris resti-
tutioni subiecti,fuisset inutile.Quia fuit benè respon-
sum in dicta decis. b.m. Peniæ, hoc non procedere, † 12
quaudo res illa, in qua testator habet ius morte peri-
turum,erat hæredis seu futura hæredis,*l cum filius 76.
§.Dominus,*vbi *Bart.ff. de legat.2. Corn. cons. 95. vol.1.*
Nec etiam † quando apparet testatorem voluisse le- 13
gare,oon solùm ios,quod io re habet, verùm, & rem
ipsam,*Ias.in l.quòd in rerum,§. 1.in fin.ff.de legat.1.Pe-
regr.de fideic.art.6.per tot.* Quòd autem testator volue-
rit omnioò medietatem casalis legare, adeò liquet ex
claris verbis testameoti, vt nulla sopersit dubitaodi
occasio.

Et ita,&c. vtraque,&c.

Romana Dotis de Celsis.

Ven. 5. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Obligatio de dote præstanda non censetur nouata, nisi verbis expressis nouatio probetur, præsertim concurrentibus coniecturis in contrarium: quæ plures in decisione recensentur; ex quibus resoluitur, primæuam actionem remanere ad consequendam dotem,& fructus ex illius causa promissos.

SVMMARIVM.

1 Residoum soluisse *importat integram solutionem.*
2 *Obligationis causa extinguitur per integram solutionem.*
3 *Fideiussio restricta ad certam causam, ad aliam non extenditur.*
4 *Fideiussor non obligatur, si causa, pro qua se obligauit,mutata sit,aut alterata.*
5 *Dotis causa extincta,si fuerint postea fructus promissi,sors censetur mutuum palliatum, & in fraudem vsurarum.*
6 Remanere;*verbum denotat actum non fuisse factum, & perseuerantiam actus præcedentis, n. 7.*
8 Lex, qui sic soluit,ff. de solut. *quando procedat declaratur.*
9 *Confessio est maior omnibus probationibus.*
10 *Incontinenti censetur actus factus, quando intercessit solùm spatium vnius diei.*
11 *Conuentio probatur per coniecturas.*
12 *Correspectiuitas præsumitur ex vicinitate actuum, & quod vnus factus fuit propter alium.*
13 *Actus præsumitur factus in vim præcedẽtis obligationis.*

14 *Fru*

14 *Fructus censentur soluti ex ea causa, pro qua quis est obligatus.*
15 *Creditor prior tempore, potior est iure.*
16 *Dos quando sit priuilegiata iuncto num. praced.*
17 *Nouatio non fit, nisi verbis exprimatur.*
18 *Dotis causa difficilius nouatur.*
19 *Filius obligari potest pro excarceratione patris.*
20 *Filius exheredari potest, si nolit fideiubere pro patre, cui imminet periculum carcerationis.*
21 *Promissio de soluendo fructus dotis non soluta permittitur à iure pro supportandis oneribus matrimony.*
22 *Dotis priuilegia durant, etiam si illius causa fuerit nouata.*
23 *Nouatio fit cum omnibus qualitatibus, & priuilegiis, quæ competebant primæ actioni.*
24 *Executio obligationis Cameralis non retardatur ob exceptionem vsurarum, dum interim de illis clarissimè non apparet.*
25 *Releuator reputatur idoneus, si de tempore fideiussionis possidebat plura bona, licèt obnoxia fideicommisso.*
26 *Fideiussio minoris non capiens omnia eius bona & tendens ad actum pium, & à lege præceptum, valida est, nec minor læsus dici potest.*
27 *Filiusfamilias, contractum impugnans ob non interuentum consanguineorum, vel affinium, debet probare illos extasse, & potuisse in contractu interuenire.*

DECISIO XI.



D. Hortensius Celsus de anno 1608. Lauram filiam suam nuptui tradidit D. Ferdinando Vrsino cum dote scutorum sex millium; ex quibus tunc duo millia numerauit; reliqua verò quatuor millia infra annum soluere promisit: ita quòd ex illis scuta tria millia deberent reinuestiri in tot locis montium, censibus seu stabilibus ad electionem eiusdem D. Hortensij; Qui postea curauit, vt de pretio cuiusdam prædij, quod de anno 1615. vendiderat Principi Burghesio, illi soluerentur pro residuo dictæ dotis (qui de recepto quietantiā fecit) prædicta scuta quatuor millia per bancum Ioannis Rotuli de ordine dicti Principis: Quia tamen Ferdinandus verè non recepit nisi scuta mille, propterea Hortensius, die sequenti recognoscēs bonam fidem declarauit, mediante apoca priuata, apud eum remansisse scuta tria millia, ad effectū reinuestiēdi in aliqua re fructifera ad beneficium Ferdinandi, & Lauræ coniugum; Et interim soluere promisit fructus ad rationem septem cum dimidio pro centenario. Ac successiuè in prædictorū exequutionem Ferdinandus recepit fructus dotales, & postea de anno 1619. obtinuit mandatum executiuū pro inuestimento. Cúmque imminetet carceratio contra Hortensium, facta fuit inter illos quædam concordia, in qua D. Hortensius narratis supradictis; promisit soluere scuta 500. intrà quindecim, & restantia scuta 2500. infrà biennium reinuestire, & interim soluere fructus ad rationem, & iuxtà formam apocæ, & mandati relaxati, pro quo se obligarunt tā eius vxor, quàm Domini Paulus, Petrus, & Angelus eorum filij: Sed cùm nedum elapso biennio, sed, nec post alterum biennium dictum reinuestimentum factum fuisset: egit Ferdinandus contra dictos de Celsis coram A.C. qui contrà eos mandatum exequutiuum relaxauit, tam pro sorte principali, quàm pro fructibus promissis. In cuius executione placuit Signaturæ, vt de voto Rotæ procederetur.

Quapropter dubitaui. An dictum mandatū sit exequen. Et pro Dominis de Celsis dicebatur non esse exequutioni locum; quia in eorum obligatione non

fuerat seruata forma per statutum Vrbis requisita, nēpè interuentus consanguineorum, vel affiniū; & quòd se obligarunt sine releuatore, cum præsupposito quòd eorum pater esset debitor ex causa dotis, & sic ex falsa causa, cùm iam Hortensius dotem integram soluisset, quando soluit Ferdinando scuta 4000. per bancum
Rotuli pro residuo dictæ dotis, † quæ verba importāt 1
integram solutionem, *Ias. in l. siquidē, n. 4 C. de transact. vbi Paul. de Castr. Roman. sing. 706. Cels. Vig. cons. 1. n. 52. idem Paul. cons. 1. n. 36. vol. 3.* ac proptereà confessionem Hortensij postea in apoca factam, nempe ex prædictis scutis 4000. dotalibus, apud eum remansisse scuta tria millia, fuisse falsam; Quia non potuit remanere apud ipsum, quod iam antea soluerat Ferdinando; sicque
per integram solutionem † fuisse extinctam causam, 2
pro qua ipsi se obligarunt. *l. soluendo ff. de neg. gest. l. so-*
lutionem ff. de solut. Fideiussio † enim restricta ad cer- 3
tam causam, ad aliam nō extenditur, *l. cuicunque, § non tamen, ff. de instit. act. l. Titianus, ff. quod cum eo, Bald. cons. 142. n. 1. lib. 5. Ias. in l. age cum Geminiano, n. 10. C. de transact.* Quod adeò procedere dicebatur, vt fideiussor
† pro vna causa non obligetur, si ea, vt hic mutata sit 4
aut alterata, *Marsil. in rubr. de fideiuss. n. 143. Pirr. Maur. de fideiuss. sect. 5. cap. 1. n. 49.* Et multò minùs mandatum potuisset relaxari pro dictis fructibus, cùm extincta,
† aut mutata causa dotis, censeatur potiùs mutuum 5
palliatum, & sic in fraudem vsurarum, *Abb. in cap. fin. num. 6. de vsur. Menoch. cons. 109. numero 28. lib. 2.*

Sed Domini mandatum fuisse iustum, & ideò exequendum esse resoluerunt. Ratio resolutionis fuit, quia semper remansit primæua, & originaria dotis causa, ex quo D. Hortēsius in apoca declarauit penes se remansisse scuta tria millia ex pecuniis, quas per bancum Rotuli solui fecerat Ferdinando: Aut enim illæ non peruenerunt ad manus Ferdinādi, quod verius vi-
detur, ponderādo verbum, *remanere*, † quod potius de- 6
notat solutionem non fuisse factam, *l. cum autem, §. fin.*
iuncta glos. fin ff. de edil. edict. ac continuationem, † & 7
per seuerantiam actus præcedentis, *Rot. in Ispalen. legitimitatis 11. Maij 1615. coram Illustrissimo D. meo Patriarcha Hierosolymitano.* Aut si peruenerunt, intrat
dispositio † *l. qui sic soluit ff. de solut.* Quia concurrunt 8
tria illius requisita; nempè redditio proxima, Ferdinandum recipientem, non percepisse commodum: & conuentio reddendi iuxta doctrinam *Bart. & Castren. in d. l. qui sic, idem Bart. in l. singularia num. 25. ff. si cert. pet.*

Duo siquidem priora requisita ad oculum patent, cùm certum sit, Ferdinandum nullum commodum percepisse; & dicta scuta tria millia penes ipsum Hortensium remansisse, vt ipse in apoca die sequenti fa-
cta, fatetur, † qua nulla maior probatio, *l. cum te, C. de* 9
transact. l. cùm precum, C. de liber. caus. Verall. decis. 107.
n. 2. p. 3. Censetur † enim actus proximè, & incontinen- 10
ti factus, quando vt hîc intercessit solùm interuallum vnius diei, *Gramat. decis. 76. n. 5. in fin. Crau. cons. 156. num. 13.*

De conuentione verò satis est constare † per conie- 11
cturas, vt in puncto *Bart. in d. l. singularia, d. n. 25.* in
præsenti autem præter vicinitatem actuum, ex qua † 12
præsumitur correspectiuitas, & quòd vnus fuit factus propter alium, *Bald. in l. si prædium, n. 3. C. de præd. min. Dec. cons. 636. n. 8.*

Duæ aliæ vrgent præsumptiones, ex quibus Dominorū animi inducebantur ad perfectè credendū, conuentionē restituendi precessisse. Prima elicitur, ex quo in instrumēto dotalitio Hortensius soluta dotis parte, promisit residuum cum hoc, quòd Ferdinandus reinuestiret incontinenti scuta tria millia ad electionem
Hortensij; vnde præsumitur † inter eos actum fuisse, 13

vt scuta tria millia remanerent penes Hortensium in
executionem præcedentis obligationis, *l. 2. C. de acq. poss. Rot. decis. 156. apud Greg. XV. & in puncto Crauet. cons. 182. n. 3. vers. septimo ex alio, Dec. 195. n. 3. vers. sed tamen prædictis*; Quæ præsumptio tantò magis efficax est, quia Hortensius ex scutis quatuor mille receptis, retinuit tantùm scuta tria millia obligata pro dicto reinuestimento, & quòd per aliquod tempus
14 soluit fructus dotales; quos non est † verisimile soluisse ex alia causa. Secunda ex eo, quòd constat de causa, & necessitate huius fictæ & apparentis solutionis; quia scilicet, vt D. Princeps Burghesius acquireret hypothecas anteriores in prædio empto, necesse fuit, vt ex pretio solueretur creditum dotis Ferdinando, tum
15 ob eius anterioritatem, † *l. qui potior, C. qui potior.* tum
16 etiam ob priuilegia dotis, † *l. assiduis C. eodem.* Quæ præsumptiones eo magis conuincunt, quia cum illis concurrit confessio Hortensij in dicta apoca. Ex quibus faciliter tolluntur obiecta in contrarium adducta.

Non obstat in primis prætensa falsa causa; quia, vt dictum est, semper remansit pristina dotis causa, ex *d. l. qui sic.* Nec per apocam fuit nouata, cùm de hoc in
17 ea, nec verbũ vllũ; & † nouatio regulariter non fit, nisi verbis exprimatur, *l. fin. C. de nouat.* quinimò in dicta apoca, primæua dotis causa expressè recensetur. Acce-
18 dit, † quòd causa dotis difficiliùs nouatur, *Boer. decis. 331. circa fin.* & clariùs *in decis. 337.* per tot. Et quãdo causa dotis fuisset extincta per solutionẽ, aut per apo-
19 cam nouata; † sufficit, quòd fuerit vera alia causa, ob quam Domini de Celsis se obligarunt: videlicet vt eorum pater ab imminenti carcerationis periculo liberaretur, ob mandatum relaxatum vigore obligationis cameralis: quæ potiùs visa fuit causa finalis obligationis, quàm causa dotis, vt ex proœmio fideiussionis apparebat. Et cùm hæc sola sit sufficiens ad obligandos filios, *Rot. decis. 177. p. par. recent. & decis. 120. n. 9.*
20 *& seqq. apud Greg. XV.* adeò quòd † nolle pro eo fideiubere in isto & similibus casibus, sit causa exhæredationis, *§. aliud quoque capitulum, Auth. vt cùm de app. cognos.* non est cur de alia causa quærendum sit, *§. affinitatis, inst. de nupt. Innoc. in cap. in præsentia, de renunc. Alex. in l. impossibilis, n. 5. ff. de verb. oblig. Grat. cons. 120. n. 47. lib. 1.*

Non obstat consequenter, quòd promissio de soluendis fructibus, pro quibus etiam fuit mandatum
21 relaxatum videatur vsuraria, † quia stante causa dotis, approbatur à iure pro supportandis oneribus matrimonij, durante vita Lauræ duntaxat, & interim dũ dos non soluitur, *ad text. in cap. salubriter, extr. de vsur. Nauarr. eod. tit. n. 66. Couar. lib. 3. var. c. 1. n. 3. cum seqq.* & fuit dictum in *Romana dotis 3. Martij 1598. coram bo. mem. Card. Lancellotto, & in Romana fructuum dotis eiusdem anni coram Orano, & nuper in alia Romana fructuum dotis 12. Maij 1625. coram Reuerendissimo D. meo*
22 *Decano.* Et quando dotis † causa fuisset nouata, adhuc durarent priuilegia dotis, & sic substineretur fru-
23 ctuum promissio: quia nouatio † fit cum omnibus qualitatibus & priuilegiis, quæ competebant primæ actioni, *Bart. in l. si quis eum aliter, n. 4. vers. præterea posito ff. de verb. oblig.* & est ad propositum tex. optimus *in l. vnic. in princ. C. de rei vxor. act.* Et in omnem casum cùm fuerint in apoca expressè promissi cum
24 obligatione camerali, non poterat exequutio † retardari per exceptionem vsurarum, dum de illis clarissimè non apparet, *Modern. de oblig. camerali quæst. 31. num. 1.* & fuit dictum in *Romana vsurariæ prauitatis 4. Iulij 1597. coram Peregrino in fine*, quæ est in dicto tractatu 126.

Non obstat, Dominos de Celsis fideiussisse sine releuatore. Quia D. Hortensius, eorum pater fuit releuator, & de illius idoneitate satis constabat, cùm ipse
tẽpore fideiussionis possideret plura bona, † licèt pro- 25
barẽtur esse obnoxia fideicommisso, quòd sufficit pro validitate; vt in puncto est decisio *in Romana de Querris 26. Iunij, & 9. Decembris 1624. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Et accedit; quòd quando fide-
iussio † minoris non capit omnia eius bona, & facit 26
actum pium, & à lege præceptum, *iuxt. text. in Auth. si captiui C. de Episc. & Cler.* non potest dici læsus, nec obligatio inualida, vt in dictis decisionibus Reuerendissimi D. mei Decani.

Non obstat denique defectus consanguineorum, vel affinium; Quia Domini de Celsis tempore fide-
iussionis † asseruerunt coram iudice, se fuisse de præ- 27
dictis plenè informatos, & tunc non habuisse in Vrbe consanguineos, vel affines; qui commodè interesse possent: ac ideò petierunt sibi deputari curatorem: quo deputato in eius præsentia, ac cum illius auctoritate accesserunt: Et proptereà eis incumbit probare contrarium, videlicet, cõsanguineos, vel affines eo tẽpore fuisse in Vrbe, qui possent interuenire, probãdo, eos esse sanos *Rot. decis. 713. p. 1 recent. & decis. 406. n. 6. & 459. n. 10. & seqq. apud Greg. XV.*

Et ita decisum vtraque parte Informante &c.

Iacen. Beneficiorum.

Ven. 5. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Arbitrium quando intret ad effectum supersedendi in executione breuis.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutoria cum futura successione, cum clausula ex nunc prout ex tunc. facit quòd non detur vacatio, quæ cadat sub regula Mensium.*
2 *Reseruatio non datur sine vacatione.*
3 *Breue fundatur in reseruatione, & ideò ea cessante, cessat et am executio breuis, iunctio d. n. 2.*
4 *Obitus probari non potest per testes, deponentes de publica voce, & fama, ad effectum executionis breuis, stante* clausula constito.
5 *Possessor immissus in executionem gratiæ, præsumitur iustè immissus, nec est à possessione remouendus.*
6 *Beneficia simplicia ex generali consuetudine, non requirunt residentiam: sed ab ea receditur, si ex fundatione adsit* fumus in *contrarium.*
7 *Productio iurium potest fieri re integra ad impediendam exequutionem breuis.*
8 *Res iudicata iustificari potest in articulo executionis.*
9 *Et impugnari potest ex nouis scripturis ad effectum supersedendi in executione.*

DECISIO XII.

CVM ab A. C. fuerit lata sententia pro exequutione breuis de capienda possessione nomine Cameræ beneficiorum, de quibus agitur, & causa esset appellationis in Rota commissa, cum clausula: *parito breui arbitrio Rotæ*; dubitaui; An intraret arbitrium? Et Domini resoluerunt, intrare ad effectum supersedendi in executione breuis. Et interim videre voluerunt de iustificatione Coadiutoriæ

Blasij

Blasij in dictis beneficiis cum futura successione, quæ
ad impediendam executioné allegabatur: stante enim
1 dicta Coadiutoria † cum clausula : *ex nunc, prout ex
tunc*, non datur vacatio, quæ cadat sub regula men-
sium, *Put. decis. 100. lib. 2. Seraf. decis. 1148. n. 2. & decis.
1447. sub n. 3. & 4 Rot. par. 1. recent. decis. 456. n. 11. & 12.
& in Bononien. officy 29. Aprilis 1594. coram bo. me. Luca*, quæ data fuit. *Gonzal. in reg. 8 glos. 5. §. 9. n. 68.* cessan-
2 te autem vacatione, † cessat reseruatio, quæ sine vaca-
tione non datur, *Staphil. Sarnen. Rebuff.* & alij, quos re-
fert, & sequitur, *Gonzal. glos. 5. par. 7. n. 38.* & conse-
3 quenter non est locus executioni breuis, † quod in
reseruatione fundatum est, vt in Salamantina Cano-
nicatus 13. *May 1572. coram Oradino*, & aliàs sæpè, vt
refert Gonzal. *in annot. contr. nullit. n. 262. & seqq* & ac-
4 cedit quòd probatio † per publicam vocem, & fa-
mam de obitu in possessione Ioannis Ferrer, per cu-
ius mortem dicitur beneficium vacare; non videba-
tur sufficiens ad effectum executionis breuis; stante
clausula, *Constito*: cùm non simus in antiquis, & aga-
tur de præiudicio gratiæ coadiutoriæ, sitque funda-
mentum intentionis Impetrantis, iuxta distinctionem,
quam facit *Rot. decis. 46. par. 2. diuers.*

Non obstat, quòd dicta beneficia dicantur, non
requirere residentiam, eo quòd sint beneficia simpli-
cia, vt probari prætenditur ex bulla resignationis ad
fauorem coadiuti; vbi simplicia appellantur; ac pro-
pterea cessare coadiutoriam; Quia de hoc agendū erit,
quando de iustificatione coadiutoriæ tractabitur; in-
5 terim, autem dum id discutitur, Blasius coadiutor † nō
est à possessione remouendus, cùm in eam missus fue-
rit in executionem coadiutoriæ, quæ ad dictum effe-
ctum supersedendi iustificata præsumitur, absque eo,
quòd alia iustificatio desideretur, *ad l. ab ea in 2. re-
sponso ff. de probat. Put. decis. 356. n. 4. lib. 1. Rot. decis. 293.
num. 6. par. 1. recent.* Et eo maximè, cùm adsit fumus,
6 † quòd dicta beneficia ex fundatione residentiam re-
quirunt, ex fide Episcopi Iacen, quæ data fuit: Quo
casu receditur à consuetudine generali, ex qua bene-
ficia simplicia dicuntur, non requirere residentiā, *Lap.
alleg. 36. sub n. 4. Innoc. in cap. Clericos, de Clericis non re-
sident. Rot. decis. 375. sub n. 2 par. 2. in recent. & coram
Greg. XV. decis. 175. n. 4.*

Non obstat, quòd Blasius non produxerit coadiu-
7 toriam coram A.C. † Quia satis est, quòd nunc illam
produxerit re integra, ad impediendam executionem
breuis, *Seraf. decis. 357. n. 4. & in Gerunden. Prioratus
15. Iuny 1620. coram R.P. D. meo Vbaldo*: Et fuit sæ-
8 pissimè decisum; sicut † enim potest iustificari res iu-
9 dicata in articulo executionis; ita pariter potest † im-
pugnari nouis scripturis, ad effectum supersedendi in
executione, *Innoc. in cap. 2. de purg. vulg. Felin. in cap.
inter cæteras col. 1. vers. amplia, de re iudic. & dixit. Rot.
apud Caputaq. decis. 124. par. 3.*

Et ita decisum vtraque parte &c.

Aquilana Cappellaniæ.

Ven. 12. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis est manutenibilis, possessione existente vacua.*
2 *Manutentio denegatur in beneficialibus, non exhibi-*

to titulo: contrarium verius n. 3. & 5. DD. qui videntur primam opinionem sentire, declarantur, num. 6.
4 *Possessores molestari non debent, tam ex iuri Ciuili quam Pontificio.*

DECISIO XIII.

Domini dixerunt, Cynthio dandum
esse mandatum de manutenendo in
Cappellania S. Catherinæ, sita in Ec-
clesia sancti Pauli de Labate in Ciui-
tatis Aquilæ: quia eius possessio pro-
batur ex publico instrumento, † quæ 1
dum non apparet in actis, quòd alius eo tempore pos-
sideret, manutenibilis est, *l. prædia, vbi Bart. ff. de acqui.
possess. Greg. XV. decis. 268. n. 1. & ibi additio, & in Lu-
nen. Sarzanen. beneficy 13. Iuny* proximè præteriti co-
ram me, & fuit millies decisum.

Neque obstat, quòd titulus non fuerit exhibitus,
† sine quo in beneficialibus videbatur non esse dan- 2
dam manutentionem, *regula beneficium de reg. iur. in 6.
Osasc. decis. 55. per tot. Verall. decis. 66. n. 4. par. 2. Boer.
decis. 313. Oliban. de iur. fisc. cap. 15. n. 27. Iacob. Cancer.
var. resol. lib. 3. cap. 14 n. 23.*

Quia, quidquid sit in aliis remediis possessoriis, in
hoc summariissimo † manutentionis iudicio, sola pos- 3
sessio, sine titulo sufficit, *Bart. in l. si duo, n. 4. vers. si ve-
rò ff. vti possid. Angel. in §. quadrupli, num. 49. vers. ex
quo sequitur, instit. de act. Menoc. de retinen. rem. 3. n. 728.
Rot. decis. 35. n. 5. par. 2. recent.* Et ratio est, quia alioquin
liceret cuique possessores molestare; quòd iura † tam 4
Ciuilia quàm Pontificia summopere abhorrent, *l. si
quis in tantam, C. vnde vi, cap. eum qui, de praben. in 6.* Et
in puncto quod ob prædictam rationem etiam † in 5
beneficialibus, non exhibito titulo sit danda manu-
tentio, dixit *Panorm. in cap. in litteris n. 27. de restit.
spoliat.* quem sequuta est *Rot. apud Seraf. decis. 299.
num. 5. & in par. 1. diuers. decis. 595. n. 8. Greg. XV. de-
cis. 40. & ibi additio, & decis. 323. n. 2.*

Ad auctoritates verò superius adductas † respon- 6
detur; quòd *regula beneficium* non procedit, quando
de possessione quæstio vertitur in hoc summariissimo
iudicio, ex *Panorm.* vbi supra: *decisio verò Verall.* non
concludit contrarium, sed incidenter loquitur. De-
mum *Osasc. Boer. Oliban. & Cancer.* loquuntur in tri-
bunalibus secularibus; quæ cùm solùm ad coadiu-
uandos prouisos Apostolicos, siue ab Ordinario se in-
terponant; consequenter etiam titulum exhiberi ex-
poscunt. Sed vt omnis penitus remoueretur difficul-
tas, fuit per Dominos ordinatum, vt videretur titulus,
qui fuit mihi ostensus.

Et ita decisum vna tantùm parte informante.

Vrbeuetana beneficij.

Lun. 15. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Indultum conferendi beneficia reseruata tol-
lit obstaculum reseruationis, resultantis ex
Prothonotariatu defuncti: ita vt non sit lo-
cus immissioni subrogari gratiosè. Vnio Ec-
clesiæ vnius diœcesis facta Ecclesiæ alterius
diœcesis non comprehendit beneficia sita
in Ecclesia vnita.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus gratiosè pro obtinenda immissione, probare debet tria requisita, nempè clericatum proprium, obitum defuncti in possessione, & quod beneficium sit reseruatum.*

2 *Reseruatio cadit in beneficiis Prothonotariorum, etiam non participantium.*

3 *Prothonotariatus probatur per testes, quando est datus ab inferiori.*

4 *Ordinarius, & ab eo prouisus habent intentionem fundatam de iure communi, dum beneficium existit in ordinarij diœcesi.*

5 *Reseruatio debet esse clara, & indubitata ad effectum subrogationis gratiosa; & ratio redditur ibidem.*

Sufficit possessori reddere turbidam reseruationem, vt non detur immissio subrogato gratiosè n. 18.

6 *Indultum conferendi beneficia reseruata tollit obstaculum reseruationis.*

7 *Intentio Papæ dignoscitur ex proœmio.*

8 *Vnio Ecclesiæ vnius diœcesis facta Ecclesiæ alterius diœcesis censetur facta sine præiudicio iurium competentium Episcopo, sub cuius diœcesi anteà erat, & num. 10.*

9 *Ecclesia vnita retinet suam primæuam naturam.*

11 *Beneficium constituit corpus distinctum ab Ecclesia, in qua situm est, & ideo dispositio de Ecclesia, non censetur dispositum de beneficio.*

12 *Vnio Ecclesiæ cum iuribus, & pertinentiis suis intelligitur de fructibus, decimis, & similibus, ipsi annexis: non autem de beneficiis in ea existentibus.*

13 *Fallit in cappellis, quæ sunt de mensa Ecclesiæ vnitæ, quia illæ transeunt sub proprietate alterius diœcesis, cui fit vnio.*

14 *Beneficium regulare non confertur clerico seculari.*

15 *Prouisiones Papæ non faciunt statum.*

16 *Multiplicatio titulorum datur in beneficialibus.*

17 *Enunciatiua vnica, & de recenti non probat.*

DECISIO XIV.



VACAVIT de mense Decembris anni
proximè præteriti per obitum q. Troili
Accursini, Prothonotarij Apostolici be-
neficium simplex de quo agitur, in Ec-
clesia Parochiali Prioratus S. Sepulcri
nuncupata Vrbeuetanæ diœcesis de quo per Illustris-
simum Cardinalem Crescentium, Vrbeuetanum Epi-
scopum, vigore Indulti Apostolici (per quod expres-
sè sibi conceditur facultas conferendi beneficia re-
seruata) prouisus fuit D. Cæsar Torsiellus, qui etiam
illius possessionem accepit. Sed, quia D. Angelus
Lucianus, asserens, ratione dicti Prioratus mensæ Epi-
scopali Castrensi vniti, collationem dicti beneficij ad
Episcopum Castrensem pertinere, illud tanquàm re-
seruatum vigore dicti Prothonotariatus à Sede Apo-
stolica impetrauit, cum gratiosa subrogatione, etiam
quoad possessionem. Vnde orta lite inter dictos pro-
uisos, & in Rota commissa. Dubitaui, An Angelo Lu-
ciano danda esset immissio in vim gratiosæ subroga-
1 tionis? Et cùm ad eam obtinendam † tria sint iustifi-
canda, videlicet clericatus impetrantis, obitus defun-
cti in possessione, & quòd beneficium sit reseruatum
Rot. decis. 154. & 321. par. 1. recent. & decis. 103. vbi addit. coram Greg. XV. & alibi sæpè, quæ per dictum
Angelum probabantur; consequenter etiam immit-
tendum esse videbatur. De clericatu enim, & obitu
Troili in possessione huius beneficij constabat per te-
stes, & iura data: de reseruatione autem ex Prothono-
tariatu dicti Troili, etiam si non † esset de numero 2
participantium per *extrauag. ad regimen de præben.* re-
nouatam per *reg. primam Cancellariæ, Put. decis. 313. lib. 1. Verall. decis. 404. par. 2. & decis. 27. par. 3. Rot. decis. 407. num. 1. par. 1. recent.* Qui quamuis non probetur
per litteras, sed solùm per testes, ex quo † tamen fuit 3
datus ab inferiori, scilicet Cardinali Farnesio, vt lega-
to, erat legitimè, & sufficienter probatus, *Bald. in l. si qua per calumniam, num. 7. C. de Episc. & Cleric. Rot. decis. 5. num. 3. in fin. de off. deleg. in nou.* & in puncto al-
terius Prothonotariatus ab eodem Cardinali Farnesio
Rot. decis. 471. n. 1. coram Greg. XV.

Sed his non obstantibus, contrarium fuit in hoc
casu resolutum. Quia cùm istud beneficium † sit in 4
Ecclesia, sita in diœcesi Vrbeuetana, vt narratur in
litteris vnionis Pauli Tertij exaduerso productis, &
Cæsar Torsiellus prouisus fuerit ab Ordinario, & ab
eo in possessionem immissus, & vterque tam Ordina-
rius, quàm ab eo prouisus habeant intentionem fun-
datam de iure communi, *cap. ex frequentibus, de instit. Rot. decis. 4. in princ. de concess. præben. in nou. cum aliis per Gonz. ad reg. 8. §. proœmij num. 21. & glos. 11. num. 37. cum seqq.* consequenter reseruatio † ad effectum 5
subrogationis debet esse clara, & indubitata; cùm
tendat ad annullandam anteriorem collationem Or-
dinarij, & excludendum reum & possessorem. *Verall. decis. 10. par. 2. & fuit dictum in Giennen. Canonicatus 10. Martij 1583. coram Robusterio, & in aliis per Gonzal. d. glos. 11. num. 100 & seqq. Greg. XV. decis. 58. & in dicta decis. 407. par. 1. recent.* quæ est in his terminis & co-
ram R.P.D. meo Decano *decis. 124. num. 7.* quæ hic ex
infra dicendis potiùs turbida apparebat.

Neque obstat, quòd ex Prothonotariatu, qui plenè
probabatur, resultet reseruatio clara & indubitata iux-
ta superius dicta: † Quia indultum dicti Illustrissimi 6
Cardinalis remouet obstaculum huiusmodi reserua-
tionis pro validitate suæ collationis, factæ Cæsari
Reo, & possessori, vt per *Gonzal. glos. 24. num. 24. & 66. Cassad. decis. 8. de præben & dec. 3. de priuil. Mohed. decis. 8. eodem tit. Put. decis. 190. lib. 3. Rot. in Ferrarien. Canonicatus coram R.P.D. meo Ramboldo 24. Aprilis anni proximè elapsi.*

Non obstat, quòd istud beneficium sit situm in Ec-
clesia Sancti Sepulcri, cuius Prioratus fuit Paulo III.
vnitus mensæ Episcopali Castrensi cum omnibus iu-
ribus, & pertinentiis: & ideò etiam beneficium dica-
tur vnitum, & translatum in Episcopum Castrensem,
& consequenter indultum Cardinalis, Episcopi Vrbe-
uetani non capiat beneficia vnita alteri Ecclesiæ: Et-
enim dicebant Domini, exindè non probari reserua-
tionem, prout requiritur: Quia in primis verba vnio-
nis de beneficio isto nullatenus loquuntur. Deinde
intentio Papæ † dignoscitur ex proœmio; ex quo ap- 7
paret, quòd quando fecit dictam vnionem, solùm vi-
sus fuit per eam voluisse subuenire tenuitati fructuũ
Ecclesiæ Castrensis, & ideò vniuit illi dictum Priora-
tum cum iuribus & pertinentiis suis, cum fructibus
& decimis, ac propterea non fuit visus illi applicare
ius conferendi etiam beneficia sita in dicta Ecclesia;
quia per illud non subueniebatur tenuitati fructuum
dictæ Ecclesiæ Castrensis: Non enim prætendebatur
vnitum dictum beneficium sicuti Prioratus, ita vt fru-
ctus pertineant ad Episcopum Castrensem: cùm sem-
per beneficium permanserit in statu collatiuo, vt con-
stabat ex prouisione Troili, per cuius obitum venit
vterque prouisus; sed solùm quòd fuerit translatum
ius conferendi dictum beneficium in Episcopum Ca-
strensem. Prætereà, quando Papa † vnit Ecclesiam si- 8
tam in vna diœcesi Ecclesiæ sitæ in altera diœcesi;
vnio censetur facta sine præiudicio iurium compe-
tentium Episcopo, sub cuius diœcesi antea erat. *cap.*

quia

quia monasterium, de relig. domib. vbi Abb. num. 5. & Ec-
9 clesia † vnita retinet suam primæuam naturam, *glos.
ibidem in verbo : cuius est diœcesis, & Innoc. in verb. ter-
minus.* Dum igitur Papa vniuit Prioratum Sancti Se-
10 polcri Ecclesiæ Castrensis; eius intentio † non fuit
priuare diœcesanum Vrbeuetanum sua iurisdictione
conferendi beneficium, situm in illa Ecclesia. Aliud
11 enim est disponere † de ipsa Ecclesia seu Prioratu Ec-
clesiæ: aliud verò de beneficio in Ecclesia, quod con-
stituit corpus distinctum ab ipso Prioratu, *cap. fin. vbi
Abb. not. 1. de praeben. & in cap. fin. de concess. praeben.
Calder. cons. 16. in princ. eodem tit. Cassad. decis. 11. de
praeb.*

Non obstant illa verba vnionis ibi, *cum iuribus, &
12 pertinentiis suis*, † quia debent intelligi de fructibus,
decimis, & similibus annexis, & accessoriis Prioratui
vnito, de quo agebatur; non autem de beneficiis in
Ecclesia sitis, & omnino ab Ecclesia separatis, prout
est dictum beneficium, vt suprà dictum est, ad *l. si sti-
pulatus, ff. de vsuris, Alex. cons. 75. num. 6. lib. 6. Fabian. de
Mont. in tract. de empt. & vend. in princ. num. 12.* Et in si-
milibus terminis *Calderin. & ibi additio cons. 325. alias
cons. 6. de donat.*

13 Non obstat, quòd si Ecclesia † vnita habet cap-
pellanias, illæ transeant sub proprietate alterius diœ-
cesis, cui fit vnio: Quia id procedit in cappellis, quæ
sunt de mensa, & annexæ Ecclesiæ vnitæ; & ità lo-
quuntur *Ant. de Buer. in d. cap. quia monasterium,
num. 8. Card. ibidem num. 7. Ancar. num. 2. Ioan. Andr.
num. 3.* Quod hîc nullatenus probabatur: immò ap-
parebat in actis Episcopum Vrbeuetanum exercuisse
iurisdictionem Episcopalem, non solùm in hoc bene-
ficio, sed etiam in ipso Prioratu, visitando, & impo-
nendo collectas pro seminario.

Non obstat, si dicatur, quòd in casu isto nullum
potuit considerari præiudicium factum Ordinario
Vrbeuetano, ex quo Ecclesia, quæ fuit vnita mensæ
Castrensi, erat iam ante vnionem, tanquàm regularis
exempta à iurisdictione Episcopi Vrbeuetani: Quia
ex enunciatiuis, & aliis quæ ad id probandum affe-
runtur, non resultat sufficiens probatio contra Ordi-
narium, & ab eo prouisum, qui habet de iure inten-
tionem fundatam: Et quando constaret, quòd Eccle-
sia erat regularis, non tamen constabat, quòd hoc be-
neficium existens in dicta Ecclesia esset regulare; qui-
nimò ex quadam supplicatione in actis producta, ap-
paret, illud tunc fuisse collatum clerico sæculari: quod
14 † factum non esset, si illud fuisset regulare, *cap. cùm
de beneficio, de praeb. in 6.* & posteà innouauit *Concilium
Tridentinum sess. 14. de refor. cap. 10.*

Demùm non obstat, quòd in prouisione Apostolica
Troili vltimi possessoris, narratum fuerit prouisionem
cappellaniæ, & aliorum beneficiorum in dicta Eccle-
15 sia spectare ad Episcopum Castrensem: Quia † pro-
uisiones Papæ non faciunt statum. *Dec. cons. 126. n. 4.
Rot. decis. 77. num. 4. par. 1. recent.* & est vulgare: immò
dicta narratiua apparet erronea, cùm habeat relatio-
nem ad literas vnionis, in quibus fuit vnitus solus
Prioratus, & non beneficia, vt dictum est: Vltra quòd
fuit ad suggestionem partis, & non constat, quòd
Troilus vigore illius prouisionis ceperit possessio-
16 nem d. beneficij, cùm † in beneficialibus detur mul-
tiplicatio titulorum, *Felin. in cap. sicut, num. 19. de rescri-
ptis. Rot. decis. 489. num. 7. par. 2. recent.* Et in omnem
17 casum esset enunciatiua † vnica, & de recenti, quæ
non probat, iuxta regulas vulgares. Ex quibus dice-
18 bant Domini negari non posse, quin † reseruatio es-
set turbida, vel saltim dubium; an intraret indultum
D. Cardinalis, & eius prouisio: & sufficere Cæsari
possessori, reddere turbidã intentionẽ prouisi Apostu-
lici ad hoc vt non sit locus immissioni ex supra alleg.

Et ita decisum, vtraque parte informante.

Romana Spolij.

Ven. 14. Decembris 1625.

ARGVMENTVM.

Plures nullitates quæ contrà sententiam super spolio latam, & contrà integrum actorum transportationem opponebantur plenè euacuantur.

SVMMARIVM.

1 *Causa quando reassumitur in statu, & terminis, in quibus erat coram primo iudice; acta facta coram eo habentur, ac si fuissent facta coram iudice, qui reassumpsit.*
2 *Acta transportata in forma extractus, seu processus præsumuntur integra, non constito de contrario.*
3 *Iura quæ prætenduntur producta, non dicuntur de actis, si in illorum repetitione non fuit expressum, quænam essent.*
4 *Et maximè procedit, quando non constat de tempore factæ productionis.*
5 *Notario attestanti de productione iurium realiter factâ prout in folio, an & quando credatur?*
6 *Hæreditas iacens non dicitur si quis decedat superstitibus filiis.*
7 *Curator quando dari possit hæreditati iacenti, existente filio hærede.*
Filius conueniri non potest à creditoribus hæreditariis, nisi probetur immixtio, vel aditio.
8 *Agi non potest via executiua contra tertium.*
9 *Debitor census cogi non potest ad restitutionem sortis principalis, cum census sit de sui natura perpetuus.*

DECISIO XV.



HÆc causa fuit proposita die 4. Iulij proximè præteriti, & tunc decisum, sententiam locum tenentis Illustrissimi Vrbis Vicarij (qua pronunciauit Iulium Manfredum vti hæredem q. Lucretiæ de Caualeriis esse reintegrandum in possessionem domus, de qua agitur, seu ad illius pretium) esse infirmandam duobus præcipuè fundamentis. Primum fuit, quia non constabat de primo extremo, ad spolium necessario, scilicet possessione dictæ Lucretiæ, ex quo testes ad id inducti non fuerunt examinati citatis monialibus. Secundum quia acta Gubernatoris non fuerunt integriter transportata coram d. locum tenente: ideóque non potuit sibi constare de iniustitia immissionis monialium, & consequenter ferre sententiam.

Sed cùm hodie eadem causa repropolita fuerit, visum fuit Dominis cessare ex nouiter deductis fundamenta decisionis: Defectus enim citationis cessabat ex facto: quia constitit, procuratorem Monialium fuisse citatum coram A. C. ad dicendum contra articulos, dandum interrogatoria, mandari examinari testes, & videndum illos iurare. Et cùm causa † fue- 1
rit postea reassumpta à dicto locum tenente in eisdem statu & terminis, perinde est, ac si illæ citationes emanassent coram ipso, *l. cum antea, §. ad hæc, & ibi glos. fin. C. de recept. arbitr. l. iubemus, in fin. vbi etiam glos.*

in verb. aliud, C. de liberal. cauſ. Rebuff. in tract. de nouo-cat. art. 1. n. 78. Cùm igitur fuerint teſtes ritè & rectè examinati, & ex illis plenè conſtaret de antiquiori poſſeſſione Lucretiæ, & iuniori poſſeſſione monialium; conſequenter etiam probata erant duo extrema, ad ſpolium requiſita, iuxta latè deducta in dicta deciſione in principio.

Defectus verò non integræ tranſportationis ſubla-
2 tus fuit, † ex quo fuerunt tranſportata acta in forma extractus, ſeu proceſſus: pro cuius integritate præſumitur, dum contrarium non probatur, argumento *text. in l. ſi quis cùm teſtamentum, ff. de teſtamentis, Bart. in rubr. num. 8. ff. de nou. oper. nunc.* vbi etiam *Iaſ. in fin. verſ. teneas deciſionem Bartoli, & Lud. Rom. num. 14. Ant. de Butr. in cap. fin. de probat. Rot. apud Seraf. deciſ. 1028. n. 6.*

Neque obſtant, quæ contrà dictum extractum dicebantur, ad effectum probandi non integram tranſportationem. Opponebatur primò quòd in proceſſu adeſt quædam citatio ad videndum fieri repetitionem, & à procuratore fuiſſe repertum inſtrumentum, in actis productum: & tamen dicta iura non legi in
3 d. proceſſu inſerta, † ſeu regiſtrata: Sed placuit Dominis reſponſio, quòd in repetitione non dicitur, quæ eſſent illa iura, nec quodnam eſſet inſtrumentum in actis productum: ac ideo non eſſe de actis, *Innoc. in cap. cum in iure in fin. de offic. deleg. Marant. de ordin. Iudic. par. 6. tit. de actor. edit. num. 3.* iuxta veter. impreſſ.
4 maximè quia † vt dicebatur, non conſtabat de quo tempore illud productum eſſet. *Bald. in l. 2. n. 14. C. de edend. Marant. vbi proximè, n. 2.*

Prætereà, & ſecundò opponebatur, quòd in inſtrumento deliberationis, dicitur Curſorem vendidiſſe œconomo dicti monaſterij domum, tanquàm vltimo, & plus offerenti; & tamen in proceſſu non reperitur oblatio dicti œconomi, nec oblatio aliorũ minorum oblaturum Sed dictum fuit, hoc obiectum retorqueri in contrarium, quia reuera nulli fuerunt oblatores: ac ideo mandatum de deliberando à Gubernatore relaxatum eo magis detegebatur iniuſtum.

Vlterius, & tertiò obiiciebatur, quòd in principio proceſſus dicitur, fuiſſe relaxatum mandatum executiuum ad inſtantiam Annæ contra bona hæreditaria Franciſci mariti dictæ Lucretiæ, cuius expeditio, & illius executio non legitur; quam quidem à communiter accidentibus veriſimile eſt, præceſſiſſe mandatum de deliberando. Sed fuit reſponſum: quòd expeditio, & illius executio cùm facti ſint non debent præſumi, dum non probantur facta: Ac ideo eo magis arguebatur iniuſtitia Gubernatoris cùm ante iſta relaxauerit mandatum de deliberando.

Tandem adducebatur, quòd fuerint facti, & realiter producti quidam articuli, & citatio ad dicendum contrà eos: qui non reperiuntur in proceſſu regiſtrati; nec releuare, quod pro parte Iulij dicebatur, dictos articulos nunquàm fuiſſe datos, nec repertos, &
5 ideo non fuiſſe regiſtratos, † Quia hæc reſponſio debilia vni ex Dominis viſa fuit, ex quo de reali illorum productione videbatur non poſſe dubitari, ſtante fide notarij in actis producta, aſſerentis de facto realiter, & in ſcriptis datos fuiſſe dictos articulos, prout in folio: ſed dicta reſponſio videbatur potius releuare ex quo dictæ aſſertioni notarij credi non debet contra Iulium, ſed ſolùm contra aduerſam partem; vt in puncto reſoluit *Alex. conſ. 6. num. 6. cum ſeqq. vol. 4.* quem ſequutus fuit *Marant. vbi ſupra num. 3.* Quorum reſolutio in caſu, in quo verſamur, eo magis videtur procedere: quia notarius in dicta aſſertione, ſe refert ad folium ſibi datum, in quo prædicti articuli continebantur; quòd non conſtat fuiſſe regiſtratum, aut conſutum, nec illius tenor inſertus; iuxtà ea, quę tradit *Marant. vbi proximè*: Atteſtatur etiam dictam Lucretiam fuiſſe citatam ad reſpondendum dictis articulis ſub pœna, alias haberentur pro confeſſatis: & tamen de reſponſione non apparet: ſicut nec conſtat, quòd ſuper illis fuerint teſtes examinati.

Et quando ex prædictis integritas tranſportationis dubia redderetur, ex quo tamen iniuſtitia ſubhaſtationis adeo notoria detegebatur, vt nullo modo colorari, aut euitari poſſe videretur: dicebant Domini, reſponſiones pro parte Iulij datas, eſſe amplectendas, cùm defectus in contrarium adducti non concludant. Subhaſtationis autem iniuſtitia ex multis clara oſtenditur. Primò quia dicitur datus curator hæreditati dicti Franciſci, contrà quem fuerunt executæ citationes, & relaxata mandata; † cùm enim Franciſcus de- 6
ceſſerit ſuperſtite filia in poteſtate, quæ erat ſua hæres, hæreditas nunquam iacuit: quia exiſtentia ſui hæredis inducit continuationem dominij ſine aliquo medio, *l. in ſuis ff. de lib. & poſth. gloſ. in l. ſi alienum §. in extraneis, verb. hæreditatem ff. de hæred. inſtit. Anton. Gomez, 1. tom. Variar. cap. 9. num. 17. Anton. de Padilla in l. eam quam num. 2. C. de fideic. Gutier. in repet. tex. in §. ſui de hæred. qualit. & differ. n. 99.* Vbi in puncto ex *Bald. Gomez.* & aliis reſoluit quòd non debet dari
† curator hæreditati iacenti in hoc caſu; & quòd 7
agens contra talem curatorem debet ſuccumbere: Et quamuis *Salic. & Paul. de Caſtr. in l. cùm hæreditas, C. depoſit.* teneant quod immo poſſit dari propter beneficium abſtinendi, quod hodie à Prætore habet filius; qui ideo à creditoribus conueniri non poteſt, niſi probetur immixtio, vel aditio: tamen hoc procedit præcedentibus aliis requiſitis ad deputationem iſtius curatoris neceſſariis, de quibus per *Caualcan. de tut. & cur. cap. 1. n. 110. Gutier. vbi ſuprà n. 109.* quæ hic non probantur præceſſiſſe.

Secundò quia Lucretia poſſidebat dictam domum pro credito ſuæ dotis: ac ideo † cùm eſſet tertia, non 8
potuit contrà illam agi via executiua, *Bald. in l. 1. C. comm. de leg. Alex. in l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. Dec. conſ. 198. num. 5. Ruin. conſ. 209. n. 21. lib. 1.* Tertiò quia non erat locus ſubhaſtationi dictæ domus pro ſorte principali, pro qua ſubhaſtata fuit; cùm † cenſus ſit 9
de ſui natura perpetuus, nec debitor poſſit vllo modo ad ſolutionem ſortis principalis compelli, vt notiſſimum eſt, & expreſſis verbis cauetur in Bulla Pij Quinti ſuper conſtitutionibus cenſuum edita. Quartò quia domus fuit ſubhaſtata ſub prætextu, quòd cenſus erat impoſitus ſuper ea, vt patet ex decreto, quod datum fuit: & tamen ex inſtrumento impoſitionis cenſus conſtat quòd non fuit impoſitus ſuper dicta domo. Et demùm iniuſtitia ſubhaſtationis manifeſta redditur ex aliis per informantes latè adductis. Ex quibus Domini vtraque parte informante reſoluerunt conſtare de ſpolio, & quòd de aliis hinc inde prætenſis videretur.

Et ita deciſum.

Caietana Olei.

Ven. 12. Ian. 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei emptæ acquiritur ei, cuius pecuniis, & nomine res empta fuit.*

2 *Emens*

2. *Emens rem nomine alterius, & postea illam carius reuendens, tenetur ei pretium acceptum restituere.*
3. *Deterioratio rei emptæ cedit damno emptoris.*

DECISIO XVI.

FVIT resolutum, D. Episcopum Caietànum teneri consignare D. Antonio Salazar quingentos sextarios olei, vel pretium illius: Cùm enim constet ex litteris missiuis Episcopi *sum. num. 1.* & ex testibus *num. 2.* quòd ipse recepit ducatos mille à dicto Antonio ad effectum emendi oleum: quodque expresè il-
1 lius nomine † ex dicta pecunia illud emit ad rationem Iuliorum 20. pro quolibet sextario; dominium olei statim fuit acquisitũ dicto D. Antonio, *Paul. de Castr. in l. qui in aliena, §. si is qui, num. 2. ff. de acquir. hæred. Paris. cons. 47. num. 6. vol. 1. Purpur. cons. 71. num. 66. lib. 1. Mantic. de contract. lib. 7. tit. 19. num. 5. vers. aut emit. nomine mandantis, Rot. Iannen. decis. 127. num. 8. Seraf. decis. 40. num. 1. Rot. decis. 262. in recent. par. 1. per tot.*

Et licèt iuxtà prædicta Episcopus tenebatur oleum consignare Antonio, vero domino, quia tamen prætendebatur, quòd Episcopus vendidit dictum oleum ad rationem Iuliorum quadraginta pro quolibet sexta-
2 rio, & sic † teneri ad soluendum Antonio pretium olei ad dictam rationem, *l. 1. C. de peric. & comm. rei vend.*
3 prout si fuisset deterioratum, † illud cederet eius damno, *l. necessario, ff. eod. Paris. vbi supra num. 25.* propterea Domini reseruarunt, vt de summà videatur.

Et Ita decisum vtraque parte Informante.

Romana legati.

Ven. 16. Ian 1526.

ARGVMENTVM.

Pensio legata debetur legatario, quando constat de facultate transferendi, & de perfecta voluntate legantis, ac fuerunt adhibitæ solemnitates requisitæ: si verò non fuerunt adhibitæ, & constet de perfecta voluntate legantis, debetur æstimatio, aliàs secus. Nec legans dicitur voluisse legare, quando transferre velle declarauit: hæc enim verba, non important perfectam voluntatem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum rei alienæ valet quoad æstimationem, si res est in communi commercio, alias non, & n. 2. Declaravt n. 4.*
3 *Legatum pensionum quando valeat quoad ipsas pensiones, & quando quoad illarum æstimationem, & num. 10.*
5 *Fundus dotalis non potest alienari.*
6 *Legatum fundi dotalis valet quoad æstimationem.*
7 *Res minoris alienari non potest sine certis solemnitatibus.*
8 *Legatum rei minoris debetur in ipsa re, si iudex decreuerit, rem posse vendi: alioquin debetur æstimatio.*
9 *Res Ecclesiæ non possunt alienari sine multis solemnitatibus: si tamen legentur, debetur earum æstimatio, dummodò non sint sacræ.*
11 *Voluntas testatoris quando dicatur perfecta.*
12 *Verbum, volo, quando disponat, vel enunciet.*

DECISIO XVII.

CVM b. m. Marcellus Marchesius, Episcopus Signien. in testamento cum quo decessit, pensiones de quibus agitur, vigore facultatis Apostolicæ transferendi in Ioannem Carolum Neruitium transferre velle declarauerit, non tamen fuerit in vita testatoris sequuta actualis translatio, præuiis cassatione veteris pensionis, & aliis solemnitatibus requisitis, fuit propterea resolutum coram Illustrissimo Patriarcha Pamphilio, & deinde coram D. meo Remboldo, pensiones non deberi. Sed quia nihilominus Ioannes assertus legatarius prætendebat sibi ab hæredibus deberi æstimationem † iuxta 1
dispositionem *text. in §. non solum, Instit. de legat. & l. cum rem alienam, C. eod.* ideo dubitatū; An æstimatio debeatur? Cuius dubij difficultas non erat circa potestatem testatoris; quia licèt pensiones † Eccle- 2
siasticæ non sint in communi commercio, & ideò videatur nullum earum esse legatum etiam quoad æstimationem, *d. §. non solum in fin. & l. idem Iulianus, §. constat, & ibi glos. ff. de legat. 1.* tamen † ex quo Epis- 3
copus testator habebat transferendi facultatem tam in vita quàm in morte, si constaret de eius perfecta voluntate, vtique valuisset legatum quoad pensiones ipsas, si solemnitates requisitæ fuissent adhibitæ; illis autem non interuenientibus, † valeret quoad æstimationem: 4
Quia quòd dicitur, legatum rei cuius non est commercium nullum omnino esse, intelligi debet, quando nullum penitus est commercium: Si tamen talis res est, quæ aliquando possit in contractum, aut obligationem deduci, licèt ad id aliquæ requirantur solemnitates, valet legatum, saltem quoad æstimationem, etiam si illæ solemnitates non interueniant, vt videmus in fundo dotali, qui † simpliciter alienari non potest, *l. 1. & seq.* 5
ff. de fund. dotal. qui tamen † si legetur, debetur eius 6
æstimatio, vt contra *glos. in l. dotalem ff. de testamen. milit.* quam communiter reprobari testatur *Fortun. de vlt. fin. tur. illat. 22. & Couar. in cap. filius noster nu. 5. de testam.* resoluunt *Paul. Aret. & Ias. in d. § constat, Bald. Nouell. de dot. 7. part. num. 22.* & idem in re minoris † quæ non potest alienari sine decreto iudi- 7
cis, & causæ cognitione, ac aliis solemnitatibus, *tot. tit. ff. de reb. eorum; & C. de prædiis minor.* & tamen si sit legata, † debetur res ipsa, si iudex decreuerit rem posse 8
vendi, sin autem non, succedit æstimatio, *Couar. vbi supra, Crass. in §. legatum, quæst. 14. num. 17.* Et tandem res Ecclesiæ, † quæ sine multis solemnitatibus 9
non possunt alienari, *cap. si quis presbyterorum; & cap. nulli de reb. Eccles. non alienan.* si legentur dummodò non sint sacræ, debetur earum æstimatio, vt contra *glos. in cap. si Episcopus, 12. quæst. 5.* tenet *Panorm. Anan. & alii in dicto cap. filius noster,* & de communi quam sequuntur, testantur *Ias. in d. l. cum alienam, num. 6. C. de leg. Corn. cons. 22. vol. 1. Couar. vbi supra Menchac. de success. progress. lib. 3. §. 21. num. 7. cum seqq.* vbi respondet ad text. in dicto §. *constat; ad text.* vero in *dicto cap. filius noster,* respondet *Couar. ibidem d. num. 5.* Ex quibus in casu nostro, † si Episcopus dixisset 10
transfero pensionem, & sic voluntas legandi fuisset perfecta, dubio procul valeret legatum de quo nunc agitur, quoad æstimationem.

Sed quia † verba legati, sic se habent: *item Ioanni* 11
Carolo Neruitio, similiter eius famulo eius pensiones vigore facultatis transferendi sibi concessa, transferre velle declarauit: dubium fuit circa voluntatem, scilicet an illa fuerit perfecta? Et Domini magis inclinarunt, his

his verbis non induci voluntatem perfectam iuxtà distinctionem *Baldi in Auth. & qui iurat, num.17. C. de bon. auctor. iudic. possid.* vbi quod aut fit sermo de voluntate determinanda per actum alterius voluntatis
11 ipsiusmet testatoris, & tunc verbum *volo*, † non disponit, sed solùm enunciat actum futurum: vt si testator dixerit; *volo eligere, volo codicillari.* Quid expectantur alij actus voluntatis nempè confectio codicillorum, & actualis electio. Aut verbum, *volo*: non expectat ad sui essentiam actum alterius voluntatis: & tunc non enunciat sed disponit de præsenti: vt cùm testator dixit, *volo Petrum succedere*: Ista enim verba important perfectam voluntatem, quia non est expectanda alia testatoris voluntas. Quam *Baldi* distinctionem sequuntur plures, quos refert, & sequitur *Menoch. de arbitr. cas. 496. num 3. lib.2.* In præsenti autem versamur in primo distinctionis membro: quia dum testator dixit, *velle transferre*; expectabatur necessariò actus alterius voluntatis, videlicet actualis translatio; quæ cùm non fuerit sequuta, verbum, *volo*, nihil disponit. Ac ideò cùm voluntas non fuerit perfecta, cessat etiam legatum æstimationis rei, de qua non fuit dispositum, vt latè multis exemplis, & auctoritatibus declarat, & probat *Menoch. vbi supra num. 18. cum pluribus seqq.*

Neque obstat *text. in l. Pamphilio, §. propositum ff. de leg.2. & in l. 2. C. de legat.* in quibus iuxta *Bart. in l. gerit. num.7. ff. de acquir. hered. & in l. seruis electione, num. 5. ff. de legat. 1.* probari videtur, quòd verbum, *volo*, iunctum cum infinitiuo, vt *volo relinquere, volo instituere*; inducit orationem perfectam. Quia benè respondet *Menoch. vbi supra num. 24.* Et licet ex coniecturis recedatur à Baldi distinctione, & sententiæ *Bart.* locus sit, tamen illæ quas hîc informantes adducebant pro Ioanne Carolo, Dominis non fuerunt visæ sufficientes.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Romana nullitatis obligationis.

Ven. 16. Ian. 1626.

ARGVMENTVM.

Minor contrahens cum iuramento contra formam statuti respicientis principaliter publicam vtilitatem non obligatur, nec ciuiliter, nec naturaliter, nec in foro conscientiæ, si non fuit effectus locupletior.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præstitum à minore in contractu celebrato contra formam statuti præsumentis, iuramentum esse extortum dolo non est obligatorium.*

2 *Iuramentum potest à Papa remitti, interpretari, & dispensari.*

3 *Causa finalis statuti, probatur ex illius proœmio.*

4 *Statutum tendens ad euitandas fraudes, & deceptiones, respicit publicam vtilitatem principaliter.*

5 *Iuramentum non validat contractum nullum ob publicam vtilitatem principaliter.*

Amplia primò, vt eo casu contrahens non obligetur etiam in foro conscientiæ, quando non est effectus locupletior, num. 8.

Amplia secundo, vt taliter contrahens, nec ciuiliter, nec naturaliter obligetur, num. 13. & 18.

Amplia tertiò, etiam in muliere contrahente, num. 16.

6 *Statutum ob identitatem rationis generalis in eo expressa, extenditur ad alios casus non expressos.*

7 *Fideiussio est contractus de sui natura lesiuus.*

9 *Statutum aliquid disponens, est seruandum, etiam in foro conscientiæ, & excusat à peccato.*

10 *Statutum à Papa confirmatum non potest dici vitiosum.*

11 *Argumentum à foro Poli ad forum fori, & è contra, est validum.*

12 *Debitum naturaliter est de necessitate soluendum.*

13 *Minor contrahens contra formam inductam à statuto ob publicam vtilitatem principaliter, non obligatur, nec ciuiliter, nec naturaliter, & num. 15. & 18.*

14 *Conscientia non ligat eos, quos natura non obligat.*

17 *Forma censetur à statuto inducta, quando mandat fieri actum aliter, quàm à iure communi disponatur.*

19 *Obligatio antidoralis oritur ex naturali honestate, vt benefacienti benefaciamus.*

20 *Obligatio antidoralis non obligat conscientiam ad peccatum.*

21 *Obligatio antidoralis non oritur ex contractu inito contra formam statuti, fraudantis se in præsumpto dolo.*

22 *Ætas probatur ex fide Parochi cum insertione partitæ libri baptizatorum.*

23 *Ampl. etiam si extracta sit lite pendente sine partis citatione, si tempore productionis non fu opposita.*

24 *Scriptura informi potest iudex fidem adhibere parte non opponente, cùm possit quandocumque recognosci.*

25 *Periurus comparens in iudicio tanquam Reus, non debet repelli.*

26 *Minor impugnans contractum à se gestum debet restituere id, quod ex dicto contractu accepit.*

27 *Limit. si ex d. receptione non sit effectus locupletior.*

28 *Versio in vtilitatem recipientis, probatur ex sola receptione.*

29 *Intellige, si recipiatur ex contractu valido.*

30 *Versio probari debet ab eo, qui cum minore nulliter contraxit.*

31 *Versio probatur probando, vel pecunias extare, vel esse erogatas pro vtilitate minoris, licèt res empta non existat.*

32 *Minori, iuranti se esse maiorem non succurritur ope restitutionis in integrum.*

Limita, si iuramentum præsumatur dolo extortum, num. 34.

33 *Minor iurans se esse maiorem, iuuatur beneficio nullitatis, prouenientis ex defectu solemnitatum, à statuto requisitarum.*

35 *Executio sententiæ non impeditur per restitutionem in integrum.*

36 *Restitutio in integrum non conceditur, non probata læsione.*

37 *Nullitatis exceptio impedit exequutionem sententiæ, maximè si appareat ex ventre instrumenti.*

DECISIO XVIII.



VIT ab A. C. relaxatum mandatum contra Bartholomæum Bonadies pro scutis mille, soluendis Alphonso Vidasco vigore instrumenti societatis officij, initæ super officio Cursoratus Andreæ Scalmati,

mari, cui dictus Bartholomæus, & Iosephus de Cuppis, ambo minores, vti fideiussores principaliter, & in solidum accesserunt ad fauorem eiusdem Alphonsi. Sed quia fuit appellatum, & appellationis causa commissa R. P. D. meo Merlino cum clausula: *Si quid exequendum:* vt ipsi propter infirmitatem domi detento, morem gererem, Dubitaui: An dictum mandatum esset exequendum, vel potius reuocandum? Et Domini reuocandum esse censuerunt.

Cùm enim societas cum Bartholomæo minore sine præsentia, & consensu duorum propinquorum, & aliis solemnitatibus per vrbis statutum requisitis, *cap.151.*
1 *lib. 1.* fuerit nulliter contracta, † nullum etiam fuit iuramentum in ea appositum, tanquam dolo, & metu extortum, vt in fine d. statuti expressè cauetur. De cuius validitate non potest dubitari, cùm sit Pontificis aucto-
2 ritate confirmatum; qui iuramenta † remittere, illáque interpretari, ac dispensare potest, *cap. quanto, & cap. petitio, extr. de iureiur.* & in puncto *Ludou. Rom. cons. 12. num. 3.*

Quod, & si in d. statuto non fuisset expressum, id ipsum causa finalis dictarum solemnitatum suaderet; quia cùm tendant ad euitandas copiosas circumuentionum deceptiones, quæ contra minores, fraudibus obnoxios per versutos, & tenellæ iuuentutis voraces machinari solent, *arg. text. in l. transactionem, cum ibi not.*
3 *C. de transact.* & habetur in proemio dicti statuti, † quo probatur causa finalis, *l. fin. & ibi Bart. ff. de hered. instit.*
4 dubio procul d. statutum † dicitur respicere principaliter publicam vtilitatem, *Bald. in cap. 1. §. si quis per triginta, nu. 9. si de feud. fuer. controu. inr. Domin. & agnat. Vasall. Corn. cons. 135. nu. 24. lib. 1.* Quando autem vt hîc
5 contractus † ob publicam vtilitatem per legem aut statutum annullantur, tunc nihil operatur in illis interpositum iuramentum, *Bart. in l. si quis pro comm. 8. ff. de fideiuss. Bald. cons. 250. lib. 5. Bellug. in specul. Princip. rubr. 1 a. §. quædam:* quá sententiam verissimá, & communem dicit *Suar. in l. 1. tit. de las arras, num. 24. & 25.* Et in terminis quòd contractus minorum in quibus per statutum certa desideratur solemnitas ad fraudes obuiandas, & sic principaliter ob publicam vtilitatem, non validentur per iuramentũ, tenent *Bar. in l. omnes populi, num. 25. ff. de iust. & iur. Bald. in auth. sacramenta puberum, num. 5. C. si aduers. vendit. & ibi Paul. num. 11. Salic. & Ias. num. 84.* qui de communi attestantur; *Alex cons. 59. num. 4. & 8. lib. 1.* vbi Bart. opinionem communem dicit, & in iudicando sequendam *Curt. sen. cons. 43. num. 35. Carol. Ruin. cons. 51. num. 12. & seqq. lib. 3. Moder. Rom. ad d. statut. glos. 23. numer. 5. cum seqq.*

Quæ generalis ratio publicæ vtilitatis, nempè euitatio doli, & fraudum ad quam primariè respicit dictum
6 statutum, cum sit fauorabilis, † non solùm annullat pacta de non petendo donationes, quietationes, & alios contractus in ea expressos: sed etiam omnes alios contractus, per quos minor lædi potest, & sic contractum societatis, de quo agitur, in quibus eadem militat ratio. *Put. decis. 158. lib. 1. in nou. impress. Crescent. decis. 3. de constit. Rot. decis. 592. num. 2. par. 1. recentior. & coram Greg. XV. decis. 164. num. 4. cum relatis ibidem per Addent. num. 11. & decis. 6. in impressis per Modern. ad d. statutum.* Et quia fideiussio est de sui natura læsiua;
7 † cùm fideiubere sit à notario malè vti substantia sua, *vt notant. Ias. & alij in l. in persona, §. 1. ff. de pact.* multò magis fideiussoria obligatio Bartholomæi minoris nulla fuit quàm obligatio principalis.

Quæ adeò vrgere dicebat vnus ex Dominis, vt ob eandem publicæ vtilitatis rationem nec Bartholomæus,
8 dum locupletior † effectus non fuit, remanserit in foro conscientiæ ad restitutionem obligatus per id quod egregiè notat *Bald. in cons. 285. vers. nec aliter vol. 3.* vbi quòd quando lex ciuilis, † aliquid statuit, tale statutũ
etiam in animæ iudicio est seruandum, & excusat con- 9
scientiam à peccato. Alioquin enim Vrbis statutum esset vitiosum, & multorum animas illaquearet, quod
non est dicendum, præsertim † cùm sit Pontificis au- 10
ctoritate roboratum. Et Bal. sequuntur *Ias. in l. nemo potest, num. 105. de legat. 1.* vbi attestatur de communi: *Abb. Felin. & Dec. in c. 1. de constit.* quos refert *Couar. in cap. cum esses, num. 6. de testam. Suar. in l. quoniam in prioribus, in declarat. leg. Regn. circà princ. num. 8. C. de inoffic. testam. Sanch. de matrim. lib. 1. quæst. 33. num. 2. & dixi in meo tractatu de condit. & mod. imposs. & iur. prohib. 3. par. cap. 1. num. 3. in fin.* Est enim in iure vul-
gare, & tritum argumentum † de foro exteriori ad fo- 11
rum interius, & è conuerso, *glos. in cap. fin. verb permittimus de pœnit. & remission. & in can. inolita, 11. quæst. 1. Io. Valer.* plures referens *de differ. inter vtrumque forum, lib. 1.* immediatè *post præualuit, in verb. Regula.*

Neque obstare dicebat quod tradit *Innoc. in cap. quia propter, de elect. & in cap. si celebret, de cleric. excomm.* quod quando actus valet de iure gentium, quia habet voluntatem & consensum partium: licèt non sit seruata forma inducta à iure positiuo, obligat in foro conscientiæ: quem sequitur *Panorm. in cap. 1. in fin. de restit. in integr. Io. Valer. vbi supra. ad præludia, num. 24.*
cum seqq. Necessariò † enim soluendum est, quod na- 12
turaliter debetur, *Bart. in constit. ad reprimendum, verb. denunciatio, num. 50. & Couar. vbi supra.*

Quia stante publicæ vtilitatis † ratione supradicta, & 13
causa finali dicti statuti, Bartholomæus, nec ciuiliter, nec naturaliter remansit obligatus: & propterea succe-
dit vulgaris *Bar.* traditio vbi supra. Quos † natura 14
non obligat, conscientia non ligat, *Nauar. cons. 9. de empt. & vendit. numer. 6. & 7. libr. 3. vol. 3. Io. Valer. vbi proxime num. 25.*

Quòd autem Bartholomæus non remanserit natura-
liter obligatus, cùm † non probatur locupletior effe- 15
ctus, constat, ex quo statutum Vrbis resistit contractui, & obligationi dictæ societatis, sicque impedit etiam naturalem obligationem *l. cum lex. vbi Bart. n. 6. ff. de fideiuss. Couar. in cap. quamuis pactum in 2. §. 4. num. 6.*
vbi quod si mulier † sine solemnitate per statutum re- 16
quisita contraxit, nec ciuilis, nec naturalis oritur obligatio, eo quòd lex ei resistit, & in puncto *Ludou. Roman. cons. 437. & Nauar. vbi supra.*

His accedit, quòd quoties statutum † aliquid ex- 17
primit circa actum conficiendum aliter quàm à iure communi sit dispositum, censetur inducta certa forma, *Aret. in l. 1. ff. de liber. & posth. Felin. in cap. cum dilecta num. 10. de rescript. Anch. cons. 36. Dec. cons. 331. num. 1.*
& cons. 532. Attamen ex actu † qui peccat in forma, 18
præsertim quando vt hîc introducta est causa publicæ vtilitatis, nec ciuilis nec naturalis oritur obligatio, vt in puncto, *Rom. d. cons. 12. num. 4. Moder. Roman. ad dictum statutum in glos. 11. num. 8. Crot. in l. 1. §. si quis ita, num. 3. ff. de verb. oblig. Laurent. de Pin. cons. 71.*

Et quamuis dubitari posset, quòd Bartholomæus remanserit naturaliter obligatus, ea naturali obligatione
quæ † ex honestate naturali deducitur, vt est illa reci- 19
pientis beneficium, qua quis tenetur ad antidora, de qua *in l. sed etsi lege, §. consuluit, ff. de petit. hered. & D. Thomas 2. 2. quæst. 106. Couar. in cap. cum in officiis, num. 9. de testam.* (licèt vt supra dictum est, non teneatur naturali obligatione, quæ ex consensu proficiscitur, de qua *in l. 1. ff. de pact.*) tamen obligatio anti-
dotalis † non obligat conscientiam ad peccatum; adeò 20
quòd nec ex illa potest quis denunciari denunciatione Euangelica, *Couar. in d. cap. cum esses, num. 10. post. princ. Io. Valer. vbi supra, num. 25. in fin.* Vbi exemplificat in

obligatione

obligatione facta per pupillum sine tutoris auctoritate.
21 Et quidquid sit, cùm Vrbis statutum † fundetur in do-
lo præsumpto aduersarij, vix videtur, quòd in casu no-
stro considerari possit in minore antidoralis obliga-
tio erga eum, qui illum fraudare, & decipere nite-
batur.

Ex quibus clarè infertur, Bartholomæum, non ad-
hibita statuti solemnitate, non remansisse Alphonso ob-
22 ligatum, cum † de eius minori ætate, de tempore obli-
gationis, constet ex fide Parochi cum insertione parti-
tæ libri baptizatorum, quæ probat ætatem, *Verall. decis.*
314. num. 1. par. 1. Seraf. decis. 1158. num. 2. Rot. decis.
592. num. 2. par. 1. recentior. & coram R. P. D. meo Ve-
rospio in Vrbeuetana bonorum 27. Martij 1715. &
alibi sæpius; & probat *Concil. Trident. sess. 24 de reform.*
matrim. cap. 1. in fin. vt ponderat *Genua de scriptur.*
priuat. lib. 5. tit. de scriptur. Plaban. quæst. 1. num. 3. & 4.
& consequenter mandatum A. C. fuisse nullum, & sic
reuocandum: solúmque superesse, vt obiectio in con-
trarium adductis sigillatim respondeatur.

23 Non obstat primò; quòd dicta parcita † extracta de
libro Baptismi non fuerit recognita, & quòd extracta
fuerit lite pendente in Rota sine citatione. Quia cum
tempore productionis non fuerit de hoc oppositum,
recognitio non fuit necessaria, *Rot. decis. 195. num. 9.*
24 *post. 2. vol. cons. Farinacy*: & index † parte non oppo-
nente, potest adhibere fidem scripturis etiam informi-
bus, cum possint quandocunque recognosci. *Soccin. in*
auth. si quis in aliquo num. 18. Dec. ibidem, num. 17.
vers. si verò index. C. de eden. Achill. decis. 2. num. 7. de
offic. deleg. Put. decis. 405. lib. 1. Rot. decis. 487. par. 1.
recentior.

Non obstat rursus, quòd Bartholomæus dicatur per-
iurus, cùm etiam in terminis statuti de quo agitur,
minor debeat petere absolutionem à iuramento ad ef-
fectum agendi. *Modern. ad d. statutum glos. 23. num. 18.*
Quia iam constat obtinuisse dictam absolutionem ex
fide, quæ mihi data fuit: & vt Domini dicebant, suffi-
cit, quòd fuerit obtenta ante motam litem ciuilem; li-
25 cèt non ante criminalem: quia in criminali † Bartho-
lomæus erat Reus, & sic inuitus ad iudicium trahеba-
tur, *l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig.* in ciuili
autem erat actor.

26 Non obstat præterea; quòd minor † qui vult dicere
contractum nullum, aut implorat beneficium restitu-
tionis in integrum, debeat restituere quod ex illo con-
tractu accepit, *l. quod si minor, §. restitutio ff. de minor.*
l. cum te fundum, C. de pact. l. 3. & ibi Paul. de Castr.
C. de repn. quæ fiunt in iudic. restit. in integr. Quia
27 hoc non procedit, † quando vt hic minor non est fa-
ctus locupletior *ex l. prædiorum, vbi Bart. & alij, C. de*
præd. minor.

Non obstat vlterius, quòd eo ipso, quod probatur
28 † Bartholomæum recepisse pecuniam, satis dicitur pro-
bata versio in eius vtilitatem, *glos. in d. l. prædiorum.*
29 Quia verum est, quando † minor validè contraxit, sci-
licet cum solemnitatibus dicti statuti: tunc enim mi-
nor tenetur probare pretium quod recepit, esse à se de-
perditum, & malè consumptum, vt *in d. glos.* si verò
30 vt in casu nostro, nulliter contrahit; tunc † ei, qui con-
traxit cum minore, & sic Alphonso, incumbit onus pro-
bandi versionem, *l. si prædium, C. de præd. min.* & ita
distinxit *glos. vbi supra,* quam ibi sequuntur *Bart. Bald.*
& Salic. Ias. in l. nam postea, §. si minor, ff. de iureiur.
num. 21. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 21. in fin.
Rot. in puncto. *decis. 678. num. 7. par. 1. recent. Modern.*
Roman. vbi supra glos. 9. num. 4. Probatur autem versio,
31 † constito quòd minor habeat pecuniam saluam; vel
aliquid ex ea emptum; vel si emerit res sibi neces-
sarias, licèt modo non extent, *glos. in l. fin. C. de*
vsucap. pro empt. & ibi Doctor. & in l. verum, §. scien-
dum, ff. de minor. de quibus exaduerso non do-
cetur.

Non obstat etiam, quòd Bartholomæus iurauerit se
maiorem esse, † quo casu dictum assertorium iuramen- 32
tum excludit minorem, vt est text. expressus *in l. si al-*
terius, C. si min. se maior. dixer. Quia quidquid sit in be-
neficio restitutionis in integrum, de quo loquitur *text.*
in d. l. si alterius: hoc vnum certum est, iuramentum
† assertorium non excludere minorem à beneficio nul- 33
litatis, prouenientis ex defectu solemnitatis dicti sta-
tuti, *Crem. sing. 163. Hippol. singul. 299. Rom. post. Io.*
Andr. in d. cons. 12. num. 5. Gramm. decis. 12. Moder.
Rom. vbi supra glos. 7. num. 193. Rot. decis. 54. num. 1. par.
1. recent. & coram R. P. D. meo Merlino 31. Ianuarij
1625. in decisione in hac causa facta super eo: An cau-
sa ciuilis de quo agitur, esset præiudicialis criminali.
Quinimmò stante dolo † præsumpto per statutum, nec 34
dictum assertorium iuramentum excluderet Bartholo-
mæum à beneficio restitutionis in integrum: quia hoc
casu receditur à dispositione dictæ *l. si alterius, vt ibi*
notant Doctor. Afflict. decis. 393. num. 12. Maurit. de re-
stit. in integr. cap. 171. Gutier. in repetit. auth. sacramen-
ta puberum num. 47.

Non obstat tandem quòd executio † mandati A. C. 35
non impediatur per restitutionem in integrum, *Me-*
noch. præsumpt. 48. num. 43. lib. 2. Suar. in l. post. rem
iudicatam, in 2. par. declarat. leg. Regn. num. 44 ac
ideo quòd idem dicendum sit de beneficio nullitatis.
Quia immo diuersa versatur ratio: cùm minor † in 36
restitutione in integrum debeat probare se læsum,
l. verum, §. sciendum ff. de minor. Odd. de restit. in in-
tegrum par. 1. quæst. 4. art. 1. Exceptio autem nulli-
tatis † de qua hic, oritur ex eodem statuto eo ipso, quod 37
in ventre instrumenti non apparet de solemnitatibus
per illud requisitis; & sic probatione non indiget. Et
remouetur omnis difficultas, ex quo iam decisum est,
quod causa ciuilis de qua agitur, est præiudicialis cri-
minali.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Vallisoletana Parochialis.

Ven. 13. Februarij 1626.

ARGVMENTVM.

Patrimonialitas inducta à statuto ex habita-
tione propria, patris, & matris, per decen-
nium cum animo perseuerandi, non acqui-
ritur: si deficiat habitatio patris, cuius lo-
co non suffragatur habitatio vitrici: Item
non acquiritur, si non probetur etiam ani-
mus perseuerandi.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonialitas non acquiritur ex habitatione pro-*
pria, & matris, si statutum requirat etiam habi-
tationem patris.
Statutum exorbitans à iure communi si duo copulatiuè
requirat probanda, non sufficit alterum probare;
sed vtrumque probari debet.
2 *Copula natura retineri debet, dum non sequitur ab-*
surditas.
3 *Incolatus acquiritur de iure ex habitatione per de-*
cennium.
Intellige, si habitatio fuerit animo perseuerandi: quod
probari debet, num. 11.

4 *Incola.*

4 *Incolæ licèt fiat vetus eiuis : non tamen efficitur filius naturalis, seu patrimonialis.*
5 *Ciuilitas acquiritur de iure ex persona propria, aut patris : non autem ex persona matris, aut auiæ.*
6 *Item acquiritur ex habitatione per decennium cum translatione larium, & bonorum.*
Declara, vt eam sic acquirens non admittatur ad honores, num. 7. Item nec ad beneficia ecclesiastica in Regno Castellæ, n.8.
9 *Statutum exorbitans à iure communi debet vt iacet, & strictè intelligi : & nullo modo extendi.*
10 *Ius commune debet minus corrigi quàm fieri potest.*
11 *Conductio stabilium æquiparatur illorum emptioni, quando agitur de probando animum perseuerandi in loco ad effectum acquirendi incolatum: Declara vt ibidem.*
13 *Domicilium ex quibus acquiratur.*
14 *Vitricus habetur vti pater, dum agitur de domicilio, vel habitatione eligenda. Intellige vt ibidem.*
15 *Qualitas probari debet ab eo, qui se fundat in constitutione, qualificata.*

DECISIO XIX.



IE 31. Ianuarij 1625. coram Reuerendissimo D. meo S. Lucien. fuit resolutum; Petrum Ninum esse filium patrimonialem loci de Fuentes diœcesis Vallisoletanæ. Sed causa per me vti subrogato iterum proposita, Domini recesserunt à decisis. Quia cùm Petrus nec eius Pater sint oriundi d. loci, sed idem Petrus fundet suam intentionem in constitutione Synodali Vallisoletana, qua cauetur, vt etiam ille censeatur filius patrimonialis illius loci seu suburbij, in quo eius auus seu auia vixerunt, seu habitarunt per spatium decem annorum continuorum; aut in quo eius Pater, & mater cum filio vixerunt per idem tempus animo perseuerandi, mercando bona stabilia, circumuicinando in illis, & aliis coniecturis: tenebatur probare qualitates dictæ constitutionis ad acquirendam patrimonialitatem; quæ visæ fuerunt Dominis non probari. Nam in primis conueniunt partes, quòd nec auus, nec auia, nec pater dicti Petri ibi vixerunt, aut habitarunt; & sic Petrus solùm se fundare potest in habitatione propria, & matris cum vitrico in d. lo-
1 co vltra decennium, cùm tamen constitutio † copulatiuè requirat habitationem patris, & matris; & sic, vt suffragetur, debuit vtriusque habitatio probari, *l. si heredi, ff. de condit. instit. l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. si is qui ducentum. §. vtrum, vbi Bart. ff. de reb. dub. Ioann. de Anan. conf. 32. num. 7. vers. circa quartum, Rimin. Iun. conf. 600. num.* 10. præsertim quando vt hîc, versamur in materia exorbitanti, *Soccin. cons. 33. num. 5. vers. confirmatur, vol. 3. Osasc. decis. 71. num. 66.*

Non obstat, quòd in auo, & auia constitutio contentatur alternatiua: quia cùm pater, & mater sint magis proximi, & filij à communiter accidentibus ab istis, & non ab illis nutriantur: nihil mirum si in patre, & matre vtriusque habitatio copulatiuè desideretur: ne alioquin de facili patrimonialitas acquiratur contra constitutionis mentem, quæ tot requisita ex-
2 postulat. Igitur cùm non sequatur absurditas, † sed adsit congrua diuersitatis ratio, debet natura copulæ retineri, *Alex. cons. 93. n. 4. cum seqq. lib. 3.*

Deinde d. constitutio in tribus deuiat à iure com-
3 muni. † Primò, quia licet eo attento ex habitatione per decennium aliquis fiat incola, *l. ciues. C. de Incol. & ibi glos. Ioann. de Plat. & Luc. de Penn. lib.* 10. & fiat vetus ciuis † non tamen efficitur filius naturalis seu pa- 4
trimonialis: aliud enim est esse naturalem, aliud incolam, *l. assumptio, in princ. ff. ad municip. Bart. in l. prouinciales, in fin. ff. de verb. signif.* Secundò quia de iure communi ex persona matris aut auiæ non acquiritur ciuilitas: sed solùm † ex propria aut patris persona, 5
l. 1. & l. assumptio, §. filius, ff. ad municip. l. filios, C. de municip. & origin. lib. 10. *Rot. decis. 150. num. 2. par. 2. & decis. 414. num. 1. par. 1. diuers. Gonzal. glos. 9. §. 1. num. 99. & 100.* Tertiò quia licet de iure communi † ex habitatione per decennium, cum translatione larium, & bonorum; acquiratur ciuilitas, non 6
propterea qui eam sic acquirunt, † admittuntur ad 7
honores, *Bald. in l. in vrbe Romana, ff. de stat. homin.* & in puncto quòd † non admittantur ad beneficia Ec- 8
clesiastica in Regno Castellæ, *Greg. Lop. partit. 4. tit. 24. leg. 2. glos. fin.*

Quibus sic stantibus dicta constitutio tanquam exorbitans à iure communi debet † vt iacet, & strictè 9
intelligi, & nullo modo extendi, *Suar. in l. quoniam in prioribus, in declar. leg. Reg. q. 9. num. 16. Ant. de Gamm. decis. 83. num.* 4. & cùm id, quòd illa dicit de auia, sit contra ius commune: tantùm abest, quòd sit ad matrem amplianda, quin potius est † restringenda, vt mi- 10
nus illud corrigat, quàm fieri possit, *cap. cùm dilectus, extr. de consuetud. l. si quando C. de inoff. testam. Ladereh. cons. 84 post num.* 6. vbi quòd in huiusmodi constitutionibus, a iure communi deuiantibus est id perpetuò obseruandum.

Secundò aduertebant Domini, quòd quando habitatio decennalis siue patris, & matris simul, siue matris tantùm sufficeret: non potest suffragari, nisi † pro- 11
betur, quòd fuerit animo perseuerandi, mercando bona stabilia, & aliis coniecturis: cùm enim qualitas perseuerantiæ requiratur per constitutionem, probari debet, *d. l. Ciues, & ibi glos.* & in puncto *Bursatt. cons. 55. num. 7. lib.* 1. Quæ pro parte Petri non videbantur probari.

Non obstat, quòd animus perseuerandi præsuma-
tur † iuxta dictam constitutionem exemptione stabi- 12
lium: cui quod attinet ad propositum per omnia æquiparari videtur stabilium conductio, vt in terminis videtur tenere *Soccin. in cap. vltimo n. 11. & 25. de for. compet.* quæ in d. loco de Fuertes mater, & vitricus dicti Petri conducta habuisse probatur. Quia responsio fuit in promptu: *Soccin.* enim non loquitur de animo perseuerandi, qui probari debet vigore statuti pro acquirenda patrimonialitate cõtra iuris communis dispositionem: sed ad effectum contrahendi domici-
lium † quòd de iure communi in momento, animique 13
destinatione cum mutatione larium, & maioris partis substantiæ acquiri potest, *l. domicilium, & l. nihil est impedimento, ff. ad municip.*

Ex quibus patet etiam responsio ad id, quod dicebatur, quòd Petri mater habitauit in d. loco cum eius
secundo marito, Petrique Vitrico, qui † dum agitur 14
de domicilio, vel habitatione eligenda, dicitur, & habetur vti pater, *l. si paterno, C. de negot. gest.* cum cumul. *per Surd. de alim. tit. 6. q. 11. n. 1.* Quia hanc latam interpretationem non admittit dicta Synodalis constitutio: quæ tot, tantisque viis deuiat à iure communi; Et quando eam admitteret, perseuerandi animus non probatur, vt dictum est.

Prætetea videbatur Dominis inanis, & penitus superflua prætensio patrimonialitatis Petri in dicto loco de Fuertes, dum non probatur in eo loco adesse patrimonialitatem, cùm ex dicta constitutione cõstet, quòd consuetudo patrimonialitatis non est vniuersalis totius diœcesis Vallisoletanæ, ibi *in aliquibus Archipresbyteratibus huius nostræ diœcesis vrget consuetudo, quam vocant filiorum patrimonialium*; ergo

cùm non in omnibus,nec generaliter, sed in aliquibus locis vigear dicta consuetudo, & coosistat in facto; debuit Pettus probare, quod in dicto loco adest pa-
15 ttimonialitas. Qui † enim se fundat in constitotione qualificata qualitatem probare debet, *Card. Mantic. dec. 163. num. 3. Rot. decis. 402. num. 4.part. 2.recent.* Quod videbatur 'difficilis ac penè impossibilis probationis: cùm exaduerso probetur, dictum locum à multis retrò annis fuisse penitùs destructum, & depopulatum.

Et ita decisum, vtraque,&c.

Romana pecuniaria.

Ven. 13. Februarij 1626.

ARGVMENTVM.

Cardinalis, optans nouum titulum desinit esse titularis, & possessor prioris tituli: & ideò si pensiones domorum, spectantium ad Ecclesiam cuius erat antea titularis, anticipatè exegerit, diuidi debent pro rata temporis inter ipsum,& successorem in titulo, seu illorũ hæredes. Et alia de quibus in sũmario.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis,optans nouum titulum desinit esse titularis,& possessor prioris tituli.*
2 *Titularis habet omnia iura, & bona spectantia ad eius titulum à die, quo incepit esse titularis.*
3 *Pensiones domorum sunt fructus ciuiles, & dietim cedunt, & acquiruntur.*
4 *Spectant pro rata temporis ad antecessorem, & successorem in titulo.*
5 *Melioramenta facta per titularem in bonis beneficij ex fructibus beneficij acquiruntur ipsi Ecclesiæ, seu successori in beneficio,non autem hæredibus titularis.*
6 *Præsumuntur in dubio facta ex redditibus beneficij.*

DECISIO XX.

DVBITAVI; An b. m. Cardinali Montelparo, & nunc D. Iacobo Philippo Petrocchino eius hæredi debeantur scuta 313. & b. 10. per bo. m. Cardinalem Cusentinum, seu Reuerendissimum D. Ioann. Baptistam Pallottum, illius hæredem anticipatè exacta ex pensionibus palatij Sancti Laurentij in Lucina. Et Domini affirmatiuè responderunt.
1 Quia cùm † Cardinalis Cusentinus dimissa Ecclesia Sancti Laurentij cuius est dictum palatium, optauerit Ecclesiam Tusculanam sub die 24. Ianuarij 1611. & eadem die Cardinalis Montiselpari dictam Ecclesiam Sancti Laurentij, sicut ex dicta die Cardinalis Cusentinus desiit esse titularis, & possessor tituli Sancti Laurentij, *Innoc. in cap. cùm inter, de renunciat. Cassad. decis. 4. num. 3. de restit. spoliat. Rot. decis. 4. num. 1. de renunc. in nou. Gonzal. glos. 34. num. 125. Monet. de option. cap. 1. numer. 28. Paris. cons. 39. numer. 3. lib. 4.* & fuit dictum *in Baren. fructuum 2. Iunij 1610. coram Illustrissimo D. meo Car-*
3 *dinali Caualerio*; ita ex tunc † Cardinalis Montiselpari cœpit esse titularis dictæ Ecclesiæ, & cum dicto titulo cœperunt ad ipsum spectare omnia bona, & iura illius,& consequenter pensiones dicti palatij, de quibus agitur, *Innoc. in cap. cùm super, de caus. poss. & propr. Rot. decis. 19. num. 7. & 8. par. 2. diuers.*
cùm enim domorum pensiones † sint fructus ciui- 3
les, dietim cedunt, & acquiruntur, *Salic. in l. Iulianus, §. si fructus, ff. de act. empt. Angel. cons. 245. num. 7. Alex. cons. 82. num. 17. lib. 2.* Ac propterea pro
rata † temporis, nempe vsque ad diem translationis 4
dumtaxat Cardinali Cusentino, deinde verò Cardinali Montelparo debebantur, *l. si operas, & l. adhuc, §. si operas, ff. de vsufr. Bart. in l. fin. ff. de iur. fisc. Natt. cons. 141. per tot. Gabr. cons. 191. num. 5. & 6. lib. 2. Vincent. de Franch. decis. 79. num. 2. par. 1.* & in puncto *Couar. lib. 1. variar. cap. 15. num. 12. & Rot. in d. Baren. fructuum.*

Non obstat exceptio prætensorum melioramentorum; Quia quidquid sit, an probentur, & an pro illis detur retentio, aut compensatio; hoc vnum certum est, quòd ea fecit Cardinalis Cusentinus in dicto pala-
tio ex fructibus,† seu pensionibus illius, vt constat ex 5
mandato, seu ordine solutionis pensionum Præfecti domus Excellentiss. D. Oratoris Catholicæ Maiestatis, tunc dicti palatij conductoris, summario *num. 3.* Quo casu acquiruntur ipsi Ecclesiæ, & successori in beneficio: nihilque eo nomine ad Prælatos defunctos, seu illorum hæredes pertinet, *Imol. in cap. de multa, sub num. 20. vers. sed certè, de præbend. Boer. decis. 44. num. 15.* & in puncto *Garz. de expens.* & melior. *cap. 11. num. 71.*

Non obstant duo testes inducti, & examinati ad probandum, quòd Cardinalis dicta melioramenta fecit ex propriis. Quia non probant, ex quo primus est sibi in hoc contrarius; secundus verò fuit Magister domus dicti Cardinalis spatio circiter 20. annorum, vt ipsemet fatetur præsertim stantibus in contrarium dicto mandato, seu ordine solutionis dicti Præfecti domus Oratoris Catholicæ Maiestatis, & præsum-
ptione iuris,† quòd dicta melioramenta ex dictis red- 6
ditibus fuerunt facta, *Garz. vbi supra Rom. cons. 159. Borgnin. dec. 32. n. 7. & 32. par. 2.*

Et ita decisum, vtraque parte informante.

Oueten. Sextæ Decimæ.

Lunæ 2. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Possessio antecessoris in exigendis decimis ex quibus probetur, ad effectum manutenendi successorem in beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur possessori de tempore motæ litis.*
2 *Possessio antecessoris in exigendis decimis suffragatur etiam successori ad effectum manutentionis.*
3 *Possessio probatur ex confessione partis aduersæ, resultantis ex eo quòd dicit, reum conuentum de facto occupare, & petit sibi possessionem restitui.*
4 *Possessio probatur ex vnico teste ad effectum manutentionis, & n. 5.*
In iudicio manutentionis sufficiunt leuiores probationes.
6 *Ecclesia, & dignitates in Hispaniâ sunt fundatæ ferè omnes in decimis; & ideò Rectores illic non iuuantur assistentia iuris contra eas.*
7 *Possessio contra assistentiam iuris releuat ad effectum manuten*

manutentionis, quando fuit continuata per aliquod tempus considerabile ante motam litem.

DECISIO XXI.



Vit resolutum D Iacobo Prieto, Scholastico Oucten. esse dandum mandatum de manutenẽdo in exactione Sextæ partis decimæ Castri Fuertes, de qua agebatur: Cùm enim probauerit † esse in
1 possessione dictæ exactionis de tempore moræ litis, in ea manuteneri debet, §. *retinendæ, Instit. de interd. Bart. in l. 1. ff. uti possid.* & fuit millies decisum.

Possessio autem dictæ exactionis satis videbatur probari per testes *summario num.* 2. qui deponunt, quòd prædecessori dicti Prieti exigebat dictam sextam
2 partem decimæ: † quæ suffragatur dicto Prieto successori ad effectum manutentionis, *Guido Pap. decis.* 619. communiter recepta, & sæpiùs in Rota canonizata.

3 Secundò. Ex confessione † partis aduersæ in quadam sua petitione, *summario num.* 3. In qua requiritur, dictam sextam partem decimæ sibi leuari, & subripi à dicto scholastico, instans sibi restitui; & sic fatetur reum conuentum possidere, *Rot. apud Pacif. de Salutan. interd decis.* 101. *num* 4. *cum seqq.* & in *Romana Saluiani* 15. *Aprilis* 1622. coràm R.P.D. meo Merlino.

4 Tertiò, & vltimò ex vnico teste † ad instantiam aduersæ partis examinato, *summario num.* 4. Qui etiam vnicos in hoc iudicio probat, cùm in eo leuiores sufficiant probationes, vt in puncto *Menoch. de retin. rem. vltimo, num.* 34. *Rota diuers. decis.* 196. *num.* 6. *par.* 1. *& decis.* 375. *num.* 1. *par.* 3. *Seraf. decis.* 624. *num.* 5. prout etiam sufficit vnicus actus, *Rip. in cap. cum Ecclesia, num.* 53. *de caus. poss. & propriet. Seraf. decis.* 1411. *num.* 20.

Non obstat iuris assistentia exaduerso allegata.
5 Quia cùm in Hispania † omnes ferè Ecclesiæ, & dignitates sint fundatæ super decimis, vel saltem de eis participent: non potest fieri aliquod fundamentum in assistentia iuris, *Rot. coram Greg. XV. decis.* 419. *num.* 6. præsertim in casu, in quo versamur: quia cùm
6 possessio † fuerit alicuius temporis considerabilis ante litem motam, releuat etiam contra iuris assistentiam ad effectum manutentionis, *Franch. in cap. cum ad decimas, n.* 8. *in* 4. *limit. de restit. spoliat. in* 6. *Rot. decis.* 534. *n.* 7. *par.* 1. *diuers.*

Et ita decisum vna tantum, &c.

Asculana Bonorum.

Lun. 2. *Martij* 1626.

ARGVMENTVM.

Possessio anterior amittitur ex diuisione subsequuta; ita vt posteriori possessori, illius vigore possidenti competat manutentio. Clausula, fine præiudicio iurium, quid operetur. Et quando fideicommissarius non teneatur capere bona de manu hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur priùs detinenti vigore executionis, limita vt n.* 2.
2 *Possessio quando amittatur animo.*
3 *Clausula*: fine præiudicio iurium ambarum partium, *appposita in instrumento diuisionis de mandato iudicis, refertur ad petitorium, non ad possessorium.*
Præseruatio iurium non trahitur ad ea, quæ fuerunt concessa.
4 *Fideicommissarius, immissus in possessionem auctoritate iudicis non tenetur bona capere de manu hæredis.*
5 *Et maximè procedit, quando non probatur, quòd adsit heres, qui adiuerit, & possideat.*
6 *Fideicommissarius possidens, ex tacita, & implicita voluntate hæredis instè possidet.*

DECISIO XXII.



Roposvi dubium pro R.P.D. meo Vbaldo aduersa valetudine domi detento; An mandatum de manutenendo, relaxatum, ad fauorem Titi, sit reuocandum, & Equiti Vincentio Ianuario concedendum, ita vt sit recedendum à decisis 5. Iunij 1624. coram eodem D. meo. Et Domini negatiuè responderunt ex rationibus, & fundamentis in decisione adductis.

Nec obstare visum fuit, quòd de mense Aprilis anni 1619. & sic antequàm Titus possideret bona, de quibus agitur, detinebantur à Vincentio virtute cuiusdam executionis † ad sui instantiam factæ: & per 1
consequens, quòd potius ipse ratione dictæ prioris detentionis debeat manuteneri, *l.* 1. §. *fine Ret. ff. ne vis fiat, & glos. in l.* 3. *verb. si duo, & in* §. *si creditores, verb. non posse, & ibi Bart. & Angel ff. vti possid. Rota in Anconitana bonorum,* 9. *Iunij* 1614. *coram R.P. D. meo Buratto.* Quia respondetur, quòd cùm postea † de man- 2
dato iudicis & Vincentij consensu subsequuta fuerit inter eos diuisio, & in illius executionem Titus possederit dicta bona pro tertia parte, eámque ex dicta causa hucusque continuauerit: dubio procul Viocentius animo amisit possessionem, *l.* 3. §. *in amittenda, l. si quis vi,* §. *differentia, ff. de acqnir. poss.*

Non releuat, quòd in dicta diuisione adsit clausula; † *fine præiudicio iurium ambarum partiũ*, ex qua Vin- 3
centius prætendebat fuisse sibi præseruatum ius etiam quoad possessionem, ita vt Tito non fuerit acquisita. Quia vltrà quòd clausula illa fuit restricta ad fideicommissum ibi: *sine tamen præiudicio iurium partium super veritate fideicommissi*: dicebant Domini, quòd etiam sine dicta restrictione debet referri ad solum petitorium, non autem ad possessionem; quàm Vincentij consensu Titus acquisiuit, aut retinuit, cum iam antea detineret. Præseruatio enim iurium non trahitur ad ea, quæ fuerunt concessa, *Oldrad. cons.* 330. *in fin. Paris cons.* 70. *n.* 12. *lib.* 1. *Seraf. decis.* 756. *n.* 2. *& decis.* 773. *n.* 9.

Demùm non obstat, quòd Titus, qui dicta bona prætendit † ex capite fideicommissi q. Ioannis Antonij 4
Guidetocchi, debeat ea habere de manu hæredis. Quia sufficit, quòd possessionem nactus fuerit iudicis auctoritate, *Peregr. de fideic. art.* 47. *n.* 77. & dixit *Rota in Romana Casalis* 18. *Iunij* 1583. *coram Illustrissimo Cardinali Millino* † eò maximè, cùm non probetur, quòd 5
adsit hæres, qui adiuerit, & bona hæreditaria possideat, *Modern. de legitim. contrad. quæst.* 2. *art.* 10. *n.* 171.
Et in omnem casum, cùm Titus possideat † ex consen- 6
su, & voluntate Vincentij, saltem implicita, in consequentiam dictæ diuisionis quoad Vincentium iustè possidet, *Peregr. vbi supra n.* 40. *&* 55.

Et ita, &c.

·Ianuen. Parochialis.

Ven. 13. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Agitur: An, & quando constet de bono iure patronorum ad effectum eis concedendi manutentionem in quasi possessione præsentandi?

SVMMARIVM.

1 *Ius presentandi probatur ex quasi possessione illius, ad effectum manutentionis.*
2 *Præsentandi quasi possessio probatur ex pluribus præsentationibus, effectum sortitis.*
3 *Effectuatio præsentationis probatur ex successiua prouisione vnius per mortem alterius.*
4 *Visitatio Apostolica, faciens mentionem de institutione facta per Ordinarium ad præsentationem alicuius, valde adminiculatur pro probanda quasi possessione præsentandi.*
5 *Visitatoris assertioni quoad statum Ecclesiæ multùm deferendum est.*
6 *Actus possessorij patronorum probant bonum ius illorum.*
7 *Præsentandi quasi possessio acquiritur ex vnico actu, etiam contra prouisum ab Ordinario.*
8 *Præsentationes admissæ censentur aliquando ad gratificandum præsentantes de persona eis benè visa, fallit vt ibidem.*
9 *Multiplicatio excludit presumptionem gratiæ.*
10 *Iuspatronatus non acquirit libertatem, si patronus non fuit prosequutus appellationem in iudicio possessorio, dum non constat de animo dimittendi possessionem.*
11 *Prouisio beneficij per modum prouisionis non mutat statum præcedentem, & n.19.*
12 *Spolio agens præsupponit reum conuentum possidere.* *Fallit si petitio reintegrationis sit æquiuoca: quia tunc refertur ad solam naturalem possessionem, num. 13.*
14 *Confessio interpretari debet ad fauorem confitentis.*
15 *Spolio agens retinet ciuilem possessionem solo animo, qui elicitur ex circumstantiis, & factis tam præcedentibus, quàm ex post gestis, & n.16.*
17 *Ius suum nemo abiicere præsumitur.*
18 *Reintegrationis actus, ordinatus est ad acquirendum: & ideò non debet contrarium operari contra mentem petentis reintegrari.*
19 *Prouisio, dans causam liti non est attendenda.*
20 *Assistentia iuris non suffragatur, quando alius est in possessione temporis considerabilis.*
21 *Nominatio Vicarij, seu curati in Ecclesia monialium ad illas spectat.*
22 *Dominium probatur ex sola possessione, si deducatur in iudicio incidenter, & non principaliter.*

DECISIO. XXIII.



ACANTE Ecclesia Parochiali sancti Andreæ Ciuitatis Ianuen. moniales sancti Andreæ de Porta nuncupatæ, quæ ad eas spectare ius nominandi, seu eligendi, ac in illius possessione seu quasi existere prætendebant; nominauerunt ad eam Andream Malaspinam, presbyterum: Sed quia Illustriss. D. modern. Archiepiscopus, nominatione seu electione monialium non admissa, dictam Ecclesiam tanquam vacantem per obitum Ioannis Baptistæ Battilarij (qui vt dicebatur, fuerat ab Ordinario prouisus) contulit præuio concursu Aloysio Albericono, & illum in possessionem immisit, moniales præfatæ causam appellationis per eas interpositæ committi obtinuerunt Ordinario Sauonen. qui pronunciauit, moniales esse reintegrandas ad pristinam earum possessionem eligendi, seu nominandi Vicarium, & consequenter Andream fore, & esse confirmandum, & instituendum. Tandem causa ad Rotam deuoluta, D. meo Vbaldo, fuit proposita die 17. Iunij anni 1624. super manutentione: Domini verò ordinarunt, vt videretur de bono iure. Super quo hodie per me proposito dubio loco dicti D. mei aduersa valetudine impediti, fuit resolutum: satis ad effe-
ctum manutentionis † de qua agebatur, constare de 1
bono iure monialium, eo ipso quòd constat de earum possessione, seu quasi dicti iuris eligendi, seu præsentandi Vicarium, *cap. querelam, de elect. cap. consultationibus, de iurepatronatus, Calder. cons. 23. de preben. Gonzal. ad reg. 8. glos. 45 §. 2. num. 4. Garz. de benef. part. 5. num. 1. Rot. decis. 167. numer. 8. part. 2. diuers.*

De possessione † autem monialium visum fuit 2
constare ex pluribus nominationibus, seu electionibus per eas factis, & effectum sortitis vsque de anno 1554. *cap. cum Ecclesia Suerina de caus. poss. & propr Rot. decis. 17. par. 2. diuers.*

Quia in primis vacante hac Ecclesia de dicto anno 1554. fuit ad eam præsentatus per moniales Lazarus de Cassana; qui ad requisitionem earum, & præuia informatione de illius sufficientia fuit institutus per Archiepiscopum Ianuen. & cùm iste obiisset, fuit per easdem nominatus seu electus Bartholomæus Scanilia de anno 1573. Quæ nominatio, quamuis facta ad Gratiam loquutorij d. monasterij; attamen quia de alia deputatione per Archiepiscopum non constat, & posteà per mortem d. Scaniliæ de anno 1554. fuit per easdem nominatus, & ele-
ctus Bartholomæus Facciottus. † satis probata vide- 3
tur illius effectuatio, eo ipso quòd vnus per obitum alterius fuit prouisus, *iux. cons. Oldrad.* 229. communiter receptum, *Lambert. de iurepatr. libr. 2. part. 1. quæstio. 10. articul. 7. Rot. decisio 545. numer. 2. & decisio. 598. numer. 9. part. 1. diuers.* & alibi sæpius.

Quæ adminiculantur ex requisitione, seu præcepto per Archiepiscopum Ianuen. dictis monialibus facto de anno 1594. vbi asseritur vacatio dictæ Ecclesiæ
per obitum Scaniliæ: Et multò magis ex visitatione † 4
Apostolica de anno 1581. in qua fit mentio de institutione d. Scaniliæ per Archiepiscopum ad electionem monialium, *Verall. decis. 158. part. 2. Rot. decis.*
573. num. 4. part. 2. recent. Visitatoris † enim assertio- 5
ni quoad statum Ecclesiæ multùm deferendum est, *Rot. decis. 371. num. 2. par. 1. recent. & in Mediolanen. decimarum. 15. Decembris 1618. coram bonæ memoriæ Andrea.*

Et propterea ob eandem rationem probatur effectuata nominatio, seu præsentatio per moniales facta de Bartholomæo Facciotto, ex quo Archiepiscopus per modum prouisionis de anno 1609. deputauit Baptistam Battilarium ad curam d. Ecclesiæ, sub narratiua quod vacabat per obitum d. Facciotti qui [vt dictū est] fuerat per moniales præsentatus per obitū Scaniliæ: præsertim stantibus litteris Sacræ Congregationis Illustrissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, directis, & præsentatis Vicario generali Archiepiscopi Ianuen. de anno 1595. & sic

pauiè

paulò post nominationem per moniales factam de
persona Facciotti; quibus cauebatur per Sacram
Congregationem fuisse declaratum ius nominandi de
quo agitur, ad moniales, approbationem verò ad Ar-
chiepiscopum spectare.

6 Ex quibus actibus possessoriis † satis videtur pro-
bari bonum ius monialium pro confirmatione Mala-
spinæ, per eas electi, & nominari: *Rot.* in puncto *apud*
Greg. XV. decis. 370. *num.* 2. Cùm etiam ex vnico
7 tantùm actu † acquiratur quasi possessio, etiam con-
tra prouisum ab Ordinario, vt latè *Garz. de benef. par.*
5. cap. a. 59. Rot. in Illerden. Parochialis 13. *Iunij* 1558.
coram Caputaq. inserta apud eundem *Garz. vbi supra*
num. 60.

Non obstat, quòd supradictæ nominationes, & ele-
ctiones Monialium in quibus fundatur earum posses-
8 sio, prætendantur † admissæ ad gratificandum ipsis
monialibus de persona eis benè visa, *Ferret. cons.* 33. *n.*
4 *lib.* 1. Quia idem *Ferret.* paulò infra subiungit, quòd
quando electiones vt hic, sunt factæ tanquam spe-
ctantes ad nominantem seu eligentem, quòd non cen-
sentur admissæ tanquàm ex gratia, sed ex iustitia: Et
multo magis, quando non vnica, sed plures sunt: quia
9 † multiplicatio excludit præsumptionem gratiæ. *Rip.*
in d. cap. cùm Ecclesia Sutrina, n. 55. *de cons. poss. & prop.*
Seraf. decis. 112. *n.* 2.

Non obstat præterea, quòd monialibus requisitis
de anno 1594. de mandato Vicarij Archiepiscopi ad
dicendum & allegandum, quare Archiepiscopus non
posset liberè conferre d. Ecclesiam: comparuit pro-
curator qui iura monialium allegauit: & nihilomi-
nus Bartholomęus Facciottus fuit prouisus ab Ordi-
nario; & quòd cùm per Facciotti mortem fuerit de-
putatus ab eodem Ordinario Bartilarius, & moniales
se opposuerint, & appellauerint: fuit appellatio reie-
10 cta, † & nunquam per illas prosequuta: sicque videtur
constare de re iudicata super possessorio ad fauorem
Archiepiscopi. Quia fuit responsum quòd non pro-
pterea Ordinarius acquisiuit libertatem cōferendi, ni-
si concurrant adminicula ad arguendum, moniales
animo dimisisse possessionem: Rota ponens in termi-
nis hanc distinctionem in *Lucana Maiusculatus* 1. *Iu-*
lij 1587. *coram Orano*: & facit text. optimus *in l. si id*
quod, §. quod autem, ff. de acquir. possess. Et tantùm ab-
est, quòd adminicula exaduerso probentur quòd imò
prouisio de dicto Facciotto, stante nominatione mo-
nialium, & declaratione Sac. Congr. potiùs censetur
facta pro continuanda earum possessione; & dicta
Ordinarij deputatio, postea facta de Bartilatio fuit
11 per modum prouisionis † quæ non mutat statum
præcedentem, *Rebuff. de stat. prouis. in præfat. numer.*
35. cum seq. & fuit dictum in Ciuitatis Castelli le-
gitima 24. *Nouembris* 1621. *coram R. P. D. meo Pi-*
rouano.

Non obstat prætensa confessio monialium ad fa-
uorem possessionis Archiepiscopi, quæ resultare vi-
detur ex sententia, & processu desuper facto coram
Episcopo Sauonen. vigore breuis Apostolici: dum ob-
tinuerunt reintegrari ad possessionem iuris nominā-
12 di, quandoquidē qui agit spolio, † præsupponit Reum
conuentum possidere, *Seraf. decis.* 1417. *n.* 3. Quia fuit
bene responsum, quòd reintegrationis petitio fuit
13 æquiuoca, † & sic debet referri ad solam naturalem
possessionem, & turbationem de facto, *Rot. decis.* 560.
num. 3. *par.* 1. & 649. *num.* 10. *par.* 2. *recent.* Et ratio
est, quia dicta petitio est species confessionis; ideò-
14 que debet interpretari † ad fauorem confitentis, *l.*
si quis intentione, ff. de re iudic. Roman. cons. 44. *num.*
15 4. & 6. Ac propterea ciuilis possessio † semper re-
mansit penes moniales, *Rot. decis.* 561. *num.* 5. *par.* 1.
recent. addit. ad Greg. XV. decis. 555. Cùm enim
retentio possessionis ciuilis pendeat ex animo possi-
dentis, *l. licèt, C. de acq. poss.* id totum arbitrandum
est iuxta circumstantias elicitas ex factis, † & verbis 16
præcedentibus, & etiam ex post gestis, *Rot. decis.* 644.
sub num. 6. *par.* 1. *recent.* In præsenti autem ex ante,
& post gestis potiùs adsunt circumstantiæ, ex quibus
elicitur, quòd moniales semper voluerunt animo re-
tinere ciuilem possessionem: tum quia non est cre-
dendum † quòd voluerint abiicere proprium ius, *l.* 17
cū de indebito, ff. de probat. Et quia cùm actus iudicialis
reintegrationis sit ordinatus † ad acquirendum, non 18
debet contrarium operari, *l. legata inutiliter, ff. de*
adimen. legat. & in puncto, *Rota d. decis.* 561. *numer.*
7. Tum etiam ex præsentatione Facciotti, & ex re-
cursu ad Sacram Congregationem & appellatione
interposita, & ex nominatione Malaspinæ, & de-
mum ex manutentione per eas petita, de qua nunc
agitur.

Non obstant prouisiones factæ per Illustriss. Ar-
chiepiscopum de Bartilario anno 1609. & de Alberto-
no anno 1622. Non prima, quia facta fuit per modum
prouisionis, *Rebuff. vbi supra.* Secunda verò de Alber-
tono dedit † causam liti, & ideò non est attendenda, 19
Rot. coram Greg. XV. decis. 417. *n.* 4. & *in recent.* 30. *n.* 1.
par. 2. & *in Gallien. Iuris conferendi* 27. *Maij* 1616. *coram*
R. P. D. meo Verospio.

Minus obstat allegata deputatio Figarolij de anno
1588. Quia fuit facta pro Vicecurato, videlicet loco d.
Scanilijæ curati, ab ipsis monialibus electi, ex quo cu-
ra animarum est valdè numerosa, vt manifestè probari
videbatur tam ex libro matrimoniorum; in quo præ-
dictus Scanilia de dicto tempore ante, & post curatus
nominatur, & dictus Figarolius vocatur simplex pres-
byter; quam etiam ex supradicta visitatione Apostoli-
ca, in qua asseritur d. Scaniliam tunc fuisse curatum.
Et quia multò post, nempe de anno 1594. dicta cura,
seu vicaria [vt dictum est] vacauit per obitum Scani-
liæ, non autem dicti Figarolij. Et demùm non appa-
ret, quòd ipse æquè principaliter administrauerit cum
Scanilia curato.

Non etiam releuat iuris assistentia Archiepiscopi,
tum quia non suffragatur, † quandò alius vt hic, est 20
in possessione temporis considerabilis, *Rot. decis.* 685.
sub num. 1. *vers. & præterea, par.* 1. *recent.* & fuit dictum
in Aquilana iurisdictionis 1607. *coram Illustrissimo Pam-*
philio Patriarcha Antiocheno, impress. penes Marches.
de Commiss. tom. 1. *fol.* 980. *Greg. XV. decis.* 311. & *ibi*
latè Addit. Tum etiam quia redditur turbida tam
ex supradictis, quàm etiam attenta iuris communis
dispositione, cùm potius quoad dictum ius nomi-
nandi iuris assistentia videatur esse pro monialibus.
Quia cùm agatur de Ecclesia monialium, † nomina- 21
tio Vicarij seu curati de iure potius ad illas spectare
videtur, *cap.* 1. *de capell. Monac. Conc. Trid. sess.* 25 *cap.*
11. *de regular.* & tradunt *Doctor. in cap. cùm venerabilis,*
vbi Felin. n. 36. *de except. Rot. decis.* 21. *de praben. in anti-*
quior. Et quia ita pro monialibus censuit Sac. Con-
gregatio Concilij.

Et quòd Ecclesia sit monasterij, videtur non posse
dubitari. Quia vltra quòd monasteria non dantur sine
Ecclesiis, & ad effectum † manutentionis de qua agi- 22
tur, sufficit probatio ex sola possessione, ex quo do-
minium Ecclesiæ non deducitur principaliter in iudi-
cium, sed incidenter, *Bart. in l. quidam in suo, num.* 4.
ff. de condit. instit. Calderin. cons. 23. *de praben. Rot.*
decis. 34. *num.* 20. *par.* 2. *diuers.* Dicebant Domini
satis probari ex adiudicatione illius, facta de dicto
monasterio cum possessione inde secuta vsque de an-
no 150[illegible] tam conuentus, quàm Ecclesiæ, cum confe-
ctione inuentarij rerū Ecclesiæ, in quo fuerūt descripta
vasa sacra, libri baptizatorum, & alia ad exercitium

Sacramentorum, & curæ spectantia; ac etiam ex visitationibus Apostolicis,& per Archiepiscopos factis, aliisque pluribus pro parte monialium deductis, & cumularis, &c.

Et ita decisum vtraque parte,&c.

Ariminen. fideicommissi.

Lun. 16. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario non debetur immissio in re particulari, per filium hæredem grauatum alienata, & à tertio possessa; si non constet, illam filij legitimam excedere.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario debetur immissio, constito de fideicommisso, de illius purificatione, & de identitate bonorum fideicommisso subiectorum.*
2 *Legitima debetur filio in bonis paternis.*
3 *In legitimam filij imputantur bona per eum alienata.*
4 *Legitima detractio opponi potest fideicommissario etiam per habentem causam à filio cui legitima debebatur.*
5 *Legitima detractio non impedit immissionem fideicommissario,saltem pro indiuiso*
6 *Declara procedere, si agatur de obtinenda immissione in integra hæreditate, secus si in re particulari.*
7 *In legitimam imputanda sunt primo loco alienata.*
8 *Via executiuo est vulnerata, si fuit pronunciatum, non esse dandam immissionem.*
9 *Causa effecta appellabilis ex parte actoris, semper durat talis,etiam ex parte Rei.*
10 *Executiuo impeditur, si sententia continet mixturam.*

DECISIO XXIV.



LEXANDER Giorginus vigore fideicommissi q. Caroli Mercati petiit coràm Prætore Ariminen.immissioné in tribus partibus cuiusdam molendini, detentis seu possessis à Comitibus de Ricciardellis, & olim per Parochum Ecclesiæ Sancti Gregorij dictæ Ciuitatis dicto q. Carolo in Emphiteusim concessis: Sed lata sententia absolutoria per dictum Prætorem in fauorem de Ricciardellis, & commissa causa in gradu appellationis Illustrissimo Cardinali Caualerio, tunc Rotæ Auditori, fuit datum dub. An dicto Alexandro sit danda immissio, ita vt sententia de partibus sit confirmanda,vel infirmanda,& cùm illud per me suffectum fuerit hodie,Alexandro tantùm informante, propositum fuit negatiuè contra illum resolutum.

Quia licèt firmatum fuerit constare de fideicom-
1 misso † Caroli, & illud esse purificatum ad fauorem
Alexandri, vt in decisione 5. iulij 1621. coram eodem
Illustrissimo Cardinali,& testatorem possedisse dictas
tres partes molendini probetur ex testibus,super hoc
examinatis,sicque petitæ immissioni locus esse videatur. *Ros. decis. 131. num. 1. par. 2. recent.* tamen cùm
Domini de Ricciardellis illas emerint à Francisco
Caroli testatoris filio,cui in bonis paternis legitima
2 † debebatur, *l. Papinianus, §. quoniam, ff. de inoff.*
testam. l. omnimodo, vbi glos. C. eodem tit. poterat Franciscus easdem in dicta legitima † imputare, *l. Marcel-* 3
lus, §. res quæ, cum ibi notat. ff. ad Trebell. Alex. cons. 178.
n. 3. lib. 5. & consequenter † ex illius persona possunt 4
Ricciardelli eadem detractionis exceptione Alexandrum fideicommissarium repellere, *Peregr. de fideic. art. 39. n. 4. Surd. cons. 576. num. 4. & 40. Greg. XV. & ibi Additio decis. 580. n. 8.*

Neque obstat, quòd legitimæ † detractio non im- 5
pediat immissionem, saltem pro indiuiso, vt sæpius
tenuit Rota, & præcipuè *in Ferrarien. de Tassonis, 28. Nouembris 1618. coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Antiocheno, & in Spoletana prætensi fideicommissi, 2. Decembris 1620. coram P. P. D. meo Buratto, & in adductis per Adden. ad decis. 185. Greg. XV.* Quia dictæ
decisiones procedunt, † vbi agitur de obtinenda im- 6
missione in integra hæreditate,secùs si petitur immissio,vt hîc,in re particulari alienata,maximè si non est
firmatus status hæreditatis. Et ratio est, quia cùm alie-
nata † debeant primò in legitimam imputari, *d. §. res* 7
quæ: non potest in illis dari immissio, stante detractione, nisi prius constet, an alienata excedant, vel non,legitimam.

Insuper Domini aduertebant, quòd † ex sententia 8
de partibus, qua fuit pronunciatum ex capite fideicommissi Alexandrum non esse immittendũ,fuit vulnerata via executiua. Quia,ex quo causa fuit semel ef-
fecta † appellabilis ex parte actoris,semper etiã durat 9
talis ex parte Rei conuenti, *reg. non licet actori, de reg. iur. in 6. & l. non debet, ff. eod.* Et sic etiam si ratione iniustitiæ dicta sententia esset reuocanda, nõ propterea
esset locus petitæ immissioni: † quia dicta reuocatio 10
contineret in se mixturam,ex qua exequutio impediretur, *Bald cons. 141. n. 7. lib. 1. Rota in Perusina dotis, 9. Aprilis 1607. coram b. m. Penia impress. apud Marchesan. de Commiss. par. 2. fol. 541.*

Non obstat, quòd dictum molendinum sit de iure emphyteutico, transitorio ad hæredes extraneos, & quòd ex tenore inuestituræ in eo succedant etiã masculi ex fœminis & ideò esse in fideicommisso compræhensum. Quia fuit dictum, hæc requirere altiorem indaginem: & quòd in omnem casum legitimæ detractio,& appellatio impedirent immissionem.

Et ita decisum.

Fauentina Beneficij.

Lun. 16. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Præsentatus ad beneficium non est instituendus, non probatis qualitatibus à fundatore requisitis,tam in patrono, quàm in ipsomet præsentato.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus probare debet, illum à quo fuit præsentatus, esse masculum proximiorem de familia fundatoris: sed. fundator patronum, talem esse voluerit.*
2 *Cognomen diuersum habens à cognomine alterius, non censetur de illius familia.*
3 *Præsentatus probare debet, præsentationis tempore se fuisse minoribus ordinibus insignitum, iuxta legem in fundatione præscriptam.*
4 *Vocatus ad iuspatronatus, deficientibus proximioribus masculis*

masculis de familia testatoris, probare debet existentiam conditionis.

5 *Negatiua probari debet eo modo, quo de iure potest, quando est fundamentum intentionis.*

6 *Probationes super pertinentia iurispatronatus non dicuntur ritè, & legitimè factæ, non citato possessore.*

7 *Probationes factæ super statu beneficij probant quoad omnes.*

8 *Declara procedere, si respiciant libertatem beneficij, secus si seruitutem.*

9 *Institutio non datur prouiso Apostolico.*

DECISIO XXV.

CVM ad beneficium de quo agitur, fuissent ab assertis patronis præsentati Io. Paulus Spada, & Ioannes Baptista Carrolius; ac de eodem sub narratiua, quòd esset litigiosum, fuerit à Sede Apostolica prouisus Baptista à Valle, & litterarum Apostolicarum vigore in prouisionem immissus, & omnes pro institutione instarent. Domini neminem esse instituendum resoluerunt.

Non Spada: quia cùm iuspatronatus spectet proximiori masculo de domo, & familia Valentis de Valen-
1 tibus fundatoris, † probare debuit per gradus distinctos, Octauianum Puteum à quo fuit præsentatus, esse masculum proximiorem de dicta familia, *cap. licet ex quadam, de testib. vbi Doctor. Dec. cons. 321. num. 4. Mant. decis. 88. num. 2. Rot. decis. 284. num. 1. par. 1. recent. Et in Barchinonen. beneficij 4. Nouembris prate-*
2 *riti coram me.* Qualis esse non probatur, † imò videtur de contrario apparere, ex quo vocatur de familia Puteorum, non autem de Valentibus, quæ est familia fundatoris, *arg. text. in l. si idem, C. de codicill.* Debuit præterea dictus Spada iuxta legem in fundatione præ-
3 scriptam † docere, se præsentationis tempore fuisse minoribus ordinibus insignitum. *Lambert. de iur. patr. lib. 2. par. 1. quæst. 7. art. 27. per tot. Dec. cons. 129. n. 5. Rot. decis. 530. num. 13. par. 1. & decis. 207. nu. 3. par. 2. recent.*

Non Carrolius: quia quamuis fuerit præsentatus à descendentibus Ringardæ, vocatis à fundatore ad iuspatronatus dicti beneficij: quia tamen eorum vocatio fuit sub conditione, nempè deficientibus proximio-
4 ribus masculis de familia fundatoris, † debuit probare existentiam conditionis, & sic deficientiam masculorum proximiorum de dicta familia iuxta doctrinam *glos. in l. qui duos, in verb. superstes, in princ. ff. de reb. dub. Hond. cons. 58. numer. 75. cum seqq. lib. 1.*

Neque obstat, quòd purificatio dictæ conditionis cùm sit conditio negatiua, videatur probata eo ipso, quod in actis non apparet adesse masculum proximiorem de familia testatoris. Quia cùm sit fundamentum
5 † intentionis Carrolij, non sufficit allegare simplicem negatiuam: sed est ab eo probanda per eos modos per quos de iure probari potest, ad latè tradita *per Peregr. art. 43. num. 47. cum seqq.*

Præterea probationes factæ per Carrolium de perti-
6 nentia † iurispatronatus Iulij Francisci, & Herculis, nepotum ex filio dictæ Ringardæ qui illum præsentarunt, non fuerunt legitimè, & ritè receptæ quoad Vallem possidentem, & non citatum, *cap. licet Episcopus, de præben. in 6. Mohed. decis. 2. de fid. instrum.*

7 Nec reuelat, quòd probationes prædictæ † ex quo fuerunt factæ super statu beneficij probent quoad omnes, *l. ingenuum, ff. de stat. homin. Felin. in cap. super eo, num. 2. il. 1. de testibus.* Quia verum est, † quando li-
8 bertatem, secus autem quando vt in præsenti seruitutem beneficij respiciunt, *l. Diui fratres, §. 1. ff. de liberal. caus. Bart. & alij in d. l. ingenuum, Rot. decis. 271. num 2. par. 1. recent.*

Denique nec Baptista à Valle est instituendus; tum quia † prouiso Apostolico non datur institutio, tum 9
etiam quia eius gratia nedum iustificata, sed nec data fuit, &c.

Et ita decisum Carrolio, & Valle informantibus, &c.

Romana Dotis de Iacobillis.

Ven. 27. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Frater tenetur dotare sororem inopem de bonis fideicommissi, seu primogenituræ, quæ ab ascendentibus paternis ad eum peruenerunt; quod procedit etiam stante matre diuite. Taxatio dotium quomodo facienda.

SVMMARIVM.

1 *Frater tenetur dotare sororem, si ad eum peruenerunt bona ascendentium ex linea paterna.*

2 *Heres extraneus tenetur dotare filias testatoris, alioquin exclusas.*

3 *Parentum obligatio non mutatur ex persona heredis.*

4 *Heredes non possunt recusare, quæ non poterant sui auctores.*

5 *Frater tenetur dotare ex persona propria sororem inopem, vtrinque coniunctam.*

6 *Primogenitus tenetur dotare sororem de bonis primogenituræ. Et quid si soror non erat nata de tempore illius, qui primogenituram instituit. num. 7.*

7 *Mater diues tenetur dotare filiam inopem in concursu fratris.*

8 *Fallit, si frater sit hæres ascendentium paternorum; quia tunc ipse tenetur dotare sororem de bonis hæreditariis, etiam si sint subiecta primogenituræ.*

9 *Dotare sobolem est officium paternum, non autem maternum.*

10 *Alimenta præstanda sunt nepotibus priori loco ab auo paterno, quàm à matre.*

11 *Bona defuncti transeunt in hæredem cum onere alimentorum ad quod ille tenebatur.*

12 *Mater tenetur dotare filiam, solùm in subsidium.*

13 *Dos relicta ab auo nepti non natæ, nec conceptæ, censetur relicta contemplatione filij.*

14 *Mater non tenetur dotare filiam, quando reperitur dotata ab auo, aut à patre.*

15 *Taxatio dotium, ex quibus sit regulanda, & cuius loci consuetudo sit attendenda.*

DECISIO XXVI.



VM D. Posthuma Iacobilla, iam nubilis ætatis instaret dotari à D. Gregorio, fratre vtrinque coniuncto ex parentibus Ascanio, & Alexandria, coniugibus, Dubitaui: An illi à Gregorio dos deberetur, & ad quam summam. Ex quo ad primum Domini fuerunt conformes, † Gregorium ad 1
quem bona ascendentium ex linea paterna peruenerunt,

autem de quo agitur, celebratus fuit extra illum: quia licèt census fuerit impositus in Vrbe, impositio tamen fuit facta à prætenso procuratore, de cuius mandato non constat: & sic non videtur deberi attendi locus,
11 † vbi actualis impositio facta fuit, sed locus vbi illa ratificata, & fideiussorum accessio facta fuit, nempe in terra Ispelli, quæ est extra districtum Vrbis, *glos. in Clement. verb. collato, post medium, vt lit. penden. Tiraq. de tract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 68. Stefan. Lamberteng. de contract. ad fin. num. 216. Rot. in Romana hereditatis 14. May 1603. coram b. m. Litta.*

Non obstat prætensa conuentio de extinguendo dictum censum intra certum tempus, iam elapsum. Quia
12 † fuit facta per venditores inter se solos, nempe Benedictum, & eius fratres; sicque ex ea ipsi solum inter se agere possunt, non autem fideiussores, qui simpliciter intercesserunt, vt fuit dictum *in Romana restitutionis in integrum, 20. May 1624. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo, vers. non obstat quod instrumentum.*

Non obstat demum stipulatio notarij, pro omnibus quorum interest, in dicta conuentione adscripta; Quia
13 † debet intelligi de illis, quorum tunc intererat, nempe respectu principalium, qui ante census creationem de censu extinguendo inter se conuenerunt: vel eorum, qui ab ipsis causam habent, non autem quoad Monaldos, qui nondum fideiusserant, nec causam habent à prædictis fratribus venditoribus, vt habetur in eadem decisione Illustrissimi Patriarchæ.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Mediolanen. legati.

Ven. 24. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Bona possessa per Vassallum in territorio castri de quo fuit inuestitus, non censentur comprehensa in inuestitura, etiam si illa fuerit facta cum villis, terris, prædiis, &c. & ideò præsumuntur allodialia, & non feudalia: incumbitque onus probandi contrarium asserenti: ac substinetur legatum de eisdem bonis factum per vassallum ad fauorem extranei.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis, capta per proprietarium, existente vsufructuario in possessione naturali, est manutenibilis ratione ciuilis possessionis, quæ erat vacua.*
Proprietarius potest capere possessionem ciuilem sicut vsufructuarius naturalem.
2 *In statu Pallauicino viget statutum de continuanda possessione defuncti in heredem, tam ex testamento, quàm ab intestato.*
3 *Mediolani constitutiones locum habent in castro Monticellorum.*
4 *Domini castrorum habent intentionem fundatam quoad ea, quæ sunt intra fines eorum.*
Declara id verum esse quoad iurisdictionem, non quoad dominium, num. 23.
5 *Inuestitura castrorum cum villis, agris, prædiis, pratis, &c. comprehendit omnia bona sita intra fines dictorum castrorum, itaut illa feudalia dicantur, contrarium num. 25. vbi declaratur hæc conclusio.*
6 *Feudalia præsumuntur bona sita intra fines castri, & possessa ab inuestito, si non constet de alio titulo, quàm inuestitura, & num. 7. 8. & 10. contrarium num. 27. & 29. & declaratur num. 28.*
7 *Possessio præsumitur apprehensa, & continua ex titulo, & causa præcedentibus.*
9 *Feudalia non præsumuntur bona sita intra castri fines, & à tertio possessa: quando lis est intra dominum aut vassallum contra dictum tertium possessorem, etiam si inuestitura cantet de prædiis, villis, terris, &c.*
Fallit, quando possidet vassallus, & lis est inter eum, & dominum; num. 10.
11 *Feudalia: An sint bona castri, vel non, si contendatur inter heredem extraneum vassalli, & successorem in castro, ad heredem pertinet probare, bona esse libera.*
12 *Feudalitas bonorum probatur ex confessione vassalli, & non solùm in præiudicium ipsius confitentis, sed etiam suorum heredum.*
13 *Allodialis in dubio omnis res præsumitur, & non feudalis, præsertim si vti libera fuerit habita, & vti de tali dispositum ab illius possessore, num. 12.*
14 *Feudum dicitur habere seruitutem.*
15 *Libera res omnis præsumitur, nisi seruitus probetur.*
16 *Vassallus, Emphiteuta, & similes possidere possunt non solùm alieno nomine, sed & proprio.*
17 *Possessio præsumitur in dubio potius proprio nomini quam alieno.*
18 *Feudalitas bonorum probanda est fortioribus probationibus a domino, aut agnato ad feudum agente, cum præsumptio stet pro allodialitate.*
Præsumptio iuris transfert onus probandi in aduers. & operatur, vt requirantur duriores probationes.
19 *Dominus directus non potest requirere vassallum, vt ostendat sibi titulum, quo feudum possidet intra fines castri. Declara vt num. 20.*
21 *Vassallo sufficit dicere, prædium suum esse, etiam si non ostendat initium possessionis.*
24 *Iurisdictio competens ratione feudi super toto territorio, non comprehendit dominium agrorum in illo existentium.*
26 *Castro concesso cum villis, non veniunt villæ quæ non sunt iuxta castrum, nisi inuestitus probet illas fuisse castro assignatas.*
30 *Confessio tutricis voluntaria non præiudicat pupillo.*
31 *Confessio relatiua non dicitur plus continere quam relatum.*

DECISIO XXVIII.



ILLVSTRISSIMVS D. Hieronymus Palauiccinus, filius q. Christofori, Marchio Buxeti, & Illustrissimus D. Sfortia Palauiccinus, Marchio Curtis maioris Burgi, conuenerunt de sibi inuicem succedendo in bonis in pacto contentis, casu si eorum alter decederet sine filiis masculis, legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, verè, & non per fictionem, cum clausula constituti. Qui casus euenisse dicitur in fauorem Sfortiæ per mortem Hieronymi sine talibus filiis. Quia tamen Hieronymus præfatus post pactum prædictum in testamento quo decessit, legauit hospitali Magno Mediolanensi multa stabilia, de quibus dictum hospitale instrumentalem possessionem accepit, & in ea postea manuteneri petiit: D. verò Marchio Alexander Palauiccinus,

Palauiccinus, causam habens à Sfortia contendebat, hospitale non esse manutenendum ex quo accepit possessionem existente in ea D. Eleonora vxore Hieronymi, ratione sui vsusfructus sibi relicti ab eodem Hieronymo, qui legatum reliquerat Hospitali: proinde lite orta super manutentione, Rota die 28. Aprilis 1623. coram Illustriss. Card. Caualerio firmauit possessionem
1 hospitalis esse manutenibilem. † Quia bene potuit hospitale ratione proprietatis capere possessioné ciuilem, quæ vacua erat: sicut Eleonora potuit capere possessionem naturalem ratione vsusfructus, *Bart. in l. si duo, num. 4. ff. vti possid. & fuit sæpius decisum.*

Et quamuis postea idem Marchio Alexander opposuerit de dicto pacto succedendi, & quòd sub eo continebantur bona hospitali legata: & ideo quòd possessio vigore constituti fuit prius translata in Sfortiam, eius auctorem, qui propterea tanquam anterior possessor erat manutenendus: nihilominus die 24 Decembris 1624. coram b.m. Vbaldo fuit resolut: bona præd. hospitali legata non fuisse sub pacto comprehensa, sicque standum esse in decisis.

Quia tamen in eodem pacto comprehenduntur bona omnia, quæ peruenerunt ad Hieronymum ex fideicommissis suorum prædecessorum, & ex inuestituris Imperatorum, & aliorum Principum, in quibus recensetur in feudum concessa castra Buxeti, Monticelli, & alia; cæpit Marchio Alexander prætendere bona hospitali legata esse bona feudalia, contenta in dictis inuestituris, tanquam de pertinentiis dictorum castrorum.

Præterea, quia Sfortia fuit ab eodem Hieronymo hæres institutus in d. testamento, de cuius aditione iam constabat; prætendit etiam Sfortiam semper possedisse bona à Hieronymo hospitali relicta, propter statu-
2 tum status † Palauiecini de continuenda possessione defuncti in hæredem ex testamento quàm ab intestato: & constitutionem, seu decretum status Mediolanen.
3 † quod & locum habet in castro Monticellorum iuxta decisionem *Putei 276. & 292. in nou. impres. lib. 2.* & ex hoc cessare motiuum decisionis Illustriss. Cardin. Caualerij, quod hospitale cæpit possessionem instrumentalem alio non possidente.

Quia tamen præd. nedum pro parte hospitalis infieiabantur, sed etiam prætendebatur, aditionem Sfortiæ fuisse nullam, & pactum fuisse reuocatum. Causa super eisdem proposita die 10. Decembris 1625. fuit per Dominos restricta difficultas, vt de tribus separatim videatur: Primò, An stantibus inuestituris, bona legata comprehendantur in pacto. Secundò, si opus sit, an comprehendantur in institutione hæredis ad effectum statuti de continuenda possessione. Tertiò, etiam quatenus opus sit: An aditio Sfortiæ fuerit valida. Et an pactum sit reuocatum.

Quare causa mihi commissa, insequendo ordinem Dominorum proposui dubium: An bona legata, stantibus inuestituris, comprehendantur in pacto. Cuius tota difficultas versabatur, an comprehendantur sub inuestituris. Quia si sub illis continentur, clarum est etiam in pacto esse comprehensa.

4 Et quòd sub illis comprehendantur, † vltra iuris præsumptionem, quod Domini castrorum habent intentionem fundatam quoad ea, quæ sunt intra fines eorum, *cap. fin. de off. Archid.* ibi: *cum monasterium intra metas sui Archidiaconatus sit situm*, etiam deduci videtur ex verbis inuestiturarum Imperatorum Federici 2. de anno 1249. Caroli 4. de anno 1360. & Vencislai, Romanorum Regis de anno 1345. à quibus Marchiones Palauiecini fuerunt inuestiti pleno iure de castro Buxeti, de Patri Cremonæ, de villis, seu terris cultis, & incultis, terrenis, & territoriis dictorum castrorum, & cuiuscunque ipsorum aquis, & aquarum decursibus, molendinis, pascuis, nemoribus, montibus cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione. Cúmque non controuertatur, quin possessiones nuncupatæ del Core, & de Bellingera, molendinum. Cedimen. & alia bona in d. legato expressa, sita sint intra fines dicto-
rum castrorum † consequenter etiam dicendum vide- 5
batur, ea sub istis inuestituris esse comprehensa, *Ruin. cons. 108. num. 22. vers. ex alio quoque lib. 2. Siluan. cons. 58. num. 5. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23 tit. 6. num. 22.* vbi: quòd, & si quando generaliter tantùm dictum est: *inuestimus de castro, & pertinentiis*: non possint dici feudalia omnia, quæ sunt in territorio: tamen si in specie dictum fuit in inuestituris: *cum agris, pratis, prædiis*: colligitur manifesta recognitio, & confessio, quòd non solum iurisdictio castrorum, sed etiam bona immobilia, per vassallum possessa in feudum fuerunt concessa. Non enim videntur verba inuestituræ in alia specie bonorum verificari, quàm in his, quæ castro adiacent, perinde ac si in inuestituram fuissent in specie demonstrata, *Natt. in cons. 446. num. 5. & plures alij, quos allegat Surd. cons. 151. num. 1.* Præsertim
† quando constat, vt hîc ex testibus, *summario num. 8.* 6
bona prædicta fuisse possessa, insurgit enim hoc casu feudi vera præsumptio, *Natt. cons. 460. num. 9. cum seqq. Mantic. vbi supra vers. etsi constat.*

Rursus eo ipso quòd bona legata sunt intra fines dictorum castrorum, nec apparet Palauiceinos alio titulo, aut iure ea possedisse, aut ad eos peruenisse, præsumendum est, quòd vigore inuestiturarum præceden-
tium ad eos peruenerunt: quia † subsequens possessio 7
præsumitur apprehensa, & continuata ex titulo, & causa præcedentibus, *leg. quadam mulier, ff. de rei vendic. l. 2. C. de acquir. posses. Natt. dict. cons. 446. num. 10.* Causa autem præcedens ex inuestitura, & non alia quæ appareat: ita in specie *Siluan. d. cons. 58. num. 4. & 8. Ruin. d. cons. 108. num. 23.* vbi post plu- 8
res. † Quòd omnia prædicta præsumuntur feudalia, nisi pars aduersa probet, quæ, & qualia concessa fuerunt. Quod maximè dicendum videtur, quando vt hîc verba inuestituræ sunt apta omnia comprehendere vt dixit idem, *Ruin. consil. 53. numer. 11. vol. 4.*

Præterea, tametsi † quando lis est inter dominum, 9
aut vassallum aduersus tertium, prædia à tertio possessa intra castri fines, non præsumuntur feudalia, etiamsi in inuestitura dictum sit: *cum prædiis, villis, terris, nemoribus, &c.* vt post plures *Menoch. de præsumpt. lib. 3.*
præsumpt. 101. num. 13. cum seqq. † tamen quando con- 10
trouertitur inter dominum, & vassallum, quidquid intra castri limites vassallus possidet, à domino possidere censetur, dum contrarium non probatur, *Crauuett. in respons. pro genero, num. 430. vers. sextus casus, nunc cons. 1600. lib. 6. Menoch. vbi supra num. 3. cum seqq. Cancer. variar. resolut. lib. 1. tit. 11. num. 42.* Palauiecini autem respectu hospitalis vt domini directi; hospitale verò in ordine ad illos vt vassallus habentur, vt in punctο, *Menoch. de præsumpt. 101. num. 18.* Vbi quòd 11
si vnus vassallorum † hæredem faciat extraneum, qui ideo in feudo non potest succedere, contendit tamen se posse tenere certa prędia testatoris, quæ dicit esse libera; successor verò in feudo prætendit esse feudalia, extraneum hæredem teneri probare esse libera, ex quo non comparatur tertio possessori, sed vassallo: successor verò in feudo comparatur domino ratione feudi.

Tandem aderat confessio Hieronymi, à quo vtraque partium causam habet, qui bona, de quibus agitur vigore inuestituræ, & fideicommissorum prædecessorum, à fisco à quo fuerant confiscata ob delictum Cri-
stofori sui patris, recuperare prætendit: † quæ sanè 12
confessio probat feudalitatem, *Rol. cons. 82. num. 38. lib. 2.* vbi quòd hæc confessio præiudicat non solùm confitenti,

teneri eam congruè dotare, sicut, & illi si viuerent, te-
nerentur, *l. fin. C. de dot. promiss. Bart. in l. si marito, §.*
si voluntate, ff. solut. matrim. Mantic. de tacit. & am-
2 *big. conuent. lib. 12. tit. 18. num. 16.* Cùm enim † hæres
extraneus adstrictus sit filias testatoris alioquin exclusas
3 dotare, † quia ex hæredis persona parentum obligatio
4 non mutatur *l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig.* † nec po-
test, quod illi non poterant recusare *l. postulante in pr.*
ff. ad Trebell. Rum. cons. 200. num. 4. lib. 1. multò magis
Gregorius. Quia etiam si ad ipsum parentum bona non
5 peruenissent, † nihilominus vti frater sororem inopem,
vtrinque coniunctam dotare teneretur, *glos. in l. cum*
tutor. per illum tex. verb. alio patre, in fin. ff. de ad-
minist. tutel. Bart. in proem. digest. num 14. Bald. in l.
qui liberos ad fin. vers. sed quæro vtrum frater. ff. de rit.
nupt. Guid. Pap. decis. 96. num. 24. vers. sexto quia, &
decis. 439. num. 7. Boer. decis. 129. num. 7. Afflict. decis. 371.
num. 3. Vinc. de Franch. decis. 87. num. 12.

6 Non obstat, † quòd non probetur, Gregorium ab
Ascanio communi patre aliqua habuisse bona libera,
sed illa ei obuenisse à Francisco proauo paterno vigore
fideicommissi, seu primogenituræ per illum in suo te-
stamento institutæ. Quia vltra quòd dicta primogeni-
tura, vt ibi legitur, habet annexum onus dotandi fœmi-
nas ex fructibus, quando id non fuisset à testatore ex-
pressum: non ideò minus Gregorius qui in ea succes-
sit, ad illud teneretur, *Bald. in cap. 1. in princ. num. 8. de*
success. feud. Tiraq. in tract. primogen. quæst. 62. num. 1.
Suar. in l. quoniam in prioribus, 2. limit. ad leg. Reg. nu. 59.
Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 15. num. 59. Barbos.
in l. 1. par. 4. num. 130. ff. solut. matrim. Peregr. de fideic.
art. 42. num. 54. Menoch. præsump. 189. num. 175. lib. 4.
Rota in Romana dotis 30. Martij 1618. coram R. P. D.
meo Verospio.

7 Non obstat etiam, † quòd Posthuma non erat nata
nec concepta in vita Francisci proaui, à quo bona in
Gregorium peruenerunt, quo casu videtur, fratrem non
teneri ex illis, seu illorum fructibus dotare sororem,
& sic limitari. *tex. in auth. res quæ, C. commun. de le-*
gat. vt ex Bald. Alciat. & aliis tenet Marzar. in epitom.
fideicom. quæst. 48. in fin. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 6.
in fin. Quia in casu in quo versamur, res est clara, cùm
Franciscus proauus in dicta primogenitura expressè
prospexerit etiam fœminis, ab eo descendentibus, non-
dum natis, nec conceptis, eo ipso quòd tam filios & ne-
potes, quàm quoscunque alios successores primogeni-
tos, obnoxios esse voluit ad dotandum filias fœminas,
ex legitimo matrimonio nascituras.

Et ex sola iuris dispositione etiam si testator expressè
id non disposuisset, verius, & magis receptum est, neptes,
& pronceptes inopes, in vita aui seu proaui non natas
nec conceptas, ex eorum bonis, etiam fideicommisso
seu primogenituræ suppositis, esse dotandas, ea scilicet
ratione. Quia si illi nunc viuerent, ad id tenerentur,
Bart. in l. à filia, ff. ad Trebell. Paul. de Castro in l. mu-
lier. §. cum proponeretur, in princ. ff. eodem, Curt. Iun.
in d. Auth. res quæ, num. 12. cum seqq. Rimin. sen. cons.
144. Menoch. de præsumpt. 189. num. 18. Peregr. de fi-
deicom. artic. 42. num. 37. in fin. Ioseph. Ludou. decis.
Lucen. 28. num. 96. Thesaur. decis. Pedem. 192. per tot.
Rot. decis. 37. num. 5. & 642. num. 4. par. 1. diuers. & alibi
sæpius.

8 Demum non releuat, quòd Alexandra mater viuit, &
est diues. † Quia quando diues esset, de quo tamen non
constabat, non versamur in concursu matris, & fratris,
simpliciter, vt talis: quo casu mater diues tenetur filiam
inopem dotare, *Molin. de Hispan. primog. d. cap. 15.*
num. 68. Anton. Gomez. in l. 40. Tauri, num. 75. sed in
concursu matris, & Francisci, proaui paterni, seu Gre-
gorij tanquam illius successoris, quod idem est: in quo
onus dotandi prius ad auum, seu Gregorium qui illum

repræsentat, de iure spectat tam ex dicta *l. fin. C. de dot.*
promiss. vbi dicitur † paternum esse officium dotare so- 9
bolem, quasi non sit maternum, vt ibi expendit *glos.*
verbo paternum: quam etiam, † quia auus paternus prio- 10
ri loco cogitur dare alimenta nepotibus, quàm mater,
l. penult. ff. de liber. agnosc. Et consequenter † prius 11
etiam ad illius successorem pertinet ad quem bona tran-
seunt cum illo onere, *arg. text. in l. si quis a liberis, §.*
item rescriptum, ff. de liber. agnosc. vbi notat Bart. &
communiter Doctor. & in puncto *Vincent. de Franch.*
d. decis. 87. num. 12. Et hanc sententiam tanquam ve-
rissimam, & communiter receptam sequuntur. *Bart. in*
l. Nesennius, num. 2. ff. de negot. gest. Rum. cons. 199.
num. 9. vers. nec etiam obstat. lib. 1. Peregr. de fideic. art.
42. nu. 47. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 152. Barbos.
vbi suprà num. 123. Spina de testam. glos. 11. de legat.
relict. pro dote num. 38.

Quibus omnibus illud vnum accedit, ex quo tolli
penitus videtur omnis difficultas, quòd cum ex testa-
mento Francisci, proaui fuerit Posthumæ congrua dos
relicta, non minùs quam Gregorio primogenitura, ces-
sat obligatio matris, quæ † solùm in subsidium filiam 12
dotare tenetur, *l. neque mater pro filia, C. de iur. dot. An-*
ton. Gomm. decis. Lusitan. 376. num. 3. Et eo magis quia
ex quo posthuma, vt dictum est, nec nata, nec conce-
pta fuit in vita proaui testatoris, non potest in eo ali-
qua affectionis ratio erga eam considerari: ac propre-
rea succedit regula, quòd † potius fuit illi dos relicta 13
contemplatione Iulij, & Ascanij, filij, & nepotis testa-
toris, ac aui, & patris Posthumæ respectiuè. Et quòd pe-
rinde haberi debet, ac si ab illis dotata fuisset, vt probat
expressus *text. in l. dotem dedit, vbi Bar. ff. de collat. bo-*
nor. & latè comprobat *Menoch. de præsumpt. præsump.*
189. num. 18. lib. 4. cum seqq. sicque cessat penitus obli-
gatio matris, † cùm iam Posthuma ab auo aut patre qui- 14
bus in primogenitura Gregorius successit, dota-
ta reperiatur, iuxta *text. in d. l. fin. C. de dot. pro-*
miss.

Quo verò ad secundam partem dubij, nempe ad
quam summam † sit dos taxanda, regula est arbitrium 15
esse regulandum ex dignitate natalium, facultatibus pa-
tris seu aui dotantis, qualitate mariti cui nubere conue-
nit, ex numero liberorum patris, & consuetudine alia-
rum similium mulierum, & regionis, *l. si filia pater. ff. de*
legat. 3. l. quæro, ff. de iur. dot. Menoch. de arbitr. lib. 2.
cas. 19. num. 38. Thesaur. d. decis. 192. in princ. Cæsar.
Barz. decis. 127. num. 10. cum seqq. Rot. apud Seraf. decis.
412. num 2. & in Romana de Caetanis, 18. Iunij 1619.
coram bo. me. Card. Sacrato. Quas qualitates, & cir-
cumstantias idem Franciscus testator attendi iussit dum
fœminas dotari disposuit congruenter, pro generis, &
familiæ qualitate.

Quibus perspectis aliqui ex Dominis dicebant, esse
Posthumæ taxandam dotē scutorum decem mille. Qua-
litas enim natalium est notissima, & consequenter qua-
litas mariti, cui Posthuma nubere conuenit, cùm alias
de illius inopia non possit dubitari. Status patrimonij
fuit firmatus coram b. m. Litta: quod non probatur
diminutum; bene quidem: cui dicta taxatio congruere
videbatur. Consuetudo similium mulierum notoria,
cùm Antilia soror, fuerit nuptui tradita cùm eadem do-
te constituta, & arbitrata per auum maternum, cui
multum deferendum esse dicebatur, cùm esset vir pru-
dentissimus, & Orator Magni Ducis apud Sanctissi-
mum. Et pro conseruanda inter sorores æqualitate,
præsertim, quia idem Gregorius dictam doris consti-
tutionem approbauit, ac maior factus ratificauit. Quo
verò ad consuetudinem regionis omnes Domini dice-
bant, esse attendendam consuetudinem Vrbis, non au-
tem ciuitatis Fulginaten. cùm Posthuma fuerit Romæ
nata, ac in ea Antilia soror nupta: in eadémque parentes
acquisiuerunt

acquisiuerunt ciuilitatem, & professi semper fuerunt esse Romani.

Sed maior pars Dominorum, inhærendo eisdem, & aliis iustis circumstantiis, eorum animum ad æquitatem mouentibus, magis inclinabat, vt dicta dos taxaretur ad summam scutorum septem mille; & propterea quia in ea erant omnes conformes fuit vnanimi voto resolutum, dotem deberi ad dictam summam scutorum septem mille.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Spoletana liberationis à fideiussione.

Lun. 30. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Fideiussor census non potest cogere principalem debitorem, vt eum à fideiussione liberet quoad sortem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Diu: ista dictio intelligitur vltra decennium.*
2 *Fideiussor non potest petere liberationem à fideiussione, nisi diu steterit in obligatione efficaci, seu mora sit commissa.*
3 *Fideiussor habet mandatum non solùm ad fideiubendum, sed etiam ad soluendum.*
4 *Fideiussor non potest regulariter cogere principalem, vt eum eximat à fideiussione.*
5 *Fideiussor euictionis non potest ante sequutam euictionem agere pro eximitione.*
6 *Fideiussor administratoris non potest agere pro eximitione, durante administratione.*
7 *Fideiussor præsumitur se obligasse secundùm naturam contractus, cui accessit.*
8 *Fideiussor census non potest agere, vt eximatur à fideiussione.*
9 *Intelligo respectu sortis, secus respectu fructuum.*
10 *Statuti Vrbis cap. 94. & cap. 197. lib. 1. intellectus.*
11 *In contractibus attenditur statutum loci, vbi contractus ratificatur, non vbi contractus celebratus fuit nulliter.*
12 *Conuentio ligat tantùm contrahentes, non alios.*
13 *Stipulatio notarij propriis quorum interest, restringitur ad eos, quorum interest tempore stipulationis.*

DECISIO XXVII.



BENEDICTVS Vrbanus fuit ab A. C. condemnatus; vt liberaret Maximilianum, & Monaldum de Monaldis à fideiussione annui census scutorum 140. per illum, & alios venditi anno 1613. D. Leoni Strotio. Et causa in gradu appellationis mihi commissa, dedi dubium: An prætensæ liberationi locus esset. Et Domini reseruando, vt quoad fructus particulariter videatur: quod attinet ad sortem principalem negatiuè censerunt. Quia quamuis dicti fideiussores
1 † diu videantur stetisse in fideiussione, nempè vltra decennium *iuxta glos. in l. Lucius Titius, ff. mandat. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 41.* tamen, vt liberatio-
2 ni sit locus, † requiritur vlterius, quòd diu steterint in obligatione efficaci, seu commissa, *Bald. Fulgos. & alij in d. l. Lucius Titius, idem Bald. in l. facere posse, num. 2. ff. solut. matrim. Afflict. dec. 241. num. 4. & ibidem additio Vrsilli nu. 4.* Et ratio est, quia † fideiussori non tan- 3
tùm videtur factum mandatum de fideiubendo, sed etiã de soluendo, *l. indebitum, ff. de condit. indeb. & in l. fideiussor pro euictione, ff. de fideiuss.* & ideo nisi soluerit, aut diu steterit in obligatione, non habet actionem contra principalem.

Cum itaque census sit de sui natura perpetuus & illius emptor nunquã possit debitorem cogere ad redimendum: nunquam etiam verificari poterit, quòd fideiussores prædicti diu steterint in obligatione, cùm nec principales nec ipsi ad redimendum teneantur. Et
sic versamur dubio procul in regula, quòd † fideiussor 4
non potest cogere principalem, vt eum à fideiussione liberet, *d. l. Lucius Titius, & l. si pro ea, C. mandat.*
sicut in simili, † fideiussor qui intercessit pro euictione, 5
re non euicta, licèt diu steterit in fideiussione, agere non poterit vt liberetur, *Bart. Bald. Imol. Alex. & alij in d. l. facere posse, Bald. cons. 425. lib. 4. Gomez. lib. 2.*
variar. cap. 13. num. 10. vbi quòd † fideiussor qui in- 6
tercessit pro tutore, vel curatore, vel aliquo administratore, non potest agere, vt eximatur à fideiussione ante finitam tutelam, curam, vel administrationis officium: ea scilicet ratione, quia sicut obligatio principalis certam habet temporis durationem, & metam, similiter
† & fideiussoria vti accessoria; & cùm dictam temporis 7
durationem principalis obligationis, fideiussor tempore obligationis præuiderit; vsque ad eam videtur se obligare voluisse, *arg. tex. in l. quòd si nolit, §. quod si assidua,*
ff. de ædilit. edict. Ex quibus ita in puncto contra † fi- 8
deiussores resoluunt plures de censibus scribentes, scilicet *Felician. à Solis lib. 3. cap. 3. num. 9. Ludou. Valasq. cap. 97. num. 23. Bened. Bony. art. 68. num. 101. tom. 6. tract. par. 2. Marcell. Conuersan. in addit. ad Intrigliol. de censib. quæst. 60. littera a. vers. atque ita in hoc casu, Roder. de ann. red. lib. 2. quæst. 13. num. 8.*

Non obstant Rotæ decisiones in contrarium alle-
gatæ. Quia decisio † Bononien. census coram b. m. 9
Corduba *in ordine 195. num. 8. vers. nec etiam placuit, & decis. 201. num. 5. apud Cencium de censib.* quæ fuerunt factæ in vna, & eadem causa, nihil concludunt quoad sortem principalem; sed solùm quoad fructus, vt declaratur *in d. dec. 201. num. 7. & clarius num. 5.* dum ibi expressè admittitur quòd fideiussor non potest petere, se eximi à fideiussione census. Decisio verò 200. coram Illustrissimo Cardinali Caualerio apud eundem Cencium non applicatur. Quia in ea, dictum fuit, quòd fideiussor census potuit agere, vt liberaretur, non ex natura obligationis censualis, sed quia fundus super quo fuerat census impositus, fuit à principali debitore liber, & allodialis promissus, cùm tamen esset sub directo dominio Ecclesiæ: prout alias d. decisionem declarauit *Rota in Romana liberationis à fideiussione 5. Decembris 1612.* coram eodem Illustrissimo Cardinali. Et demum decisio 68. *num. 4.* ibidem cùm non loquatur de sorte principali, debet intelligi solùm quoad fructus.

Non obstat statutum Vrbis *cap. 94. & 197. lib. 1.* vbi
disponitur, † fideiussorem posse agere, vt liberetur, 10
etiam si diu non steterit in obligatione. Quia illud non intrat, quando, vt hìc, nec principalis nec fideiussor aliquo tempore fuerunt obligati ad redimendum, *iuxta trad. per Bart. & Bal. in d. l. facere posse, num. 2. Anton. Gomez. vbi supra, & Gayl. obseruat. 29. num. 6. vers. hæc fallentia, lib. 2. & in puncto Rot. in 2. dicta Romana liberationis à fideiussione coram Illustrissimo Caualerio, vers. nec visum fuit:* Nec non, quia dictum statutum solùm procedit in Vrbis districtu; contractus

autem

teneri eam congruè dotare, sicut, & illi si viuerent, te-
nerentur, *l. fin. C. de dot. promiss. Bart. in l. si marito, §.
si voluntate, ff. solut. matrim. Mantic. de tacit. & am-*
2 *big. conuent. lib. 12. tit. 18. num. 16.* Cùm enim † hæres
extraneus adstrictos sit filias testatoris alioquin exclusas
3 dotare, † quia ex hæredis persona parentum obligatio
4 non mutatur *l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig.* † nec po-
test, quod illi non poterant recusare *l. postulante in pr.
ff. ad Trebell. Ruin. cons. 200. num 4. lib. 1.* multò magis
Gregorios. Quia etiam si ad ipsum parentum bona non
5 peruenissent, † nihilominus vti frater sororem inopem,
vtrinque coniunctam dotare teneretur, *glos. in l. cum
tutor. per illum tex. verb. alio patre, in fin. ff. de ad-
ministr. tutel. Bart. in proem. digest num. 14. Bald. in l.
qui liberos ad fin. vers. sed quaro vtrum frater. ff. de rit.
nupt. Guid. Pap. decis. 96. num. 24. vers. sexto quia, &
decis. 439. num. 7. Boer. decis. 119. num. 7. Afflict. decis. 371.
num. 3. Vinc. de Franch. decis. 87. num. 12.*

6 Non obstat, † quòd non probetur, Gregorium ab
Ascanio communi patre aliqua habuisse bona libera,
sed illa ei obuenisse à Francisco proauo paterno vigore
fideicommissi, seu primogenituræ per illum in suo te-
stamento institutæ. Quia vltra quòd dicta primogeni-
tura, vt ibi legitur, habet annexum onus dotandi fœmi-
nas ex fructibus, quando id non fuisset à testatore ex-
pressum: non ideò minus Gregorius qui in ea succes-
sit, ad illud teneretur, *Bald. in cap. 1. in princ. num. 8. de
success. feud. Tiraq. in tract. primogen. quæst. 62. num. 1.
Suar. in l. quoniam in prioribus, 2. limit. ad leg. Reg. nu. 59.
Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 15. num. 59. Barbos.
in l. 1. par. 4. num. 130. ff. solut. matrim. Peregr. de fideic.
art. 42. num. 54. Menoch. præsump. 189. num. 175. lib. 4.
Rota in Romana dotis 30. Martij 1618. coram R. P. D.
meo Verospio.*

7 Non obstat etiam, † quòd Posthuma non erat nata
nec concepta in vita Francisci proaui, à quo bona in
Gregorium peruenerunt, quo casu videtur, fratrem non
teneri ex illis, seu illorum fructibus dotare sororem,
& sic limitari. *tex. in auth. res quæ, C. commun. de le-
gat. vt ex Bald. Alciat. & aliis tenet Marzar. in epitom.
fideicom. quæst. 48. in fin. Conar. var. resol. lib. 3. cap. 6.
in fin.* Quia in casu in quo versamur, res est clara, cùm
Franciscus proauus in dicta primogenitura expressè
prospexerit etiam fœminis, ab eo descendentibus, non-
dum natis, nec conceptis, eo ipso quòd tam filios & ne-
potes, quàm quoscunque alios successores primogeni-
tos, obnoxios esse voluit ad dotandum filias fœminas,
ex legitimo matrimonio nascituras.

Et ex sola iuris dispositione etiam si testator expressè
id non disposuisset, verius, & magis receptum est, neptes,
& proneptes inopes, in vita aui seu proaui non natas
nec conceptas, ex eorum bonis, etiam fideicommisso
seu primogenituræ suppositis, esse dotandas, ea scilicet
ratione. Quia si illi nunc viuerent, ad id tenerentur,
*Bart. in l. à filia, ff. ad Trebell. Paul. de Castro in l. mu-
lier. §. cum proponeretur, in princ. ff. eodem, Curt. Iun.
in d. Auth. res quæ, num. 12. cum seqq. Rimin. sen. cons.
144. Menoch. de præsumpt. 189. num. 18. Peregr. de fi-
deicom. artic. 42. num. 37. in fin. Ioseph. Ludou. decis.
Lucen. 28. num. 96. Thesaur. decis. Pedem. 192. per tot.
Rot. decis. 37. num. 5. & 642. num. 4. par. 2. diuers.* & alibi
sæpius.

8 Demum non releuat, quòd Alexandra mater viuit, &
est diues. † Quia quando diues esset, de quo tamen non
constabat, non versamur in concursu matris, & fratris,
simpliciter, vt talis: quo casu mater diues tenetur filiam
inopem dotare, *Molin. de Hispan. primog. d. cap. 15.
num. 68. Anton. Gomez. in l. 40. Tauri, num. 75.* sed in
concursu matris, & Francisci, proaui paterni, seu Gre-
gorij tanquam illius successoris, quod idem est: in quo
onus dotandi prius ad auum, seu Gregorium qui illum
repræsentat, de iure spectat tam ex dicta *l. fin. C. de dot.
promiss.* vbi dicitur † paternum esse officium dotare so- 9
bolem, quasi non sit maternum, vt ibi expendit *glos.*
verbo paternum: quam etiam, † quia auus paternus prio- 10
ri loco cogitur dare alimenta nepotibus, quàm mater,
l. penult. ff. de liber. agnosc. Et consequenter † prius 11
etiam ad illius successorem pertinet ad quem bona tran-
seunt cum illo onere, *arg. text. in l. si quis à liberis, §.
item rescriptum, ff. de liber. agnosc.* vbi notat Bart. &
communiter Doctor. & in puncto *Vincent. de Franch.
d. decis. 87. num. 12.* Et hanc sententiam tanquam ve-
rissimam, & communiter receptam sequuntur. *Bart. in
l. Nesennius, num. 2. ff. de negot. gest. Ruin. cons. 199.
num. 9. vers. nec etiam obstat. lib. 1. Peregr. de fideic. art.
42. nu. 47. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 152. Barbos.
vbi suprà num. 123. Spina de testam. glos. 11. de legat.
relict. pro dote num. 38.*

Quibus omnibus illud vnum accedit, ex quo tolli
penitus videtur omnis difficultas, quòd cum ex testa-
mento Francisci, proaui fuerit Posthumæ congrua dos
relicta, non minùs quàm Gregorio primogenitura, ces-
sat obligatio matris, quæ † solùm in subsidium filiam 12
dotare tenetur, *l. neque mater pro filia, C. de iur. dot. An-
ton. Gomm decis. Lusitan. 376. num. 3.* Et eo magis quia
ex quo posthuma, vt dictum est, nec nata, nec conce-
pta fuit in vita proaui testatoris, non potest in eo ali-
qua affectionis ratio erga eam considerari: ac propte-
rea succedit regula, quòd † potius fuit illi dos relicta 13
contemplatione Iulij, & Ascanij, filij, & nepotis testa-
toris, ac aui, & patris Posthumæ respectiue. Et quòd pe-
rinde haberi debet, ac si ab illis dotata fuisset, vt probat
expressus *text. in l. dotem dedit, vbi Bar. ff. de collat. bo-
nor.* & latè comprobat *Menoch. de præsumpt. præsump.
189. num. 18. lib. 4. cum seqq.* sicque cessat penitus obli-
gatio matris, † cùm iam Posthuma ab auo aut patre qui- 14
bus in primogenitura Gregorius successit, dota-
ta reperiatur, iuxta *text. in d. l. fin. C. de dot. pro-
miss.*

Quo verò ad secundam partem dubij, nempe ad
quam summam † sit dos taxanda, regula est arbitrium 15
esse regulandum ex dignitate natalium, facultatibus pa-
tris seu aui dotantis, qualitate mariti cui nubere conue-
nit, ex numero liberorum patris, & consuetudine alia-
rum similium mulierum, & regionis, *l. si filiæ pater. ff. de
legat. 3. l. quæro, ff. de iur. dot. Menoch. de arbitr. lib. 2.
cas. 19. num. 38. Thesaur. d. decis. 192. in princ. Cæsar.
Barz. decis. 127. num. 10. cum seqq. Rot. apud Seraf. decis.
412. num. 2. & in Romana de Caetanis, 18. Iunij 1619.
coram bo. me. Card. Sacrato.* Quas qualitates, & cir-
cumstantias idem Franciscus testator attendi iussit, dum
fœminas dotari disposuit congruenter, pro generis, &
familiæ qualitate.

Quibus perspectis aliqui ex Dominis dicebant, esse
Posthumæ taxandam dotē scutorum decem mille. Qua-
litas enim natalium est notissima, & consequenter qua-
litas mariti, cui Posthuma nubere conuenit, cùm alias
de illius inopia non possit dubitari. Status patrimonij
fuit firmatus coram b. m. Litta: quod non probatur
diminutum; bene quidem: cui dicta taxatio congruere
videbatur. Consuetudo similium mulierum notoria,
cùm Antilia soror, fuerit nuptui tradita cùm eadem do-
te constituta, & arbitrata per auum maternum, cui
multum deferendum esse dicebatur, cùm esset vir pru-
dentissimus, & Orator Magni Ducis apud Sanctissi-
mum. Et pro conseruanda inter sorores æqualitate,
præsertim, quia idem Gregorios dictam dotis consti-
tutionem approbauit, ac maior factus ratificauit. Quo
verò ad consuetudinem regionis omnes Domini dice-
bant, esse attendendam consuetudinem Vrbis, non au-
tem ciuitatis Fulginaten. cùm Posthuma fuerit Romæ
nata, ac in ea Antilia soror nupta: in eadémque parentes
acquisiuerunt

acquisiuerunt ciuilitatem, & professi semper fuerunt esse Romani.

Sed maior pars Dominorum, inhærendo eisdem,& aliis iustis circumstantiis, eorum animum ad æquitatem mouentibus, magis inclinabat, vt dicta dos taxaretur ad summam scutorum septem mille; & propterea quia in ea erant omnes conformes fuit vnanimi voto resolutum, dotem deberi ad dictam summam scutorum septem mille.

Et ita,&c. vtraque, &c.

Spoletana liberationis à fideiussione.

Lun. 30. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Fideiussor census non potest cogere principalem debitorem, vt eum à fideiussione liberet quoad sortem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Diu: ista dictio intelligitur vltra decennium.*
2 *Fideiussor non potest petere liberationem à fideiussione, nisi diu steterit in obligatione efficaci, seu mora sit commissa.*
3 *Fideiussor habet mandatum non solùm ad fideiubendum, sed etiam ad soluendum.*
4 *Fideiussor non potest regulariter cogere principalem, vt eum eximat à fideiussione.*
5 *Fideiussor euictionis non potest ante sequutam euictionem agere pro eximitione.*
6 *Fideiussor administratoris non potest agere pro eximitione, durante administratione.*
7 *Fideiussor præsumitur se obligasse secundùm naturam contractus, cui accessit.*
8 *Fideiussor census non potest agere, vt eximatur à fideiussione.*
9 *Intellige respectu sortis, secus respectu fructuum.*
10 *Statuti Vrbis cap. 94. & cap. 197. lib. 1. intellectus.*
11 *In contractibus attenditur statutum loci, vbi contractus ratificatur, non vbi contractus celebratus fuit nulliter.*
12 *Conuentio ligat tantùm contrahentes, non alios.*
13 *Stipulatio notarij propriis quorum interest, restringitur ad eos, quorum interest tempore stipulationis.*

DECISIO XXVII.

BENEDICTVS Vrbanus fuit ab A. C. condemnatus; vt liberaret Maximilianum, & Monaldum de Monaldis à fideiussione annui census scutorum 140. per illum, & alios venditi anno 1613. D. Leoni Strotio. Et causa in gradu appellationis mihi commissa, dedi dubium: An prætensæ liberationi locus esset. Et Domini reseruando, vt quoad fructus particulariter videatur: quod attinet ad sortem principalem negatiuè censerunt. Quia quamuis dicti fideiussores
1 † diu videantur stetisse in fideiussione, nempè vltra
decennium *iuxta glos. in l. Lucius Titius, ff. mandat. Menoch. de arbitr. iudic. cas.* 41. tamen, vt liberatio-
2 ni sit locus, † requiritur vlterius, quòd diu steterint in
obligatione efficaci, seu commissa. *Bald. Fulgos. & alij in d. l. Lucius Titius, idem Bald. in l. facere posse, num. 2. ff. solut. matrim. Afflict. dec. 241. num. 4. & ibidem ad-*
ditio Vrsilli nu. 4. Et ratio est, quia † fideiussori non tan- 3
tùm videtur factum mandatum de fideiubendo, sed etiã de soluendo, *l. indebitum, ff. de condit. indeb. & in l. fideiussor pro euictione, ff. de fideiuss.* & ideo nisi soluerit, aut diu steterit in obligatione, non habet actionem contra principalem.

Cum itaque census sit de sui natura perpetuus & illius emptor nunquã possit debitorem cogere ad redimendum: nunquam etiam verificari poterit, quòd fideiussores prædicti diu steterint in obligatione, cùm nec principales nec ipsi ad redimendum teneantur. Et
sic versamur dubio procul in regula, quòd † fideiussor 4
non potest cogere principalem, vt eum à fideiussione
liberet, *d. l. Lucius Titius, & l. si pro ea, C. mandat.*
sicut in simili, † fideiussor qui intercessit pro euictione, 5
re non euicta, licèt diu steterit in fideiussione, agere
non poterit vt liberetur, *Bart. Bald. Imol. Alex. & alij*
in d. l. facere posse, Bald. cons. 425. lib. 4. Gomez. lib. 2.
variar. cap. 13. num. 10. vbi quòd † fideiussor qui in- 6
tercessit pro tutore, vel curatore, vel aliquo administratore, non potest agere, vt eximatur à fideiussione ante finitam tutelam, curam, vel administrationis officium: ea scilicet ratione, quia sicut obligatio principalis certam habet temporis durationem, & metam, similiter
† & fideiussoria vti accessoria; & cùm dictam temporis 7
durationem principalis obligationis, fideiussor tempore obligationis præuiderit, vsque ad eam videtur se obligare voluisse, *arg. tex. in l. quòd si nolit, §. quod si assidua,*
ff. de edilit. edict. Ex quibus ita in puncto contra † fi- 8
deiussores resoluunt plures de censibus scribentes, scilicet *Felician. à Solis lib. 3. cap. 3. num. 9. Ludou. Valasq. cap. 97. num. 23. Bened. Bony. art. 68. num. 101. tom. 6. tract. par. 2. Marcell. Conuersan. in addit. ad Intrigliol. de censib. quæst. 60. littera a. vers. atque ita in hoc casu, Roder. de ann. red. lib. 2. quæst. 13. num. 8.*

Non obstant Rotæ decisiones in contrarium alle-
gatæ. Quia decisio † Bononien. census coram b. m. 9
Corduba *in ordine 195. num. 8. vers. nec etiam placuit, & decis. 201. num. 5. apud Cencium de censib.* quæ fuerunt factæ in vna, & eadem causa, nihil concludunt quoad sortem principalem; sed solùm quoad fructus, vt declaratur *in d. dec. 201. num. 7. & clarius num. 5.* dum ibi expressè admittitur quòd fideiussor non potest petere, se eximi à fideiussione census. Decisio verò 200. coram Illustrissimo Cardinali Caualerio apud eundem Cencium non applicatur. Quia in ea, dictum fuit, quòd fideiussor census potuit agere, vt liberaretur, non ex natura obligationis censualis, sed quia fundus super quo fuerat census impositus, fuit à principali debitore liber, & allodialis promissus, cùm tamen esset sub directo dominio Ecclesiæ: prout alias d. decisionem declarauit *Rota in Romana liberationis à fideiussione 5. Decembris* 1612. coram eodem Illustrissimo Cardinali. Et demum decisio 68. *num.* 4. ibidem cùm non loquatur de sorte principali, debet intelligi solùm quoad fructus.

Non obstat statutum Vrbis *cap. 94. & 197. lib. 1.* vbi
disponitur, † fideiussorem posse agere, vt liberetur, 10
etiam si diu non steterit in obligatione. Quia illud non intrat, quando, vt hîc, nec principalis nec fideiussor aliquo tempore fuerunt obligati ad redimendum, *iuxta trad. per Bart. & Bal. in d. l. facere posse, num. 2. Anton. Gomez. vbi supra, & Gayl. obseruat. 29. num. 6. vers. hæc fallentia, lib. 2. & in puncto Rot. in 2. dicta Romana liberationis à fideiussione coram Illustrissimo Caualerio, vers. nec visum fuit:* Nec non, quia dictum statutum solùm procedit in Vrbis districtu; contractus autem

teneri eam congruè dotare, sicut, & illi si viuerent, re-
nerentur, *l. fin. C. de dot. promiss. Bart. in l. si marito, §. si voluntate, ff. solut. matrim. Mantic. de tacit. & am-*
2 *big. conuent. lib. 12. tit. 18. num. 16.* Cùm enim † hæres
extraneus adstrictus sit filias testatoris alioquin exclusas
3 dotare, † quia ex hæredis persona parentum obligatio
4 non mutatur *l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig.* † nec po-
test, quod illi non poterant recusare *l. postulante in pr. ff. ad Trebell. Rum. cons. 200. num. 4. lib. 1.* multò magis
Gregorius. Quia etiam si ad ipsum paternum bona non
5 peruenissent, † nihilominus vti frater sororem inopem,
vtrinque coniunctam dotare teneretur, *glos. in l. cum tutor. per illum tex. verb. alio patre, in fin. ff. de administr. tutel. Bart. in procem. digest num. 14. Bald. in l. qui liberos ad fin. vers. sed quæro vtrum frater. ff. de rit. nupt. Guid. Pap. decis. 96. num. 24. vers. sexto quia, & decis. 439. num. 7. Boer. decis. 129. num. 7. Afflict. decis. 371. num. 3. Vinc. de Franch. decis. 87. num. 12.*
6 Non obstat, † quòd non probetur, Gregorium ab
Ascanio communi patre aliqua habuisse bona libera,
sed illa ei obuenisse à Francisco proauo paterno vigore
fideicommissi, seu primogenituræ per illum in suo te-
stamento institutæ. Quia vltra quòd dicta primogeni-
tura, vt ibi legitur, habet annexum onus dotandi fœmi-
nas ex fructibus, quando id non fuisset à testatore ex-
pressum: non ideò minus Gregorius qui in ea succes-
sit, ad illud teneretur, *Bald. in cap. 1. in princ. num. 8. de success. feud. Tiraq. in tract. primogen. quæst. 62. num. 1. Suar. in l. quoniam in prioribus, 2. limit. ad leg. Reg. nu. 59. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 15. num. 59. Barbos. in l. 1. par. 4. num. 130. ff. solut. matrim. Peregr. de fideic. art. 42. num. 54. Menoch. præsump. 189. num. 175. lib. 4. Rota in Romana dotis 30. Martij 1618. coram R. P. D. meo Verospio.*
7 Non obstat etiam, † quòd Posthuma non erat nata
nec concepta in vita Francisci proaui, à quo bona in
Gregorium peruenerunt, quo casu videtur, fratrem non
teneri ex illis, seu illorum fructibus dotare sororem,
& sic limitari. *tex. in auth. res quæ, C. commun. de legat. vt ex Bald. Alciat. & aliis tenet Marzar. in epitom. fideicom. quæst. 48. in fin. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 6. in fin.* Quia in casu in quo versamur, res est clara, cùm
Franciscus proauus in dicta primogenitura expresse
prospexerit etiam fœminis, ab eo descendentibus, non-
dum natis, nec conceptis, eo ipso quòd tam filios & ne-
potes, quàm quoscunque alios successores primogeni-
tos, obnoxios esse voluit ad dotandum filias fœminas,
ex legitimo matrimonio nascituras.

Et ex sola iuris dispositione etiam si testator expresse
id non disposuisset, verius, & magis receptum est, neptes,
& proneptes inopes, in vita aui seu proaui non natas
nec conceptas, ex eorum bonis, etiam fideicommisso
seu primogenituræ suppositis, esse dotandas, ea scilicet
ratione. Quia si illi nunc viuerent, ad id tenerentur,
Bart. in l. à filia, ff. ad Trebell. Paul. de Castro in l. mulier. §. cum proponeretur, in princ. ff. eodem, Curt. Iun. in d. Auth. res quæ, num. 12. cum seqq. Rimin. sen. cons. 144. Menoch. de præsumpt. 189. num. 18. Peregr. de fideicom. artic. 42. num. 37. in fin. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 28. num. 96. Thesaur. decis. Pedem. 192. per tot. Rot. decis. 37. num. 5. & 642. num. 4. par. 1. diuers. & alibi
sæpius.
8 Demum non releuat, quòd Alexandra mater viuit, &
est diues. † Quia quando diues esset, de quo tamen non
constabat, non versamur in concursu matris, & fratris,
simpliciter, vt talis: quo casu mater diues tenetur filiam
inopem dotare, *Molin. de Hispan. primog. d. cap. 15. num. 68. Anton. Gomez. in l. 40. Tauri, num. 75.* sed in
concursu matris, & Francisci, proaui paterni, seu Gre-
gorij tanquam illius successoris, quod idem est: in quo
onus dotandi prius ad auum, seu Gregorium qui illum
repræsentat, de iure spectat tam ex dicta *l. fin. C. de dot.*
promiss. vbi dicitur † paternum esse officium dotare so- 9
bolem, quasi non sit maternum, vt ibi expendit *glos.*
verbo paternum: quam etiam, † quia auus paternus prio- 10
ri loco cogitur dare alimenta nepotibus, quàm mater,
l. penult. ff. de liber. agnosc. Et consequenter † prius 11
etiam ad illius successorem pertinet ad quem bona tran-
seunt cum illo onere, *arg. text. in l. si quis à liberis, §. item rescriptum, ff. de liber. agnosc.* vbi notat Bart. &
communiter Doctor. & in puncto *Vincent. de Franch. d. decis. 87. num. 12.* Et hanc sententiam tanquam ve-
rissimam, & communiter receptam sequuntur. *Bart. in l. Nesennius, num. 2. ff. de negot. gest. Rum. cons. 199. num. 9. vers. nec etiam obstat. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 42. nu. 47. Eusar. de substit. quæst. 531. num. 152. Barbos. vbi suprà num. 123. Spina de test. am. glos. 11. de legat. relict. pro dote num. 38.*
Quibus omnibus illud vnum accedit, ex quo tolli
penitus videtur omnis difficultas, quòd cum ex testa-
mento Francisci, proaui fuerit Posthumæ congrua dos
relicta, non minus quàm Gregorio primogenitura, ces-
sat obligatio matris, quæ † solùm in subsidium filiam 12
dotare tenetur, *l. neque mater pro filia, C. de iur. dot. Anton. Gomm. decis. Lusitan. 376. num. 3.* Et eo magis quia
ex quo posthuma, vt dictum est, nec nata, nec conce-
pta fuit in vita proaui testatoris, non potest in eo ali-
qua affectionis ratio erga eam considerari: ac propte-
rea succedit regula, quòd † potius fuit illi dos relicta 13
contemplatione Iulij, & Ascanij, filij, & nepotis testa-
toris, ac aui, & patris Posthumæ respectiuè. Et quòd pe-
rinde haberi debet, ac si ab illis dotata fuisset, vt probat
expressus *text. in l. dotem dedit, vbi Bar. ff. de collat. bonor.* & latè comprobat *Menoch. de præsumpt. præsump. 189. num. 18. lib. 4. cum seqq.* sicque cessat penitus obli-
gatio matris, † cùm iam Posthuma ab auo aut patre qui- 14
bus in primogenitura Gregorius successit, dota-
ta reperiatur, iuxta *text. in d. l. fin. C. de dot. promiss.*
Quo verò ad secundam partem dubij, nempe ad
quam summam † sit dos taxanda, regula est arbitrium 15
esse regulandum ex dignitate natalium, facultatibus pa-
tris seu aui dotantis, qualitate mariti cui mulier conue-
nit, ex numero liberorum patris, & consuetudine alia-
rum similium mulierum, & regionis, *l. si filiæ pater. ff. de legat. 3. l. quæro, ff. de iur. dot. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 19. num. 38. Tusanr. d. decis. 192. in princ. Caesar. Barz. decis. 127. num. 10. cum seqq. Rot. apud Seraf. decis. 412. num. 2. & in Romana de Caetanis, 18. Iunij 1619. coram bo. me. Card. Sacrato.* Quas qualitates, & cir-
cumstantias idem Franciscus testator attendi iussit dum
fœminas dotari disposuit congruenter, pro generis, &
familiæ qualitate.

Quibus perspectis aliqui ex Dominis dicebant, esse
Posthumæ taxandam dotē scutorum decem mille. Qua-
litas enim natalium est notissima, & consequenter qua-
litas mariti, cui Posthuma nubere conuenit, cùm alias
de illius inopia non possit dubitari. Status patrimonij
fuit firmatus coram b. m. Litta: quod non probatur
diminutum; bene quidem: cui dicta taxatio congruere
videbatur. Consuetudo similium mulierum notoria,
cùm Amilia soror, fuerit nuptui tradita cùm eadem do-
te constituta, & arbitrata per auum maternum, cui
multum deferendum esse dicebatur, cùm esset vir pru-
dentissimus, & Orator Magni Ducis apud Sanctissi-
mum. Et pro conseruanda inter sorores æqualitate,
præsertim, quia idem Gregorius dictam dotis consti-
tutionem approbauit, ac maior factus ratificauit. Quo
verò ad consuetudinem regionis omnes Domini dice-
bant, esse attendendam consuetudinem Vrbis, non au-
tem ciuitatis Fulginaten. cùm Posthuma fuerit Romæ
nata, ac in ea Amilia soror nupta: in eadémque parentes
acquisiuerunt

acquisiuerunt ciuilitatem, & professi semper fuerunt esse Romani.

Sed maior pars Dominorum, inhærendo eisdem, & aliis iustis circumstantiis, eorum animum ad æquitatem mouentibus, magis inclinabat, vt dicta dos taxaretur ad summam scutorum septem mille; & propterea quia in ea erant omnes conformes fuit vnanimi voto resolutum, dotem deberi ad dictam summam scutorum septem mille.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Spoletana liberationis à fideiussione.

Lun. 30. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Fideiussor census non potest cogere principalem debitorem, vt eum à fideiussione liberet quoad sortem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Diu: ista dictio intelligitur vltra decennium.*
2 *Fideiussor non potest petere liberationem à fideiussione, nisi diu steterit in obligatione efficaci, seu mora sit commissa.*
3 *Fideiussor habet mandatum non solùm ad fideiubendam, sed etiam ad soluendum.*
4 *Fideiussor non potest regulariter cogere principalem, vt eum eximat à fideiussione.*
5 *Fideiussor euictionis non potest ante sequutam euictionem agere pro eximitione.*
6 *Fideiussor administratoris non potest agere pro eximitione, durante administratione.*
7 *Fideiussor præsumitur se obligasse secundùm naturam contractus, cui accessit.*
8 *Fideiussor census non potest agere, vt eximatur à fideiussione.*
9 *Intellige respectu sortis, secus respectu fructuum.*
10 *Statuta Vrbis cap. 94. & cap. 197. lib. 1. intellectus.*
11 *In contractibus attenditur statutum loci, vbi contractus ratificatur, non vbi contractus celebratus fuit nulliter.*
12 *Conuentio ligat tantùm contrahentes, non alios.*
13 *Stipulatio notarij proprius quorum interest, restringitur ad eos, quorum interest tempore stipulationis.*

DECISIO XXVII.

BENEDICTVS Vrbanus fuit ab A. C. condemnatus; vt liberaret Maximilianum, & Monaldum de Monaldis à fideiussione annui census scutorum 140. per illum, & alios venditi anno 1613. D. Leoni Strotio. Et causa in gradu appellationis mihi commissa, dedi dubium: An prætensæ liberationi locus esset. Et Domini referuando, vt quoad fructus particulariter videatur: quod attinet ad sortem principalem negatiuè censerunt. Quia quamuis dicti fideiussores
1 † diu videantur stetisse in fideiussione, nempè vltra
decennium *iuxta glos. in l. Lucius Titius, ff. mandat. Menoch. de arbitr. iudic. cas.* 41. tamen, vt liberatio-
2 ni sit locus, † requiritur vlterius, quòd diu steterint in
obligatione efficaci, seu commissa, *Bald. Fulgos. & alij in d. l. Lucius Titius, idem Bald. in l. facere posse, num. 2. ff. solut. matrim. Afflict. dec. 241. num. 4. & ibidem additio Vrsilli nu.* 4. Et ratio est, quia † fideiussori non tan- 3
tùm videtur factum mandatum de fideiubendo, sed etiã de soluendo, *l. indebitam, ff. de condit. indeb. & in l. fideiussor pro euictione, ff. de fideiuss.* & ideo nisi soluerit, aut diu steterit in obligatione, non habet actionem contra principalem.

Cum itaque census sit de sui natura perpetuus & illius emptor nunquã possit debitorem cogere ad redimendum: nunquam etiam verificari poterit, quòd fideiussores prædicti diu steterint in obligatione, cùm nec principales nec ipsi ad redimendum teneantur. Et
sic versamur dubio procul in regula, quòd † fideiussor 4
non potest cogere principalem, vt eum à fideiussione liberet, *d. l. Lucius Titius, & l. si pro ea, C. mandat.*
sicut in simili, † fideiussor qui intercessit pro euictione, 5
re non euicta, licèt diu steterit in fideiussione, agere non poterit vt liberetur, *Bart. Bald. Imol. Alex. & alij in d. l. facere posse, Bald. cons. 425. lib. 4. Gomez. lib. 2.*
variar. cap. 13. num. 10. vbi quòd † fideiussor qui in- 6
tercessit pro tutore, vel curatore, vel aliquo administratore, non potest agere, vt eximatur à fideiussione ante finitam tutelam, curam, vel administrationis officium: ea scilicet ratione, quia sicut obligatio principalis certam habet temporis durationem, & metam, similiter
† & fideiussoria vti accessoria; & cùm dictam temporis 7
durationem principalis obligationis, fideiussor tempore obligationis præuiderit; vsque ad eam videtur se obligare voluisse, *arg. tex. in l. quòd si nolit, §. quod si assidua,*
ff. de adilit. edict. Ex quibus ita in puncto contra † fi- 8
deiussores resoluunt plures de censibus scribentes, scilicet *Felician. à Solis lib. 3. cap. 3. num. 9. Ludou. Valasq. cap. 97. num. 23. Bened. Bonj. art. 68. num. 101. tom. 6. tract. par. 2. Marcell. Conuersan. in addit. ad Intrigliol. de censib. quæst. 60. littera a. vers. atque ita in hoc casu, Roder. de ann. red. lib. 2. quæst. 13. num.* 8.

Non obstant Rotæ decisiones in contrarium alle-
gatæ. Quia decisio † Bononien. census coram b. m. 9
Corduba *in ordine* 195. *num.* 8. *vers. nec etiam placuit, & decis.* 201. *num.* 5. *apud Cencium de censib.* quæ fuerunt factæ in vna, & eadem causa, nihil concludunt quoad sortem principalem; sed solùm quoad fructus, vt declaratur *in d. dec.* 201. *num.* 7. *& clarius num.* 5. dum ibi expressè admittitur quòd fideiussor non potest petere, se eximi à fideiussione census. Decisio verò 200. coram Illustrissimo Cardinali Caualerio apud eundem Cencium non applicatur. Quia in ea, dictum fuit, quòd fideiussor census potuit agere, vt liberaretur, non ex natura obligationis censualis, sed quia fundus super quo fuerat census impositus, fuit à principali debitore liber, & allodialis promissus, cùm tamen esset sub directo dominio Ecclesiæ: prout alias d. decisionem declarauit *Rota in Romana liberationis à fideiussione 5. Decembris* 1612. coram eodem Illustrissimo Cardinali. Et demum decisio 68. *num.* 4. ibidem cùm non loquatur de sorte principali, debet intelligi solùm quoad fructus.

Non obstat statutum Vrbis *cap.* 94. & 197. *lib.* 1. vbi
disponitur, † fideiussorem posse agere, vt liberetur, 10
etiam si diu non steterit in obligatione. Quia illud non intrat, quando, vt hîc, nec principalis nec fideiussor aliquo tempore fuerunt obligati ad redimendum, *iuxta trad. per Bart. & Bal. in d. l. facere posse, num. 2. Anton. Gomez. vbi supra, & Gayl. obseruat. 29. num. 6. vers. hæc fallentia, lib. 2. & in puncto Rot. in 2. dicta Romana liberationis à fideiussione coram Illustrissimo Caualerio, vers. nec visum fuit:* Nec non, quia dictum statutum solùm procedit in Vrbis districtu; contractus autem

teneri eam congruè dotare, sicut, & illi si viuerent, te-
nerentur, l. fin. C. de dot. promiss. Bart. in l. si marito, §.
si voluntate, ff. solut. matrim. Mantic. de tacit. & am-
2 big. conuent. lib. 12. tit. 18. num. 16. Cùm enim † hæres
extraneus adstrictus sit filias testatoris alioquin exclusas
3 dotare, † quia ex hæredis persona parentum obligatio
4 non mutatur l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. † nec po-
test, quod illi non poterant recusare l. postulante in pr.
ff. ad Trebell. Rum. cons. 200. num. 4. lib. 1. multò magis
Gregorius. Quia etiam si ad ipsum parentum bona non
5 peruenissent, † nihilominus vti frater sororem inopem,
vtrinque coniunctam dotare teneretur, glos. in l. cum
tutor. per illum tex. verb. alio patre, in fin. ff. de ad-
ministr. tutel. Bart. in proem. digest. num. 14. Bald. in l.
qui liberos ad fin. vers. sed quæro vtrum frater. ff. de rit.
nupt. Guid. Pap. decis. 96. num. 24. vers. sexto quia, &
decis. 439. num. 7. Boer. decis. 129. num. 7. Afflict. decis. 371.
num. 3. Vinc. de Franch. decis. 87. num. 12.

6 Non obstat, † quòd non probetur, Gregorium ab
Ascanio communi patre aliqua habuisse bona libera,
sed illa ei obuenisse à Francisco proauo paterno vigore
fideicommissi, seu primogenituræ per illum in suo te-
stamento institutæ. Quia vltra quòd dicta primogeni-
tura, vt ibi legitur, habet annexum onus dotandi fœmi-
nas ex fructibus, quando id non fuisset à testatore ex-
pressum: non ideò minus Gregorius qui in ea succes-
sit, ad illud teneretur, Bald. in cap. 1. in princ. num. 8. de
success. feud. Tiraq. in tract. primogen. quæst. 62. num. 1.
Suar. in l. quoniam in prioribus, 2. limit. ad leg. Reg. nu. 59.
Molin. lib. 2. de Hispan. primog. cap. 15. num. 59. Barbos.
in l. 1. par. 4. num. 130. ff. solut. matrim. Peregr. de fideic.
art. 42. num. 54. Menoch. præsump. 189. num. 175. lib. 4.
Rota in Romana dotis 30. Martij 1618. coram R. P. D.
meo Verospio.

7 Non obstat etiam, † quòd Posthuma non erat nata
nec concepta in vita Francisci proaui, à quo bona in
Gregorium peruenerunt, quo casu videtur, fratrem non
teneri ex illis, seu illorum fructibus dotare sororem,
& sic limitari. tex. in auth. res quæ, C. commun. de le-
gat. vt ex Bald. Alciat. & aliis tenet Marzar. in epitom.
fideicom. quæst. 48. in fin. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 6.
in fin. Quia in casu in quo versamur, res est clara, cùm
Franciscus proauus in dicta primogenitura expressè
prospexerit etiam fœminis, ab eo descendentibus, non-
dum natis, nec conceptis, eo ipso quòd tam filios & ne-
potes, quàm quoscunque alios successores primogeni-
tos, obnoxios esse voluit ad dotandum filias fœminas,
ex legitimo matrimonio nascituras.

Et ex sola iuris dispositione etiam si testator expressè
id non disposuisset, verius, & magis receptum est, neptes,
& proneptes inopes, in vita aui seu proaui non natas
nec conceptas, ex eorum bonis, etiam fideicommisso
seu primogenituræ suppositis, esse dotandas, ea scilicet
ratione. Quia si illi nunc viuerent, ad id tenerentur,
Bart. in l. à filia, ff. ad Trebell. Paul. de Castro in l. mu-
lier. §. cum proponeretur, in princ. ff. eodem, Curt. Iun.
in d. Auth. res quæ, num. 12. cum seqq. Rimin. sen. cons.
144. Menoch. de præsumpt. 189. num. 18. Peregr. de fi-
deicom. artic. 42. num. 37. in fin. Ioseph. Ludou. decis.
Lucen. 28. num. 96. Thesaur. decis. Pedem. 192. per tot.
Rot. decis. 37. num. 5. & 642. num. 4. par. 1. diuers. & alibi
sæpius.

8 Demum non releuat, quòd Alexandra mater viuit, &
est diues. † Quia quando diues esset, de quo tamen non
constabat, non versamur in concursu matris, & fratris,
simpliciter, vt talis: quo casu mater diues tenetur filiam
inopem dotare, Molin. de Hispan. primog. d. cap. 15.
num. 68. Anton. Gomez. in l. 40. Tauri, num. 75. sed in
concursu matris, & Francisci, proaui paterni, seu Gre-
gorij tanquam illius successoris, quod idem est: in quo
onus dotandi prius ad auum, seu Gregorium qui illum
repræsentat, de iure spectat tam ex dicta l. fin. C. de dot.
promiss. vbi dicitur † paternum esse officium dotare so- 9
bolem, quasi non sit maternum, vt ibi expendit glos.
verbo paternum: quam etiam, † quia auus paternus prio- 10
ri loco cogitur dare alimenta nepotibus, quàm mater,
l. penult. ff. de liber. agnosc. Et consequenter † prius 11
etiam ad illius successorem pertinet ad quem bona tran-
seunt cum illo onere, arg. text. in l. si quis à liberis, §.
item rescriptum, ff. de liber. agnosc. vbi notat Bart. &
communiter Doctor. & in puncto Vincent. de Franch.
d. decis. 87. num. 12. Et hanc sententiam tanquam ve-
rissimam, & communiter receptam sequuntur. Bart. in
l. Nesennius, num. 2. ff. de negot. gest. Rum. cons. 199.
num. 9. vers. nec etiam obstat. lib. 1. Peregr. de fideic. art.
42. nu. 47. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 152. Barbos.
vbi suprà num. 123. Spina de testam. glos. 11. de legat.
relict. pro dote num. 38.

Quibus omnibus illud vnum accedit, ex quo tolli
penitus videtur omnis difficultas, quòd cum ex testa-
mento Francisci, proaui fuerit Posthumæ congrua dos
relicta, non minùs quam Gregorio primogenitura, ces-
sat obligatio matris, quæ † solùm in subsidium filiam 12
dotare tenetur, l. neque mater pro filia, C. de iur. dot. An-
ton. Gomm. decis. Lusitan. 376. num. 3. Et eo magis quia
ex quo posthuma, vt dictum est, nec nata, nec conce-
pta fuit in vita proaui testatoris, non potest in eo ali-
qua affectionis ratio erga eam considerari: ac proptere-
rea succedit regula, quòd † potius fuit illi dos relicta 13
contemplatione Iulij, & Ascanij, filij, & nepotis testa-
toris, ac aui, & patris Posthumæ respectiuè. Et quòd pe-
rinde haberi debet, ac si ab illis dotata fuisset, vt probat
expressus text. in l. dotem dedit, vbi Bar. ff. de collat. bo-
nor. & latè comprobat Menoch. de præsumpt. præsump.
189. num. 18. lib. 4. cum seqq. sicque cessat penitus obli-
gatio matris, † cùm iam Posthuma ab auo aut patre qui- 14
bus in primogenitura Gregorius successit, dota-
ta reperiatur, iuxta text. in d. l. fin. C. de dot. pro-
miss.

Quo verò ad secundam partem dubij, nempe ad
quam summam † sit dos taxanda, regula est arbitrium 15
esse regulandum ex dignitate natalium, facultatibus pa-
tris seu aui dotantis, qualitate mariti cui nubere conue-
nit, ex numero liberorum patris, & consuetudine alia-
rum similium mulierum, & regionis, l. si filia pater. ff. de
legat. 3. l. quæro, ff. de iur. dot. Menoch. de arbitr. lib. 2.
cas. 19. num. 38. Thesaur. d. decis. 192. in princ. Cæsar.
Barz. decis. 127. num. 10. cum seqq. Rot. apud Seraf. decis.
412. num. 2. & in Romana de Caetanis, 18. Iunij 1619.
coram bo. me. Card. Sacrato. Quas qualitates, & cir-
cumstantias idem Franciscus testator attendi iussit dum
fœminas dotari disposuit congruenter, pro generis, &
familiæ qualitate.

Quibus perspectis aliqui ex Dominis dicebant, esse
Posthumæ taxandam dotē scutorum decem mille. Qua-
litas enim natalium est notissima; & consequenter qua-
litas mariti, cui Posthuma nubere conuenit, cùm alias
de illius inopia non possit dubitari. Status patrimonij
fuit firmatus coram b. m. Litta: quod non probatur
diminutum; bene quidem: cui dicta taxatio congruere
videbatur. Consuetudo similium mulierum notoria,
cùm Antilia soror, fuerit nuptui tradita cùm eadem do-
te constituta, & arbitrata per auum maternum, cui
multum deferendum esse dicebatur, cùm esset vir pru-
dentissimus, & Orator Magni Ducis apud Sanctissi-
mum. Et pro conseruanda inter sorores æqualitate,
præsertim, quia idem Gregorius dictam dotis consti-
tutionem approbauit, ac maior factus ratificauit. Quo
verò ad consuetudinem regionis omnes Domini dice-
bant, esse attendendam consuetudinem Vrbis, non au-
tem ciuitatis Fulginaten. cùm Posthuma fuerit Romæ
nata, ac in ea Antilia soror nuptam eadémque parentes
acquisiuerunt

acquisiuerunt ciuilitatem, & professi semper fuerunt esse Romani.

Sed maior pars Dominorum, inhærendo eisdem,& aliis iustis circumstantiis, eorum animum ad æquitatem mouentibus, magis inclinabat, vt dicta dos taxaretur ad summam scutorum septem mille; & propterea quia in ea erant omnes conformes fuit vnanimi voto resolutum, dotem deberi ad dictam summam scutorum septem mille.

Et ita,&c. vtraque,&c.

Spoletana liberationis à fideiussione.

Lun. 30. Martij 1626.

ARGVMENTVM.

Fideiussor census non potest cogere principalem debitorem, vt eum à fideiussione liberet quoad sortem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Diu: ista dictio intelligitur vltra decennium.*

2 *Fideiussor non potest petere liberationem à fideiussione, nisi diu steterit in obligatione efficaci, seu mora sit commissa.*

3 *Fideiussor habet mandatum non solùm ad fideiubendum, sed etiam ad soluendum.*

4 *Fideiussor non potest regulariter cogere principalem, vt eum eximat à fideiussione.*

5 *Fideiussor euictionis non potest ante sequutam euictionem agere pro eximitione.*

6 *Fideiussor administratoris non potest agere pro eximitione, durante administratione.*

7 *Fideiussor præsumitur se obligasse secundùm naturam contractus, cui accessit.*

8 *Fideiussor census non potest agere, vt eximatur à fideiussione.*

9 *Intellige respectu sortis, secus respectu fructuum.*

10 *Statuta Vrbis cap. 94. & cap. 197. lib. 1. intellectus.*

11 *In contractibus attenditur statutum loci, vbi contractus ratificatur, non vbi contractus celebratus fuit nulliter.*

12 *Conuentio ligat tantùm contrahentes, non alios.*

13 *Stipulatio notarij propriis quorum interest, restringitur ad eos, quorum interest tempore stipulationis.*

DECISIO XXVII.

BENEDICTVS Vrbanus fuit ab A. C.
condemnatus; vt liberaret Maximilia-
num, & Monaldum de Monaldis à fide-
iussione annui census scutorum 140. per
illum, & alios venditi anno 1613. D. Leoni
Strotio. Et causa in gradu appellationis mihi com-
missa, dedi dubium: An prætensæ liberationi locus es-
set. Et Domini reseruando, vt quoad fructus particu-
lariter videatur: quod attinet ad sortem principalem
negatiuè censerunt. Quia quamuis dicti fideiussores
1 † diu videantur stetisse in fideiussione, nempè vltra
decennium *iuxta glos. in l. Lucius Titius, ff. mandat. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 41.* tamen, vt liberatio-
2 ni sit locus, † requiritur vlterius, quòd diu steterint in
obligatione efficaci, seu commissa, *Bald. Fulgos. & alij
in d. l. Lucius Titius, idem Bald. in l. facere posse, num. 2.
ff. solut. matrim. Afflict. dec. 241. num. 4. & ibidem ad-
ditio Vrsilli nu. 4.* Et ratio est, quia † fideiussori non tan- 3
tùm videtur factum mandatum de fideiubendo, sed etiã
de soluendo, *l. indebitum, ff. de condit. indeb. & in l. fi-
deiussor pro euictione, ff. de fideiuss.* & ideo nisi soluerit,
aut diu steterit in obligatione, non habet actionem con-
tra principalem.

Cum itaque census sit de sui natura perpetuus & il-
lius emptor nunquã possit debitorem cogere ad redi-
mendum: nunquam etiam verificari poterit, quòd fi-
deiussores prædicti diu steterint in obligatione, cùm
nec principales nec ipsi ad redimendum teneantur. Et
sic versamur dubio procul in regula, quòd † fideiussor 4
non potest cogere principalem, vt eum à fideiussione
liberet, *d. l. Lucius Titius, & l. si pro ea, C. mandat.*
sicut in simili, † fideiussor qui intercessit pro euictione, 5
re non euicta, licèt diu steterit in fideiussione, agere
non poterit vt liberetur, *Bart. Bald. Imol. Alex. & alij
in d. l. facere posse, Bald. cons. 425. lib. 4. Gomez. lib. 1.
variar. cap. 13. num.* 10. vbi quòd † fideiussor qui in- 6
tercessit pro tutore, vel curatore, vel aliquo administra-
tore, non potest agere, vt eximatur à fideiussione ante
finitam tutelam, curam, vel administrationis officium:
ea scilicet ratione, quia sicut obligatio principalis cer-
tam habet temporis durationem, & metam, similiter
† & fideiussoria vti accessoria; & cùm dictam temporis 7
durationem principalis obligationis, fideiussor tempore
obligationis præuiderit; vsque ad eam videtur se obliga-
re voluisse, *arg. tex. in l. quod si nolit, §. quod si assidua,
ff. de ædilit. edict.* Ex quibus ita in puncto contra † fi- 8
deiussores resoluunt plures de censibus scribentes, scili-
cet *Felician. à Solis lib. 3. cap. 3. num. 9. Ludou. Valasq.
cap. 97. num. 23. Bened. Bonif. art. 68. num.* 101. *tom. 6.
tract. par. 2. Marcell. Conuersan. in addit. ad Intri-
gliol. de censib. quæst. 60. littera a. vers. atque ita
in hoc casu, Roder. de ann. red. lib. 2. quæst. 13.
num.* 8.

Non obstant Rotæ decisiones in contrarium alle-
gatæ. Quia decisio † Bononien. census coram b. m. 9
Corduba *in ordine* 195. *num.* 8. *vers. nec etiam placuit,
& decis.* 201. *num.* 5. *apud Cencium de censib.* quæ fue-
runt factæ in vna, & eadem causa, nihil concludunt
quoad sortem principalem; sed solùm quoad fructus,
vt declaratur *in d. dec.* 201. *num.* 7. *& clarius num.* 5.
dum ibi expressè admittitur quòd fideiussor non potest
petere, se eximi à fideiussione census. Decisio verò 200.
coram Illustrissimo Cardinali Caualerio apud eundem
Cencium non applicatur. Quia in ea, dictum fuit, quòd
fideiussor census potuit agere, vt liberaretur, non ex
natura obligationis censualis, sed quia fundus super
quo fuerat census impositus, fuit à principali debitore
liber, & allodialis promissus, cùm tamen esset sub dire-
cto dominio Ecclesiæ: prout alias d. decisionem de-
clarauit *Rota in Romana liberationis à fideiussione 5.
Decembris* 1612. coram eodem Illustrissimo Cardinali.
Et demum decisio 68. *num.* 4. ibidem cùm non loqua-
tur de sorte principali, debet intelligi solùm quoad
fructus.

Non obstat statutum Vrbis *cap.* 94. & 197. *lib.* 1. vbi
disponitur, † fideiussorem posse agere, vt liberetur, 10
etiam si diu non steterit in obligatione. Quia illud non
intrat, quando, vt hic, nec principalis nec fideiussor ali-
quo tempore fuerunt obligati ad redimendum, *iuxta
trad. per Bart. & Bal. in d. l. facere posse, num. 2. Anten. Gomez. vbi supra, & Gayl. obseruat. 29. num. 6.
vers. hæc fallentia, lib. 2. & in puncto Rot. in 2. dicta Romana liberationis à fideiussione coram Illustrissimo Caualerio, vers. nec visum fuit:* Nec non, quia dictum sta-
tutum solùm procedit in Vrbis districtu; contractus

autem

autem de quo agitur, celebratus fuit extra illum: quia licèt census fuerit impositus in Vrbe, impositio tamen fuit facta à prætenso procuratore, de cuius mandato non constat: & sic non videtur deberi attendi locus,
11 † vbi actualis impositio facta fuit, sed locus vbi illa ratificata, & fideiussorum accessio facta fuit, nempe in terra Ispelli, quæ est extra districtum Vrbis, *glos. in Clement. verb. collato, post medium, vt lit. penden. Tiraq. de tract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 68. Stefan. Lamberteng. de contract. ad fin. num. 216. Rot. in Romana hæreditatis 14. May 1603. coram b. m. Litta.*

Non obstat prætensa conuentio de extinguendo dictum censum intra certum tempus, iam elapsum. Quia
12 † fuit facta per venditores inter se solos, nempe Benedictum, & eius fratres; sicque ex ea ipsi solum inter se agere possunt, non autem fideiussores, qui simpliciter intercesserunt, vt fuit dictum *in Romana restitutionis in integrum, 20. May 1624. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo, vers. non obstat quod instrumentum.*

Non obstat demum stipulatio notarij, pro omnibus quorum interest, in dicta conuentione adscripta; Quia
13 † debet intelligi de illis, quorum tunc intererat, nempe respectu principalium, qui ante census creationem de censu extinguendo inter se conuenerunt: vel eorum, qui ab ipsis causam habent, non autem quoad Monaldos, qui nondum fideiusserant, nec causam habent à prædictis fratribus venditoribus, vt habetur in eadem decisione Illustrissimi Patriarchæ.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Mediolanen. legati.

Ven. 24. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Bona possessa per Vassallum in territorio castri de quo fuit inuestitus, non censentur comprehensa in inuestitura, etiam si illa fuerit facta cum villis, terris, prædiis, &c. & ideò præsumuntur allodialia, & non feudalia: incumbítque onus probandi contrarium asserenti: ac substinetur legatum de eisdem bonis factum per vassallum ad fauorem extranei.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis, capta per proprietarium, existente vsufructuario in possessione naturali, est manutenibilis ratione ciuilis possessionis, quæ erat vacua.*

Proprietarius potest capere possessionem ciuilem sicut vsufructuarius naturalem.

2 *In statu Pallauicino viget statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem, tam ex testamento, quàm ab intestato.*

3 *Mediolani constitutiones locum habent in castro Monticellorum.*

4 *Domini castrorum habent intentionem fundatam quoad ea, quæ sunt intra fines eorum.*

Declara id verum esse quoad iurisdictionem, non quoad dominium, num. 13.

5 *Inuestitura castrorum cum villis, agris, prædiis, pratis, &c. comprehendit omnia bona sita intra fines dictorum castrorum, itaut illa feudalia dicantur, contrarium num. 25. vbi declaratur hæc conclusio.*

6 *Feudalia præsumuntur bona sita intra fines castri, & possessa ab inuestito, si non constet de alio titulo, quàm inuestitura, & num. 8. & 10. contrarium num. 27. & 29. & declaratur num. 28.*

7 *Possessio præsumitur apprehensa, & continua ex titulo, & causa præcedentibus.*

9 *Feudalia non præsumuntur bona sita intra castri fines, & à tertio possessa: quando lis est intra dominum aut vassallum contra dictum tertium possessorem, etiam si inuestitura cantet de prædiis, villis, terris, &c.*

Fallit, quando possidet vassallus, & lis est inter eum, & dominum; num. 10.

11 *Feudalia: An sint bona castri, vel non, si contendatur inter hæredem extraneum vassalli, & successorem in castro, ad hæredem pertinet probare, bona esse libera.*

12 *Feudalitas bonorum probatur ex confessione vassalli, & non solùm in præiudicium ipsius confitentis, sed etiam suorum hæredum.*

13 *Allodialis in dubio omnis res præsumitur, & non feudalis, præsertim si vti libera fuerit habita, & vti de tali dispositum ab illius possessore, num. 12.*

14 *Feudum dicitur habere seruitutem.*

15 *Libera res omnis præsumitur, nisi seruitus probetur.*

16 *Vassallus, Emphiteuta, & similes possidere possunt non solùm alieno nomine, sed & proprio.*

17 *Possessio præsumitur in dubio potius proprio nomini quam alieno.*

18 *Feudalitas bonorum probanda est fortioribus probationibus a domino, aut agnato ad feudum agente, cum præsumptio stet pro allodialitate.*

Præsumptio iuris transfert onus probandi in aduers. & operatur, vt requirantur duriores probationes.

19 *Dominus directus non potest requirere vassallum, vt ostendat sibi titulum, quo feudum possidet intra fines castri. Declara vt num. 20.*

21 *Vassallo sufficit dicere, prædium suum esse, etiam si non ostendat initium possessionis.*

24 *Iurisdictio competens ratione feudi super toto territorio, non comprehendit dominium agrorum in illo existentium.*

26 *Castro concesso cum villis, non veniunt villæ quæ non sunt iuxta castrum, nisi inuestitus probet illas fuisse castro assignatas.*

30 *Confessio tutricis voluntaria non præiudicat pupillo.*

31 *Confessio relatiua non dicitur plus continere quam relatum.*

DECISIO XXVIII.



Illustrissimus D. Hieronymus Palauicinus, filius q. Christofori, Marchio Buxeti, & Illustrissimus D. Sfortia Palauicinus, Marchio Curtis maioris Burgi, conuenerunt de sibi inuicem succedendo in bonis in pacto contentis, casu si eorum alter decederet sine filiis masculis, legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, verè, & non per fictionem, cum clausula constituti. Qui casus euenisse dicitur in fauorem Sfortiæ per mortem Hieronymi sine talibus filiis. Quia tamen Hieronymus præfatus post pactum prædictum in testamento quo decessit, legauit hospitali Magno Mediolanensi multa stabilia, de quibus dictum hospitale instrumentalem possessionem accepit, & in ea postea manuteneri petiit: D. verò Marchio Alexander Palauicinus,

Palaticcinus, causam habens à Sfortia contendebat, hospitale non esse manutenendum ex quo accepit possessionem existente in ea D. Eleonora vxore Hieronymi, ratione sui vsusfructus sibi relicti ab eodem Hieronymo, qui legatum reliquerat Hospitali: proinde lite oria super manutentione, Rota die 28. Aprilis 1623. coram Illustriss. Card. Caualerio firmauit possessionem
1 hospitalis esse manutenibilem. † Quia bene potuit hospitale ratione proprietatis capere possessioné ciuilem, quæ vacua erat: sicut Eleonora potuit capere possessionem naturalem ratione vsusfructus, *Bart. in l. si duo, num. 4. ff. vti possid. & fuit sæpius decisum.*

Et quamuis postea idem Marchio Alexander opposuerit de dicto pacto succedendi, & quòd sub eo continebantur bona hospitali legata: & ideo quòd possessio vigore constituti fuit prius translata in Sfortiam, eius auctorem, qui propterea tanquam anterior possessor erat manutenendus: nihilominus die 24 Decembris 1624. coram b.m. Vbaldo fuit resolut: bona præd. hospitali legata non fuisse sub pacto comprehensa, sieque standum esse in decisis.

Quia tamen in eodem pacto comprehenduntur bona omnia, quæ peruenerunt ad Hieronymum ex fideicommissis suorum prædecessorum, & ex inuestitutis Imperatorum, & aliorum Principum, in quibus recensetur in feudum concessa castra Buxeti, Monticelli, & alia, cæpit Marchio Alexander prætendere bona hospitali legata esse bona feudalia, contenta in dictis inuestituris, tanquam de pertinentiis dictorum castrorum.

Præterea, quia Sfortia fuit ab eodem Hieronymo hæres institutus in d. testamento, de cuius aditione iam constabat; prætendit etiam Sfortiam semper possedisse bona à Hieronymo hospitali relicta, propter statu-
2 tum status † Palauiccini de continuenda possessione defuncti in hæredem ex testamento quàm ab intestato: & constitutionem, seu decretum status Mediolanen.
3 † quod & locum habet in castro Monticellorum iuxta decisionem *Puteі 276. & 292. in non. impres. lib.* 2. & ex hoc cessare motiuum decisionis Illustriss. Cardin. Caualerij, quod hospitale cæpit possessionem instrumentalem alio non possidente.

Quia tamen præd. nedum pro parte hospitalis inficiabantur, sed etiam prætendebatur, aditionem Sfortiæ fuisse nullam, & pactum fuisse reuocatum. Causa super eisdem proposita die 10. Decembris 1625. fuit per Dominos restricta difficultas, vt de tribus separatim videatur: Primò, An stantibus inuestituris, bona legata comprehendantur in pacto. Secundò, si opus sit, an comprehendantur in institutione hæredis ad effectum statuti de continuenda possessione. Tertiò, etiam quatenus opus sit: An aditio Sfortiæ fuerit valida. Et an pactum sit reuocatum.

Quare causa mihi commissa, insequendo ordinem Dominorum proposui dubium: An bona legata, stantibus inuestituris, comprehendantur in pacto. Cuius tota difficultas versabatur, an comprehendantur sub inuestituris. Quia si sub illis continentur, clarum est etiam in pacto esse comprehensa.

4 Et quòd sub illis comprehendantur, † vltra iuris præsumptionem, quod Domini castrorum habent intentionem fundatam quoad ea, quæ sunt intra fines eorum, *cap. fin. de off. Archid.* ibi: *cum monasterium intra metas sui Archidiaconatus sit situm*, etiam deduci videtur ex verbis inuestiturarum Imperatorum Federici 2. de anno 1249. Caroli 4. de anno 1360. & Vencislai, Romanorum Regis de anno 1345. à quibus Marchiones Palauiccini fuerunt inuestiti pleno iure de castro Buxeti, de Patti Cremonæ, de villis, seu terris cultis, & incultis, serrenis, & territoriis dictorum castrorum, & cuiuscunque ipsorum aquis, & aquarum decursibus, molendinis, pascuis, nemoribus, montibus cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione. Cúmque non controuertatur, quin possessiones nuncupatæ del Core, & de Bellingera, molendinum. Cedimen. & alia bona in d. legato expressa, sita sint intra fines dicto-
rum castrorum † consequenter etiam dicendum videbatur, 5
ea sub istis inuestituris esse comprehensa, *Ruin. cons. 108. num. 22. vers. ex alio quoque lib. 2. Siluan. cons. 58. num. 5. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23 tit. 6. num. 22.* vbi: quòd, & si quando generaliter tantùm dictum est: *inuestimus de castro, & pertinentiis:* non possins dici feudalia omnia, quæ sunt in territorio: tamen si in specie dictum fuit in inuestituris: *cum agris, pratis, prædiis*: colligitur manifesta recognitio, & confessio, quòd non solum iurisdictio castrorum, sed etiam bona immobilia, per vassallum possessa in feudum fuerunt concessa. Non enim videntur verba inuestituræ in alia specie bonorum verificari, quàm in his, quæ castro adiacent, perinde ac si in inuestituram fuissent in specie demonstrata, *Natt. in cons. 446. num. 5. & plures alij, quos alligat Surd. cons. 151. num. 1.* Præsertim
† quando constat, vt hîc ex testibus, *summario num. 8.* 6
bona prædicta fuisse possessa, insurgit enim hoc casu feudi vera præsumptio, *Natt. cons. 460. num. 9. cum seqq. Mantic. vbi supra vers. etsi constat.*

Rursus eo ipso quòd bona legata sunt intra fines dictorum castrorum, nec apparet Palauiccinos alio titulo, aut iure ea possedisse, aut ad eos peruenisse, præsumendum est, quòd vigore inuestiturarum præceden-
sium ad eos peruenerunt: quia † subsequens possessio 7
præsumitur apprehensa, & continuata ex titulo, & causa præcedentibus, *leg. quedam mulier, ff. de rei vendic. l. 2. C. de acquir. possess. Natt. dict. cons. 446. num.* 10. Causa autem præcedens ex inuestitura, & non alia quæ appareas: ita in specie *Siluan. d. cons. 58. num. 4. & 8. Ruin. d. cons.* 108. *num.* 23. vbi post plu-
res. † Quòd omnia prædicta præsumuntur feudalia, 8
nisi pars aduersa probet, quæ, & qualia concessa fuerunt. Quod maximè dicendum videtur, quando vt hîc verba inuestituræ sunt apta omnia comprehendere vt dixit idem, *Ruin. consil. 53. numer.* 11. *vol.* 4.

Præterea, tametsi † quando lis est inter dominum, 9
aut vassallum aduersus tertium, prædia à tertio possessa intra castri fines, non præsumuntur feudalia, etiamsi in inuestitura dictum sit: *cum prædiis, villis, terris, nemoribus, &c.* vt post plures *Menoch. de præsumpt. lib. 3.*
præsumpt. 101. *num.* 13. *cum seqq.* † tamen quando con- 10
trouertitur inter dominum, & vassallum, quidquid intra castri limites vassallus possidet, à domino possidere censetur, dum contrarium non probatur, *Crannett. in respons. pro genero, num. 430. vers. sextus casus, nunc cons. 1600. lib. 6. Menoch. vbi supra num. 3. cum seqq. Cancer. variar. resolut. lib. 1. tit. 11. num. 42.* Palauiccini autem respectu hospitalis vt domini directi; hospitale verò in ordine ad illos vt vassallus habentur, vt in puncto, *Menoch. de præsumpt.* 101. *num.* 18. Vbi quòd
si vnus vassallorum † hæredem faciat extraneum, qui 11
ideo in feudo non potest succedere, contendit tamen se posse tenere certa prędia testatoris, quæ dicit esse libera; successor verò in feudo prætendit esse feudalia, extraneum hæredem teneri probare esse libera, ex quo non comparatur tertio possessori, sed vassallo: successor verò in feudo comparatur domino ratione feudi.

Tandem aderat confessio Hieronymi, à quo vtraque partium causam habet, qui bona, de quibus agitur vigore inuestituræ, & fideicommissorum prædecessorum, à fisco à quo fuerant confiscata ob delictum Cri-
stofori sui patris, recuperare prætendit: † quæ sanè 12
confessio probat feudalitatem, *Rol. cons.* 82. *num.* 38. *lib.* 2. vbi quòd hæc confessio præiudicat non solùm confitenti,

confitenti, sed etiam hæredibus, *Sard. d. conf.* 151. *num.*14. *Menoch. de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.*91.*n.*43. & 44. *Intrigl. de feud. quæst.*43. *num.* 101.

Sed his non obstantibus fuit resolutum hæc bona non fuisse comprehensa sub inuestituris, & consequenter nec sub pacto: sicque standum esse in decisis die 14. Decembris 1624. coram b. m. Vbaldo. Et fuit
13 resolutionis ratio, quia in dubio † res quælibet præsumitur allodialis, & non feudalis, *Gott. & Io. Andr. in cap. nimis, de iureiur. Panor. in cap. si diligenti, de præsumpt. Alex. conf.*129. *num.*1.*vol.*1. *Paul. de Castr. cons.*179. *num.*1. *lib.*1. *Stefan. Bertrand. conf.*15. *lib.*1. *par.*2. *Crauett. conf.*311. *num.*9 *Natt. conf.*460. *num.*12. *Surd. d. conf.* 151. *num.* 23. *Ant. Gabr. de præsumpt. conclus.*9. *Menoch. de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.* 100. *per tot.*

14 Rationis autem ratio est, quia † feudum dicitur, seruitutem quandam habere, *gloss. in leg. sicuim*, §. *si vsufructus, alias l. si vsusfructus, in verb. oportet, ff. de*
15 *vsufruct.* & nisi seruitus probetur, † omnis res præsumitur libera, sicuti erat in iure primæuo, *l. altius, C. de*
16 *seruitut. Surd. d. cons.*151. *num.* 30. † Et cùm vassallus, Emphyteuta, & similes non solùm alieno, sed etiam proprio nomine possidere possint, *l. malè agitur, ff. de*
17 *præscrip.*30. *ann. & ibi gloss. & Bart.* potius † in dubio præsumitur possessio proprio nomine quàm alieno, *gloss. in l.* 2. *in verb. vt dominium, vbi Bart. & Salic. C.*
18 *de acquir. possess. Surd. vbi supra num.*34. † Quæ libertatis præsumptio cùm iuris sit, tantæ virtutis est, ac efficaciæ, vt nedum onus probandi transferat in dominum, aut agnatum agentem ad feudum, *Natt. conf.*313. *per tot. Ceph. conf.*438. *num.*11. Sed etiam operatur, vt fortiores probationes requirantur pro domino, aut agnato, qui laborant contra præsumptionem, *Sard. ibid. num.* 25. & 56.

19 Quæ sunt adeò vera, vt ex hoc non posit † dominus directus requirere vassallum, vt ostendat sibi titulum, quo feudum possidet intra fines castri, *Bart. in l.* 1. *C. de conduct. & procurat. fisc. lib.*11. *num.*2. *Bertrand. conf.*
20 299. *num.*2. *lib.* 3. Quod vtique posset † si haberet super dominio directo suam fundatam intentionem, *Bertrand. ibid. num.*1. *Afflict. decis.*265. *num.*87. & multi
21 alij, quos refert *Guid. Pap. sign.* 55. † Vnde sufficit vassallo, si dicat prædium suum esse, sibi soli possidere, etiamsi possessionis initium non ostendat *d. l. malè agitur, ibi: cum lex Constantina inbeat ab his possessoribus initium non requiri, qui sibi potius quàm alteri possiderunt: Boss. in tit. de Princip. num.* 242. Igitur quia Hieronymus sibi possidebat bona prædicta vt libera, ex quo
22 illa hospitali legate posse intellexit, pro † allodialibus haberi debent, dum de contrario non apparet, vt in puncto sentit. *Sard. dict. conf.* 151. *numer.* 37. *cum seq.*

23 Non obstat, quòd † dominus feudi habet intentionem fundatam super his, quæ possidet intra feudi fines, Quia hoc intelligi debet quoad iurisdictionem tantùm, *Oldrad. conf.* 179. *in fin. Guid. Pap. sing.*661. *Rip. in l* 1. *num.* 16. *ff. de acquir. poss.* non autem quoad dominium, *Alex. conf.*76. *num.*6. *vol.*2. *Natt. dict. conf.* 313. *num.* 2. *Afflict. decis.*267. *num.*4. Et ratio est,
24 quia † aliud est habere dominium agrorum, qui sunt in territorio: aliud verò habere iurisdictionem ratione feudi super toto territorio, *Hostien. Ioan. Andr. Abb. & alij vbi supra, Natt. vbi proximè*: & propterea ex vno non infertur ad aliud, *Alex. vbi supra, Soccin. in l. num.*18. & 25. *ff. de acquir. possess. Curt. Iun. conf.* 41. *num.* 9.

Non obstat, quòd inuestituræ factæ fuerint *cum villis, terris, terrenis, &c.* Quia nihilominus iuxta magis
25 communem sententiam prædia † posita intra fines feudi, & consequenter bona de quibus nunc agitur, libera, & allodialia præsumuntur, dum non probatur, fuisse eo tempore domini inuestientis: & quòd hæc, de quibus nunc agitur, sint illa, de quibus inuestitura loquitur, *Crauett. conf.* 256. *per totam*, latè *Surd.* post multos quos allegat *d. conf.*135. *num.* 24. & 46. *cum seqq. & conf.* 151. *Natt. d. conf.* 313. *num.*2. vbi quòd dicta verba solùm verificantur quantum ad iurisdictionem. Quæ sententia in casu nostro magis obtinet. Quia ex quo in inuestitura dicitur *cum terris, & territorijs dictorum castrorum, & cuiuscumque eorum*, & sic per relationem ad castra, verba illa important conditionem, si & quatenus prædia aliqua erant eo tempore castris annexa, *Bald. in cap.*1. §. *è contrario num.*1. *de inuestit. facta de re alien. Alex. conf.*43. *in princ. vol.*1.
vbi † quòd concesso castro cum villis, non veniunt villæ, quæ sunt iuxta castrum, nisi inuestitus probet, illas fuisse castro ex aliqua concessione assignatas, *Afflict. decis.* 267. *num.*6. & 7. in simili *Rot. in Tiburtina bonorum* 14. *Ianij* 1621. & 9. *Maij* 1624. *coram Domino meo Buratto, & in d. decis. bon. mem. Vbaldo. Decembris* 1614. hîc autem bona legata talia fuisse non probatur: quinimo, nec est verisimile, quòd Imperatores haberent in Italia similia stabilia. 26

Non obstat, † hæc bona præsumi in feudum data 27
cum castris, ex quo non constat Palauiccinos in eis alium titulum habuisse. Quia si huic præsumptioni locus esset, non procederet supradicta communis, & recepta Doctorum opinio, quod inuestitura facta cum *Pratis, terris, &c.* non probat, bona possessa per vassallum esse feudalia: quia semper talia præsumerentur, si possidere quis præsumeretur, ex præambulo titulo feudi. Nec etiam verum esset, quod onus probandi feudalitatem spectat ad dominum, vel agnatum, agentem ad feudum. Cum igitur hæc verissima sit, iuxta superius adducta, illa præsumptio reijci debet.
Et quando admitteretur † esset intelligenda, quatenus 28
probaretur: & certum esset, quod titulus feudalis tempore concessionis bona illa includebat, vt post multos resoluit *Sard. d. conf.*135. *numer.* 75. *vers. 4 quoque.*

Non obstat, † quod Pallauiccini comparantur Domino feudi, & hospitale vassallo, & quòd hoc casu omnia possessa per vassallum intra fines castri præsumantur ab eo possessa ex titulo feudali: Quia contrarium est verius, ex Doctoribus supracitatis, qui loquuntur, quando agitur contra vassallum, *vt Sard.* aduertit. *d. conf.* 151. *num.* 66. Demum non obstat confessio: Quia † fuit facta à D. Maria de Pustula, vti matre, & nutrice Hieronymi testatoris: quæ propterea cum sit confessio tutricis voluntaria, non potuit Hieronymo nocere, *l. certum*, §. *sed an. & ipsos, ff. de confess. l. Lucius* §. *tutelæ, ff. de admin. tut. Sard. decis.* 229. *num.* 24. *cum seqq.* Et accedit, quòd, ex quo dicta confessio † se retulit ad inuestituras, non debet plus operari, quàm ipsæ inuestituræ, & quæ bona prædicta non comprehendunt, *ex doctr. Bart. in l. si sic*, §. 1. *ff. de legat.* 1. & ibid. *Alex. num.* 22. & in puncto *Surd. d. conf.*151. *num.* 91. 29 30 31

Et ita, &c. vtraque, &c.

Romana

Romana Quartæ.

Lun. 27. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pauper succedit in quarta parte bonorum viri prædefuncti.*

2 *Possessio habens horam certam diei, qua capta fuit, præsumitur anterior illa, quæ fuit capta ab aduersario eadem die, nec habet horam certam, & ideo vti anterior manuteneri debet.*

3 *Declara, vt dicta præsumptio admittat probationem in contrarium.*

4 *Manutentionis iudicium contentatur leuioribus probationibus.*

5 *Possessor anterior non præsumitur is, qui aderat in actu adeptæ possessionis per partem aduersam, nec illi contradixit.*

DECISIO XXIX.



1 VENERANDA Augusta quæ cùm esset † pauper, nupserat sine dote Iacobo Iannotto, prætendens illo defuncto succedere in quarta eiusdem bonorum parte, iuxta dispositionem *text. in auth. præterea, C. vnde Vir, & Vxor,* obtinuit ab A. C. immitti in possessionem dictæ quartæ partis, quam adepta fuit die 30. Augusti anni præteriti: sed quia Curius de Annibalis, hæres testamentarius d. Iannotti etiam eadem die, vigore alterius mandati eorundem bonorum possessionem accepit: causa in Rota commissa, dubitaui, Quis eorum deberet manuteneri. Et Domini quoad quartam partem domus magnæ, & mobilium in ea existentium, Venerandæ; in reliquis verò Curio manutentionem esse dandam censuerunt.

Nam quòd manutentio sit danda Curio in aliis bonis, præter quartam partem domus magnæ, & mobi-
2 lium in ea repertorum, res visa fuit clara: Quia † licèt eadem die vterque acceperit possessionem, tamen quia possessio Curij habet horam certam, præsumitur anterior possessione Venerandæ quæ horam non habet, *Bald. in l. Imperator, la 1. in prima lectura, n. 24. ver. & nota; ff. de stat. homin. Moder. de probat. concl. 1171. n. 37. Mohed. de 12. nu. 2. de restit. spoliat. Cassad. decis. . o. de preben. Rot. in Romana hæreditatis, 31. Maij 1623. coram b. m. Vbaldo:* & cõsequẽter vti anterior est manutenibilis; *Rot. in recent. decis 312. num. 1. & decis. 600. n. . par. 1.* Ex aduerso autem ob eundem rationem, Veneranda est manutenenda in possessione quartæ partis domus, & mobilium in ea repertorum. Quia, quamuis in instrumento adeptæ possessionis non adsit hora, & ideo vide-
3 retur, quod etiam in istis bonis † erat præferenda possessio Curij, quæ horam habet: cessat tamen in casu isto, præsumptio anterioritatis, quæ ex adnotatione horæ desumitur, ex probationibus pro parte Venerandæ factis, ex quibus apparet, quod ipsa cæpit possessionem quartæ partis domus, & mobilium in ea repertorum hora decima octaua, vel decima nona, & sic circiter per duas horas, ante horam adnotatam in instrumento adeptæ possessionis Curij.

Non obstant exceptiones datæ contra testes. Quia vltra quòd videbantur dominis non releuare quæ dabantur contra notarium, & exequutorem, ex quo vltra illos adest depositio alterius testis; cum versemur † in manu- 4
tentione, sufficiunt leuiores probationes, *Alex. cons. 182. num. 3. lib. 7. Couar. pract. quæst. cap. 17. num. 4. Menoch. de retinen. remed. vlt. num. 34. Seraf. decis. 624. num. 5.*

Demum non obstat, quòd ex instrumento captæ possessionis per Venerandam cõstet, quod in actu adeptionis aderat Curius. Quia ex quo † non contradixit, eo 5
magis probatur, quòd tunc per ipsum non erat capta possessio.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Romana Domus ad Sanct. Onufrium.

Merc. 29. Aprilis 1626.

ARGVMENTVM.

Executio, & subhastatio factæ vigore mandati excessiui dicuntur nullæ, & spoliatiuæ. Emptor quomodo agere debeat contra venditorem illatis sibi molestiis super re vendita, & nondum euicta, & ad quid venditor teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Signatura rescribens cum clausula* inhibitio non afficiat, si actum sit in possessorio; *censetur nolle admittere appellationem suspensiuam, si actum fuit iudicio spolij.*

2 *Appellatio in possessorio admittitur tam quoad effectum suspensiuum quam deuolutiuum, quando agitur de re, quæ est sub directo dominio Ecclesiæ.*

3 *Sententia est iusta, quæ reuocat subhastationes, & deliberationes nullas, & iniustas.*

4 *Mandatum excessiuum est nullum, & nulla etiam subhastatio illius vigore facta.*

5 *Mandatum relaxatum pro adimplemento promissorum est nullum, non specificato in eo, quid sit adimplementum.*

6 *Euictione non sequuta non potest agi ad pretij restitutionem.*

7 *Emptor molestatus super re sibi vendita, non potest agere contra venditorem, nisi pro eo, quod sibi interest.*

8 *Venditor tenetur solum liberare emptorem à molestiis sibi allatis super re vendita, quando emptor non agit de euictione; sed actione ex empto ad interesse.*

9 *Emptor denuncians molestias venditori, debet in citatione inserere copiam libelli, seu monitorij molestiarum nec sufficit relatio ad acta.*

10 *Libelli copia dari debet Reo, quando ille vltra scientiam incitatur ad aliquid faciendum: nec sufficit simplex denunciatio.*

DECISIO XXX.

POSTQVAM fuit per plures decisiones firmatum, intrare spolium ad fauorẽ Ioannis Francisci de Rubeis, fuit lata sententia per b. m. Vbaldum; qua fuit declaratum, illum esse reintegrãdum in possessionem domus, de qua agitur: Sed cùm fuerit appellatum per Ipolitum Pãdolfinum, partem aduersam, & causa commissa, fuit nihilominus prætensum sententiam esse exequendam: Et dato de hoc dubio sub die 24.

Nnuembris 1615. fuit affirmatiuè decisum ex tribus
1 capitibus. Primum, quia † appellatio non fuit simpliciter admissa per signaturam, sed cum clausula quòd *inhibitio non afficiat, si actum fuerit in possessorio.* Vnde cùm sententia lata fuerit in possessorio reintegrandæ, fuerunt Domini tunc conformes, quòd appellatio non fuit admissa, quasi commissio fuerit cõditionalis. Secundum, quòd sententia fuit lata sex ab hinc annis, & appellatio non fuit persequuta, quæ propterea per lapsum fatalium fuit deserta: sicque sententia fecit transitũ in iudicatum. Tertium, quòd quando appellatio nõ fuisset deserta, nec commissio cõditionalis, adhuc vigore Ægidianæ esset exequẽda.

Sed quia Pandolfinus institit iterum audiri, opponẽs de iustitia d. sententiæ, de qua si cõstat Rota nũquam solet sententias exequi: fuit quinquies proposita causa super eisdẽ. Et tãdem Domini hodie resoluerũt constare de spolio: & in hoc standũ esse in decisis. Quia licèt noluerit firmare suprad. tertiũ fundamentũ decisionis, nempè illud, quod intraret Ægi-
2 diana; quia illa nõ obstante, fortè † appellatio habuisset vtrumq; effectũ, tam suspensiuum quã deuolutiuũ, ex quo agitur de re, quæ est sub directo dominio Ecclesiæ iuxta *decis. Romanã Domus de Scappuccis corã R. D. meo Decano*, tamen duo priora fundamenta visa fuerunt solidissima ex adductis in dicta decisione.

Restat solùm discussio circa iustitiam d. sententiæ.
3 Et Domini vnanimi voto dixerunt, fuisse † iustam. Quia fundatur in nullitate, & iniustitia subhastationis, & deliberationis d. domus ad instantiam Pandolfini iuxta *tex. in cap. conquerente, vbi Abb. de restit. spoliat.* cum aliis cumulatis *in decis. 14. Maij 1618. coram b. m. Vbaldo.*

Nullitas autem, & iniustitia subhastationis, & deliberationis inde apparebat, quòd mandatum fuit relaxatum pro scutis 850. & in illius executionem pro eadẽ summa facta subhastatio: & tamen decretũ iudicis fuerat simpliciter factum pro liberatione à molestiis Pãdolfino illatis per diuersos creditores dicti de Rubeis, quæ solùm ascendebant ad summam scutorũ
4 556. † Ideo propter dictum excessum fuit mandatum nullum, & iniustum, & nulla etiam ac spoliatiua subhastatio, *Bart. Ias. & alij in l. si non sortem, §. si centũ, ff. de cond. indeb. cum alleg. in d. decis. b. m. Vbaldi, & per Greg. XV. decis. 198. per tot. vbi etiam Adden.*

Non obstat, si dicatur, quòd mandatum non solùm fuit relaxatum pro liberatione à dictis molestiis creditorum, sed etiam pro adimplemento omnium promissorum in instrumento locationis dictæ domus ad vitam: in quo Robertus locator promisit, Pandolfinum conductorem ad vitam manutenere in pacifica possessione, eumque defendere, & liberare, aliàs ad damna, & interesse; &c.

Quia fuit responsum primò, quòd in mandato nullum adest verbum de adimplemento promissorum, sed illud fuit simpliciter relaxatum pro liberatione à
5 molestiis. Secundò quòd etiam † mandatum ad effectum implendi promissa fuisset nullum, non specificatis in eo quid esset adimplendum, *arg. tex. in l. vbi autem non apparet, ff. de verb. oblig. Soccin. in l. si mihi, & tibi, §. si quis seruos, num. 6. ff. de leg. 1.* Tertiò & vltimo tollit omnem difficultatẽ, quòd licet Pãdolfinus generaliter etiam denunciare fecerit, vt Rubeus adimpleret omnia promissa in prædicto locationis instrumento, tamen generalitas hæc resoluitur dumtaxat in molestiis creditorũ, & molestiis prius illatis per fratres S. Onufrij, & Archihospitale S. Spirit. qui tanquam domini directi d. domus prætẽdebant illius deuolutionem: & tamen ex neutro istorum capite mandatum, & subhastatio possunt sustineri.

Nam quòd attinet ad molestias Archihospitalis, & fratrum S. Onufrij, fuerat iam satis per Rubeum tunc adimpletum ex parte sua; dum in continenti litem in se suscepit, illamque prosequutus fuit, & obtinuit manutentionẽ, fuitque Pãdolfinus liberatus iuxta resolutiones factas sub diebus 20. Nouẽbris 1610. & 20. Iunij 1611. coram R. D. meo Decano, & 24. Februarij 1612. coram b. m. Vbaldo, quibus Archihospitale, & fratres acquieuerunt.

Quo verò ad molestias creditorum est aduertendũ, quòd duæ fuerunt ad instantiam Pandolfini factæ citationes Ioanni Francisco de Rubeis; & duo etiam obtenta decreta. Prima citatio fuit die 4. Decembris 1607. ad restituẽ. scuta 700. pro pretio domus locatæ, & scuta 150. pro melioramentis, quæ simul capiunt summam scutorum 850. Vigore cuius citationis non fuit obtentum decretum pro relaxatione mandati præd. summæ, sed tantùm pro rata pretij partis domus, quæ prætendebatur euicta; ac ideo subhastatio non potest iustificari vigore huius decreti. Quòd, & informantes pro Pandolfino non inficiantur, imo clarè fatentur, quod de hoc decreto nulla debet haberi ratio ad effectum iustificandi subhastationem, & merito, quia ex quo † euictio non erat sequuta, non po- 6
tuit agi ad pretij restitutionem, *l. qui rem, C. de euict. & ibi glos. Bart. Bald. Alber.* & communiter Doctor. *Anton. Gomez. var. resolut. tom. 2. cap. 2. num. 39.*

Secunda citatio fuit facta de mense Martij 1608. ad liberandum Pandolfinum à molestiis creditorum, & adimplendum omnia & singula per Io. Franciscum promissa: virtute cuius emanauit decretum, vt relaxaretur mandatum iuxta tenorem dictæ citationis, nisi ad primam diem cum intimatione: & inde fuit expeditum mandatum pro scutis 850. ad effectum deponendi pro liberatione à molestiis, de quibus in actis; quod fuit notoriè excessiuum, vt est in confesso molestiæ creditorum ascendebant solùm ad summam scutorum 550. & per consequens nulla etiam fuit subhastatio, in executionem huius mandati postea facta, iuxta superius dicta.

Non obstat, quòd ex quo Rubeus non liberauit Pãdolfinum à molestiis teneatur ad interesse, & quod illud respiciat totã domum, ex quo fuit actum Saluiano, & sic Pandolfinus molestabatur super tota domo. Quia respondetur, 1. quod sibi imputet Pandolfinus, qui hoc modo non egit, nec mandatum expedire fecit nisi ad effectum deponendi pro liberatione à molestiis. Secundò quod licèt actum fuisset Saluiano, quod respiceret totam domum: tamen Pandolfinus poterat illud euadere, ab eóque liberari, soluendo creditoribus scuta 550. sicque † nõ potuit agere extra Ru- 7
beum, nisi in eo quod sibi intererat, vt in puncto *Bart. in l. cum stipulatus sim. §. cum venderet, ff. de verb. oblig. Rip. in l. 1. §. si hæres, n. 31. ff. ad Trebell. Minsing. obseru. 56. cent. 1. Ossasc. decis. 24. n. 5. & decis. fin. etiam n. 5.* Et ratio est, quia † cum hîc non agatur, nec agi possit de eui- 8
ctione iuxta superius dicta; sed solùm actione ex empto ad interesse: solùm tenetur vẽditor liberare à molestiis, quia vltra id non interest, *l. creditor, §. prædium, ff. de act. empt. glos. in l. qui rem, & in l. ex iis prædiis, verb. ex empto, in fin. C. de euict. Rip. vbi supra.* Vnde cum per resolutionem seu depositum 550. scutorum Pandolfinus liberaretur a molestiis, & per cõsequens in eo quod vltra actum fuit, excessum fuit, & sic in totum nullum.

Demum fuit animaduersum, quòd † in citatione 9
facta dicto de Rubeis pro liberatione à molestiis creditorum non fuit inserta copia libelli, siue monitorij molestiarum prædictarum, prout erat necesse, adeo vt non satis esset relatio ad facta iuxta *text. in Clemen. causam, de elect. & in l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poss. Bart. in leg. non solum, §. morte, numero 46. ff.*

de non.

*de non. oper. nuntiat. & in l.empti actio, C. de euict. Imol. in l.in executione, §.in l.solidum, ff. de verb.oblig. Felin. in cap. cum M. Ferrariensis, de constit. num.63. Thesaur. decis.*218. Et ratio est: quia licèt ad effectum excludendi ignorantiam sufficiat simplex citatio: tamen,
10 † quando vltra scientiam incitatur etiam Reus vt hîc ad aliquid facien. scilicet vt liberaret à molestiis: non sufficit simplex denunciatio, sed necessarium est, quòd Reus incitetur, & fiat certus per copiam libelli, seu eius, quòd loco libelli habetur, *Vin. tom.4. comm. opin. tit.21. cap.4. vers. quare vlterius. Cassan. in consuetud. Burgund. tit. de Censes. rubr.11. §.4. glos.5. & Thes. vbi supra in fin.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

Romana, seu Bergomen. successionis.

Lun. 11. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Statutum exclusiuum fœminarũ afficit fœminas forenses, quando is, qui illas excludit, est originatius, & subiectus loco statuẽtium, ac bona, de quibus agitur, sita sunt in illius territorio. Et an, & quando censeatur amissa ciuilitas originaria ad effectum gaudendi, vel non, beneficio dicti statuti.

SVMMARIVM.

1 *Rota non solet exequi sententias aliorum iudicum, nisi constet de earum iustitia.*
2 *Sorores defũcti succedũt ab intestato, excluso patruo.*
3 *Filius retinet priuilegia originis paternæ, etiam si fuerit alibi natus.*
4 *Domicilium quis sortitur, vbi natus fuit, & illud est immutabile.*
5 *Domicilio originis renunciari non potest.*
Amplia vt ibidem.
6 *Statutum exclusiuum fœminarum non afficit fœminas forenses.*
7 *Fallit, vbi is qui excludit, est originarius, subditúsque loco statuti, & bona de quibus agitur, sita in eodem territorio.*
8 *Statutum exclusiuum fœminarum non porrigit effectum suum ad bona sita extra fines territorij.*
9 *Statutum exclusiuum fœminarum afficit forenses, quoad bona sita in territorio, siue statutum loquatur in rem, siue in personam.*
10 *Origo naturalis amitti non potest, sed possunt amitti commoda inde resultantia, desertione habitationis ipsius originis.*
11 *Animus conseruandi domicilium originis, ex quibus arguatur.*
12 *Domicilium habitationis se compatitur cum domicilio originis: sed hoc cum sit naturale, præponderat.*

DECISIO XXXI.

ITA functo in Vrbe intestato Gaspare Bartoletto, sorores illius successerũt in bonis, quæ habebat in Vrbe: Verũ quia in territorio Bergomen. alia illi bona erant, quorum possessionem acceperat Carolus Bartholettus, eius patruus vigore asserti statuti Bergomen. disponentis, vt nulla mulier, nec cognatus, nec cognata succedat ab intestato, existentibus agnatis masculis vsque ad quintum gradum: quæ nihilominus sorores ad eas etiam spectare prætendebãt: fuit propterea compromissum in R. P. D. Sacchettum, nunc Cardinalem meritissimum, qui declarauit sorores esse immittendas in possessionem omnium, & singulorum bonorum Gasparis, vbique existentium. Pro cuius laudi exequutione A. C. mandatũ executiuũ relaxauit de anno 1619. Sed quia appellatio à dicto mãdato in Rota commissa non fuit per Carolum appellantem prosecuta, dubitauit: An constet de re iudicata, quæ veniat exequenda; Et quamuis à die relaxati mandati effluxerit nedum biennium datum ad prosequendam appellationem, sed etiam septennium: quia tamen † Rota non solet exequi sententias aliorũ 1
iudicum, nisi constet de earum iustitia, voluit de ea gustare. Quæ cum præsupposito d. statuti die 27. Ianuarij 1621. dum hæc causa proponeretur, ad illud restricta fuit: An Carolus amiserit ciuitatem originariã: quia si amisit, nõ gaudet beneficio d. statuti & consequenter † ius sororum est clarum, *Auth. defuncto C. ad* 2
Tertul. Et vice versa si non amisit, statut. defert illi successionem. Et tandem DD. resoluerunt, Carolum non amisisse originis ciuilitatem, ex quo non solùm illius pater Bergomi originem traxit, † cum filius etiã 3
alibi natus retineat priuilegia originis paternæ, *l. assũptio, §. si filius, ff. ad municip. l. filius C. de municip. & origin. lib.10. Gramat. decis.103. n.113.* Sed quia ipse quoque † Bergomi natus fuit, & ibidem domicilium fuit 4
sortitus, *l.1. ff. ad municip. l. Ciues, & ibi glos. C. de Incol. lib.10.* quod cùm naturale sit, immutabile est, *l. origine, & l. fin. C. de municip. & origin. Menoch. cons.329. n.37. Surd. cons.343. num.31.* adeò vt † illi renunciare quis 5
non possit, nec sua voluntate se ab eo liberare, *d. l. assumptio. in princ. Gramat. vox.10. num.16.* etiam per mille annorum absentiam, *Boer. decis.13. num.3.*

Non obstat, quòd defunctus † & sorores aduersariæ essent forenses, ideóque statutum Bergomi nihil 6
in eorum præiudicium potuisse disponere, *Alex. cons. 44. num.15. lib.5. Brun. de statut. fœmin. exclus. art.6 numer.3. Rot. apud. Gregor. XV. decis.255. numer.2.*

Quia sufficit, † Carolum fuisse originarium, & 7
subditũ Ciuitatis Bergomi; & bona de quibus agitur, sita esse in eodem territorio, *Rot. decis.304. per tot. par. 1. diuers. & in Collen. hæreditatis 5. May 1617. coram D. meo Buratto,* & pluribus relatis tradit *Addit. ad Greg. vbi proximè.* Sicut enim † statutum, fœmina- 8
rum exclusiuum non porrigit effectum suum ad bona sita extra fines territorij *Bart. in l. cunctos populos, quæst. 2. num.73.* vbi etiam *Bald num.9. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. Gasp. Thesaur. lib.2. quæst.5. num.4.* & latè *Addit. ad d. decis. Greg. num.7.* ita † debet eas afficere 9
quoad bona, posita intra territorij limites, siue statutum loquatur in rem, siue in personam, vt reiecta. *Bartoli opin.* tenuit *Rot. in d. Collen. hæreditatis,* & de cõmuni attestatur *Iosep. Ludou. dec. Perus.21. per tot. Hond. cons.5. nu.14. lib.1. Modern. discept. forens. cap.431. num.27. & Add. ad Greg. vbi supra.*

Non obstat, quòd quamuis † naturalis origo amit- 10
ti non possit, tamen effectum, & commoda inde resultantia posse amitti desertione habitationis ipsius originis, *Boër. d. decis.13. nu.45. Gail. obseru.36. nu.7. lib.2. Afflict. decis.384. Surd. cons.313. n.62. vers. & aduertatur lib.3. Menoch. præsumpt.30. n.33. lib.6. Honded. d. cons.5. n.25. & seqq. Rot. decis.327. n.5. par.1. diuers.* Carolũ autem † domicilĩũ originis deseruisse videtur deduci ex 11
habitatione in vrbe per longissimum tempus cum vxore, & familia & ex acquisitione domorum ibi, & aliorum stabilium. Placuit enim responsio, non posse probari, Carolum habuisse animum deserendi

donticilium originis; qui animus manifestè deducitur
ex actibus ad id tendentibus, nempè ex emptione bo-
norum in territorio Bergomi de anno 1595. facta à Ioã-
ne Baptista, & Carolo fratribus in notabili quantitate
scutorum scilicet 1415. & ex diuisione inter eosdem
fratres de anno 1603. reseruata tamen communione bo-
norum de paribus. Et demum, quia Carolus Bergomi
se contulit, ibique cum muliere Bergomensi matrimo-
nium contraxit. Quæ omnia arguunt in eo animum
conseruandi domicilium originis, vt in simili *Menoch.
cons. 319. num. 32. cum seqq.* Et quando in Vrbe no-
12 uum contraxerit domicilium, † bene hoc simul com-
patitur cum domicilio originis. *leg. Labeo, & leg. assum-
ptio, §. viris prudentibus, ff. ad municip. Menoch. vbi
proximè, num. 38.* Et illud originis cùm sit naturale,
præponderat. *Surd. d. cons. 343. num. 30.*

Et ita decisum vtraque parte, &c.

Romana Ducatorum mille.

Lun. 18. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Compensatio debiti ad debitum quando admittatur. Libri mercatorum an probent pro tertio contra tertium? Et quid si mercator sit fallitus? Debitor ex pluribus causis si soluat creditori, in quam causam soluere censeatur? Et alia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio admittitur de liquido ad liquidum.*
Maximè quando vtrumque debitum procedit ex instrumento æquè priuilegiato, & num. 6.
2 *Compensare nolens qua exceptione repellatur?*
3 *Compensationis æquitas in quibus iuribus fundetur?*
4 *Compensatio quo casu sit realis solutio.*
5 *Solutionis realis exceptio admittitur in omni debito, quantumuis priuilegiato: quando de ea constat incontinenti: vel id remittitur arbitrio iudicis.*
7 *Confitens se recepisse pecunias ad cambium, licèt non teneatur ad interesse cambiorum, nisi cambia probentur realia, tenetur tamen ad restitutionem sortis principalis.*
8 *Iura extracta sine citatione, & compulsorialibus non probant.*
9 *Libri mercatorum non probant pro tertio contra tertium.*
Fallit si sint adminiculati, num. 13. & adminicula debent esse vrgentiora in mercatore fallito, num. 14.
10 *Solutio in quam causam facta censeatur, vbi soluens est debitor ex pluribus causis, & num. 17.*
11 *Compulsatio iurium est nulla non citato principali personaliter, aut domi in proprio domicilio: nec sufficit citatio ad valuas.*
12 *Iudex compulsor non potest mandare procedi per affictionem ad valuas, nisi hæc facultas fuerit illi concessa cum decreto iudicis delegantis.*
15 *Libri mercatorum iuratorum licèt de iure communi faciant semiplenam probationem, tamen hoc non procedit in mercatore suspecta vita, & fame.*
16 *Liber mercatoris non probat, si non fuit recognitus.*
18 *Solutio facta censetur in causam de qua apparet.*
19 *Litteræ missiuæ probant contra scribentem debitum de tempore litterarum.*
20 *Cambia non debentur, nisi probentur realia: & ex quibus probetur cambia fuisse realia, num. 21.*

DECISIO XXXII.

DIE 22. Aprilis 1622. coram b. m.
Vbaldo fuit resolutum, relaxandũ esse
mandatum executiuum ad fauorem
Marchionissæ Cusani, hæredis q. Ber-
nardini de Barrionouo pro ducatis
mille contra hæredes b. m. Varelæ: &
die 27. Ianuarij 1623. coram eodem, Domini perstite-
runt in decisis, demptis ex d. summa scutis 200. auri, sine
tamen interesse cambiorum, in quibus Bernardinus fuit
repertus debitor Varelæ: licèt enim † debitum ducato- 1
rum mille sit liquidũ, ex quo de illo constat per publi-
cum instrumentum cum iuramento, & obligatione Ca-
merali. Quia tamen debitum scutorum 200. auri cuius
compensatio opponitur, est etiam liquidum ex alio si-
mili instrumento, non minus priuilegiato: non potest
Marchionissa respuere cõpensationis exceptionẽ, de qua
in *l. fin. C. de cõpens.* † Obstaret enim exceptio *ea. dolo fa-* 2
cit, de reg. iur. in 6. & l. dolo facit, ff. de dol. excep. in qua † 3
est fundata æquitas compensationis, *iuxta gloss. in l. §. bo-
na fidei instit. de act. & l. si dominus, ff. de condit. indeb.*
quòd Marchionissa vna manu acciperet, & ex alia dare
teneretur. Et cum † cõpensatio in hoc casu sit realis so- 4
lutio, *Couar. in cap. quãuis pactum. par. 1. §. 4. nu. 9. vers.
ea vero de pact. in 6.* & † omne debitum quantumuis 5
iuratum, & priuilegiatũ admittat exceptionẽ realis so-
lutionis, de qua incontinenti constat, vel saltem id in iu-
dicis arbitrio positũ sit, *Gales. in tract. oblig. in form. cam
2. par. q. 9. Menoch praes. 48. nu. 36. lib. 2.* meritò æquitas
dictat, vt quoad dicta ducenta scuta auri admitti debeat
compensatio, maximè cùm de illis vt dictum est, † appa- 6
reat etiam per publicum instrumentum æquè priuilegia-
tum, vt in puncto. *Paul. de Castr. in l. ex causa n. 1. in fin.
C. de compens. Dec. in cap. ex parte 2. n. 7. vers. decimoquin-
to ext. de off. deleg. Vin. com. opin. verb. compensatio, Ossasc.
decis. 92. num. 35. Menoch. de praes. 48. num. 20.*

Et quamuis pro parte Marchionissæ fuerit præten-
sum, nec Bernardinum fuisse debitorem in prædictis sc.
200. auri, sed tantùm pro illis recognouisse bonam fi-
dem ad fauorem Varelæ sub præsupposito, quòd fuis-
sent accepta ad cambium: quod cùm non appareat ve-
rum ex quo de tali cambio non constat, consequenter
etiam debitum cessare, tamen ex quo Bernardinus ex-
pressè in dicto instrumento, cum iuramento, & obliga-
tione Camerali † confitetur, se illa recepisse à d. Varela 7
ad cambium, licèt hæc assertio non operetur, vt interes-
se cambiorum debeatur nisi cambia probentur realia,
operatur tamen vt teneatur ad restitutionem sortis
principalis, quam realiter recepit, vt probatur ex dicto
instrumento, & ex geminata Bernardini confessione, de
qua in litteris missiuis in actis productis.

Quia tamen, quatenus dicta ducentum scuta auri pro-
bentur debita, contendebat Marchionissa fuisse iam so-
luta, vt probari dicebat ex quadam partita librorum Ol-
giati mercatoris: hæredes verò Varelæ prætendebant
illa adhuc deberi etiam cum cambiis, & ad hoc præser-
tim fuerat restricta difficultas, tamen in eadem decisione
b. m. Vbaldi fuit declaratum deberi adhuc, sed sine cam-
biis: & neutra partium acquiesceret, fuit hodie super
hoc iterum causa proposita, & resolutum, standum esse
in decisis. Placuerunt enim Dominis illa tria motiua de-
cisionis, nempe quòd † solutio non probatur ex dicta 8
partita librorum Olgiati extracta sine citatione & com-
pulsorialibus, *Rot. decis. 1. de fid. instr. in nou. & apud
Greg. XV. decis. 409. n. 4.* & quòd † libri mercatorum non 9
probent pro tertio contra tertiũ, *Ias. in l. admonẽdi num.
133. & seqq. §. de iur. iur. Caputaq. decis. 155. num. 1. &
5. par. 2.*

3. *par.* 2. & quòd cum inter Varelam, & Bernardinum
10 † adessent alia plura computa non infertur per necesse,
quòd hæc prætensa solutio sit referenda ad portionem
de qua agitur, eum potuerit esse in aliam causam ex
reg. tux. in l. non hoc C. vnde legitim.

Neque obstat contra primum motiuum, quòd hodie
detur dicta partita librorum Olgiati, extracta vigore
compulsorialium. Quia quidquid sit de citatione his
in Vrbe ad videndū, decerni compulsoriam, & cōstituen.
11 procur. ad interessen. quia tamen † extractio fuit postea
facta non citato Varela personaliter, aut domi in pro-
prio domicilio, sed per citationem ad Valuas: fuit pro-
pterea compulsatio informis, & nulla, *Cart. Iun. in
auth. si quis in aliquo documento, num. 15. C. de eden.
Roland. cons. 69. num. 58. lib. 3. Mohed. decis. 8. de fid.
instrum.*

12 Non obstat quòd Varela † fuerit etiam citatus in
Vrbe ad constituen. procurator. alias viden. procedi per
affixionem ad valuas. Quia hæc citandi facultas non
competebat iudici compulsori sine decreto iudicis de-
legantis, *Vestr. in prax. lib. 5. cap.* 8. & debuit in lit-
teris inseri, *Vestr. ibidem lib. 6. cap. 1. num.* 14. & aliter
citatio facta ad valuas non tenet ex *Mohed vbi su-
prà.*

13 Non obstat contra secundum motiuum, quòd † libri
mercatorum probent pro tertio contra tertium, si aliun-
de sunt adminicula, vt hìc plura per informantes fue-
14 runt ponderata. Quia † in mercatore fallito, & sic
suspectæ famæ; qualis dicitur fuisse Olgiatus, admini-
cula debent esse vrgentiora, *Ias. in d. l. admonendi,*
15 *num.* 134. *in fin.* vbi quòd licèt † libri mercatorum iu-
ratorum faciant semiplenam probationem de iure
communi, limitatur in mercatore suspectæ vitæ, & fa-
mæ, *ex Rot. Ianuen. decis. 2. num.* 32. Adminicula au-
tem adducta non fuerunt visa satis vrgere: & tanto ma-
16 gis, quia † liber in quo sit principale fundamentum,
non fuit recognitus, *Caputaq. decis. 99. num. 2. p. 1 Vestr.
in prax. vbi proximè d. num.* 14.

Non obstat contra tertium, & vltimum motiuum, vt
eo ipso quòd non apparet, solutionem fuisse factam in
aliam causam, illa debet cedere in satisfactionem causæ
17 de qua constat: si enim † vbi duo sunt debita, solutio vi-
detur facta in causam grauiorem. *l. cæteram, & l. cum
18 ex pluribus, ff. de solut.* † multò magis debet censeri
factam fuisse in causam, de qua apparet, quàm in eam
de qua non constat. Quia hæc præsumptio in casu
isto excluditur, & motiuum decisionis substinetur ex
duabus confessionibus, posteà factis per dictum Ber-
19 nardinum, vt in dictis litteris missiuis, † quæ probant
contra scribentem debitum de tempore litterarum, &
sic solutionem de qua dicta partita factam, multo ante
confessiones fuisse in aliam causam.

Quo verò attinet ad interesse cambiorum nihil re-
leuans dictum fuit, quod responsione indigeat, & re-
manet semper firmum motiuum decisionis, quòd cam-
20 bia † non debentur, quia non fuerunt realia ex consti-
tutione Pij V. *Rot. decis. 559. num. 2. par. 2. recent.* Quod
21 † probatur eo ipso, quòd non constat pecunias verè, &
realiter fuisse retentas sub cambiis ex litteris missiuis, &
responsiuis, iuxta stylum mercatorum, *Rot. Ianuen. decis.
37. num. 11.* & latius in *decis. b. m. Vbaldi, & in Romana
cambiorum 19. Iunij 1626. coram R.P.D. meo Rem-
boldo.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

Auenionen. bonorum.

Ven. 22. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Plura discutiuntur in materia transportationis actorum, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Transportatio actorum integra præsumitur, quando acta fuerunt transportata in forma extractus seu processus.*

Limita dictam præsumptionem integræ transportationis non procedere, quando notarius qui acta extraxit, non erat actuarius, num. 4.

2 *Acta diuersæ causæ, & iudicij, & inter alios facta non sunt transportanda.*

3 *Cessio iurium inuicem facta inter plures, qui inter se diuiserunt hæreditatem, quid operetur.*

5 *Acta facta per notarium allegatum suspectum & à iudice non inhibitum sunt valida, & quid si fuerit obtenta inhibitio contra notarium, quando censeatur illi renunciatum, num 16.*

6 *Iura exhibita parte non citata non sunt de actis.*

7 *Nec veniunt transportanda.*

8 *Productio iurium est realis stantibus verbis, tenoris, &c. contrarium num. 9. vbi, quòd vltra dicta verba requiritur etiam quòd tenor integrè in actis registretur.*

10 *Citatio ad dicendum contra, non est solùm ad effectum simplicis scientiæ sed etiam ad effectum faciendi, nempe ad dicen. contra, &c. & fieri debet per publicum cursorem.*

11 *Notarij assertioni an, & quando credatur.*

12 *Transportationis defectus in profanis non attenditur, quando acta non respiciunt merita causæ.*

13 *De Actis dicūtur decretū iudicis, & relatio Cursoris.*

13 *Retractio scripturarum productarum ex quibus probetur.*

15 *Mandatum procuræ si non est extensum colligi non potest, quam potestatem habuerit procurator. Declara vt ibidem.*

17 *Articulans non confitetur.*

18 *Transportatio actorum non est rigorosè examinanda, si agatur de causa profana in possessorio, & tanquam in prima.*

DECISIO XXXIII.

DVBITAVI: An acta pro parte Io. de Raphaëlis producta sint integrè trāsportata. Et Domini post binas huius dubij propositiones affirmatiuè responderunt.
Quia ex quo fuerunt † transportata in 1
forma extractus, seu processus, transportatio præsumitur integra, dum non probatur contrarium, *l. si quis cum testamentum, ff. de testam. Bart. in rubr. num. 8. ff. de oper. nunciat. vbi etiam Ias. in fin. vers. teneas decisionem Bart. & Ludou. Rom. num. 18. Aym. de antiq. temp. par. 2. num. 55. Greg. XV. decis. 59. in princ. & ibi latè additio Rot. apud Seraf. decis. 1628. num. 6. & in Romana Spolij, 19. Decembris 1625. coram me.* & fuit millies decisum.

Non obstat, quòd nec coram iudice Auinionens. neque hìc in curia fuerit transportatus processus, antea inceptus coram Rectore Carpentoratem. coram quo lis pendebat, vt probari videtur in extract. fol. 562. par. 2. Quia lis illa fuit coram dicto Rectore

incæpta inter Franciscum, & Petrum, fratres Ioannis huius partis ex vna, & Sebastianum auctorem partis aduersæ ex alia. Causa autem de qua nunc agitur fuit postea mota per dictum Ioannem ex propria persona pro tertia parte, quæ sibi contingit vigore diuisionis eum prædictis suis fratribus factæ hæreditatis q. Mag-
2 dalenæ, eorum matris: ac ideò cùm † processus ille fuerit res inter alios acta, & penitus separatus, & independens, non debuit transportari *ad leg. si, à quo la. 1. ff. de rei vendicat. Couar. pract. quæst. cap.* 14. *num.* 4.

Non obstat, quòd Ioannes egit tam suo proprio, quàm cessionario nomine suorum fratrum, vt in instrumento diuisionis inter eos factæ, in extract. fol.
3 143. in fin. † Quia est aduertendum, quòd prædicti tres fratres post litem cæptam coram dicto Rectore per duos ex illis, nempè Petrum, & Franciscum diuiserunt dictam hæreditatem inter eos, & facta diuisione, cesserunt vnus alteri iura sua, non iura suarum partium, sibi obuenientium ex diuisione, sed vnus cessit alterius, quòd poterat habere in parte alterius. Quæ cessio nihil releuat, aut addit quoad substantiam: sed solùm operatur, vt partes quæ antea erant pro indiuiso, sint distinctæ, & separatæ, itaut vnus in parte alterius nihil deinde prætendere possit. Et propterea dum Ioannes petit suam partem vigore dictæ diuisionis, seu cessionis, non dicitur prosequi litem cæptam per alios duos fratres coram dicto Rectore Carpentoraten. Nec ex dicta diuisione inductum fuit vitium litigiosi, vt fuit declaratum per sententiam Auditoris V. legati Auinionens. fol. 288. Quæ sententia fuit posteà in gradu appellationis confirmata ab A. C. fol. 399. in princip.

Non obstat, quòd Fasciardus qui extraxit processum compulsatum in partibus non erat notarius actuarius huius processus, sed potius quidam Marinus; vt constat ex relatione notariorum, de qua in secunda par-
4 te processus fol. 3. pag. 2. Et consequenter quòd processus compulsatus, & in Rota transportatus non debeat fidem facere, ex quo præsumptio integræ transportationis non procedit in notario, qui non est actuarius, vt fuit dictum *in Algoren. Dismembrationis.* 5. *Iunij* 161-. *coram R. P. D. meo Rembeldo, Add. ad Greg.*
5 *XV. d. decis.* 59. *num.* 8. Quia respondetur, quòd † immò Fasciardus ab initio fuit actuarius, licet fuerit allegatus suspectus: Sed quia intra tres dies ad probandam causam suspicionis nihil contra eum fuit probatum, de ordine iudicis continuauit dictum processum, vt in extract. fol 501. & 687. Et sic quousque non fuit per iudicem inhibitus, & vsque ad tempus dictæ relationis, quæ fuit facta die 7. Octobris 1623. sunt valida per eum facta, *gloss. in leg. illud in verb. actorum C. de Sacros. Eccles. Alex. in leg. acta num.* 3. *ff. de re iudic. Addit. ad Maran. par.* 6. *tit. de actor. edit. nu.* 18. *& seqq.*

Non obstat, quòd pro parte Sebastiani fuerunt præsentati quidam articuli, vt in extract. fol. 11. pag. 2. qui
6 tamen non habentur in dicto extractu. Quia illi † nunquam fuerunt de actis, ex quo non fuerunt exhibiti parte citata ad dicen. contra *Rot. in Placentina deuolutionis* 10. *Maij* 1602. *coram Pena impress. apud. Marches. par.* 3. *fol.* 117. *& in Mediolanens. decimarum* 17. *Maij* 1616. *coram Reuerendissimo D. meo Decano.*
7 † Et ideò non debuerunt transportari, *Rot. decis.* 501. *num.* 11. *par.* 1. *recent. & decis.* 300. *num.* 3. *&* 508. *num.* 6. *Greg. XV.*

Non obstat, quòd dicatur eorum productionem
8 fuisse † realem, per illa verba: *tenoris, &c.* vt fuit dictum in *Ferrarien. bonorum* 9. *Maij* 1594. *coram Lancelloto, & in Vrbeuetana fideicommissi* 16. *Nouembris* 1619. *coram Reuerendissimo D meo Decano.* Quia semper defuit citatio ad dicen. contra, quæ est necessaria ad effectum, de quo agitur, vt proximè dictum fuit. Quinimò
videtur non sufficere, † quòd notarius addat verbum 9
illud *tenoris, &c.* nisi, & cum effectu tenor præfatus integrè fuerit in actis registratus, *Innoc. in cap. cum in iure in fin. de off. deleg. Alex. in Auth. si quis in aliquo sub num.* 9. *vers. & sic post registrum C. de eden. Marant. de ordin. iudic. par.* 6. *tit. de actor. edit. num.* 3. *Adden. ad d. decis.* 59. *Greg. XV. num.* 10. *& seqq. Rota in Romana spolij* 19. *Decembris* 1925. *coram me:* maximè quia prædicti articuli fuerunt retracti, seu habiti ab aduersario iam sunt anni 35. qui de dicta retractione quietantiam fecit, quæ apud notarium remansit, vt idem notarius ibidem attestatur.

Non obstat, quòd pars aduersa sub die 10. Maij 1591. requisiuit notarium, vt traderet copiam prædictorum articulorum dictis de Raphaëlis, & quòd notarius illis obtulit, & expediuit dictam copiam, quæ debet haberi pro citatione ad dicendum contra. Quia fuit bene responsum primò, quòd dictæ copiæ traditio non debet
pro citatione haberi, tùm quia † citatio ad dicendum 10
contra non est ad effectum simplicis scientiæ solùm, sed etiam ad effectum faciendi, nempe ad dicen. contra; & sic debuit fieri per legitimam personam, nempè per publicum cursorem *Rot. dict. decis.* 561. *num.* 14. Tum
etiam, † quia nec traditio dictæ copiæ videtur sufficien- 11
ter probari per solam assertionem notarij ad effectum inducendi citationem; prout etiam pars aduersa prætendit notario attestanti, ipsam dictos articulos retraxisse, non esse credendum. Et quando notario in ea credendum esset, ita etiam, & credi debet de prædicta retractione: quo casu hæc pars non debuit credere dictæ copiæ non collationatæ, nec ea citata; immò nec collationari potuit retractis articulis, aut non insertis in processu.

Fuit etiam responsum, quòd cùm contenderentur pro parte Ioannis qui hæreticus esse dicebatur, coram V. Auinionen. vt nominarentur arbitri iuxta capitula pacis Nemausensis, inter hæreticos, & Catholicos facta: pars aduersa prætendit non esse nominandos, & ad hunc effectum solùm produxit dictos articulos, vt apparet ex serie processus, sicque clarè constat, dictos ar-
ticulos † non respicere merita causæ, nec releuare, & 12
sic defectum transportationis eorum non esse haben. in consideratione, *Greg. XV. decis.* 508. *num.* 10. maximè ex quo postea fuerunt nominati arbitri, & lis coram illis prosequuta per vtramque partem vt patet *fol.* 218. *in fin.* vbi pro parte Seguini fuit protestatum, se nolle amplius litem prosequi coram arbitris, ex quo erat elapsum tempus.

Tandem tolli videtur omnis difficultas, quòd sub die 16. Martij 1618. *fol.* 397. pro parte dicti de Raphaëlis fuit instatum, vt mandaretur parti aduersæ quòd restitueret scripturas, quas illa detraxerat, contentas in duabus quietantiis per eam factis, & quòd illi traderetur copia quietantiarum, & ita iudex fieri ordinauit, & cursor retulit, quòd dimisit ei dictam copiam, ac præceptum fecit, iuxta ordinem iudicis, vt restitueret scripturas; contentas in dictis quietantiis: Quæ scripturæ non sunt aliæ, quàm dicti articuli, & alia de quibus infrà. Quandoquidem in dicto mandato, & relatione cursoris solùm fit mentio de duabus quietantiis, factis de scripturis retractis per partem aduersam, quarum vna necessariò est illa, quæ remansit penes notarium, quando pars aduersa retraxit dictos articulos, & de qua idem notarius ibidem attestatur, ex quo in toto processu non fit mentio nisi de duobus quietantiis. Quod eo magis non comprobatur, quia pars aduersa præcepto de restituendo dictas scripturas nõ contradixit. Et quando assertioni notarij super dicta retractione, & super dictis quietantiis non esset credendũ; ex quo

quo dubitari posset, an prædicta assertio sit de actis, nec ne: tamen certum est, prædictum iudicis mandatum; & relationem cursoris inde sequutam, esse de actis, & consequenter satis ex actis constare, quòd pars aduersa retraxit dictos articulos, & eos penes se retinuit; & quòd de retractione quietantiam fecit, & illi copiam, iudicis mandato fuisse traditam.

Non obstat, quòd deficiat in processu quoddam mandatum procuræ, factum per partem aduersam, vt habetur *fol.* 13. Quia notarius ibidem attestatur, quòd dictum mandatum fuit similiter retractum: quæ
14 retractio † probatur ex supradicto mandato iudicis, & relatione cursoris, ex quo erat de scripturis contentis in prædictis duabus matriculis: deficit etiam citatio ad dicen. contra. Et in omnem casum hæc pars confitetur dictum mandatum, & personas in eo contentas fuisse legitimos procuratores.

Non obstat, quòd simile in processu non adest aliud mandatum procuræ, factum Paiano, & Vigiliardo in dicto extract. *fol.* 101. Quia procedunt eædem responsiones.

Non obstat, quòd deficiunt duæ cedulæ protestationum, continentes exceptiones oppositas pro parte Seguini, & acta, & iura ad causam facientia, quæ fuerunt per iudicem admissa, & ex aduerso recognita: quarum realis productio, & releuantia, videntur probari ex lectura vnius cedulæ protestationum, quæ habetur *fol.* 215. Quia prædictæ scripturæ probantur etiam per eundem Seguinum retractæ ex eodem mandato iudicis, & relatione cursoris; & in dicto mandato legitur, quòd pro hac parte fuit expressè instatum, vt dictæ cedulæ, & aliæ scripturæ productæ cum dictis protestationibus, & per dictum Seguinum retractæ, exhiberentur.

15 Non obstat, quòd deficit in processu † extensio mandati procuræ facti in personam cuiusdam Syluestri, procuratoris dicti de Raphaëlis; & quòd dum non extenditur, non potest colligi qualem dictus Syluester haberet facultatem, & sic an per illum gesta subsistant, *proc. fol.* 308. Quia sufficit, quòd notarius faciat fidem de dicto mandato in actis, *fol.* 308. stante quòd principalis illum reputauit pro procuratore, *fol.* 306. maximè, quia præter illum sunt alij duo procuratores in solidùm, quorum mandata sunt extensa *fol.* 393. *&* 711. Et remouet omne dubium, quòd nunc procurator huius partis in curia cum potestate ratificandi, *&c.* expressè ratificauit omnia gesta per dictum Syluestrum.

16 Non obstat, quòd deficiat tenor † inhibitionis Vicarij Archiepiscopi Auinionen. vigore Breuis Apostolici, qua fuit inhibitum notario Faiardo, vt amplius non scriberet in hac causa, cuius inhibitionis originale dicitur esse penes DD. de Raphaëlis, vt attestatur idem notarius *fol.* 671. Quia d. inhibitio non fuit præsentata huic parti, nec iudici: & deficit citatio ad dicen. contra; & pars aduersa acquieuit, & visa fuit renuntiare d. inhibitioni, ex quo postea fecit actus iudiciales coram eodem notario, à quo petiit, & habuit communicationem actorum *fol.* 677. Et quia post dictam inhibitionem causa cognita emanarunt duo decreta V. Legati, quibus prædicto notario iniunctum, & ordinatum fuit, vt procederet ad vlteriora non obstantibus dictis inhibitionibus *fol.* 675. *&* 686. à quibus decretis pro parte aduersa non apparet appellatum, aut quòd appellatio fuerit legitimo tempore introducta, & prosequuta. Et in omnem euentum dicta inhibitio non releuaret: nam notarius postea scripserit de mandato iudicis qui non erat inhibitus, quasi ex noua potestate sibi data: & cùm acta fuerint postea facta bona fide, debent substineri.

Non obstat, quòd defuit tenor, dictarum cedularum recusationis iudicis, vt in 1. *par. process. fol.* 1. Quia notarius ibidem asserit, dictas cedulas non fuisse insertas, quia non fuerunt sibi datæ.

Non obstat, quòd fuerint fabricati alij processus coram aliis diuersis iudicibus, qui non fuerunt transportati, vt prætenditur confiteri per partem dictorum de Raphaëlis *fol.* 110. Quia ibi de tali confessione non constat clarè; & illa, talis qualis, referenda est ad processus criminales, & ciuiles, factos coram Rectore Carpentoraten. cum Petro, & Francisco: & sic non releuant, vt supra in principio dictum fuit.

Non obstat, quòd deficiat quoddam decretum V. Legati, vt probatur ex assertione notarij *fol.* 710. dum præcipi alio notario, de illo rogato, vt illud omninò sibi traderet. Quia vltra quòd ex eadem notarij assertione probatur, quòd dictum decretum nunquàm fuit de actis: non constat, quòd fuerit factum cum hac parte, & in hac causa.

Non obstat, quòd deficiat tenor articulorum, pro parte dictorum de Raphaëlis productorum, & per iudices admissorum cum assignatione & dilatione sex dierum parti aduersæ ad dicen. contra, quorum originale dicitur retractum à dictis de Raphaëlis *fol.* 391. Quia articuli prædicti erant dictorum de Raphaëlis, & sic non poterant releuare parti aduersæ, cum super eis nulla fuerit facta probatio, aut testes examinati; nec aliqua ex eis elici, aut induci possit confessio in fauorem alterius partis: † quia, qui articulat, non confitetur. Et postea hæc eadem pars produxit articulos, qui habentur in processu, & data copia aduersario *fol.* 158. cum protestatione, quòd nolebat vti aliis articulis; quæ protestatio fuit parti aduersæ intimata cum copia articulorum, & nihil replicauit. 17

Non obstat, quòd prætendatur dictos articulos fuisse effectos communes. Quia vt dictum est, fuerunt iterum dati cum dicta protestatione, citata parte, & processum ad vlteriora per multos annos vsque ad sententiam inclusiuè, & nunquam hucusque contradictum.

Quibus omnibus vltra præsumptionem integræ transportationis accedit quòd versamur in profanis, & in possessorio, suspenso petitorio, & tanquam in prima: sicque non est faciendum rigorosum examen transportationis.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Perusina pecuniaria.

Ven. 22. *Maij* 1626.

ARGVMENTVM.

Emptor an & quando teneatur ad fructus recompensatiuos iuxta æquitatem, L. curabit, C. de act. empt. Pactum factum inter emptorem & venditorem, quòd venditor pro rata pretij non soluti, nihil prætendere possit sub nomine fructuum, nisi post biennium, computandum à die factæ ratificationis ab N. An operetur, vt fructus non currant, nec debeantur nisi elapso biennio post sequutam ratificationem vel potius suspendat solùm illorum exactionem, ita vt fructus debeantur vsque ab initio contractus, sed exigi non possint, nisi elapso biennio post sequutam ratificationem.

SVMMARIVM.

1 *Emptor tenetur ad fructus pretij non soluti ex æquitate l. curabit, C. de act. empt. quæ locum habet etiam pro rata pretij non soluti n. 3.*

Amplia id est, procedere, etiam si venditor ex pretio sibi soluto nihil esset lucraturus, num. 4. & ratio redditur ibidem.

Amplia 2. etiamsi emptor non fuerit in mora soluendi pretium, n 5.

Amplia 3. etiamsi dominium rei venditæ statim transierit in emptorem, n. 8.

2 *L. curabit C. de act. empt. Æquitas, fundatur in eo, ne emptor habeat rem & pretium cum iactura venditoris.*

6 *Fructus pretij non soluti non sunt propriè vsuræ, sed potius reparatio damni.*

7 *Nec debentur venditori, vt vsura, sed vt res propria.*

9 *Emptor retorquere non debet contra venditorem beneficium dilationis pro pretio soluendo, quod ab eo accepit, & n. 11.*

10 *Venditori non debetur interesse recompensatiuum durante dilatione ad soluendum emptori concessa, & n. 12. Valet tamen conuentio, vt pendente dilatione fructus debeantur n. 11.*

12 *Fructus recompensatiui soluendi ab emptore durante dilatione ad soluendum pretium, taxari possunt, ad certam quantitatem.*

13 *Pactum de soluendo certam quantitatem pro fructibus, seu interesse rei debitæ, valet in omnibus casibus, in quibus vsuræ sunt permissæ.*

14 *Constitutum quando non probet realem traditionem possessionis.*

15 *Fructus recompensatiui non debentur ab eo, qui rem sibi venditam non possedit.*

16 *Constituentis confessio probat possessionem in ipsius præiudicium, & suorum heredum.*

17 *Emptor, qui multa emit à Venditore, si dicat non fuisse sibi traditam possessionem alicuius rei particularis, admittit, se alia pacificè habuisse, & possedisse.*

18 *Lex cum prætor, ff. de iudic. quando procedat.*

19 *Possessio probatur ex vsu ipsius rei.*

20 *Item ex fructuum perceptione, qua nulla regula certior est probandi possessionem.*

21 *Possessio adepta per emptorem rei sibi venditæ, ex quibus probetur.*

22 *Venditor censetur renunciasse fructibus recompensatiuis ob concessam dilationem emptori ad pretium soluendum, quando fuit cogitatum, quod tempus intercederet, quo fructus decurrerent, secus si non fuit cogitatum: quia tunc perinde venditio haberi debet, ac si ab initio pure concepta fuisset n. 25.*

23 *Dilatio ad soluendum pretium rei venditæ, concessa à venditore emptori, censetur augmentum rei, & ideò quòd maioris fuerit empta.*

24 *Dilatio nullum secum affert tempus considerabile, quando potuit, & debuit quanto citiùs adimpleri.*

26 *Implementi defectus obici non potest ab emptore, quando ex eo nullum fuit sequutum damnum.*

27 *Emptor tenetur venditori soluere interesse ob dilatam pretij solutionem, etiam si venditor non dederit fideiussores, promissos pro euictione, dum emptor interim fructus percepit.*

28 *Emptor, & venditor si conuenerint, vt interim, dum non fuerit sequuta ratificatio venditionis ab N. fructus recompensatiui non debeantur, tunc fructus decursi ante sequutam ratificationem non debentur, secus si dictum fuerit, vt nihil interim nomine fructuum prætendi possit. Quia tunc pactum illud non censetur adiectum obligationi, sed solum executioni, ita vt fructus currant, suspensa tamen illorum exactione, quousque ratificatio sequatur.*

29 *Tempus non est modus tollendi, vel inducendi obligationem.*

30 *Venditor an petere possit fructus recompensatiuos pretij non soluti, antequam adimpleuerit quod emptori promisit, & n. 32.*

31 *Emptor agere non potest ad interesse pretij soluti contra venditorem, qui rem venditam retinuit, & ex illa fructus percepit interim, dum ipse non adpleuit.*

33 *Cessio quo casu dicatur fieri ad commodum cedentis, ita vt, apud eum remaneant priores actiones, & num. 35.*

34 *Cessio quo casu importet simplex mandatum, nec habeatur loco solutionis.*

36 *Transportatio actorum non est necessaria, quando causa non deuoluitur ad Rotam per appellationem, sed committitur tanquam in prima de consensu partium.*

37 *Beneplaciti Apostolici defectus, quod fuerat reseruatum in venditione, non impedit cursum fructuum recompensatiuorum.*

38 *Ratificare facere promittens censetur tempore promisisse, & quo ratificatio fieri potuit.*

DECISIO XXIV.

BRACCHIVS de Balleonibus nomine proprio, & Caroli fratris, & Galeotti patrui de anno 1603. vendidit Annibali Velliæ Castrum Turris Andreæ, pretio scutorum 6000. ex quibus, solutis scutis vndecim mille, conuentum fuit, vt alia scuta quinque millia remanerent penes Annibalem pro redemptione cuiusdam Turris Clusinæ nuncupatæ, & quòd Carolus, & Galeottus tenerentur dictam venditionem ratificare: circa verò fructus recompensatiuos, fuit conuentum his verbis: *Che mentre detto Signor Annibale riterrà in mano li cinque mila scudi da impiegarsi, come di sopra, detti Signori Baglioni, nè altra persona possa pretender cosa alcuna, sotto nome de frutti, danni, e sotto qualsiuoglia altro nome per il tempo, e termine di due anni, da computarsi dal dì, che saranno seguite le dette ratificationi, & hauuto il pacifico, vacuo, e real possesso di tutte le terre, e giurisditioni vendute nel modo, e forma detti di sopra, e non prima: ma passati detti due anni, sia tenuto esso Signor Annibale pagare à detto Signor Galeotto, Braccio, e Carlo li frutti di detta somma di cinquemila scudi à raggione di quattro per cento.* Cùm autem Annibal, & habentes causam ab eo, retinuerint prædicta scuta quinquemillia residui pretij, & nunquam soluerint dictos fructus, immò contenderent eos non teneri, nisi à die sequutæ ratificationis, & perfecti adimplementi: & prætenderent contrarium D. Costantia, & eius sorores de Balleonibus, actrices, vt hæredes dictorum fratrum venditorum: Propterea causa mihi commissa, dubitaui: An prædicti fructus debeantur, & ad quam summam. Et post binas propositiones factas die 4. Iunij 1625. & 3. Ianuarij 1626. fuit hodie resolutum: † Fructus deberi ad 1
dictam rationem conuentam quatuor pro centenario, ex æquitate *l. Iulianus, §. ex vendito, ff de act. empt. & l. curabit*, & ibi *omnes C. eodem tit.* † Quæ in eo 2
fundata est, ne interim emptor habeat rem, & pretium cum venditoris iactura, *Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 4. num. 2. Rota in Romana Casalis 20. Iunij 1611. coram bo. me. Cardin. Sacrato*: † quæ locum pro rata 3
pretij consoluti, *l. fin. §. fin. ff. de fund. dot. d. Corn. consil. 145. num. 14. lib. 2. Surd. consil. 101. num. 15.* † etiam si 4
venditor

venditor ex pretio sibi soluto nihil esset lucraturus, *l. fin. ff. de peric. & commod. rei vend.* cùm enim attendatur sola fructuum perceptio, non est habenda lucri ratio; sed solùm quòd emptor fructus perceperit,
5 *Couar. vbi supra num. 2. vers. 2.* eadem. † Quo etiam fit, vt debeantur, quamuis emptor non fuerit in mora soluendi pretium, *Bald. in l. si traditio num. 19. C. de act. empt. Salic. in d. l. curabit, Alex. cons. 121. num. 2. lib. 4. Gabr. cons. 57. per tot. lib. 1. Honded. cons. 30. n. 17.*
6 *cum seqq. lib. 1.* † Etenim cùm isti fructus non sint propriè vsuræ, sed potiùs reparatio damni, *Surd. d. cons.*
7 *101. num. 10.* † non debentur vt vsuræ, sed vt res propria ex æquitate iustitiæ commutatiuæ, *Couar. vbi supra num. 1. Honded. cons. 44. lib. 1.* ac ideò non mora, sed sola æquitatis ratio est attendenda.

Et inde etiam sequitur, deberi dictos fructus quam-
8 uis † statim dominium rei venditæ transierit in Annibalem, & sic ex re propria fructus perceperit, vt contra. *Abb. consil. 66. libro primo Dec. cons. 119.* & alios resoluit *Couar. ibidem num. 4.* & de communi attestatur *Io. Bapt. Lup. in d. l. curabit, comment. 1. §. 7. n. 145. Rota in d. Romana casalis vers. nec facit.* Si enim Balleonibus fuit licitum non transferre dominium in Annibalem, nisi donec pretium integrè solueret, & interim exigere fructus recompensatiuos pretij non soluti: nulla est ratio quare illis etiam non licuerit, statim in eum transferre dominium, & nihilominùs dictos fructus exigere, quasi ministerio legis dominium cum dicto onere translatum fuerit: Alioquin liceret emptori retorquere beneficium, & quod ei venditor contra se ipsum dedit *ad d. l. cum in fundo,*
9 *& l. si extraneus, ff. de iur. dot.* † Nec attenderetur sola fructuum perceptio, aut æquitas de qua suprà, sed dominij translatio contra verum sensum dictæ *leg. curabit.*

10 Sicut & ob eandem rationem, quamuis dilatione ad soluendum emptori concessa, interim non debeatur interesse recompensatiuum, tamen iuxta magis receptam & veriorem sententiam contra *Crauett. cons.*
11 *189. num. 7. cum seqq.* † valet conuentio, vt dilatione pendente, fructus debeantur: quia hoc casu non dicitur dilatio data simpliciter, sed secundùm quid, & cum eo onere, *Dec. in cap. cum venerabilis num. 63. de except. Couar. vbi supra num. 5. Vin. decis. 424. num. 12. lib. 3. Roder. de ann. reddit. lib. 3. quæst. 8. num. 15.* Vt enim inquit, *Nauarr. cons. 21. num. 4. de vsur. lib. 5.* Interesse non censetur promissum propter dilationem, sed propter fructus quos venditor interim percipere poterat, si enim non data dilatione fructus debentur, nulla etiam est ratio, quare ea concessa, non possit in pactum deduci, vt debeantur, ne dilationis beneficium, datum emptori contra venditorem qui illud dedit, retorqueatur.

12 Vnde etiam benè sequitur, † fructus in hoc casu licitè ab initio potuisse taxari ad rationem quatuor pro centenario, cùm quantitas ista sit commensurabilis quantitati, quæ iuxta verisimiles coniecturas ex fructibus in futurum percipi potuisset, vt plures allegans resoluit *Couarr. vbi supra num. 5. vers. septimò*
13 *eadem inspectio.* Quando quidem † & in omnibus casibus, in quibus vsuræ sunt permissæ, & debitæ, potest etiam à principio in pactum deduci certa quantitas, quæ appareat esse verum interesse, *Bald. in l. rogasti. §. si tibi, ff. si cert. petat. & in l. 1. C. de distract. pignor. Alex. cons. 31. num. 13. lib. 6. Vin. d. decis. 424. num. 4. Medin. de contract. quæst. 38. Parif. cons. 60. num. 23. lib. primo, Ioann. Lup. in d. l. curabit comment. primo, §. 6. num. 126. Sot. de iust. & iur. lib. 6. quæst. prima, artic. 3. Menoch. cons. 110. num. 53. cum seqq.*

Neque obstat, si dicatur rem venditam non fuisse
14 traditam, † sed penes Balleonos venditores remansisse, prout videtur inferri eo ipso, quòd fuit conuentum, nihil fructuum nomine exigi posse ante biennium à die sequutæ traditionis: quo casu in constituto de quo in d. venditionis instrumento, non probatur realis possessionis traditio, *Surd. decis. 157. num. 5. Modern. de Salnian. interd. inspect. 3. cap. 1. num. 1016. & Rota decis. 169. num. 3. in impress. apud eosdem, Modern.* Et inde cessare fructuum perceptionem, † & 15
consequenter æquitatem dictæ *l. curabit* vbi *Cagnol. num. 26. Rot. decis. 564. num. primo par. prima recent, & apud Gregor. XV. decis. 147. num. primo,* vbi etiam *Adden.* & ad istam difficultatem fuerat præcipuè disputatio restricta. Nam fuit benè responsum, quòd quidquid sit, an stantibus supradictis ex solo constituto probetur possessio translata in Annibalem, constat tamen eum fuisse in actuali possessione ex alio instrumento de anno 1609. in quo præmissa narratiua venditionis sibi antea factæ per Dominos de Balleonibus, idem Castrum cum omnibus suis iuribus vendidit Marchioni Lante, constituens se eius nomine possidere: † Vnde satis videtur probari, eum 16
fuisse in possessione etiam in præiudicium suorum hæredum, *Gratus consil. 42. num. 2. & 13. lib. 1. Tiraquell. de iur. constit parte 3. limit. prima num. 20.* Præterea in eodem instrumento Annibal reseruauit sibi actiones contra Dominos de Balleonibus; quia vt ipse dixit, non fuit sibi tradita possessio cuiusdam domus, de pertinentiis dicti castri, † cùm ergo de possessione 17
minus pacifica loquutus, se restrinxerit discretiuè ad dictam domum, admisit se alia pacificè possedisse ex *reg. l. cum Prætor. ff. de iudic.* † Quæ semper procedit, 18
quando vt hic casus non expressus non includitur alia via aut iure in casu expresso, nec in eo militat eadem ratio, *Ofasc. decis. 85. num. 12. Surd. consil. 339. num. 2.* Vlterius ibidem apparet, Annibalem fecisse in dicto Castro multa melioramenta, & recepisse à dicto Marchione scuta 477. quæ in illis faciendis erogauerat, † vnde benè probatur vsus rei, & inde actualis posses- 19
sio, *Menoch. de retin. rem. 3. num. 576. Barz. decis. 47. num. 11.* Fuit etiam conuentum, vt fructus iam collecti spectarent ad Annibalem; pendentes verò recolligerentur eiusdem sumptibus, quorum detenta sibi medietate, teneretur aliam medietatem, liberam ab omni expensarum contributione Marchioni consignare. † Nulla autem veræ possessionis certior datur 20
regula, quàm illa, quæ ex fructuum perceptione desumitur, *l. Titia, ff. de solut. Ludou. Gomez. in reg. de ann. quæst. 47. num. 1. & 2. Cæsar de Graff. decis. 10. num 3. de caus. poss. & propriet. Rot. decis. 508. num. 1. par. 2. recent.* Et demum cessabat omnis difficultas ex duobus testibus de possessione Annibalis, concludenter deponentibus.

Ex quibus omnibus maximè † stante titulo præce- 21
denti, & constituto, de quibus in dicto instrumento venditionis Annibali factæ per Balleones de anno 1605. satis, supérque visa fuit Dominis probata eius possessio, etiam vsque ab initio, *Salic. in l. ex persona C. de probat. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 65. num. 4. Berett. cons. 89. n. 29.*

Non obstat, quòd Annibali quoad fructus de quibus nunc † agitur, fuerit data dilatio vsque post bien- 22
nium, computandum à die sequutæ ratificationis, ita vt interim dum non fuit ratificatum, nec transacti fuerunt duo anni, non debeantur, sed tantùm ab inde post: sicut etiam non debentur, pendente dilatione ad soluendum pretium, *Bero. in cap. 1. num. 125. de vsur. Gabr. de empt. & vend. concl. 4. num. 21.* & notant omnes *in d. l. curabit*; Quia fuit optimè responsum in casu isto, quoad dictos fructus duas considerari dilationes: Prima est certi, & determinati temporis, id est, duorum annorum à die ratificationis, &

pacificæ

pacificæ possessionis : qua pendente fructus non de-
bentur , etiam si id noo fuisset expresse dictum, quasi
dilationis certæ natura id importet , vt pro eo certo
tempore froctibus renunciatum videatur eo ipso,
quòd fuit cogitatum, vt certum tempus interciderer,
& interim ab emptore fructus perciperentur, *Bero. vbi
supra, Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 4. num. 5. ante med.
vers. proprio consensu, & Rota in d. decis. Romana. Ca-*
23 *salu* , † censetur enim dicta dilatio augmentum rei,
quæ fuit ideò maioris empta, *Paris. cons.* 8t. *num.* 30.
lib. 2. *Dec. cons.* 308. *num.* 3. & *Menoch. cons.* 1111. *num.* 15.
Altera verò dilatio continet tempus incertum, id est,
24 quousque sequuta fuerit ratificatio, & traditio : † quæ
d latlo nullum secum affert tempus considerabile, ex
quo potuit , & debuit quanto citiùs adimpleri , *arg.
tex. in l. hac conditio, si in Capitolium* 29. *ff. de condit. &
demonstr.* ibi : *hac conditio : si in Capitolium ascenderit,
sic accipienda est , si cùm primum potueris , Capitolium
ascenderis* ; & id ipsum tacitò inerat in *l. Iulianus* , §.
offerri , *ff. de act. empt.* & in puncto *Nauarr. cons.* 21.
25 *num.* 8. *de vsur. lib.* 5. † Et propterea , quia non fuit
cogitatum , quòd intercideret tempus , vel decurre-
rent fructus, non potest inde colligi tacita eorum re-
nunciatio , sed perinde habetur , ac si nulla data fue-
rit dilatio, *Cranett. cons.* 192. *num.* 17. Non enim cre-
dendum est , quòd venditor sub incerto voluerit fru-
ctus condonare pro pretio, quòd illos non caperet,
nec in eo propter incertitudinem , & temporis , &
fructuum , potuit certa de illis haberi ratio ; qui ideò
debentur ex æquitate , *dicta l. curabit* ; ac si venditio
ab initio fuisset purè concepta : ita in puncto *Gabr.
cons.* 57. *num.* 5. *lib.* 1. *Paris. cons.* 60. *num.* 21. *& seqq.
lib.* 1. *Honded. d. cons.* 30. *num.* 28. *cum seqq. & cons.*
44. *per tot. lib.* 1. *Nauar. vbi supra. Ioseph. Ludou. d.
decis. Perus.* 53. *Rot. in dicta Romana Casalis* 10. *Iunij, &*
16. *Decembris* 1611.
26 His accedit, quòd ex defectu ratificationis, † & sic
implementi per tot annos , non fuit impedita fru-
ctuum perceptio , nec Annibali aliquod sequutum
damnum : ergo non potest de eo obiici ad effectum
lucrandi fructus , interim perceptos , *Surd. cons.* 101.
num. 24. *Cagnol. in d. l. curabit* , *num.* 28. *Paris. dicto
cons.* 60. *num.* 18. *Couar.* vbi *supra num.* 6. *vers. duodeci-
mo, hinc deducitur Honded. d. cons.* 44. *num.* 21. Vbi quòd
si venditor non dederit fideiussores quos emptori
27 pro euictione promisit , † nihilominus ob dilatam
pretij solutionem tenebitur venditori soluere inter-
esse, si interim fructus percepit , *Rot. in Romana socie-
tatis officij* 10. *Nouembris* 1625. *coram me.*
Non obstat, quòd claris verbis fuit conuentum,
28 † vt Balleones non possent quicquàm prætendere no-
mine fructuum nisi post biennium à die sequutæ ra-
tificationis, & proindè quòd non versamur in præ-
sumptione, quòd non fuit de fructibus cogitatum;
aut illis renunciatum : Quia fuit etiam optimè satis-
factum ; pactum illud quoad dilationem incertam,
non fuisse adiectum obligationi, sed solùm executio-
ni, ita vt interim fructus currant, suspensa tamen co-
rum executione, in tempus post duos annos, à die ra-
tificationis computando, *Honded. d. cons.* 44. *num.* 15.
quasi actum videatur , vt interim retineantur ab em-
ptore pro sua securitate, per modum cuiusdam pi-
gnoris , eodem modo, quo suspenditur solutio pretij,
interim , dum dantur fideiussores pro euictione pro-
missi, *d.* §. *offerri, Nauar. d. cons.* 21. *num.* 8. *Rota in d.
Romana Casalis* 16. *Decembris.* Et quòd ista fuerit
mens contrahentium , clarè conspicitur ex verbis,
quibus pactum fuit conceptum ; non enim fuit di-
ctum, quòd interim, dum non fuit ratificatum, fructus
non debeantur, sed quòd interim , nihil nomine fru-
ctuum prætendi possit. Quæ verba potius executio-
nem , quàm obligationem attingunt , *l. obligationum
ferè in princ. ff. de oblig. & act.* ibi ; *ex die veluti Ka-
lendis Martij dare spondes* ; cuius natura hæc est, vt
ante diem non exigatur. Et ratio assignatur in §. *pla-
cet* , qui immediatè sequitur, scilicet † quia tempus 29
non est modus tollendi vel inducendi obligationem,
vbi etiam *Bart. & in l. fin. ff. rem rat. haberi.*
Non obstat, quòd sic intelligendo , vt mox dictum
fuit , † superfluum fuisset pactum prædictum , cùm 30
etiam si hoc non fuisset expressum , non possent Bal-
leones fructus petere cum effectu ante adimplemen-
tum, etiam decursos de tempore ante, *d.* §. *offerri.* Quia
quamuis omnes conueniant, † quòd emptor non pos- 31
sit agere ad interesse pretij soluti contra venditorem,
qui rem venditam retinuit, & ex illa fructus percepit,
interim, dum ipse non adimpleuit , in quibus termi-
nis loquitur tex. *in d.* §. *offerri* ; † in venditore tamen, 32
qui rem tradidit, multi tenent , non solùm deberi illi
fructus ante adimplementum pro rata pretij non so-
luti , sed etiam quòd interim ab eo cum effectu peti,
& exigi possunt, vt multis rationibus, assignans diffe-
rentiæ causam, probat *Surd. d. cons.* 101. *num.* 26. Vn-
de ad tollendum omne dubium, vtile fuit expressè pa-
cisci, vt fructus decursi , & debiti pendente ratifica-
tione non possent per Balleones exigi ante ratifica-
tionem, & post illam secutam, ante duos annos, ab ea
computandos.
Sed quòd magis est ; dicebat vnus ex Dominis,
quòd si benè pacti verba perpendantur, nihil videntur
concludere de fructibus, perceptis, interim, dum non
fuit sequuta ratificatio , sed solùm de perceptis infra
duos annos post sequutam ratificationem , ibi : *E li
detti Signori Baglioni, ne altra persona non possa preten-
der cosa alcuna per il tempo di due anni* , *pero solamente
da computarsi dal di, che saranno seguite le ratificationi.*
Quasi antea percepti , videantur tacitè promissi , aut
sub iuris communis dispositione relicti , collata ta-
men eorum solutione, & exactione post lapsos dictos
duos annos , ex verbis pacti, ibi : *ma passati detti due
anni, sia tenuto detto Signor Annibale pagare, &c.* Quæ
verba sunt apta comprehendere tam fructus decur-
sos ante , quàm decurrendos post dictos duos annos:
Qui sensus rationi, & iuri , ac verisimili contrahen-
tium menti , iuxta superiùs dicta magis congruere
videtur.
Non obstat , quòd Carolus cesserit istos fructus
Septimio Eugenio in satisfactionem cuiusdam debi-
ti : † & quòd ideò nunc agat sine actione : Quando- 33
quidem dicta cessio fuit simplex , & facta tantùm ad
commodum cedentis ; & Eugenius eam non acce-
ptauit absolutè , sed retentis prioribus actionibus: nec
interuenit vnum de tribus requisitis, *l.* 3. *C. de nouat.*
† quo casu cessio non habetur loco solutionis , sed 34
simplex mandatum tantùm importat, *l. si mandauero,*
§. *interdum, ff. mand. gl. in l. legani in gl. magn. ad fin. ff.
de liber. lega.* † Quò fit, vt apud Balleones semper re- 35
manserint directæ actiones efficaces , ita vt Annibal
non possit de cessione opponere , vt in puncto resol-
uit *Bart. in l. facta,* §. *si heres* , *ff. ad Trebell. Guid.
Pap. decis.* 576. *num.* 3. & latissimè *Osasc. decisio.* 62.
per tot.
Demum non obstant defectus ratificationis illo-
rum de Montacutis , & integræ transportationis, ac
beneplaciti Pontificis : Quia nullibi legitur, quòd di-
cta ratificatio fuerit promissa per dictos de Balleoni-
bus : vltra quòd in venditione interuenit illorum
procurator , qui promisit dicto Annibali de rato , &
exhibere infra mensem ratificationis instrumentum,
† Nec transportatio actorum fuit necessaria : quia 36
causa non fuit deuoluta ad Rotam per appellationem,
sed tanquàm in prima de consensu vtriusque partis.
† Et

37 † Et demùm defectus beneplaciti,quidquid de eo sit,
non impediuit fructuum perceptionem, in qua sola
fundatur æquitas,*d.l.curabit*.

Ex quibus cùm in actis iam constiterit de ratificatione dictorum de Balleonibus, fuit per Dominos resolutum, illis deberi fructus recompensatiuos,pro rata dicti pretij non soluti ad dictam rationem conuentam quatuor pro centenario post duos annos: qui
38 duo anni † debeant computari non à die,quo fuit facta ratificatio,sed à die, quo, moraliter intelligendo, fieri poterat,*iuxta tex.in l. si ita stipulatus essem*. 14. & *l. continuus*, 137. *§. cùm ita, ff. de verb. oblig.* vsque ad actualem dicti pretij solutionem. Quantum autem debeat esse illud tempus,reseruarunt Domini, vt particulariter videatur.

Et ita,&c. vtraque,&c.

Parmen. Pensionis.

Lunæ 25. May 1626.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur in prophanis, data releuantia articulorum, etiam sine fumo. Confessio procuratoris an,& quando præiudicet principali.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis conceditur, data releuantia articulorum.*

2 *Nec fumus requiritur,sed sufficit sola releuantia.*

3 *Transportationis actorum defectus impedit progressum ad vlteriora.*

4 *Confessio voluntaria procuratoris non præiudicat principali,sed solùm quando est necessaria, seu per modum contentiosæ iurisdictionis. Et quando dicatur voluntaria,n.* 5.

6 *Confessio voluntaria procuratoris potest reuocari à principali; & censetur illam reuocare, prætendendo contrarium.*

7 *Confessio procuratoris nunquam nocet, quando principalis docet, rem aliter se habere.*

DECISIO XXXV.

DOMINI dixerunt Dominico Mariæ
1 Amitæ dandam esse remissoriam.† Quia
cùm versemur in materia prophana, &
articuli sint releuantes, remissoria non
potest denegari, *Caputaq. decis.* 68.*par.*
3. *Greg. X V. decis.* 191.& *decis.* 415.

Non obstat prætensa calumnia: Quia potiùs de
contrario apparebat. Nam cùm articuli super quibus
remissoria petitur, tendant ad probandum renunciationem de qua agitur, fuisse factam per metum: videbatur Dominis dari de eo fumum tam ex eodem instrumento renunciationis, quàm ex testibus pro hac
2 parte datis; Cùm tamen, vt remissoria danda sit † in
prophanis,fumus non requiratur,sed sufficiat sola releuantia articulorum,*Rot. coram eodem Greg. XV. decis.*124.& *decis.*163.*vbi Additio.n.*10.

Non obstat exceptio periurij quia tollitur ex absolutionibus ad effectum agendi obtentis.

Non obstat defectus non integræ transportationis
3 actorum, † qui impedit progressum ad vlteriora,
iuxta *Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 20. *de reform.* de quo
videtur constare ex confessione huius partis in commissione, vbi narrauit fuisse latum in partibus decretum diffinitiuum cum absolutione Nicolai partis aduersæ à petitis: cùm tamen de tali decreto non constet in actis transportatis: Quia fuit benè respon-
sum: quòd dicta † commissio fuit impetrata per pro- 4
curatorem, cuius confessio voluntaria nunquàm nocet principali: sed solùm quando est necessaria, seu per modum contentiosæ iurisdictionis,*Bart. in l. certum, §.sed an ipsos, ff.de confess. Felin. in cap.*1. *n.* 14. *vt lit. non contest. Paris.cons.*47.*n.*92.*lib.* 1.

Quòd autem dicta confessio dicatur voluntaria,
† & non per modum contentiosæ iurisdictionis, vi- 5
detur clarum: ex quo procurator dum porrigit libellum,& impetrat commissionem, non trahitur citatione,*Rot. apud Greg. XV. dist.* 460. *n.*5. & in puncto *Felin.vbi supra n.*15.

Fuit etiam responsum, † quòd principalis potuit 6
illam confessionem reuocare,prout illam reuocare visus fuit, dicendo,& prætendēdo contrariū, *Verall. de-
cis.* 198. *par.* 1. & *decis.* 333. *par.* 2. † Et in omnem 7
casum confessio procuratoris nunquàm nocet, quoties principalis docet, rem aliter se habere, *cap. fin. de confess. cap. cùm causam, de appell. Felin. & alij vbi supra*; hic autem satis de contrario constare videtur,ex quo notarius actuarius rescripsit,acta esse integra,&c.

Et ita, &c. vtraque,&c.

Vrbeuetana Hæreditatis.

Lun. 25. Maij 1626.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbeuetanum de success. ab intest. rubr. 55. lib. 2. disponens quòd si quis decesserit nullis descendentibus superstitibus, tunc proximiores agnati vsque in tertium gradum succedant, exclusis cognatis, censetur admittere ad successionem fratris sororem vtrinque coniunctam, exclusis nepotibus ex sororibus prædefunctis etiam vtrinque coniunctis.

SVMMARIVM.

1 *Statuti Vrbeuetani de success. ab intest. rub.* 55. *dispositio recitatur.*

2 *Statutum si vocet agnatos exclusis cognatis,soror excludit filios alterius sororis,& n.*4.

3 *Soror est agnata,filius verò sororis est cognatus.*

5 *Statutum excludens matrem quæ est proximior cognata, multò magis censetur excludere nepotes eius ex filia, qui sunt cognati remotiores.*

6 *Statuti ratio si magis militet in persona non expressa, quàm in expressa; statutum non dicitur extendi ad personam non expressam, sed potius illam comprehendere.*

7 *Expressio indiuidua etiam dicitur illa, quæ venit sub generalitate verborum.*

8 *Sororis filij ingrediendo locum matris per repræsentationem,habent ius agnationis.*

9 *Fallit si statutum vocet agnatos: quia tunc non censentur veri agnati, nec intrat repræsentatio, n.*12. *reprobata opinione Bero & sequacium numero quaranta tre.*

10 *Fœmina est principium cognationis,& ideo ex ea non potest oriri vera agnatio.*

11 *Agna*

12 *Agnatum esse, & habere iura agnationis differunt.*
13 *Statutum si requirat qualitatem masculinitatis, neptis ex filio masculo non potest eius patrem repræsentare.*
14 *Agnationis qualitas non est repræsentabilis.*
Nec transmissibilis in filios fœminarum, n.23.
15 *Statutum disponens, vt nulla fœmina intelligatur vocata nisi soror vtrinque coniuncta, censetur excludere omnem repræsentationem in nepotibus ex sororibus prædefunctis.*
16 *Statutum vocans filios superuiuentes censetur tantum vocare illos, qui de eo tempore supererunt, exclusis prædefunctis, & eorum filiis.*
17 *Statutum si vocet proximiores, filij sororum concurrunt cum patruo: Declaratur vt ibidem & num. seq.*
18 *Filius subintrans in locum patris, succedit in eius locum quoad gradum, non quoad personam.*
19 *Nepotes succedunt ex propria persona, non ex iure transmisso ex persona patris, licèt veniant per repræsentationem.*
Masculus excludens fœminam vigore statuti, si decedat hæreditate non adita; transmittit ad hæredem ius excludendi: quamuis in eo deficiat qualitas masculinitatis, quæ est causa exclusionis.
21 Surd.decis.138. *declaratur.*
Succedens ex transmissione, succedit primò decedenti, non ex propria persona, sed ex persona transmittentis.
22 *Transmissio iuris succedendi non fit ad hæredes, si quis decedat pendente conditione.*
24 *Clausula in fine statuti apposita; an, & quando refertur ad præcedentia, & n. 32.*
25 *Relatio ad præcedentia non fit, quando ex ea resultaret correctio dispositorum.*
26 *Statutum non censetur aliquid disponere circa personas, quando illas ponit solum in conditione.*
27 *Frater consanguineus succedit fratri suo in bonis, quæsitis à linea paterna: vterinus verò à linea materna, & in aliis communiter succedunt. Sed an idem seruari debeat in eorum filiis, controuersum est inter, DD.n.29. sed affirmatiua opinio est communis, n.30.*
28 *Statutum loquens de fratribus consanguineis, & vterinis circa ordinem succedendi inter eos non habet locum in fratribus, vel sororibus vtrinque coniunctis.*
Fratres, & sorores vtrinque coniuncti succedunt communiter, & æqualiter.
31 *Relatio fieri debet ad ea, de quibus fuit facta expressa mentio, non autem ad ea, quæ veniunt ex interpretatione, & sub generalitate verborum.*
33 Verò: *dictio aduersatiua denotat contrarietatem iuris, & facti.*
34 *Agnationis, & cognationis differentia sublata est à iure communi.*
35 *Vterini, extranei sunt respectu bonorum patrimonialium, prout consanguinei respectu matrimonialium, & ideò bona hinc inde nata, stantibus proprius descendentibus, ad eos discretiuè redeunt.*
36 *In statutis sub simplici non venit casus mixtus: secus quando in mixto militat eadem ratio.*
37 *Superfluum non dicitur, quod fit ad maiorem declarationem.*
38 *Obseruantia statuto contraria debet esse proxima tempori, quo fuit conditum statutum, alias non valeat. Et ratio redditur, ibidem, & n.seqq.*
39 *Obseruantia moderna non potest deseruire pro interpretatione statuti, repugnante contraria obseruantia à iure præsumpta.*
40 *Obseruantia incerta, & obscura non suffragatur.*
41 *Statutum præsumitur vsu receptum.*
42 *Statutum fauore agnatorum sufficit, quod sit confirmatum in forma communi, etiam si disponat contrà ius commune.*

DECISIO XXXVI.


HÆc causa fuit sæpius proposita, sed propter eius difficultatem, ac Dominorum concertationem, non facilè resolui potuit. Agebatur in ea: An D. Artemia Bana vigore statuti Vrbeuetani de success. ab intestato, *rubr.55 lib. 2.* præferenda sit in successione Francisci, fratris vtrinque coniuncti: ita vt ipsa sola succedat, exclusis Nicolao, Alphonso, & Hieronymo de Mazzantes, filiis sororum prædefunctarum, etiam vtrinque coniunctarum: An verò ipsi vnà cum ea admittantur.

Verba statuti de quorum intelligentia disceptatur, sunt hæc: † *Statuimus, & ordinamus, quòd si quis decesserit intestatus, relictis descendentibus masculis, & fœminis, masculi succedant exclusis fœminis: Qui masculi teneantur sufficienter dotare dictas fœminas secundùm qualitatem patrimonij, & conditionem personarum, si priùs dotatæ non extiterint. Si verò decesserit intestatus, relictis filiabus fœminis tantùm: tunc dictæ fœminæ succedant in totum, exclusis quibuscúnque cognatis, & agnatis. Si verò quis decesserit, nullis descendentibus superstitibus: tunc proximiores agnati vsque in tertium gradum succedant secundùm ius canonicum computandum, exclusis cognatis, & etiam matre: ita tamen, quòd masculi fœminis præferantur, quando essent in pari gradu. Si verò quis decesserit nullis descendentibus superstitibus, masculis, vel fœminis, nec superstitibus agnatis intra dictum gradum: tunc proximiores consanguinei ex parte patris succedant in patrimonio, & proximiores consanguinei ex parte matris in matrimonio. Et voluerunt, nullam mulierem venire appellatione agnatorum, nisi sororem vtrinque coniunctam, & sororem ex parte patris.* 1

Item voluerunt, quòd si quis decesserit sine descendentibus, & sine fratribus vtrinque coniunctis, superstitibus sibi duobus, vel pluribus fratribus vterinis, & partim consanguineis: quòd in bonis, prouenientibus à patre dicti defuncti, succedat frater consanguineus, & in bonis, prouenientibus à matre dicti defuncti succedat frater vterinus, exclusis fratre consanguineo, & agnatis. Si verò decesserit quis nullis relictis fratribus, vtrinque coniunctis, vel filiis fratrum: sed tantummodò sororibus, partim consanguineis, & partim vterinis, soror ex parte patris succedat in patrimonio, & soror ex parte matris succedat in matrimonio. Et quòd dictum est de fratribus, & sororibus, intelligatur etiam de filiis fratrum, & sororum. In reliquis verò seruetur, quod dictum est suprà de cognatis.

Tota difficultas posita est: An per dictum statutum in casu isto sit correcta dispositio textus *in auth. cessante, C. de legit. hæred. & Nouell. de hæred. ab intest. §. si autem.* Quia si non est sublata, res est clara in fauorem nepotum: & vice versa in fauorem Artemiæ, si est correcta. Et tandem re maturè discussa, Domini resoluerunt non intrare dispositionem iuris communis, sed Artemiæ deberi successionem in totum vigore dicti statuti. † Quia dum illud in ordine succedendi vocat in 3. casu agnatos, exclusis cognatis, soror excludit filios alterius sororis, *Bald. in leg. meminimus, §. cum igitur, num.3. C. de legitim. hæred. & in leg. si ama, de success. edict. & in capit. 1. an agnat. vel filij, num. 22. vers. quæro dicit statutum, de feud. Castr. in leg. fin. §. in computatione, C. de iur. deliber. & in l. lege duodecim tabularum. C. de legit. hæred. Alex. in addit. ad Bart. in dicta l. lege duodecim tabularum incipit A, Alciat. cons. 12. num. 8. lib. 8.* 2

& in

& ita in puncto respondit *Rot. apud Put. decis. 156. lib. 2. in nouiter impress.*

3 Et ratio est, † Quia soror est agnata, filius verò so-
roris est cognatus, *l. 2. §. 1. ff. unde legit. Bald. in l.*
quoties n. 6. vers. considera, quod in casu nostro, C. de sun,
& legit. hæred. Curt. Iun. cons. 49. num. 7. vers. accedit,
Crauett. cons. 656. n. 8. Menoch. cons. 317. n. 9. & cons. 318.
4 *num.* 10. † ideóque in cap. statuti inclusiuo, quo vo-
cantur agnati, filij sororis non comprehenduntur,
quia non sunt agnati: in capite verò exclusiuo quo
remouentur cognati, remanent exclusi, quia sunt co-
gnati. Exaduerso verò soror tanquam agnata vocatur
in capite inclusiuo, & non est exclusa in alio capite,
quia non est cognata.

5 Quæ eo magis procedunt, † Quia voluerunt, sta-
tuentes, vt agnati intra tertium gradum excludant
matrem, quæ est proximior cognata: ergo multò ma-
gis sub illa generalitate vocationis excluduntur ne-
potes ex eius filia, qui sunt cognati remotiores, perin-
de ac si expresse hoc in statuto cautum fuisset, *Sera-*
fin. decisio. 496. num. 2. Gabr. de statut. exclus. 7. num. 41.
6 *cum seqq.* † non enim tam est extensio quam compre-
hensio, *Alex cons. 75. n. 3. lib. 5. Menoch. cons. 210. n.*
34. Vt enim inquit *Rot. par. 2. recent. decis. 439. num. 2.*
7 † indiuidua expressio etiam dicitur illa, quæ venit sub
generalitate verborum.

Et quamuis filij sororis ingrediendo locum matris
8 † per repræsentationem habeant ius agnationis, *d. l.*
lex duodecim tabularum vbi *Bart. Bald. cons. 78. lib.* 1.
9 † tamen statutum vocans agnatos debet intelligi de
10 agnatis verè, & propriè; † impossibile autem est, quòd
ex fœmina, quæ est principium cognationis, oriatur
vera agnatio: ita in terminis huius statuti, *idem Bald.*
11 *in d. l. duodecim tabularum, in fin. & cons. 67. lib. 4.* † &
aliud est esse agnatum, aliud habere iura agnationis,
Bald. in eisdem terminis, cons. 30. n. 4. lib. 1.

Vnde cùm statutum requirat qualitatem agnatio-
12 nis, † quæ deficit in nepotibus ex sorore, non intrat
repræsentatio, *Bart. in l. liberorum, n. 13. ff. de verb. sign.*
13 vbi, Quòd si requiritur qualitas masculinitatis, † ne-
potis ex filio masculo non potest eius patrem repræ-
sentare: quia deficit in ea illa qualitas, & *post Iacob.*
de Aren. Oldrad. Alberic. Ang. & alios in l. 1. C. de
adult. Alex in l venia n. 6. vers. aut vult. succedere, vbi
quòd id ferè omnes tenent, *C. de in ius vocan. Soccin.*
Iun. cons. 1. n. 59. lib. 1. dicens, hoc magis communiter
Doctores determinare, *Bolog. cons. 9. num. 46. & 47.*
& num. 57. in fin. Gabr. cons. 15. num. 16. lib. 2. Menoch.
cons. 215. num. 146. & seq. cum aliis per eum citat. in
tract. de præsump. lib. 4. præsump. lib. 4. præsump. 95. n. 24.
14 *Capic. decis. 21. num. 8.* & in puncto, † quòd qualitas
agnationis non sit repræsentabilis, *Salic. in l. 1. n. 6. C.*
de Adult. Ias. cons. 221. n. 10. lib. 2. Molin. de Hispan. pri-
mog. lib. 3. cap. 8. n. 8.

15 Demùm videtur omnis tolli difficultas, † Quia sta-
tutum post vocationem agnatorum expressè decla-
rat, vt sub illa vocatione nulla fœmina intelligatur
vocata, nisi soror vtrinque coniuncta: ergo dum illam
vocat restrictè, & limitatè, censetur exclusa omnis re-
præsentatio, *Curt. Iun. in l. 2. num. 14. C. de success. edict.*
Ruin. cons. 101. num. 19. vers. quia ergo, lib. 2. Couar.
pract. quæst. cap. 38. num. 4. vers. quinto idem erit,
16 *Paris. cons. 37. num. 57. lib. 2.* vbi † quòd quando vo-
cantur filij superuiuentes, & sic cum limitatione su-
peruiuentiæ, illi dumtaxat censentur vocati, qui eo
tempore superessent, exclusis prædefunctis, & eo-
rum filiis. Et facit text. optimus in *l. cum pater, §.*
hæreditatem 1. de legat. 2. ibi: *viriles partes fieri inter*
eos, qui eo tempore vixerint, & statim eum de aliis eli-
gendi potestas non fuerit: vt est similis *text. in l. ge-*
nerali. §. fil. in ex Seio, ff. de vsufr. legat. quod ex Azzun.

Iason. Anchar. Soccin. & aliis resoluit *Ludou. Pe-*
guer. decis. 116. per tot. & plures alij, quos allegat &
sequitur *Menoch. dicto consil. 215. num. 32.* Nec obstat
primò, quòd vbi † proximiores vocantur à statuto 17
[quidquid sit in dispositione hominis,] filij sororum
iuxta magis receptam sententiam concurrunt cum pa-
truis, *Dec. cons. 412. n. 5. Menoch. d. præsum. 95. num. 11.*
Rot. decis. 417. n. 2. par. 1. recent. & decis. 708. n. 7 par. 1.
diuers. Quia cùm proximitas pertineat ad gradum;
qui virtute repræsentationis succedunt in eudem
grado dicuntur esse æquè proximiores: qualitas au-
tem agnationis personæ cohæret; quæ propterea per
translationem personæ in alium gradum de nouo non
aduenit, si antea non aderat: Quando autem filius
subintrat in locum patris, † intelligen. est succedere 18
in eius locum quoad gradum, non quoad personam,
vt post multos quos refert, notat *Zanch. in repet. l.*
hæredes mei, §. cùm ita, par. 4. num. 100. ff. ad Trebel.
Sicque † nepotes licèt veniant per repræsentatio- 19
nem, succedunt tamen ex propria persona, non ex iu-
re transmisso ex persona patris. *Bart. in l. 1. §. si sit ne-*
pos, ff. de collat. dot. & in l. 1. §. si sit filius, ff. de coniung.
cum emancip. lib. Ias. in l. 2. num. 4. C. de succes. edict.
Dec cons. 443. num. 20. Rip. in l. in quartam, num. 199.
ff. ad l. falcid.

Non obstat secundò † quòd si filius masculus vi- 20
gore statuti excludit fœminam, & decedit hæredita-
te non adita, quamuis in hærede in quem hæredita-
tem transmittit, non adsit illa qualitas quòd sit filius,
quæ est causa exclusionis ex propria eius persona: ni-
hilominus facultatem succedendi transfert in hære-
dem cum omnibus suis qualitatibus, & priuilegiis,
quibus competebat filio masculo: & sic cum quali-
tate excludendi fœminam, vt ex multis resoluit. *Surd.*
decis. 138. n. 11. † Quandoquidem Surdi resolutio pro- 21
cedit in transmissione, per quam succeditur primo de-
cedenti non ex propria persona, sed ex persona trans-
mittentis, *Ruin. cons. 39. num. 7. vol. 3.* Nos autem hîc
non versamur in transmissione: † quia ex quo soro- 22
res matrésque nepotum præmortuæ fuerunt Franci-
sco, de cuius successione agitur, & sic pendente con-
ditione, nunquam fuerunt, nec potuerunt hæredes
esse. Et consequenter cùm transmissio non potuerit
habere locum, *l. vnic. §. sin autem sub. conditione, C.*
de caduc. tollen. Rot. decis. 782. num. 24. par. 1. diuers.
nec etiam potuit ex persona matrum succedi, sed ver-
samur in repræsentatione, in qua, vt dictum est, succe-
ditur ex propria persona, & quando esset transmis-
sio, † adhuc in casu nostro qualitas agnationis in fi- 23
lios fœminarum non transmitteretur iuxta distin-
ctionem, quam facit *Rot.* quæ hîc intrat, *decis. 774. par.*
3. lib. 3. n. 6. & 7. ex qua venit intelligenda, & declaran-
da *decis. Surd. vbi supra.*

Non obstat tertiò clausula in vltima parte statuti,
† ibi, *& quod dictum est de fratribus & sororibus, intel-* 24
ligatur etiam de filiis fratrum & sororum, Quæ cùm sit
in fine posita, & per se consistens, videtur referenda ad
omnia præcedentia, *cap. inquisitionis, in fin. extr. de*
app. & sic per eam inducta repræsentatio in omnibus
filiis fratrum, & sororum indistinctè. Quia fuit benè
responsum, illam clausulam referri solùm ad vltimos
duos casus, scilicèt quintum, & sextum, in quibus agi-
tur de successione fratrum, & sororum ex vno tan-
tùm latere coniunctorum: ita vt sicut in concursu fra-
tris vterini, & consanguinei tantùm, ille succedit in
maternis, & iste in paternis, & similiter soror vterina,
& soror consanguinea tantùm, etiam eodem modo
succedunt eorum earúmque filij.

Quæ interpretatio videtur præcisa, & concludens.
† Quia si ad tertium casum, vbi vocantur agnati, & 25
in quo nunc versamur dicta clausula refertur, corri-

gereretur incontinenti casus ibi iam decisus, iuxtà superiùs dicta quo casu non fit relatio ad omnia præcedentia *glos. in l. 1. §. hoc edicto*, vbi *Doctores, ff. de postul. Ias. in l. 1. num. 8. vers. viam reg. C. de liber. prat. Rot. apud Greg. XV. decis. 495. n.* 10. Et eo magis quia repetitioni repugnant clara verba statuti, dum statim post dictam clausulam, subdit: *In reliquis verò seruetur, quod dictum est de cognatis:* de quibus cognatis nunquam suprà quidquam dictum fuit, nisi dum in tertio casu fuerunt exclusi à successione propter existentiam agnatorum. Ergo dum in dicta clausula inducitur repetitio in filiis fratrum, & sororum, ex vno tantùm latere coniunctorum, expressè in eadem denegatur in filiis sororum vtrinque coniunctorum: quos tanquam cognatos voluerunt statuentes remanere sub præcedenti exclusione cognatorum.

Præterea dum in principio vltimi capituli dicitur; *si quis decesserit sine descendentibus, & sine fratribus vtrinque coniunctis, sed cum fratribus, vel sororibus ex al-*
26 *tero tantùm latere:* † apertissimè liquet quòd ibi non intendit statutum aliquid disponere de fratribus, vel sororibus vtrinque coniunctis, cùm illos ponat solùm in conditione, *l. Lucius* cùm ibi not. per *glos. & Doctor. ff. de hered. instit.* sed dumtaxat dare ordinem succedendi inter fratres vel sorores ex altero tantum
27 † latere, secundùm *communē opinionem Doctorum*, quòd frater consanguineus succedit fratri suo in bonis quæsitis à linea paterna, vterinus verò à linea materna, cùm in aliis communiter succedant, *iuxt. glos.* communiter approbatam, *in auth. post fratres verb. filij, C. de legit. hered. Bart. in tract. de success. ab intest. n.* 18. *Rom. cons. 4. n. 6. Couar. in epitom. success. num. 8. ad fin.*
28 Vnde † cùm dicta cōmunis opinio, scilicet ordo succedendi in bonis paternis, & maternis, iuxta lineam, à qua bona proueniunt, non applicetur, nec detur de iure communi in fratribus, vel sororibus vtrinque coniunctis, propter concursum vtriúsque vinculi, sed indistinctè communiter, & æqualiter succedant, non potest inde argui ad fratres, & sorores vtrinque coniunctos, quia illis subiecta materia non conuenit. *l.*
29 *adigere, §. quamuis ff. de iur. dot.* Quia tamen controuertitur inter Doctores: An sicut in fratribus vel sororibus consanguineis tantùm, & vterinis tantùm, quilibet eorum succedit in bonis, ex sua linea prouenientibus, idem quoque seruari debeat in eorum filiis: voluit etiam statutum tollere istam controuersiam & canonizare in eis eamdem communem opi-
30 nionem, vt scilicet † succedant eodē modo, & ordine, quo succedunt fratres, eorúmque patres, sicuti etiam Doctores attenta iuris communis dispositione communiter tenent, *Couar. vbi suprà, Stephan. Bertran. cons. 84. vol. 3. par.* 2. *Gabr. de success. ab intest. concl. 3. num. 4. Boer. decis. 185. num. 3. Tiraq. de retract. §. 14. glos. 1. n.* 14. & simul reprobare opinionem *Mathesill. & aliorum, quos refert Tiraq. ibidem n.* 7. qui contrarium tenuerunt.
31 Demum his addebat vnus ex Dominis, illā † clausulam: *quod dictum est de fratribus & sororibus:* solùm esse referendam ad casum, vbi ad oculum legitur facta mentio de fratribus, & sororibus, & sic solùm ad quintum, & sextum, in quibus de illis fit formalis expressio: non autem ad tertium successionis gradum, de quo nunc agitur: sub quo frater, & soror veniunt tantùm ea interpretatione, & sub generalitate verborum, *l. qui liberis, §. hac verba ff. de vulg.* vbi *Bart. circa fin. Alex. num. 11. & cons. 173. num. 6. lib. 5. & cons. 176. in fin. lib. 7. Impl. in l. si quis filium, § fin. ff. de acquir. hered. Surd. cons. 417. n. 2.*
32 Non obstat quartò, si † dicatur, quòd non sit ratio diuersitatis inter repræsentationem in posteriori casu, videlicet in filiis sororum ex vno tantùm latere, & repræsentationem in filiis sororis vtrinque coniunctis: quo casu regula est, clausulam in fine appositam referri ad omnia præcedentia, *ad l. talis scriptura in fin. ff. de leg. 1. Gabr. com. opin. lib. 6. tit. de claus. conclus. 9. in princ. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 13. n. 3. Surd. decis. 88. n. 3.* Quia vltra quòd sufficiat, statutum voluisse dare repræsentationem in vno casu, & in alio denegare, dum verbis claris eam restringit ad duos vltimos casus ex illis verbis, ibi, *in reliquis verò*: quæ dictio aduersatiua, † *verò*, denotat contrarietatem iuris 33
& facti, *Bart. in l. hoc amplius, §. de his autem, n. 1. ff. de damn. infect. Menoch. cons. 50. num.* 17. etiam diuersitatis ratio inter tertium, & duos posteriores casus patet ex supradictis: Quandoquidem in tertio casu seu gradu successionis noluit statutum esse locum repræsentationi, quia fuerunt vocati agnati exclusis cognatis: ergo cùm in filiis sororis deficiat qualitas inclusiua agnatorum, non potest repræsentatio locum habere, iuxta superius dicta. In casibus verò quinto, & sexto, non respexit statutum ad agnationem, sed solùm ad bonorum qualitatem, distinguēdo bona paterna, à bonis maternis, ne contingat dubitari, an frater vterinus in paternis præferatur filio fratris vel sororis consanguineæ, & vice versa: sicque statuentes distinguunt in tertio casu, & separant agnatos, & cognatos, illos, istis præferendo contra ius commune, † quo sublata est differentia agnatio- 34
nis, & cognationis *l. meminimus, C. de legit. hered.*
† In vltimis autem duobus casibus solùm segregant 35
bona paterna à maternis, ne bona hinc inde accita stantibus propriis descendentibus deferantur extraneis; quales respectu patrimonialium videntur esse vterini, & respectu matrimonialium consanguinei, *ad l. cùm auus ff. de condit. & demonstr.* Cùm itaque in dictis duobus casibus nihil supersit attendendum, præter bonorum qualitatem, & proximitatem gradus: merito admissa fuit repræsentatio, cuius statuentes expressè meminerunt, vt dictum est, ad tollen. controuersiam, an ista distincta, & diuersa successio procedat etiam in filiis fratrum & sororum.

Non obstat quintò, quòd soror germana, seu vtrinque coniuncta est simul vterina & consanguinea:
† Quia est verum, sed in statutis sub simplici non ve- 36
nit casus mixtus, *Ias. in l. certi conditio, §. 1. n. 9. vbi Socin. n. 18. ff. de cert. petat. Surd. decis. 374. num.* 14. Et quamuis aliud dici possit, quando in mixto eadem militat ratio; non autem quando vt hîc militat longè diuersa per supra iam adducta, *ex Surd. ibidem.*

Non obstat sextò quod si clausula, *& quod dictum est, &c.* non dicit relationem ad tertium casum, videtur superflua respectu vltimi casus: Quia quòd filij fratrum, aut sororum vterinorum, & consanguineorū tantùm de quibus in dicto vltimo casu, repræsentent suos parentes in bonis paternis, & maternis respectiuè, iam erat decisum in quarto casu: dum in eo ad successionem defuncti sine descendentibus, & agnatis tertij gradus vocantur proximiores consanguinei ea parte matris in bonis maternis: Quæ vocatio proximitatis non excludit in statutis repræsentationem, ex adductis supra in responsione ad primum obiectum: Etenim vltra † quòd non dicitur super- 37
fluum, quod ad maiorem fit declarationem; ex eodem statuto patet responsio. Nam in quarto casu supponitur, defunctum esse mortuum sine descendentibus, & agnatis, & consequenter sine fratribus, vel sororibus, saltem consanguineis, qui sunt agnati: ergo conueniens, & vtile fuit subiicere aliam dispositionem, in qua ad litteram decideretur casus, quando concurrunt frater, aut soror consanguinei, aut vterini tantùm cum nepotibus ex alio fratre, aut sorore: qui non fuerat antea decisus, nec de nepotibus

facta

facta expressa mentio, nisi quando in sexto casu
ponuntur in conditione; quæ vt diximus, non dis-
ponit.

Non obstat septimò prætensa obseruantia contra-
38 ria huic statuto, † quæ ex quatuor casibus prætendi-
tur probari: Quia ex quo nun est proxima tempori,
quo fuit conditum statutum, sed multum remota, non
est attendenda, *Rot. apud Greg. XV. dec. 325. n. 1. &
par. 2. diuers. decis. 37. n. 34. & 35.* & in citatis *per Adden.
ad d. decis. Greg. numer.* 26. Et ratio est. Quia cùm sta-
tutum ab initio receperit de iure communi interpre-
tationem de qua supra; præsumitur, tunc, & ab eo tem-
39 pore citra fuisse seruatum; † sicque obseruantia mo-
derna potest deseruire pro interpretatione statuti, re-
pugnante contraria obseruantia, à iure præsumpta,
iuxta doctr. *Soccin. cons. 6. num. 3. lib.* 1. canonizatam
per *Rot. apud Seraf. decis.* 1410. *num.* 7. & in puncto
in Placentina vosi, coram Robusterio, 2. Iunij 1586. Vltra
quòd obseruantia contraria non fuit visa benè pro-
40 bari, nec certa esse, & clara: † quæ ideo non debet
suffragari, *Addit. ad Gregor. XV. decis.* 509. Nec
etiam vniformia, vt hæc, & alia per informantes pro
parte Artemiæ fuerunt latè deducta, quæ Dominis
placuerunt.

Non obstat demum, quòd statutum sit solùm con-
firmatum in forma communi; quæ confirmatio ex
quo statutum, iuxta superiorem intellectum, dispo-
41 nit contra ius commune, non videtur sufficiens: † Quia
vltra quòd præsumitur vsu receptum, & vt tale fuit
42 sæpius in Rota allegatum: † ex quo dispositum in
eo contra ius commune est ad fauorem agnatorum;
videtur sufficiens confirmatio in forma communi, ad
tradita per *Rot. in Bononien. successionis coram b. m.
Vbaldo 9. Decembris* 1622. quæ hic videntur posse
applicari.

Ex quibus satis superque demonstratum videtur,
vocationem Artemiæ ad vniuersam Francisci hæredi-
tatem, adeò excludere nepotes ex sororibus præde-
functis, vt nec per repræsentationem sint admittendi,
43 † reprobata opinione Beroij *cons. 146. n. 9. lib.* 2. &
aliorum quorundam quos informantes ex aduerso
adducebant, qui contrarium tenent: quia visa fuit
Dominis non vsu recepta, nec verbis, & menti statuti
conformis.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Romana Syluæ.

Merc. 3. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Spolium intrat probatis duobus extremis, etiam si possessio fuerit capta auctoritate iudicis, dum ipse iniustè aut nulliter processit. Adiudicatio quando dicatur nulla.

SVMMARIVM.

1 *Extremum primum in spolio probatur ex executione, & adiudicatione bonorum, de quibus quis fuit spoliatus.*
2 *Itē per testes depon̄etes de actibus possessoriis spoliati.*
3 *Extremum secundum in spolio probatur leuioribus probationibus.*
4 *Et sufficit sola litis substentatio cum adminiculis.*
5 *Spolium intrat, etiam quòd quis possideat iudicis auctoritate: vbi iudex iniustè, aut alias non seruato iuris ordine processit.*
6 *Executiuè agi non potest ex publico instrumento, si non sit vallatum obligatione Camerali, vel alio pacto executiuo.*
7 *Item nec contra eos, qui expressè non reperiuntur obligati.*
8 *Statutum disponens, vt procedatur summariè in causis vertentibus super instrumento quarantigio, intelligitur inter eos, inter quos est confectum instrumentum.*
9 *Executio facta super tota re communi pro debito vnius ex sociis, est nulla in totum.*
10 *Intimatio debet fieri si iudex mandauit decretum intimari, & illa reproduci debet ante executionem, vt iudex de ea certus sit.*
11 *Adiudicatio non potest fieri, nisi constito quòd in subhastatione non fuit inuentus emptor pro certo pretio.*
12 *Subhastatio non præsumitur facta non reperto emptore, quando res de tempore adiudicationis multo plus valebat credito.*
13 *Adiudicatio est nulla, si non præcedat æstimatio iudicis.*
14 *Item est nulla, si excessus valoris rei adiudicatæ sit vltra dimidium.*
15 *Mandatum executiuum relaxatum pro plus debito, est nullum; & sufficit, quòd excessus sit in minimo, ad hoc, vt sit locus reintegrationi.*
16 *Fructus dotis non debentur mortua vxore.*

DECISIO XXXVII.

DOMINI resoluerunt, intrare spolium
ad fauorem Francisci de Fabiis, & eius
fratrum litis consortium, contra D. An-
toniam Velliam de Fabiis, & Angelum
Clauarium, Antoniæ auctorem: † Quia 1
primum extremum necessarium in hoc iudicio, nem-
pè anterior possessio q. Petri Pauli, & prædictorum
Francisci & fratrum eius filiorum vltra executionem,
& adiudicationem syluæ, de qua agitur ex aduerso
contra hanc partem obtentam, quæ sufficere videtur
pro primo extremo. *Rot. coram Greg. XV. decis.* 362.
in princ. & decis. 402. concludenter † probatur per 2
testes, deponentes de actibus possessoriis eorum, *l.
qui vniuersas, §. quòd per colonum, & ibi Bart. ff. de
acq. poss. Caputaq. decis. 331. num. 6. & 371. part. 2.
Rot. decis. 462. par. 1. recent. Seraf. decis. 1200. nu-
mero* 1.

Secundum autem extremum, videlicet iunior, † & 3
moderna possessio partis aduersæ etiam plenè proba-
tur per eosdem testes, licèt sufficiant leuiores proba-
tiones, *Rot. decis. 8. de restit. spoliat. in nou.* † adeò vt sola 4
litis sustentatio cum adminiculis sufficiat, *Alex. cons.
73. in princ. vol. 1. Greg. XV decis. 361. n. 3.*

Non obstat titulus ex aduerso deductus, ex credito
Angeli scutorum 4438. quod prætendit sibi deberi à
prædicto Francisco, & aliis litis consortibus, vt hære-
dibus prædicti q. Petri Pauli, eorum patris, pro resi-
duo dotis Marsebiliæ, eiusdem Petri Pauli filiæ, &
ipsius Angeli matris, ac pro Acconcio, Paraferno, &
fructibus dotis, cum adiudicatione dictæ syluæ, illi
per iudicem subsequenter facta: † Quia cùm iudex 5
nulliter, & iniustè, aut aliàs non seruato iuris ordine
processeris, non ideo minùs intrat spolium, *l. meminè-
rit, C. vnde vi. Abb. in cap. cum causa, in 4. notab. de of-
fic. deleg. Caputaq. decis. 186. par. 3. Cæsar. de Graff. decis.
1. num. 4. de constit. Greg. XV. decis. 43. num.* 1. &
fuit dictum in *Romana Spolij, 4. Iulij 1625. coram
me.*

Nullitas autem adiudicationis visa fuit clara:

6 Primò † quia cùm actum fuerit ex apoca priuata di-
cti crediti, *sum. num.* 3. & in ea non adsit obligatio
Cameralis, aut aliud pactum executiuum, debuit agi
via ordinaria, non autem executiuè. Etenim nec ex
publico instrumento in quo hæc desunt, executiuè agi
potest *l.* 1. & ibi *Bald. C. de execut. rei iudic. & Paul.
de Castr. in l. si pacto num.* 2. *C. de pact. Rot. apud Greg.
XV. decis.* 362. *n.* 5.

Secundò quia prædicta apoca solùm fuit subscri-
pta ab Innocentio, Onufrio, & Hortensio filiis præ-
dicti q. Petri Pauli, non autem à Francisco, & aliis
7 fratribus: † ac ideo quando ex ea agi potuisset execu-
tiuè contra subscribentes, non tamen contra Franci-
scum, & alios, qui illi non subscripserunt, *Bald. in l.*
8 1. *numer.* 6. *C. comm. de legat.* vbi quòd † si statuto
cauetur, vt procedatur summariè in causis verten-
tibus super instromento quarantigio, intelligitur in-
ter eos, inter quos est confectum instrumentum,
Paul. de Castr. in l. postulante numer. 4. *ff. ad Tre-
bell. Alex. in l.* 1. §. *si heres, numer.* 1. *ff. eod. tit. Me-
noch. de adipisc. poss. remed.* 4. *numer.* 702. & 763. &
9 adeo in casu in quo versamur, hoc procedit: † vt
cùm omnes fratres pro indiuiso syluam possiderent,
exequutio fuerit in totum nulla, vt in puncto *Greg.
XV. decis.* 319. & ibi *Add. n.* 7.

Tertiò quia Angelus prædictus qui executionem
fieri institit, obtinuit decretum relaxationis mandari
executioni pro summa prædicta, nisi ad primam cum
10 intimatione † ac propterea non solùm intimatio
præcedere debuit executionem, sed etiam intimatio-
nis reproductio, vt iudex de illa certus esset: Vnde
cùm non fuerint factæ, *sum. num.* 4. inde etiam mani-
festa resultat nullitas, *Bart. & Bald. in l. multum in-
terest, num.* 4. & 5. *ff. de condit. & demonstr. Put. decis.*
168. *lib.* 1. *Rot. decis.* 725. *num.* 8. *par.* 2. *recent. & in
Bononien. Spolij* 14. *Iunij* 1599. *coram Cardinali Lan-
cellotto.*

11 Demum cùm adiudicatio fiat in subsidium, † non
potuit procedi ad eam, nisi constito, quòd in subha-
statione non fuerit emptor, pro certo pretio inuen-
tus, *Put. decis.* 246. *lib.* 2. *Seraf. decis.* 984. *numer.* 1.
Hic autem nec de subhastatione, nec quòd in ea non
fuerit emptor inuentus, apparuit. Et licèt quandóque
12 hæc præsumantur, † hic autem ex quo valor syluæ
tempore adiudicationis plus triplo creditum supera-
bat, *vt sum. num.* 12. cessat dicta præsumptio, *Seraf. vbi
13 supra num.* 5. maximè † quia non præcessit iudicis
æstimatio, quæ etiam necessariò debebat præcedere,
l. 1. *C. si in caus. iudic.* & ibi *Salic. Roland. cons.* 32.
num. 33. *lib.* 1. *Rota in Romana officij coram b. m. Scotto.*
3. *Decembris* 1607. *apud Marches. de commiss. par.* 1.
fol. 138. *n.* 6.

Iniustitia etiam non minùs manifesta videbatur:
Quia præter magnum excessum valoris syluæ, respe-
14 ctu dicti crediti, † & quidem multò vltra dimidiam;
vnde etiam redditur nulla adiudicatio, *Rot. decis.* 648.
num. 5. *par.* 1. *recent.* fuit etiam mandatum relaxa-
15 tum plus debito; † qui excessus etiam in minimo at-
tenditur, vt locus sit reintegrationi, *Ias. in l. si non sor-
tem*, §. *si centum, num.* 2. *ff. de condit. indeb. Afflict. decis.*
358. *num.* 7. *Greg. XV. decis.* 198. *Rot. decis.* 630. *num.* 2.
& 3. *parte prima recent.*

Excessus verò multi afferebantur: sed duo viden-
tur magis releuantes. Prior, quia in prædicta apoca
Angelus fuit constitutus creditor pro fructibus dotis
vxoris, nempe Marsebiliæ matris suæ, etiam post illius
obitum, ex quo illa decessit de anno 1591. & fructus
16 fuerunt calculati ad annum 1597. cùm tamen † fru-
ctus dotis vxore mortua nòn debeantur, *Conar. lib.* 3.
var. cap. 1. *num* 3. *cum seqq. Rota in Romana fructuum
dotis*, 12. *Maij* 1625. *coram Reuerendissimo D. meo De-
cano, & fuit dictum in Romana dotis* 5. *Decembris eius-
dem anni coram me.* Secundus quia ex summa cal-
culata *sum. num.* 4. non fuerunt deducta scuta 204.
pro rubris 32. frumenti ad fauorem huius partis, vt in
quietantiis, in actis productis.

Et ita decisum vna tantùm, &c.

Tullen. Parochialis.

Ven. 5. *Iunij* 1626.

ARGVMENTVM.

Gratia Apostolica impetrata de beneficio, vti reseruato, ex quibus dicatur iustificata.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua non iuris alicuius probatur ex illius confessione, facta in impetratione gratiæ.*
Item ex reuolutione actorum, n. 8.
2 *Mors probatur concludenter per testes, qui fuerunt præsentes, dum quis mortuus, & sepultus fuit.*
3 *Valor beneficij probatur per testes, deponentes de publica voce, & fama.*
4 *Testes deponentes de publica voce, & fama, si deponant etiam de eorum credulitate, magis probant.*
5 *Et sufficit, quòd ratio per eos assignata concludat.*
6 *Clericatus probatur ex litteris patentibus.*
7 *Lis inter partes ex quibus probetur.*

DECISIO XXXVIII.

DOMINI dixerunt: gratiam Nicolai esse
iustificatam, † quia non ius Nicolai 1
actoris satis iustificatur ex eius con-
fessione in impetratione dictæ gratiæ
l. cum precum, C. de liber. caus. Rot. decis.
699. *numer.* 2. & 736. *in fin. par.* 2. *recent.* Quòd hæc
Parochialis vacauerit de mense Octobris, & sic in
mense reseruato per obitum Ioannis Baptistæ, pro-
batur per testes, † qui fuerunt præsentes morti, & 2
sepulturæ: quæ est probatio concludentissima,
Bart. in l. 2. §. *si dubitetur, sub numer.* 1. *ff. quemad.
testam. aper. Rot. decisio.* 101. *numero quinto, par.* 1.
recent. & coram D. meo Decano decisio. 87. *numero se-
cundo.*

Quod valor parochialis non exceedat ducatos 50. 3
† & quòd Nicolaus ius habeat in cappellania, exi-
stente in dicta parochiali; quódque illius collatio
pro tempore spectet ad Rectorem; & valor non ex-
cedat ducatos 24. benè deponunt testes: Qui dum at-
testantur de publica voce, & fama, sufficiunt: cùm
gratia non sit in his fundata, *Put. decis.* 26. *lib. primo,
in nou. impress. Caputaque decis.* 277. *num.* 7. *par. prima.*
† Et quamuis in principio deponant de credulitate: 4
quia tamen eorum credulitas prouenit à fama publi-
ca, de qua ipsi attestantur: si testes de publica fa-
ma sufficiunt, multò magis quando additur etiam
eorum credulitas: quia dicuntur credere illud, quod
sciunt per famam publicam, *Bald. in l. siue possidetis,
n.* 14. *C. de probat. Alex. cons.* 109. *num.* 12. *vers. vnde da-
to lib.* 1. † sufficit enim, quòd ratio assignata per testes 5
concludat, *Ias. in rubr. ff. de iur. iur. vers. quarto limita,
num.* 6. *Rot. apud Mantic. decis.* 130. & *apud Seraf. de-
cis.* 75. *n.* 2.

Clericatus Nicolai probatur † ex litteris paten- 6
tibus, *cap.* 2. *vbi Abb. in primo notab. de Cleric. peregr.*

Gratiatus.

Grammat.decis.81. n. 1. Rot. decis. 101. num. primop, arte prima, recene.

7 Lis inter partes probatur † ex commissione, & citatione ad dicen. contra, executa, & reproducta, *Rot. decis. prima n.4. cum seqq par. 2. diuers.* Et quia denique causa fuit aliàs ventilata, & extat decisio in ea facta coram me, 9. Iunij 1625.

8 Non ius aduersarij probatur † eo ipso, quòd ex actorum reuolutione non apparet de aliquo eius titulo, aut iure sufficienti, *Bald. in l. si contra, num. 3. C. de probat. Rot. coram Greg. XV. decis. 89. num. 3. & in 2. par. recent. d. decis. 699. num. 2. & decis. 736. num. 5.*

Et ita decisum, Nicolao tantùm informante, &c.

Bononien. Fideicommissi de Turre.

Ven. 5. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium conficiens, si fateatur, aliqua ex bonis in eo descriptis spectare ad aliquem, dicta confessio probat in eius praeiudicium.*

Declara, vt constito de errore competat restitutio in integrum, n. 3.

2 *Confessio tutoris non praeiudicat pupillo.*

4 *Detractio non fit ex fideicommisso particulari non excussa prius hereditate.*

5 *Onus probandi non extare alia bona in hereditate incumbit allegenti.*

6 *Immissio non impeditur per exceptionem, requirentem altiorem indaginem.*

DECISIO XXXIX.



LATA sententia Rotali, in qua fuit pronunciatum, Dominos Iulium Caesarem, & Alexandrum fratres de Turri immittendos esse ex Saluiano in possessione Tornaturarum 55. cum dimidia praedij *del Arconeggio*, ex fideicommisso Sfortiae de Turri ad eorum fauorem purificato, causa appellationis interpositae per D. Annam aduersariam commissa fuit b. m. Vbaldo cum clausula: *constito, quòd sit locus Aegidianae, exequatur: sin minùs causam appellationis cognoscat.* Cui ego subrogatus proposui dubium sub die 27. Aprilis praeteriti: An esset locus Aegidianae. Sed quia fuit dictum, vt videtur de iustitia dictae sententiae. Domini hodie vnanimiter resoluerunt, sententiam esse iustam.

Nam in primis de purificatione fideicommissi Sfortiae, quod reducitur ad solum dictum praedium in fauorem praedictorum fratrum de Turri, non potest dubitari, ex adductis in *decisionibus sub die x. Iunij 1620 & 14. Maij 1621. coram R. P. D. meo Verospio*, datis *in sum. num. 1. & 2.*

Deinde discussa causa super immissione vigore Saluiani, in possessionem bonorum fideicommissi, & sic praedij praedicti fuerunt consecutiuè plura dubia excitata suprà detractionibus, & alijs ex aduerso praetensis: Et tandem die 27. Ianuarij 1625. coram Illu- 1
strissimo D. meo Patriarcha Hierosolymitano, *sum.*
n.7. fuit decisum, detractiones allegatas non impedire 2
immissionem fratribus de Turri pro Tornaturis 55. cum dimidia. Ex qua decisione emanauit sententia, de qua nunc agitur: contra quam duo praecipuè opponuntur.

Primum quòd non fuerit habita ratio Tornaturarum 25. pro dote Camillae, matris Sfortiae fideicommittentis. Quae obiectio tollitur ex facto, cùm *in decisione 16. Iunij 1624. coram eodem in fine* haec detractio fuerit refutata, ex quo dos praedicta per publicum instrumentum soluta docetur. Quae decisio quoad eamdem partitam fuit postea in indiuiduo confirmata in *supradicta decisione 27. Ianuarij 1625. vers. nec releuat dicere.*

Non obstat, quod ipsemet Sfortia in inuentario bo-
norum haereditariorum patris † adnotauerit, & con- 1
fessus fuerit ad Camillam pertinere praedictas Tornaturas 25. cui adnotationi, seu confessioni videtur omnino standum esse adnot. in *l. fin. C. arbitr. tutel. Rot. decis. 1. in fin. de donat. int. vir. & vxor. in antiq.* Quia
vltrà quòd praedicta adnotatio † fuit facta à tutore 2
Sfortiae, cùm ipse adhuc esset infans, *sum. num. 9.* quo casu dicta confessio tutoris non praeiudicat pupillo,
Berett. cons. 77. num. 5. in omnem casum † constito de 3
errore, vt hic constitit per publicum instrumentum, satisfactio dotis competeret Sfortiae, & habentibus ab eo causam, restitutio in integrum ex clausula generali, *Berett. vbi supra num. 6. & 7. Alaar. Valasc. consult. 52. num. 11. Odd. de restit. in integr. par. 1. quaest. 8. art. 7. num. 21.*

Secundò opponebatur de detract. legitimae & Tre-
bellianicae † debitae Vincentio Mariae, filio Sfortiae. 4
Sed placuit responsiu, quòd haec detractio non potest praetendi ex fideicommisso particulari, prout est hoc, de quo loquimur, non excussa haereditate, *Paul. de Castr. cons. 247. num. 4. lib. 1. Peregr. de fideic. art.*
4. num. 34. vbi quòd † allegenti non extare bona in 5
haereditate, incumbit onus probandi, *Rot. diuers. de-*
cis. 113. num. 4. par. 2. diuers. † Quod cùm requirat al- 6
tiorem indaginem, non debet immissionem impedire.

Ad alia verò, quae opponebantur, abundè responsum fuit in decisionibus in hac causa factis coram R. P. D. meo Verospio, & Illustrissimo Patriarcha.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Romana Dotis, siue Saluiani.

Merc. 10. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Possessio iure familiaritatis an, & quando praesumatur Hypotheca constituta per donatarium super rebus donatis, quo casu non resoluatur, resoluta ipsa donatione. Et plura notanda in materia donationis filio factae à matre, contemplatione certi matrimonij cum facultate hypothecandi bona donata pro restitutione dotis, & adiecto pacto reuersiuo in certis casibus ad fauorem ipsius matris donatricis, quae patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cum hypotheca in Saluiano probatur ex publico instrumento.*

2 *Possessio debitoris in Saluiano probatur ex testibus*

deponentibus de actibus positiuis.

Item si ex constituto possidebat, n. 4.

3 *Constitutum transfert veram possessionem.*

5 *Possessio rei conuenti in Saluiano probatur ex litis substentatione.*

6 *Saluianum quando intret : iunctis numeris praecd.*

7 *Possessio eiusdem rei non potest esse duorum insolidum.*

8 *Possessio iure familiaritatis non releuat.*

Et praesumitur, vt excludatur delictum n. 11. & 13.

9 *Possessio iure familiaritatis praesumitur in filio, si dominium rei est apud matrem.*

10 *Possidere iure proprio quis praesumitur, stante superuenientia noui tituli, non autem iure familiaritatis, etiam absque alia declaratione.*

12 *Dominium amittitur donatione.*

14 *Possidere vno, vel alio modo, pendet ab animo : nec cadit sub sensu corporali.*

15 *Hypotheca soluitur, si ius debitoris sit resolutum: fallit vt n. 16.*

Saluianum non datur sine hypotheca.

17 *Bona donata resoluta donatione, reuertuntur ad donantem cum hypotheca & onere contractus ex eius voluntate.*

18 *Pignus, seu hypotheca constitui potest ab initio in re aliena, voluntate domini.*

19 *Dominus reuocabiliter potest imponere pignus vel hypothecam in re propria, in casum, quo Dominus esse desierit, accedente tamen consensu illius, in quem dominium est reuersurum.*

20 *Hypotheca acquiritur donatario ipso iure in bonis donatis cum pacto reuersiuo si à donante fuit ei data licentia vendendi illa pro dotis restitutione.*

21 *Hypotheca constituitur ex facultate vendendi.*

22 *Hypotheca contracta censetur eo ipso, quod paciscor, vt si mihi pecunia debita non soluatur liceat mihi ingredi bona debitoris propria auctoritate, etiam si de hypotheca nihil dictum fuerit.*

23 *Hypotheca competens alicui venit sub generali obligatione, & hypotheca omnium bonorum & iurium suorum.*

24 *Pignus, aut hypotheca non datur in re propria.*

25 *Non procedit, quando dominium est commueabile, & tempore duraturum, vt quia restitutioni subiacet.*

26 *Donatio, matrimonij contemplatione, facta filio à matre post matrimonium iam sequutum, censetur facta intuitu aliarum nuptiarum, & n. 54.*

27 *Donatio matrimonij causa facta à parentibus filiis, an & quando censeatur facta contemplatione certi matrimonij, & numeris seqq.*

28 *Contractus nullus defectu solemnitatis probat voluntatem.*

29 *Facultas hypothecandi concessa pro restitutione dotis, nihil interest, si praecedat, vel subsequatur matrimonium.*

30 *Donatio matrimonij causa facta à parentibus filiis, vt decentius nubant, non potest à filiis retractari in praeiudicium vxorum siue donatio praecesserit, siue subsequuta fuerit matrimonium.*

31 *Hypothecandi voluntas requiritur in eo, qui potest hypothecare, vt oriatur hypotheca.*

32 *De voluntate alicuius constare non dicitur sine eius declaratione.*

33 *Legatum factum alicui, si volet : non debetur, nisi velle declaret.*

34 *Alienandi facultas intelligitur alicui data, si expressè, & specialiter deposuerit, & non aliter. Declara vt n. 38.*

35 *Hypotheca generalis bonorum, & iurium stante facultate hypothecandi comprehendit, absque alia expressione, bona hypothecanti donata, quamuis alioquin alienari prohibita.*

36 *Iurium appellatione venit etiam facultas aliquid faciendi, & disponendi.*

37 *Fideicommissario si data sit facultas disponendi de mille, & decedat nulla de eis facta dispositione, poterunt eius haeredes illa retinere.*

39 *Prohibitionis casus si non euenit, neque euenire dicuntur in eo casu disposita.*

40 *Facultas consequutiua prohibitioni de non alienando, resoluitur resoluta prohibitione.*

41 *Prohibitio de non alienando, quando respiciat plures casus.*

42 *Causa dicitur anima, & spiritus dispositionis.*

43 *Rationis diuersitate stante, inter vnum, & alium casum, debet fieri restrictio, aut ampliatio, non verò ex figura, & ordine scripturae.*

44 *Dispositio intelligi debet, vt contrahentes non decipiantur.*

45 *Mater non tenetur de iure aliquid dare filio propter nuptias pro assecuratione dotis; tenetur tamen de necessitate naturae.*

46 *Alienatio bonorum restitutioni subiectorum valet durante vita alienantis, si illa non fuit expressè prohibita; secus si fuit expressè prohibita, quia tunc possunt bona statim vendicari, & n. 47.*

48 *In Saluiano exceptio excussionis principalis debitoris, an, & quando admittatur, & n. 49. & 51.*

50 *Accessionis natura est, vt veniat accessoriè ad principalem obligationem.*

52 *Licentia in scriptis si conuentum fuerit, vt interueniro deberet ad effectum aliquid agendi, praecisè probari debet, nec sufficit illam vtcumque probari, limita vt n. 56.*

53 *Consensus non sufficit, vbi scriptura requiritur.*

55 *Licentia in scriptis ad aliquid agendum frustra requiritur, vbi actus fuit iam sequutus.*

57 *Causa finalis formae magis attendetur, quàm verba praecisa.*

DECISIO XL.

D. Dimitilla de Cesiis, vxor q. Adriani Balleoni egit vtili Saluiano pro dote scutorum 24000. & aliis iuribus dotalibus contrà D. Iuliam Balleonam, Adriani matrem pro obtinenda immissione in possessionem Castri Graffignani, & aliorum stabilium, quae ipsa Iulia dederat praed. Adriano, vt quamprimum, & decentiùs nuberet: & eo pacto, quòd si praedecederet sine descendentibus, bona donata liberè, & integraliter ad ipsam reuerterentur: si verò cũ illis qui superuiuerent donatrici, constituit primogenituram in eorum fauorem, cum prohibitione alienationis, nisi pro assecuratione, & restitutione dotis, prima vice recipiendae. Quare causa commissa in Rota b.m. Vbaldo, cui ego fui subrogatus : fuit dubitatum, An sit danda immissio : & Domini affirmatiuè resoluerunt: † Quia de credito dotali cum hypotheca con- 1
stitit ex lectura publici instrumenti de anno 1618. quod facit probationem probatam, *Bald. in l. imperator, n. 12. ff. de stat. homin.* & in terminis Saluiani *Rot. apud Pacif. de Saluian. interd. decis. 13. & decis. 15. n. 1. & in recent. decis. 456. n. 2. & decis. 669. n. 1. par. 2. & apud Greg. XV. decis. 491. n. 6. in fin.*

De possessione † autem Adriani apparuit, tam ex 2
testibus, deponentibus de actibus, positiuis, qui propterea bene ad hunc effectum probãt, *Paulus de Castr. cons. 168. num. 1. lib. 2. & Rot. in allegata decis. 669. num. 2.* quàm ex clausula constituti, † ex qua in- 3
ducitur vera possessionis translatio, *l. quod meo*, vbi *Bart.*

Bart. ff. de acquir. possess. & *in l. quæ mulier*, vbi *etiam*
Bart. ff. de rei vendic. Tiraq. de iur. constit. part. 2. ampl.
4 *prima, num 2.* † Et in puncto quòd in Saluiano suffi-
ciat possessio ex constituto, *Mart. de clans. par. 1. claus.*
20. num. 4. Greg. XV. decis. 491. & fuit dictum in Sutrina
bonorum 23. Octobris 1595. coram Card. Pamphilio. Et de-
5 mum † possessio Iuliæ probatur ex litis substentatio-
ne, *Rot. decis. 29. num. 2. & decis. 26. num. 16. apud Pa-*
6 *cis.* † Quibus concurrentibus intrat Saluianum, *Me-*
noch. de adipisc. rem. 3. quæst. 29. num. 161. cum seqq. Put.
decis. 201. lib. 1. Rot. decis. 324. num. 3. & decis. 456. nu. 1.
par. 2. recent. & apud Greg. XV. vbi supra num. 6.

Solùm igitur superest in contrarium adductis re-
spondere. Quòd pro clariori, & faciliori intelligen-
tia, & quia tot, tantorúmque hinc inde scribentium
excitatæ difficultates id exposcunt, particulariter di-
scuti, & examinari oportet.

Primò dicebatur, quòd D. Iulia semper possedit Ca-
strum, & alia bona, de quibus agitur, tam ante quàm
post matrimonium Adriani cum Dimitilla, vt ex te-
stibus, *summ num. 6.*

7 Vnde † cùm duo non possint eandem rem possi-
dere in solidum; consequenter Adrianus nunquam
possedit, & ideo testes deponentes de illius possessio-
ne, debere intelligi de possessione iure familiaritatis,
8 † quæ non releuat, *l. qui iure familiaritatis*, vbi *Bart.*
ff. de acquir. possess. Menoch. de arbitr. cas. 160. num. 13.
cum seqq.

Hoc tamen obiectum facilè fuit sublatum. Quia
9 Adrianus eatenus † præsumitur possedisse bona præ-
dicta iure familiaritatis, quatenus fuerunt in matris
dominio, *Alex. in d. l. qui iure, num. 3.* vbi etiam *Imol.*
in princ. & Castr. num. 4. In ipsum autem translato do-
10 minio per donationem cum clausula Constituti, † cœ-
pit possidere iure proprio, ex titulo præcedenti, etiam
absque aliqua declaratione, *Soccin. sen. cons. 13. num 18.*
lib. 4. Bursatt. cons. 9. num. 8. lib. 1. Rot. apud Greg. XV. de-
cis. 92. num. 3. & ibi *Add. & apud Reuerendissimum D.*
11 *meum Decanum decis. 239. num. 5.* Et ratio est, † quia
præsumitur possessio iure familiaritatis, vt exclu-
datur delictum: ne qui titulum non habet, videa-
tur alienum occupare: quæ cessat in Adriano, qui
titulum habebat, ergo cessare in eo quoque debet
præsumptio possessionis iure familiaritatis. Et ex ad-
12 uerso D. Iulia † quæ translato dominio in Adrianum,
desiit esse domina, *§. sic itaque discretis, Instit. de act.* ex
13 tunc vsque ad donationis resolutionem † iure fami-
liaritatis possedisse præsumitur, iuxta tradita per Do-
ctor. *in d. l. qui iure, & Surd. cons. 94. num. 36.* Quò
fit, vt testes D. Iuliæ, deponentes de possessione A-
driani, iure familiaritatis, & de possessione illius iu-
re proprio, etiam post contractum matrimonium
non sint in consideratione habendi. Vltra quòd non
reddunt scientiæ causam: quinimò nec aliqua, quæ
14 congrua sit reddi potest: Quia † cum possidere vno,
vel alio modo, animi sit, *l. si quis vi, §. differentia. ff.*
de acquir. possess. non cadit sub sensu corporali. Et in
omnem casum sufficit Dimitillæ, ad obtinendum in
Saluiano, possessio Adriani ex clausula constitu-
ti, quamuis de ea per testes, deponentes de acti-
bus possessoriis non constaret, iuxta superiùs alle-
gata.

Secundò opponebatur, quòd donatio de his bonis
15 fuit resoluta † per mortem Adriani sine descenden-
tibus, vigore pacti reuersiui in d. casu in ea adiecti;
nempe, quòd Adriano præcedente Iuliæ donatrici
sine descendentibus, bona donata ad illam reuerte-
rentur; & consequenter fuit etiam resoluta hypo-
theca in fauorem Dimitillæ si quæ fuit; sine qua non
datur Saluianum, *l. vbi autem, §. sed & Marcellus,*
ff. de in diem addict. l. ex vectigalis, ff. de pignor. Mantic.
de tacit. lib. 11. tit. 31. num. 67. & seq. Rot. apud Seraf.
decis. 693. num. 5.

Sed etiam hoc obiectum facilè tollitur ex facto:
† Quia quamuis donatio fuerit resoluta in casu se- 16
quuto; tamen in eadem fuit Adriano data libera fa-
cultas hypothecandi bona donata, pro restitutione
dotis, prima vice recipiendæ, quæ est ista, de qua
nunc agitur; quæ facultas non fuit resoluta, *Rot. apud*
Pacif. decis. 150. numero 8. Et sic resolutio donationis
non operatur quoad hypothecam, sed ipsa remansit
pro dotis restitutione: † & bona donata reuertuntur 17
cum sua causa, id est cum dicta hypotheca, ex con-
sensu, & voluntate donatricis, *l. si quis, ff. de vsufr.*
legat. cap. 1. de feud. non habent. propr. natur. Bart. in l.
in diem addicte, ff. de aque pluuial. arcen. Corbul. de em-
phit. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon ampl. 34.
num. 3. post princ. vers. hoc verum nisi dominus consen-
serit, Afflict. decis. 112. num. 6. cum seqq. Gabr. cons. 143.
num. 6. lib. 1 Crescent. decis. 9. num. 6. de priuil. Rot. in
Romana census, 9. Martij 1607. coram B. M. Iusto.
Et ratio est, † quia sicut in re aliena potest ab initio, 18
domini voluntate pignus, seu hypotheca constitui,
l. aliena res, ff. de pignor. act. & l. Pomponius, § item illud,
vbi *gloss. ff. in quib. caus. pign.* † ita & dominus reuoca- 19
biliter, (qualis erat Adrianus) potest pignus, vel hy-
pothecam imponere in re propria, in casu, quo do-
minus esse desierit, accedente tamen, vt hîc, consen-
su, & voluntate illius, in quem dominium est reuer-
sutum, *arg. tex. in l. si rem, & l. existimo, ff. de verb. oblig.*
inter vtrumque enim casum nulla versatur differentiæ
ratio.

Sed vnum est, ex quo penitùs omnis tolli vide-
batur scrupulus; † Quòd si benè res perpendatur, 20
nec ius Adriano ex donatione competens fuit reso-
lutum; quandoquidem fuit etiam sibi data licentia
vendendi bona donata pro dotis restitutione, ex qua
acquisiuit sibi Adrianus in d. casu hypothecam in
bonis donatis ipso iure, vt probat tex. singularis in
l. 3. §. fin. ff. qui potior, ibi: *Inter fratres conuenit, vt si*
frater agri portionem pro indiuiso pignori datam à cre-
ditore suo non liberasset, ex diuisione quæsitæ partis, par-
tem dimidiam alter distraheret; pignus intelligi consti-
tutum existimaui: & ibi *Bart.* Vbi per illum tex. quod
ex facultate † vendendi constituitur hypotheca: & 21
facit singulare dictum, *Bald. in l. creditores, in fin. C. de*
pign. vbi *ex dicto §.* quòd si paciscor, † vt si mihi pe- 22
cunia debita non soluatur, liceat mihi ingredi bona
debitoris propria auctoritate, eo ipso censetur hypo-
theca contracta, licèt nihil de hypotheca dictum
fuerit: & Baldi dictum commendat, *Cremens. sing. 2.*
Quæ hypotheca, † resoluta donatione per mortem 23
Adriani, dubio procul remansit in illius hæreditate;
& ideo venit sub illa hypotheca generali omnium
bonorum, & iurium in fauorem Dimitillæ, *l. nomen,*
C. quæ res pign. oblig. Neguf. de pignor. in 2. membr. 2. par.
num. 8. cum seqq.

Neque obstat, † quòd in re propria non detur pi- 24
gnus aut hypotheca, *l. neque pignus, ff. de regul. iur.*
Quia hæc † regula limitatur, quando dominium est 25
commutabile, & tempore duraturum, vt quia resti-
tutioni subiacet: tunc enim potest esse hypotheca
ei, qui debet restituere, *l. ex sextante, §. latinus, ff. de*
except. rei indic. Bart. in l. debitor. ff. ad Trebell. Bald.
cons. 167. numer. 2. vers. non obstat, lib. 1. Ias. in §. sic
itaque discretis, num. 21. instit. de act. Neguf. de pign.
4. membr. 5. par. num. 1. vers. Et non obstat. Quod verò
interesset Adriano, bona donata esse etiam sibi hy-
pothecata in dicto casu, non eget discussione,
cùm enim donatio, ideò sibi à Iulia matre facta
fuerit, vt nobiliùs ac decentiùs matrimonio col-
locaretur: tantò magis id consequuturus erat, quan-

tò pleniora iura in rebus ad hoc donatis acquisiuit.
25 Tertiò adducebatur,† quòd matrimonium Adria-
ni cum Dimitilla præcessit donationem:igitur D.Iu-
lia quæ ideò dedit, vt decentiùs Adrianus nuberet,
de aliis nuptiis intellexisse visa fuit,*l.si ita,45.§.pater,*
*ff.de leg.2.*ibi:*si enim hoc pater non ignorabat,videtur de*
aliis nuptiis sensisse , & *l.si iam facta* , *ff. de condit.&*
demonstr. ibi : *si iam facta sunt, quæ conditionis loco po-*
nuntur,& scint testator , quæ iterum fieri possunt , expe-
ctentur,vt fiant. Quorum iurium dispositionem pro-
cedere etiam in contractibus ; & sic in donatione fir-
mant , *Bart. in l. 2.num.4.ff.de condit.& demonstr. Er-*
mun.à Costa,lib.2.select cap.12.num.1.

Non minùs istud etiam ex facti contextura remo-
27 uebatur : † Quia ex ea clarè conspicitur donatio-
nem , & inde facultatem hypothecandi fuisse corre-
spectiuas ad matrimonium cum Dimitilla : primò
extrad.per *Moder.de pact. nupt. claus.4. glos.9. num.5.*
*par.1.*vbi *num.19. cum seqq.* quod in donatione paren-
tum,facta filiis , dicitur , contemplatum certum ma-
trimonium absque alia specificatione,quando.vt hîc
præcesserunt sponsalia cum certa muliere : secundò
ex alia donatione , quæ præcesserat matrimonium,
cuius in hac secunda, de qua agitur , fuit facta men-
28 tio : † Quæ quamuis nulla defectu solemnitatis,pro-
bat voluntatem , *l.fin.ff. de reb eorum , qui sub tutel.* 3.
Quia licentia hypothecandi fuit pro assecuratione
restitutionis dotis prima vice recipiendæ,& sic prio-
ris matrimonij , illius scilicèt , quod Adrianus cum
Dimitilla contraxit : cui Iulia in omnibus consensit,
ac interuenit ; quinimò , & dotem præd.post dictam
donationem recepit : quartò ex caosa finali , seu im-
pulsiua donandi , vt Adrianus quamprimùm , & de-
centiùs matrimonio coll caretur; cui plenè per ma-
trimonium cum Dimitilla fuit satisfactum,tàm quo-
ad generis nobilitatem , quàm quo ad dotis quanti-
tatem. Et iniquum videretur , quòd D.Iulia Adria-
num , tunc de recenti vxoratum, desiderasset quam-
primùm iterum vxorari : quòd fieri non poterat, nisi
29 soluto illo matrimonio. Et demum † quia de iure ni-
hil interest , præcesserit , aut subsequuta fuerit dicta
facultas,vt probat tex.optimus , *in l.si autem plures,ff.*
de aq. pluu. arcen. ibi : *Et placet nihil interesse , vtrum*
præcedat Domini voluntas aquæductionem , an subsequa-
tur : quia & posteriorem voluntatem Prætor tueri de-
bet; & in puncto *Peregr. cons.78. numer.10. cum seqq.*
30 *lib.3.Vincent de Franch.decis.205. per tot.* vbi † quod
siue præcedat , siue subsequatur patris , aut matris
donatio , vt filius decentiùs nubat , illa non potest à
filis diminui, seu retractari in præiudicium vxorum:
quòd vtique posset, si vxori non esset illicò ius quæ-
situm.

Quartò contendebatur , quòd vtcumque sit de
31 facultate hypothecandi , † & sic de Adriani potesta-
te ; non tamen constat , quòd ille hypothecare vo-
luerit: Cùm enim id totum vigore dictæ licentiæ in
eius voluntate positum esse videatur: iuxta doctri-
nam , *Bart.in l.Centesimis , §. vlt. ff. de verb.oblig.* de-
32 buit eo constare , † quod ea facultate vsus fuerit:& non
constat eo ipso quòd id velle non declarauit , *l. si ita*
*legatum,§.si illi voles,ff.de legat.1.*vbi si alicui legetur,si
33 volet : † debet suam voluntatem declarare, & ferè in
34 terminis, *Laurent.Siluan.cons.14.per tot.*† vbi quòd fi-
lio grauato hæreditatem restituere , si sine filiis de-
cesserit , cui data fuerit facultas vendendi , & obli-
gandi : debet intelligi , si expresse , & specialiter
disposuerit , & non aliter : Quod fortiùs in casu
nostro dicendum videbatur , ex quo bona donata
fuerunt in eadem donatione prohibita alienari.
35 Huic difficultati fuit responsum , † quòd stan-
te facultate hypothecandi ; generalis hypotheca bo-
norum , & iurium Adriani in fauorem Dimitillæ,
comprehendit etiam , absque alia expressione , bo-
na donata , quamuis alioquin obligati prohibita ,
Neguf. de pignor. 2. membr.2. par. num.28. 43. & 44.
Crauett. cons. 256. num.5. & cons.303. num. 4. Curt.
Iun.consil. 26. numer. 8. Bursatt. cons. 32. numer. 10.
ad fin. lib.1. Tiraq. in l. si vnquam , in verb. bona, num.
14. & seqq. C. de reuocand. donat. Rot. decis. 149. num.
9. & decis. 150. num. 2. apud Pacif. Et ratio est , quia
vt vnus ex Dominis aduertit , † appellatione iurium 36
venit etiam , & facultas aliquid faciendi , & di-
sponendi , *l. qui in potestate , ff. de testam.*in puncto,
Menoch. consil. 216. numer. 31. vt in simili , † si data 37
sit facultas fideicommissario disponendi de mille,&
decedat intestatus , aut nulla facta de illius dispo-
sitione : eius legitimi hæredes in quos transierunt
vniuersa illius iura , *l. nihil aliud est , ff. de verb. si-*
gnif. potuerunt illa retinere , *Natt. consil 216. num.*
10. Menoch. d. consil. 210. numer.50. Mantic. de con-
iect. vltim. volunt. lib.7. tit. 7. numer. 14. Vincent. de
Franch. decis.45. per totum. Supra verò in contrarium
adducta procedunt † in facultate conditionali, cùm 38
nos versemur in facultate pura, licèt restricta ad do-
tem prioris matrimonij , quòd vt dictum est , iam
præcesserat : Quo modo distinguit , *Rot.* in supra al-
leg. *decis.149. num 9. apud Pacif.* & ad Siluan. benè
respondet, *Menoch d.cons.210. num.69.*

Quintò illud acriter in contentionem veniebat,
quòd quidquid sit de hypothecandi licentia , iuxta
superiùs resoluta, illa tamen non videbatur trahenda
ad casum qui euenit, nempè ad casum præmorientiæ
Adriani sine descendentibus : cùm in eo simpliciter,
& absolutè dictum fuerit , vt bona donata integrè ad
Iuliam redirent : sed tantùm ad secundum casum,
nempè quando ipsa donatrix præmoreretur, quo ca-
su apposuit prohibitionem de non alienando , etiam
latè sumpto vocabulo , in fauorem primogenituræ,
quam constituit , *nisi pro assecuratione , & restitutione*
dotis, &c. Vnde † quemadmodum non fuit factus lo- 39
cus prohibitioni de non alienando , quia casus iste
non euenit : ita nec etiam facultati hypothecandi,
dictæ prohibitioni de non alienando adiectæ , *ad l.*
nam quod , § fin.ff.de pen.legat. Surd.cons.294.num.20.
cum seqq.† Erat enim dicta facultas consequutiua , & 40
famulatiua prohibitioni de non alienando:igitur ista
resoluta , etiam illa resoluta fuit , ad trad.per *Decis.*
consil.636. num.8. cum seqq. Rot. apud Seruf. decis.883.
& in recent. decis. 100. num.7, par. 1. Fuit etiam op-
timè responsum , † quod quando facultas alienan- 41
di esset consequutiua ad alienationis prohibitio-
nem , & cum ea resolueretur : quia tamen alienatio-
nis prohibitio respicit totam donationem , & sic
vtrumque casum , ex quo stat de per se , & in clau-
sula separata,habente suam orationem perfectam,ibi,
& ad hoc , vt huiusmodi sua donatio , & dispositio suum
sortiatur effectum , &c. iuxta doctrinam, *Bart in l.fin.*
ff.de reb. dub. Peregr. de fideic. art. 16. num.102. Me-
noch. de præsumpt.lib.4. præsumpt.181.num.2. Rot decis.
709. num.7. par.1. recent. Pariter etiam exceptio si-
ue facultas illa ibi : *nisi pro assecuratione & restitutione*
dotis,&c. ad totam donationem referri oportet,vt sic
exceptio sit de regula.

Rursus post clausulas in quibus habentur prædicti
duo casus,& illam in qua fit alienationis prohibitio:
mediat alia clausula , qua disponitur , vt quæ dicta
fuerunt de morte naturali, intelligantur etiã dicta de
morte ciuili , quæ certè tam ad casum præmorientiæ
sine descendentibus primo loco scriptum , quàm ad
secundum , quo cum illis decederet , referenda est;
quamuis secundùm formam verborum restricta vi-
deatur ad casum primogenituræ : aliter sequeretur,
quod

quod Iulia voluerit, quòd in casu præmorientiæ A-
driani morte ciuili, bona ad ipsam non essent reuer-
sura, sed esset confiscationi locus, quod profectò di-
cendum non est. Ergo à fortiori dicere conuenit,
quod clausula prohibitionis alienationis inferius
posita, respicit vtrumque casum, cum eadem pror-
sus ratio militet. ad trad. per *Peregr. vbi supra
num.* 38.

Præterea accedit causa donandi in exordio do-
nationis, ibi: *vt quam primum, & decentius nubere*
42 *possit*; † causa enim dicitur anima, & spiritus
dispositionis, ac ipsamet dispositio, vt dixit. *Bald.
in leg. si quis seruo, num.* 10. *C. de furt.* Et ideo quam-
uis alienandi, & hypothecandi facultas apposita
videatur consequutiuè ad prohibitionem alienatio-
nis, quæ respicit perpetuitatem fideicommissi: quia
tamen facultas præd. respicit aliud longè diuersum,
tempe fauorem vxoris. dotem soluentis: consequen-
43 ter † ex diuersitate rationis debet fieri restrictio, aut
ampliatio, non verò ex figura, & ordine scripturæ,
leg. cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat. 2. *Molin.
de Hispan. primog. lib.*1. *cap.*5. *num.*9. maximè stante
correspectiuitate ad hoc matrimonium, tanquam
tunc tractatum, & conclusum, iuxta superius pon-
44 derata in responsione ad tertium obiectum. † Quo
casu dubitandum non est, quin dicta facultas de-
beat simpliciter intelligi, ne dotantes decipiantur,
ad *trad. per Modern. vbi supra claus.*4. *glos.* 1. *num.*26.
cum seqq.

Demum Domini considerabant, quòd hæc obli-
gandi facultas processit à matre, in donatione facta
vnico filio, habili ad matrimonium contrahendum.
45 † Quæ licèt iuris necessitate compelli non poterat ad
dandum filio propter nuptias pro dotis recipien-
dæ assecuratione; tamen tenebatur necessitate na-
turæ, ad id impellente. *Paul. de Castr. in leg. quoniam
nouella, num.* 2. *vers. sed tertio, C. de inoffic. testam.
Becc. cons.*20. *num.*30. *lib.* 1. *Peregr. cons.* 78. *num.*13.
lib. 3 Ergo credendum est ita absolutè fecisse; cùm
absolutè necessitate naturæ teneretur.

Non obstat, quòd D. Iulia in casu præmorientiæ
Adriani virtualiter prohibuerit alienationem, dum in
eadem clausula prouidit, quod tunc bona donata ad
eam integraliter reuerterentur: & propterea quod
expressa prohibitio inferius facta in clausula separa-
ta, ad secundum dumtaxat casum referri debeat:
46 † Quia etiam prædicta expressa prohibitio ad ca-
sum præmorientiæ vtiliter refertur: quia illa cessan-
te non obstante virtuali, & tacita prohibitione, Adria-
nus, eius vita durante, potuisset bona donata alienare,
l. seruo legato, §. 1. *ff. de leg.* 1. *leg. cum pater, §. libertis,*
vbi *glos. verb. alienauerit, ff. de leg.* 2. *Bart. in leg. final.
§. sin autem*, vbi communiter Doctor. *C. commun.
de leg. Surd. cons.*194. *num* 26. *Rot. apud Seraf. decis.*
785. *num.* 6. *& diuers. decis.* 110. *num.* 34. *par.* 2.
Sicque bona in alium translata non tam citò ad Iu-
47 liam redirent, & fortè difficilius, & deteriorata: †
Secus autem est, stante expressa prohibitione, quia
tunc etiam viuente grauato alienatio est nulla, & bo-
na statim possunt vendicari, *d. §. libertis, leg. peto §.
fratre, ff. de leg.* 2. *Molin. de Hispan. primog. cap.* 16.
lib. 1. *num.*33. *Peregr. de fideicomm. art.* 40. *num.*5. *&
Rota vbi suprà.* Et proinde non sine mysterio in dicta
donatione causa expressæ prohibitionis fuit latissimè
concepta, vt vtrumque posset comprehendere casum,
ibi: *Et ad hoc, vt huiusmodi sua donatio, & disposi-
tio semper, & omni tempore integrum effectum sor-
tiatur, &c.*

Sextò obiicebatur, quòd debuit prius fieri excus-
48 sio contra bona Adriani: † quia quamuis in Saluia-
no excussionis exceptio non admittatur ad *trad. per
Pacif. de Saluian. inspect.*2. *cap.*2. *num.* 72. *cum seqq.
Surd. cons.*4. *num.* 36. † admittitur tamen, quando est 49
de natura obligationis. *Stracc. de assecurat in præfat.
num.*54. Cum igitur hîc facultas hypothecandi fue-
rit concessa pro assecuratione dotis, † & accessionis 50
natura sit, vt veniat accessoriè ad obligationem prin-
cipalem, *Stracc. vbi supra, Molin. de Hispan. primog.
lib.*4. *cap.*7. *num.* 1. *cum seqq.* consequenter etiam ex-
cussioni locus esse videtur.

Sed Dominis visum fuit, hoc obiectum in con-
trarium retorqueri: † Quia Adrianus fuit pro dote 51
principaliter obligatus, & illi à Iulia matre facta do-
natio de præsenti: quo casu in Saluiano non admit-
titur excussio, ad latè tradita *per Pacif. vbi suprà.*
Et facultas hypothecandi non solùm cantat pro asse-
curatione, sed etiam pro dotis restitutione; aliter
enim non sequeretur effectus causæ impulsiuæ, vt
quamprimùm, & decentius nuberet: Quia nullus
esset, qui impelleretur ad dotandum, si dicta facultas
in subsidium esset intelligenda, & ita in puncto fa-
cultatis hypothecandi pro assecuratione dotis, *Mo-
dern. Roman. discept. forens. cap.* 996. *per tot.* Et in
omnem casum, esset excludenda excussionis exceptio
ratione propriæ hypothecæ, Adriano quæsitæ, iux-
ta superiùs dicta in responsione ad secundum, in
fine.

Postremò, ac tandem fuit allegatum, quòd dona-
tio fuit facta; † quatenus Adrianus vxorem duceret 52
de consensu in scriptis D. Iuliæ, & quod aliàs resol-
ueretur; & ideo non satis esset, quod licentia vtcúm-
que probetur, dum præcisè de illa in scriptis non
constat, vt in terminis licentiæ in scriptis, *Bertaz.
cons. crim.* 8. *num.*11. *lib.* 1. † Et ex regula, quòd vbi 53
debet interuenire scriptura, non sufficit simplex con-
sensus, *Put. decis.*43. *lib.*3. *Rot. diuers. decis.*377. *num.*6.
par. 1.

Verùm ex supradictis patet solutio. † Cum enim vt 54
dictum fuit, ante matrimonium cum Dimitilla præ-
cesserit alia donatio, ad illud correspectiua, licentia,
de qua in secunda donatione, aut debet intelligi de
alio matrimonio iuxta *tex. in d. leg. si tam facta, ff.
de condit. & demonstr.* aut manifestè fuit per erro-
rem adscripta: † quia cum iam præcesserit hoc ma- 55
trimonium cum consensu D. Iuliæ, frustra in or-
dine ad illud, licentia in scriptis erat requiren-
da; vt in simili, *Rot. decis.* 797. *numer.* 12. *par.* 1.
diuers. † Et in omnem casum: quando licentia 56
in scriptis esset, de forma, quia tamen illa respicit
certum finem, videlicet vt filius non nubat sine
donatricis consensu, & voluntate; sufficit, quòd
per æquipollens adimpleatur, prout tunc adim-
pleta fuit: *leg. si mater, C. de instit. & substit.*
Et ratio est, † quia magis attenditur finalis cau- 57
sa formæ, quàm verba præcisa, vt dixit *Bald. in
cap. quoniam column.* 2. *de offic. deleg. Paris. consil.*
32. *numer.* 34. *lib.* 2. *Crauett. cons.* 77. *numer.* 4. *lib.* 1.
Afflict. decis. 378. *numer.* 5. *Sarnen. in reg. de pu-
blic. quæst.* 11. *numer.* 2. *Rot. decis.* 33. *num.* 4. *par.* 2.
diuers.

Et ita decisum, vtraque parte, &c.

Romana

Romana dotis de Iacobillis.

Ven. 19. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri magis expedit, vt dos tradatur viro in pecunia, & quare.*

2 *Ex pecunia percipi possunt maiores fructus, quàm ex aliis rebus.*

3 *Dotis solutio regulari debet eo modo, quo facta fuit alteri sorori nubenti.*

DECISIO XLI.

DIE 27. Martij præteriti fuit resolutum, D. Posthumiæ Iacobillæ deberi dotem à D. Gregorio, fratre vtrinque coniuncto ad summam scutorum septem mille. Hodie præsupposita decisione desuper facta, dubitatum fuit de modo solutionis. Et Domini conformiter resoluerunt, vt solutio fiat in pecunia
1 numerata: † tum quia magis expedit mulieri, vt in
pecunia dos viro tradatur, vt in illum cum dominio
periculum transeat, & viri bona obligata habeat,
Honded. cons.14. num.59. & cons.41. num.31 lib.1. Et
2 quia † ex pecunia inuestienda maiores fructus percipi
possunt, *Bart. in l.tutor. qui repertorium, §.si post depositionem num.2.ff.de admin.tutorum Rot.apud Farin.*
3 *lib.1.cons.decis.85.n.6.* † Tum etiam quia Antiliæ aliæ
sorori fuit hoc modo dos soluta, à qua hæc regulari
debet, *l.si filia pater.ff.de legat.3.& l.quæro ff. de iur.dot. Rot.penes Pic.ad statut.Vrb.decis.16.num.2.*

Quo verò ad tempus solutionis faciendæ visum fuit, vt tempore nuptiarum dentur scuta duo millia numerata, & postea singulis annis scuta quadringenta, vsque ad integram solutionem prædictorum scutorum septem mille: vt sic solutio huius dotis reguletur iuxta dotem Antiliæ sororis, cui dos scutorum decemmille fuit hoc modo soluta, nempe tempore nuptiarum scuta triamille, & deinde singulis annis scuta quingenta. Quæ verò in contrarium adducebantur pro Gregorio fratre, visa fuerunt nec in facto nec in iure subsistere, &c.

Romana Quarta.

Ven. 26. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Quarta an, & quando debeatur vxori in bonis viri prædefuncti.

SVMMARIVM.

1 *Quarta debetur Vxori pauperi in bonis mariti diuitis prædefuncti, & num.4.*

2 *Amplia procedere etiam si fuerit dotata, dum dos sit adeò parua, vt illa ad alimenta non sufficiat, nec habeat aliunde se alere possit.*

3 *Fallit, si tempore mortis mariti habeat aliunde, quo possit se substentare: quia tunc quarta non debetur, quamuis nullo modo fuerit dotata, & num.7.*

4 *Auth.præterea C.vnde vir, & Vxor, ratio formalis est, quòd mulier laboret inopia tempore mortis viri.*

Dispositio illius est odiosa, & in dubio amplecti debet interpretatio, ex qua illa excludatur, num.15.

Et eius remedium est subsidiarium, num.6.

Et an illud excludatur, si mulieri fuerit constituta dos scut.1500.num.10.

5 *Quarta peti non potest in bonis mariti à muliere habente patrem diuitem, cùm ab eo possit petere alimenta.*

8 *Vxor an dicatur pauper, vel diues ad effectum, vt ei debeatur quarta, vel non in bonis mariti iudicis arbitrio relinquitur; & quomodo d. arbitrium sit regulandum, num.10.*

9 *Dos congrua quæ dicatur.*

11 *Quarta peti potest à muliere in bonis mariti non obstante legato ab eo sibi relicto. Et rationem, vide num.13.*

12 *Fallit, quando bona fide inter viuos assignatur vxori à marito aliqua considerabilis summa, & ratio redditur, num.14.& num.16.*

17 *Mulieri acquiritur actio super bonis mariti ex constitutione dotis per illum facta ad eius fauorem, quamuis eo ab ea absente, & ignorante.*

18 *Mater certiorare filiam, An, & quando præsumatur.*

19 *Dotis constitutioni consensisse mulier præsumitur eo ipso, quòd matrimonio consensit.*

DECISIO XLII.

IACOBVS Iannottus duxit in vxorem D.Venerandam Augustam, quam dotauit in scutis 1500. & insuper in testamento quo decessit, legauit eidem iocalia quædam, & loca montium non vocabilium
34. Nihilominùs quia præfata Veneranda prætendit
sibi deberi quartam bonorum mariti iuxta † dispositionem, 1
Auth.præterea, C.vnde vir, & vx. & ideo sibi dandam esse immissionem in eius bonis pro dicta rata. Fuit inde lis orta inter ipsam & D.Curium de Annibalis, Iannotti hæredem: Quæ cùm mihi commissa fuerit, dubitaui: An quarta debeatur. Et quia hæc materia fuit sæpius in Rota ventilata, plures ab ea emanarunt locupletissimæ decisiones, & præsertim *decis.1.de success.ab intest. apud Cæs. de Graff. Romana successionis quartæ 22. May 1609.coram Illustrissimo D. meo Patriarcha Hierosolymitano quæ est decis.174. apud Pacif.de Saluian. Et Imol.successionis prima coram R. P. D.meo Pirouano 22.Iunij 1620.* Et postea in gradu appellationis 18. *Aprilis Anni proximè elapsi coram Reuerendissimo D. meo Decano*, In quibus discutiuntur, & firmantur ferè omnes iuris conclusiones, quæ circa illam se offerre possunt: & hæc inter alias, quæ ad propositum nostrum conducit: nempè dispositionem
dictæ *Auth.* † intrare etiam, quando mulier est dota- 2
ta, si dos sit adeò parua, vt illa ei ad alimenta non sufficiat, nec aliundè habeat, vnde se alere valeat. Quæ conclusio verbis dictæ *Auth.* rectè congruit, & egregiè expenditur in *dicta Romana successionis, nu.2. cum seqq.* feréque etiam ab omnibus approbatur, vt *post Bald.& Paul.Doctor.ibid.Hond.cons.93.lib.1. Purpur.cons.330.Cels.Vgo.cons.4.Rol.cons.14.vol.3.Menoch. cons.433 num.2.Vincent.de Franch.decis.410. Barz.decis.128.num.15.*

Prout etiam exaduersò ex eisdem Rotæ decisioni-
bus dicta conclusio non intrat, † quamuis mulier 3
nullo modo sit dotata: si tamen aliunde tempore mortis mariti habeat quò possit se commodè substentare, *vt in Auth.de exhib.reis §.optimum quoque:* vnde

dicta

dicta, *Auth.praeterea* desumpta fuit ibi : *si in aliis inops*
4 *sit* ; *Salicet.in d.Auth.praeterea, quaest.3.* vbi † quòd ra-
tio formalis illius constitutionis non est, quòd dotata
vxor fuerit, vel indotata, sed quòd laboret inopia tem-
pore mortis viri, & ibi *Castrens. num.6. Alex. num.4.*
Alex.in l.an suis, ff.de liber.& posthum. & Rot.in d.Ro-
mana successionis apud Pacif. num.36. & 41. vbi quòd
5 mulier † habens patrem diuitem, non potest prae-
tendere quartam in bonis mariti, cùm possit alimenta
petere à patre, *l.si quis à liberis, ff. de liber. agnosc. &*
latè Menoch. d. cons.443. numer.10. cum seqq. Et ratio
6 est, quia cùm † remedium dictae *Auth.* sit subsidia-
7 rium, *Cost. de remed. subsid. rem. 2.* si aliondè † potest
sibi mulier de alimentis subuenire, cessare debet di-
ctum remedium, *Dec.in d.Auth.praeterea num. 2.in fin.*
Ceph. cons. 244. numero 11. lib. 2.

Quapropter fuit ad facti quaestionem difficultas re-
stricta, videlicet : An Veneranda fuerit sufficienter
dotata ad effectum, de quo agitur : Quia circumscri-
pta dicta dote de eius paupertate constare debet, ita
quòd siue attendamus tempus dotationis, siue mortis
mariti, nihil haberet, vnde posset se sustentare : Et
8 quod maritus diues obierit, non erat dubium ; † quae
facti quaestio iudicis arbitrio definienda est, *glos.in d.*
Auth praeterea, in verb.locuples, Ugo.d.cons.4. Menoch.
de arbitr. cas. 65. & d. cons.433. num. 11. & Rot.apud
Cas. de Grass. vbi *supra num.14.*

9 Sed quia iuxtà superiùs dicta, † arbitrium in prae-
senti regulari non debet, prout quando agitur de do-
tis constitutione, quo casu dos illa congrua dicitur,
quae assignatur pro modo facultatum tam viri quàm
vxoris, & eius qui mulierem dotare tenetur, & pro
dignitate coniugum, & consuetudine loci, *l. quaero,*
& l.cum post, §.gener.ff. de iur.dot.l.si filiam,ff. de leg.3.
& Rot. in Romana dotis, 27. Martij 1626. coram me:
10 † sed regulandum est, vt cognoscatur, an dotis red-
ditus tempore mortis mariti sufficere possint vxori
ad alimenta, ad tollendam necessitatem, victúsque
mendicitatem : Proinde Dominis visum fuit eos,
quos ex praedicta dote scutorum 150n. D.Veneranda
percipere potest, esse illi ad dictum effectum sufficien-
tes, satísque ad excludendum remedium dictae, *Auth.*
eam fuisse congruè dotatam, *Surd decis.61. num. 8. &*
9.Gabr.cons.141.lib.2.Vincent.de Franch. dec.410.

Quod tantò magis Dominis videbatur, ex quò licèt
Veneranda esset ex honestis parentibus nata, & vt
praetenditur, nobilis : constat tamen, quòd erat pau-
perrima, cùm haberet dotes confraternitatum, & suis
manibus sibi victum pararet. Et quia vltra dictam
dotem, tempore matrimonij constitutam Iannottus
11 illi in testamēto reliquit legatū supradictum.† Quod
licèt non excludat quartae petitionem, iuxta *tex. in*
dicta Auth. praeterea in fin. & tradita per Rot. in dictà
12 *Romana successionis, num.25.cum seqq.* tamen † quando
bona fide inter viuos assignatur vxori à marito ali-
qua considerabilis summa, tunc etiam de legato ratio
haberi debet, vt mulier à quarta excludatur, vt post
Collegium Bononien. dixit *Honded.cons.79.num.34.lib.2.*
Surd.de aliment.tit.vlt. quaest.35. num.34. vers.infertur
tamen : Et ratio est, quia ideo legatum non impedit
quartae petitionem, quia alioquin esset in viri pote-
state priuare vxorem quarta, sibi iam debita à lege,
relinquendo illi legatum ; sicque via fraudibus ape-
riretur ; & proinde etiam contra testatoris volunta-
tem quarta debetur, vt dixit, *Bald.in d. Auth.praete-*
14 *rea ; num.1. & Dec.num.9.* † Quando autem inter vi-
uos, & maximè, quando, vt hic tempore matrimonij
vir vxori pauperi, & consentienti assignauit summam
aliquam considerabilem, cessat illa ratio fraudis, *Hon-*
ded.& Surd. vbi *supra* & fuit de mente, *Rot.in d.decis.*
15 *1. de success.ab intest.apud Caesar.de Grass.* † Et accedit,
quòd cùm dispositio dictae *Authenticae* sit odiosa, vt
ibi communiter notatur, & dixit *Rot.vbi proximè n.12.*
ea in dubio debet amplecti interpretatio, ex qua illa
excludatur.

Non obstat, si dicatur, quòd † dispositio dictae Au- 16
thenticae non cesset ex dotatione etiam congrua, nisi
quando dos fuit data ab vxore, & non quando fuit à
marito constituta : Quia hoc nullibi fundatur, sed
potiùs contrarium : cùm non debeat praecisè attendi,
quòd dotata sit, aut non, sed an aliundè habeat, quò
valeat sustentari : Et sufficit, quòd vir dum vixit, per
actum inter viuos de hoc illi prouiderit, vt ex *Surd.*
& Honded vbi supra ; & ita in puncto visus fuit sentire
Vincent.de Franch.decis.318.

Non etiam obstat, quòd dos † fuerit Venerandae 17
constituta ea inscia, & absente. Quia satis est, quòd
ex dicta dotis constitutione fuerit sibi etiam absenti,
& ignoranti de iure acquisita actio contra mariti bo-
na, *leg.vnic. §. abscedit, C.de rei vxor. act.* & quòd ex
ea possit commodè percipere alimenta : Vltrà quòd
praesumitur, † quòd eius mater, quae in dotis consti- 18
tutione interuenit, eam certiorauerit : quinimò, &
quòd habuerit veram omnium gestorum scientiam:
† Quia eo ipso : quòd matrimonio consensit, & illud 19
consummauit, censetur etiam consensisse dotis consti-
tutioni, sine qua matrimonia non solent contrahi,
Alex.cons.146.num.12.lib.5. Surd.decis.62.num.13.vers.
eius verò, & Rot. decis. 89. numer. 11. & 12. part. 2.
diuers.

Non obstat demum, quòd in dotis constitutione
adsit pactum, vt mortua vxore dos reuertatur ad vi-
rum : & quòd viro praemortuo extantibus filiis, Ve-
neranda non haberet nisi scuta 500. Quia nullus i-
storum casuum euenit : & in primo casu illa non in-
digebat alimentis : solùm enim, vt dictum est, attendi
debet, quòd tempore mortis viri aliundè congrua ha-
beat alimenta.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Veneta Sequestri.

Ven. 26. Iuny 1626.

ARGVMENTVM.

Res iudicata intrare solita ex tribus conformi-
bus, non intrat si sententiae non sint confor-
mes. Et an, & quando ad hunc effectum di-
cantur conformes vel non. Item nec intrat
res iudicata ex capite desertionis causae, si
fuerit appellatum intra decem dies, & fue-
rint petiti apostoli, & datus terminus iuris, &
intra illum commissa causa ; etiam si pro a-
postolis redditum non fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Sententiae conformes an, & quando dicantur ad effe-*
ctum, vt intret res iudicata ex tribus confor-
mibus.

2 *Decretum, aut sententia in iudicio summario, in qui-*
bus iura partium non sunt plenè, & solemniter dis-
cussa, non praeiudicant in iudicio plenario.

3 *Res iudicata non intrat ex capite desertionis si appel-*
latio fuit interposita intra decem dies, & fuerunt
petiti apostoli, & datus terminus iuris, & intra
illum causa commissa.

4 *Amplia*

4 *Amplia, etiam si non fuerit redditum pro apostolis intra terminum iuris: quia sufficit, quod intra illum petiti fuerint, & quod ea causa commissa fuerit.*
5 *Appellans à diffinitiua potest de stylo, non expectato responso, super apostolis impetrare iudicem, qui interim potest procedere in causa: & rationem habes numero 6.*
7 *Clausula* quòd orator ampliùs pro apostolis redire non teneatur, *non esse necesse, quòd apponatur in commissione causa, sed ponitur solum ad cautelam.*
8 *Commissio sufficit, quòd intra terminum iuris peruenerit ad bancum cursoris, etiam si non fuerit actu Iudici præsentata.*
9 Afflict. in constit. Regn. tit de appell. rub. 45. n. 24. vers. decimo nota, *declaratur.*

DECISIO XLIII.



Die 15. Maij præteriti dubitaui: An constet de re iudicata. Et cùm ex duplici capite prætenderetur, nempè ex tribus conformibus, & ob desertionem; dicebant Domini caput ex tribus conformi-
1 bus penitùs carere fundamento: † Quia decretum reuocationis sequestri Illustr. Patriarchæ Antiocheni, quod prætenditur esse computandum pro prima sententia, nec condemnationem continet, nec absolutionē, nec quicquam aliud his æquipollens. Et quamuis sententia D. mei Buratti, quæ prætenditur quòd habenda sit pro secunda, confirmet dictum decretum quoad reuocationem sequestri; progreditur tamen vlterius, dum super meritis causæ declarat nullum ius Iosepho competere: & ideò in hac parte non potest dici conformis decreto: Et propter eandem causam quamuis vltima sententia D. mei Pitouani sit conformis sententiæ D. mei Buratti, non tamen decreto, iuxtà latè tradita per *Cenar. pract. quæst. c. 15. n. 5. & 6. Craueti. consil. 183. per tot.* Et accedit, quòd decretum fuit super articulo reuocationis sequestri: in quo quando
2 fuisset habita ratio de mente causæ principalis, ea habita fuit incidenter, & summariè tantùm: † Decretum autem, aut sententia in iudicio summario in quibus iura partium non sunt plenè, & solemniter discussa, non præiudicant, nec in eis potest fieri fundamentum in iudicio plenario, *l. penult. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* & ibi *glos. l. si quis n liberis, §. si vel parens, vers. meminisse.* & ibi *Bart. ff. de liber. agnosc. Vincent. de Franch. decis. 289. per tot. Barz. decis. 82. numer. 25.*

Quapropter fuit tunc difficultas restricta ad caput
3 desertionis; Quæ hodie fuit negatiuè resoluta: † Quia sententia Domini mei Pitouani fuit lata sub die 22. Decembris, & die 30. eiusdem mensis fuit ab eâ appellatum, & petiti apostoli, & datus terminus iuris, & sic intra decem dies, *Auth. hodie, de appell. cap. anteriorum 2. quæstion. 6.* & die 26. Ianuarij sequentis fuit mihi causa commissa, & sic intra mensem à
4 die dati termini iuris.

Non obstat, quòd non fuerit reditum pro apostolis intra terminum iuris: † Quia sat est, quòd à principio fuerint apostoli petiti intra dictum terminum,
5 & causa in Rota commissa: quæ idem operantur, ac reditus pro apostolis ad effectum euitandi desertionem, *Rot. decis. 54. de appellat. in antiq.* † vbi quòd de
6 stylo appellans à diffinitiua, potest, non expectato responso super apostolis, impetrare iudicem, qui interim potest procedere in causa. † Et ratio est, quia ex quo ius huiusmodi appellationi defert, & terminum statuit, *cap. cum sit, de appell.* statim prosequi potest, *cap. oblatæ, de appell.* etiam responso non expectato, *Rot. decis. 41. vers. nam ex quo ius, appell. in nou. Cassad. decis. 8. & Crescent. decis. 2. eod. tit. Verall. decis. 38. par. 1. & decis. 115. par. 2. Rot. diuers. decis. 734. par. 4. Lancell. de attent. par. 2. cap. 13. numer. 28. vers. & propterea, Adden. ad Greg. XV. decis. 573. numer. 14.*

Non obstat, quòd in commissione non fuerit apposita clausula: *Ita quòd orator ampliùs pro apostolis redire non tenetur.* † Quia cùm redire ad iudicem pro apostolis nihil aliud sit, quàm repotare voluntatem iudicis in deferendo appellationi, cui lex ipsa iam defert: prædicta clausula non est necessaria, sed solùm ad cautelam, *Lancell. d. cap. 13. numer. 28. & 29.* 7

Non obstat, quòd commissio intra terminum iuris non fuerit iudici præsentata, nec pars citata ad dicen. contra: † Quia sufficit, quòd intra illud tempus peruenerit ad bancum Cursoris, vt eam præsentet, ex quo satis de diligentia constare dicitur, *Cassad. decis. 4. princ. de appell. Crescent. decis. 1. eod. tit.* 8

Demùm non obstat decisio Perusina de Vbaldis 17. Iunij 1596. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, data per partem aduersam: Quia nullam mentionem facit de citatione ad dicen. contra, nec de præsentatione coram iudice; imò innuit, sufficere quòd intra iuris terminum causa committatur. †. *Afflict.* verò etiam exaduersò alleg. *in constit. tit. de appell. rub. 45. num. 24. vers. decimo nota*, loquitur secundùm terminos illius constitutionis, non de iure communi, in quo versamur. 9

Et ita decisum, vtraque, &c.

Barbastren. Canonicatus.

Ven. 26. Iunij 1626.

ARGVMENTVM.

Cantores Cappellæ Pontificiæ, actu inseruientes lucrantur in absentia fructus Canonicatus, non autem distributiones quotidianas.

SVMMARIVM.

1 *Cantores Cappellæ Pontificiæ sunt verè familiares Papæ, & num. 6.*
2 *Familiares Papæ lucrantur in absentia fructus beneficiorum, residentiam requirentium. Intellige vt num. 10.*
3 *Item eos lucrantur familiares Episcopi, dum illi inseruiunt.*
4 *Aliud est esse familiarem, aliud habere pro familiari.*
5 *Familiaritatis requisita sunt destinatio ad certum seruitium, mens, & dens.*
7 *Clausula*: sublata *cum decreto irritanti, quid operetur.*
8 *Familiaris quis dicitur, etiam si recipiat salarium: quia hoc non excludit verum seruitium, & obsequium.*
9 *Prothonotarij non participantes, & alij habentes officia in Romana Curia, non lucrantur, in absentia fructus beneficiorum, quæ requirunt residentiam: & ratio redditur ibidem.*
10 Cap. eum dilectus, de cler. non resid. *requiri præter familiaritatem obsequium circa personam Principis.*
Nec illius dispositio est correcta per Concil. Trident. num. 12.

11 Ser

11 *Seruientes Papæ, dicitur vniuersali Ecclesiæ inseruire.*

13 *Distributiones, vt lucrentur, requiritur præsentia, & interessentia.*

14 *Familiares Papæ non lucrantur distributiones in absentia.*

DECISIO XLIV.

D. Bartholomæus de la Cotte, Canonicus Barbastren, vnus ex Cantoribus Cappellanis Sanctissimi D. N. prætendit coram Illustriss. Cardinali de Monte, Cappellæ, Pontificiæ prorectore contra Capitulum Barbastren, sibi in dicta absentia, actu tamen in dicta Cappella inseruienti, deberi fructus Canonicatus, & præbendæ, ac distributiones quotidianas. Quare cùm fuerim à præscripto Illustriss. Cardinali in iudicem deputatus: hodie super hoc in Rota dubitaui. Et Domini fuerunt concordes, Bartholomęo deberi fructus Canonicatus, & præbendæ, non autem distributiones. Quoad fru-
1 ctus moti fuerunt: † Quia Cantores Cappellæ Pontificiæ sunt veri familiares Papæ iuxtà *constitutionem Sixti V.* editam *anno* 1586. §. 3. quæ habetur *in nouo Bullario tom. 1. fol.* 540. quæ fuit postea confirmata per *Paulum V.* quòd & prius dixerat, *apud Rot. Guidob. dec.*
2 183. *incipit Cantores Cappellæ.* † Vnde intrat dispositio *tex. in cap. cùm dilectus de Cleric. non residen.* de percipiendis fructibus in absentia: *Zabarell. cons.* 44. *num.* 3. *Mouet. de distrib. quotid. part.* 2. *quæst* 9. *numero* 10. *Garz. de benef. par.* 3. *cap.* 2. *numero* 383. & idem resoluit Sac. Concilij Congregatio, in substituto Diaconi, & Subdiaconi eiusdem Cappellæ, & sic in casu magis dubitabili: Et accedit, quia aliàs vt aduertit *Oldrad. cons.* 48. *vers. & ideo Honorius,*
3 † familiares Episcopi essent melioris conditionis, qui dum inseruiunt Episcopo faciunt fructus suos, *cap. de cætera, & cap. ad audientiam, de Cleric. non resid.*
4 Non obstat, † quòd Cantores prædicti non videantur esse veri familiares, ex quo *Constitutio Sixti V.* dicit, vt tales esse censeantur, & aliud est, quòd quis sit verus familiaris, aliud quòd habeatur pro tali ad trad. *per Gonzal. in reg.* 8. *glos.* 43. *num.* 17. *& seqq.*
5 *Rot. decis.* 88. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* † Quia imò in illis ad effectum de quo agitur, concurrunt requisita
6 veræ familiaritatis, nempè † destinatio ad certum seruitium, mens, & dens, *Rot. in recent. decis.* 584. *num.* 3. *par.* 1. ex quo actu seruiunt Papæ in diuinis officiis, & recipiunt portionem panis, & vini: & concurrit quoque mens, vt ex verbis Constitutionis prædictæ clarè conspicitur, ibi: *tam ipsi, quàm alij pro tempore existentes Cantores, Capellani sint, & esse censeantur, prout hactenus semper fuerunt nostri, & pro tempore existentis Romani Pontificis, veri, & indubitati familiares, continui commensales, ac solitam portionem panis, & vini, &c.* Ex quibus verbis, non sunt familiares per priuilegium, & fictionem, sed veri,
7 & Indubitati. † Et tollitur penitus omnis difficultas ex clausula: *Sublata*, cum decreto irritanti, *Rot. decis.* 461. *per tot. par.* 1. *recent.*
8 Non obstat, quòd recipiunt salarium: † Quia hoc non excludit verum seruitium, & obsequium Papæ; cùm etiam alij familiares Pontificis: vt sunt cubicularij, illud recipiant, & nihilominùs fructus in absentia lucrantur, *Garz. vbi supra.*
9 Non obstat, quòd sic † Prothonotarij non participantes, & alij innumeri habentes officia in Romana Curia, in quorū erectione disponitur, vt habeatur pro veris familiaribus, possent prætendere exemptionem à
10 residentia ad effectum lucrandi fructus † vigore dicti *cap. cum dilectus:* Quia ille textus, præter familiaritatē, requirit obsequiū circa personam Principis, ibi *in no-*

stro seruitio commorantes: & ibi: *qui circa nos se obsequiales exhibent, &c.* quod in illis non concurrit.

Non obstat, quòd in eod. textu requiratur, vt familiares Papæ ad effectum lucrandi fructus debeant inseruire vniuersæ Ecclesiæ, ibi: *obsequiales exhibent vniuersi, &c.* † Quia existentes in seruitio Papæ, verè di- 11
cuntur vniuersali Ecclesiæ inseruire, *Panorm. ibid. num.* 2. *vers. nota* 2.

Non obstat, quòd dispositio *d. tex.* videatur correcta per *S. Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.*
† Quia contrarium est verius, vt in puncto, *Nauar.* 12
cons. 1. *&* 2. *de Cleric. non resid. Garz. vbi supra nu.* 146. & ita resoluit dicta S.Concil. Congregatio, & fuit in eadem sæpius resolutum.

Quo verò ad distributiones moti fuerunt: † quia vt 13
illæ lucrentur non solùm requiritur præsentia, sed etiā interessentia: † ac ideò familiaribus Papæ qui solùm 14
habentur pro præsentibus, non debētur, *Abb. in d. cap. cum dilectus, num.* 5. *Nauar. cons.* 2. *in fin. de cleric. non resid. Garz. de benef. vbi supra num.* 385. *Rot. in Illerd. distributionum* 2. *Iunij* 1598. *coram bo. me. Gipsio.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

Palentina Capellaniæ.

Merc. 2. *Iulij* 1636.

ARGVMENTVM.

Regula de annali quæ requirat, vt locū habeat.

SVMMARIVM.

1 *Regula de annali non habet locum non docto de possessione, quæ debet esse continuata per annum, num.* 2.

3 *Regula de annali requirit possessionem pacificam.*

4 *Fundatur in negligentia impetrantis, & sic non habet locum factis per illū diligentiis contra possessorem.*

5 *Non procedit dicta regula in beneficiis reseruatis.*

DECISIO XLV.

D. Lavrentivs de Touar prouisus Apostolicus de hac Cappellania, vigore Breuis de capienda possessione nomine Cameræ obtinuit ab A. C. sententiam declaratoriam cum mandato de immittendo contra Franciscum Salguero, tanquàm intrusum, & fuit inde possessionem adeptus: Sed commissa causa bo. m. Vbaldo, cum clausula: *Parito Breui, arbitrio Rotæ,* disputatóque dubio vtráque parte informante super dicto arbitrio: Rota sub die prima Iulij 1624. respondit: *Non intrare arbitrium, nisi obstaret regula de annali.* Quapropter cùm fuerim in dicta causa subrogatus, proposui hodie dubium reseruatum. Et Domini, Laurentio tantùm informante, Francisco tamen sæpius citato, resoluerunt non obstare: † Quia 1
non docetur per Franciscum de possessione, prout est necessarium docere ad effectū, vt sit regulæ locus, *Sarnen. in reg. de annal. q.* 7. *n. primo, vers. nam non sufficit,* † nec quòd fuerit continuata per annum: *Sarnen. ibid. quæst.* 77. Et † quòd illa fuerit pacifica de tempore 3
prouisionis Laurentij, prouisi Apostolici; *Rot. apud D. meum Decanum decis.* 292. *num.* 1. Quæ tantò magis probanda erant, ex quo causa fuit in Rota commissa ad instantiam Francisci: † Et in omnem casum, 4
quia constabat de diligentiis in reperiendo, & citando Franciscum in tempore factis, dicebant Domini, quòd illæ debent excusare Laurentium contrà dictā regulam, quæ fundatur in negligentia impetrantis, *Sarnen. vbi supra quæst.* 14. 71. *&* 76. *Rot. coram Greg. XV. decis.*

decis. 272. num. 5. & 369. per tot. Et demum videbatur res clara: quia cum dicta Cappellaoia vacaue-
5 rit in mense reseruato, nempe de mense Augusti † vt
firmat it in decisione desuper facta, non cadit sub
prædicta regula; quæ non procedit in beneficiis generaliter reseruatis, *Cassad. decisio. 14. numer. 9. super regulis.*

Et ita, &c.

Leodien. Decimarum.

Merc. 1. Iulij 1626.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione exigendi decimas, ex quibus concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda est possessori de tempore motæ litis.*

2 *Quasi possessio vniuersalis exigendi decimas sufficit ad effectum manutentionis, non docto de speciali exactione decimarum, super quibus lis pendet.*

3 *Manutentionis iudicium contentatur leuioribus probationibus.*

4 *Quasi possessio exigendi sufficit, vt probetur ex vnico actu solutionis, ad effectum manutentionis.*

5 *Assistentia iuris communis multùm attenditur ad effectum manutentionis.*

6 *Exceptio exemptionis à solutione decimarum quando sit reiicienda ad petitorium.*

DECISIO XLVI.

FVIT resolutum Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Aquensis esse dandum mandatum de manutenendo contra Monasterium, & Moniales Robetti Montis in possessione percipiendi decimas ex Bennariis, seu terris, de quibus agitur, sitis in parochia S.Romach, quæ est prædictorum Canonicorũ & Ca-
1 pituli. Etenim per testes *sum. n. 1.* † probatur eorũ pos-
sessio de tẽpore motæ litis, nedum quoad generalem
2 exactionẽ, sibi competentẽ iure parochialitatis, † quæ
videtur sufficiens ad obtinendum mandatũ de manutenendo, etiam quòd non cõstaret de speciali possessione exactionis decimarũ, super quibus lis pendet, *Abb. cons. 71. n. 3. Rot. in recent. dec. 212 n. 2. par. 2.* verùm etiã
quoad exactionem specialẽ, spatio plurium annorum:
3 † cum ad effectum manutentionis sufficiant leuiores
probationes, *Put. dec. 61. in fin. lib. 3. Rot. diuers. dec. 196.*
4 *n. 6. par. 1. Seraf decis. 624. n. 5.* † adeo vt sufficiat vnicus
actus solutionis: *Rip. in cap. cùm Ecclesia, n. 52. de caus. poss. & propriet. Seraf. decis. 1411. n. 2.* Quæ eo magis pro-
5 cedunt, † cum vltrà possessionem Capitulum tan-
quam Parochus habeat iuris communis assistentiam,
quę plurimum attendi solet ad effectum manutentionis. *Caputaq decis. 306. n. 7. par. 1.*

Non obstat prætensa exemptio Monialium, nempe
quòd sint exemptæ, quando eorum prædia propriis
6 sumptibus coluntur: † Quia hæc exemptio, maximè stante possessione Capituli, etiam respectu aliorum bonorum, quæ fuerunt culta per Moniales, reiicienda est ad petitorium, ad tradita *per Rot. in recent. decis. 562. in fin. par. 1. Et in Valentina decimarum 20. Febr. 1598. coram Peregrino.*

Et ita, &c. Capit. tantùm informante, &c.

Romana Spolij.

Ven. 6. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Spolium purgandum est per solutionem iusti pretij, si res super qua illud fuit commissum, præstari non potest. Et pretium illud dicitur iustum, & attendendum est, quo res vendi posset.

SVMMARIVM.

1 *Pretium iustum succedit loco rei, si præstari non potest.*

Et pretium illud dicitur iustum, & attendendum est, quo res vendi posset, n. 4.

2 *Monasterium potest cogere vicinum ad sibi vendendum domum pro Monasterij ampliatione, præsertim si domus sit vulgaris.*

3 L. inuitom C. de contrah. empt. *cessat ob publicam vtilitatem.*

5 *Reintegrationis effectus est, vt spoliatus redigatur in pristinum statum.*

6 *Spoliato debentur fructus rei, de qua fuit spoliatus.*

DECISIO XLVII.

POSTQVAM die 19. Decembris 1625. fuit resolutum, intrare spolium in fauorem Iulij Manfredi, & sic illum esse reintegrandum ad domũ, de qua agitur: Dubitaui hodie: Quomodo spolium sit purgãdum. Et quia domus dicebatur iam incorpo-
rata Monasterio sancti Iosephi: † Domini resoluerunt, 1
loco restitutionis domus succedere iustum pretiũ, vt
fuit dictum in decisione in hac eadem causa facta 4.
Iulij 1625. Ratio resolutionis fuit: † Quia, etiamsi do- 2
mus non reperiretur incorporata; præsertim cum sit domus vulgaris; posset cogi Iulius Manfredus illam Monasterio vendere iusto pretio, pro Monasterij constructione, seu ampliatione, iuxtà magis communem, & receptam sententiam, *l. si quis Sepulchrum, in princ. ff. de relig. & sumpt. funer. Bald. & Angel. in l. 1. ff sol. matr. Affl. in princ. constit. Neap. q. 3. n. 10. Cepoll. de seruit.*
vrban. præd. c. 82 de Sepulchr. † Receditur enim hoc ca- 3
su ob publicam vtilitatem à regula *tex. in l. inuitum, C. de contrah. empt. Soccin. in tract. Fallen. reg. 435. fallent. 9. Ias. in l. nec emere, C. de iur. deliber. Couar. var. resol. lib. 3. c. 14. n. 8. vers. hoc tamen falsum est.*

Quantum autẽ debeat esse iustum pretiũ: † Dixerũt 4
Domini esse per peritos æstimandũ, nulla habita cõsideratione de pretio oblato in subhastatione, de ordine
iudicis facta: quæ cùm fuerit declarata nulla, nullus
etiã ex ea debet sequi effectus: sed solũ attendendũ est
pretiũ, quo domus vendi posset, *ad l. pretia rerum, ff. ad*
l. falcid. † Hic enim est reintegrationis effectus, vt spo- 5
liatus redigatur in pristinũ statum eo meliori modo,
quo fieri potest: perinde ac si spoliũ factũ non fuisset,
Verall. dec. 171. par. 3. & Menoch. cons. 758. n. final.

Quo verò ad fructus, † Domini non dubitarunt, 6
quin debeantur, *Verall. & Menoch. vbi supra.* Sed à quo tempore, qualiter, & ad quam summam sint computandi, ordinarunt, vt particulariter videatur.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Bergo

Bergomen. Pensionis de Trescurio.

Ven. 13. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Pensionario si fuerit reseruata pensio exempta ab omni decima, titularis tenetur illam integrè soluere absque defalcatione alicuius decimæ, non obstante quòd posteà Principi in cuius dominio beneficium existit, fuerit concessum indultum exigendi decimas cum prægnantissimis clausulis derogatoriis quarumcumque exemptionum: Quia illæ adiectæ censentur fauore Principis, non autem titularis. Egregia est decisio, & in materia exemplaris.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio potest ex integro concedi quando dubitatur: An validè concessa fuerit.*

2 *Solutiones pensionis factæ per prædecessorem sufficiunt pro obtinenda manutentione contra successorem.*

3 *Clausula: Quorum tenores: operatur, vt omnia censeantur expressa.*

4 *Clausulæ derogatoriæ apposita in concessione decimarum factæ Principi, cuius fauorem respicere dicuntur: & n. 7. & seqq.*

5 *Pensionarius tenetur contribuere pro rata pensionis ad solutionem decimarum.*

6 *Exemptio, pacta, & conuentiones apposita ad fauorem pensionarij in reseruatione pensionis: An, & quando dicantur sublata ex mente Papæ, & ex clausulis derogatoriis illius: Plenè materia discutitur cum suis rationibus, & num. 7. 10. 16. 19. 21. & 24. & seqq.*

7 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*

8 *Emphyteuta tenetur soluere Principi tributa, ac censum, etiam si conuenerit cum domino directa, vt ipse, & non ille teneatur.*

9 *Et talis conuentio non confirmata à Principe dicitur nulla, & improbata.*

10 *Conuentio circa solutionem tributorum dicitur nulla quoad præiudicium fisci dumtaxat: valida tamen est, & seruanda quoad ipsos contrahentes, & num. 21.*

11 *Præfatio declarat voluntatem concedentis.*

12 *Et inducit causam finalem, aperitque mentem concedentis: ita vt illa à præfatione, vt à sua causa finali reguletur, limitetur, aut extendatur.*

13 *Verba restringi debent ad rem, super qua exprimuntur.*

14 *Verba generalia restringi debent ad certam causam, quæ exprimitur: si restrictio fieri potest salua ratione recti sermonis. Et ratio redditur, ibidem.*

15 *In priuilegiis, & gratiis non tam verba sunt attendenda, quàm mens consideranda.*

17 *Derogatio est stricti iuris.*

18 *Et tantum, & non plus intelligitur derogatum, quantum dictum, aut quantum de necessitate infertur.*

20 *Conuentiones partium: An, & quando tollantur ex concessione Principis.*

21 *Clausulæ regulantur secundùm naturam dispositionis, cui sunt adiectæ, & ideò si non obstat dispositio principalis, neque obstant illa, quæ sunt accessoria, & numer. 23.*

25 *Creditum prius potentius est.*

26 *Obligatus cum iuramento & obligatione camerali, dicitur strictius obligatus; & ideò prius soluere tenetur.*

27 *Debiti causa grauior alia esse dicitur, si vna habeat faciliorem executionem, quàm altera.*

28 *Princeps præsumitur præiudicare in modico, & non in magno: dum apparet voluisse præiudicare iuri tertij.*

29 *Obligatio ex persona & facto ipsius obligati originem trahens, ipsum solum afficere debet.*

DECISIO XLVIII.



PAVLVS PAPA V. in resignatione, quam Ioannes Paulus Garlinus fecit Ecclesiæ de Trescurio, reseruauit ei super fructibus eiusdem Ecclesiæ annuam pensionem scutorum 200. & eius nepotibus 60. exemptam, & immunem ab omni decima imposita, & ex quauis causa imponenda, & alio quocúmque onere, etiamsi in impositionibus huiusmodi decimarum caueatur expressè, quòd pensionarij pro rata pensionum suarum, quantumuis exemptarum decimas contribuere teneantur: Cui reseruationi Martinus resignatarius modo prædicto consensit, & pensionem cum iuramento, & obligatione camerali, etiam successorum nomine de suo, & eorum proprio soluere promisit, absque spe aliquid vnquàm posteà repetendi, seu defalcandi: Ita vt omne quod propterea ipse & sui successores in dicta Ecclesia soluerent, (quòd præfatam ratam pro tempore quomodolibet concerneret) Ioanni Paulo resignanti, & nepotibus gratiosè donare, & remittere teneantur, donatione pura & irreuocabili.

Sed postea Gregorius XV. Serenissimæ Reipublicæ Venetorum concessit certas decimas super fructibus omnium, & quorumcúmque beneficiorum Ecclesiasticorum sui Dominij; ad quas etiam pensionarios teneri voluit, quamuis pensiones essent vt supra exemptæ, & sub quibusvis obligationibus, etiam in forma cameræ, & iuramento, ac quibusvis decretis, & cautelis munitæ, etiam per viam donationis, & generaliter sub quauis verborum forma, aut expressione concepta, & quod ipsi, à quibus pensiones huiusmodi sunt soluendæ, iuri, & actioni petendæ, vel retinendæ portionis, aut ratæ partis, pensionarios tangentis, iureiurando renunciauerint,

Cuius indulti prætextu Hieronymus Isabellus, qui Martino resignatario in dicta Ecclesia successit, prætendens quòd Ioannes Paulus pensionarius teneatur contribuere solutioni prædictarum decimarum; integram pensionem soluere recusauit; sed cùm fuerit conuentus coram A. C. obtinuit Ioannes Paulus manuteneri in possessione exigendi integram pensionem: Vnde causa appellationis mihi commissa *sine retardatione solutionis, arbitrio Rotæ*: Proposui hodie dubium: An intret arbitrium: In cuius discussione fuit pro parte Hieronymi de tribus oppositum: nempe de inualiditate mandati A. C. Quòd quasi possessio non fuerit probata: Et demum de iniustitia. Sed validitas fuit visa clara, & quando fuisset turbida, cessabat difficultas, † ex quo nunc ex integro poterat manutentio concedi; *Veral. decisio. 175. part. 3. 6. Puteus decisio. 177. part. prima*, sed etiam quasi possessio videbatur benè probata, quia ad effectum manutentionis sufficiunt solutiones, de quibus in actis, factæ per Martinum prædecessorem, *Guid. Pap. decisio. 629.* sæpiùs per Rotam canonizata *Gig. de* 1

pens quæst.47.num.10. Menoch. de recup. rem.1.num.89. Put. decis.151.lib.3. Seraf. decis.147. num.1. Et fuit millies deeisum.

Quaptopter post hinas huius dubij propositiones, scilicer 29. April. præteriti, & 6. huius mensis, fuit diffienltas restricta ad iustitiam. Quæ in eo solùm versatur: An per supradictum indulium Greg. XV. fuerit derogatum clausulis, appositis in reseruatione pensionis: itavt illud obstet pensionario in casu & ad effectum de quo agitur.

Et pro parte affirmatiua, & sic pto titulari videntur esse expressa verba d. indulri, vbi grauantur pensiona-rij, & derogatur pactis inter pensionarium, & titu-
3 larem conuentis cum clausula: *Quorum tenores.* † Quæ operatur vt omnia censeantur expressa, iuxta vulgare *consilium Butrij*, ac expressa derogatione regulæ *de iure quæsito non tollen.* & cum decreto irritanti, & clausula sublata, & in speeie derogatur obligationibus in forma eameræ, qua titularis erat obligatus ad fauorem pensionarij: nec non donationibus, & iura-
4 mento ad fauorem eiusdem. † Quæ derogationes, cùm non cooueniant, nec adaptari valeant Reipublicæ, eoi elausulæ supradictæ non obstabant, vt patet ad sensum; videtur necessariò dicendum, quòd solùm babent respectum ad titularem; ita vt eius fauore dumtaxar appositæ censeantur, ne aliàs inutiles sint, & superfluæ, & nihil penitùs operentur; vt in simili *Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 115. num. 63. & seqq.* Et tantò magis, quia sic intelligendo, redu-
5 citur res ad ius commuoe, qoo † pensionarij tenentur contribuere pro rata pensionis, *Gig. de pension. quæst.59.num.5.*

Et fortius pro titulari stringebat, quòd Rota sæpius in puncto visa fuit sentire ad eius fauorem, scili-
6 cet: Quòd per huiosmodi declarationes, † exemptio, pacta, & conuentiones ad fauorem pensionatij in reseruatione appositæ, fuerint sublatæ ex mente, & voluntate Papæ, vt *part. 2. diuers. decis. 161. in princ. & numer. 4. 6. & 13. & in Asculana pensionis 17. Februarij 1586. coram Cardinali Pamphilio, & in Valentina subsidij 4. Maij 1611. coram b. m. Pena in fin. vers. ad decis. in causa Toletana.*

Cæterùm re maturè discussa, Domini contrarium resoluerunt, videlicet, Isabellum titularem teneri, iuxta reseruationem, releuare Ioannem Paulum, & eius nepotes pensionarios ab omni, & quacumque decima: Habent enim pensionarij intentionem fundatam in litteris reseruationis, cuius verba sunt clara, vt supra in facto, & in pluribus decisionibus Rotæ, in similibus terminis loquentibus; vt *apud Seraf. decis. 1348. numero 2. in vers. nam cùm non agatur, & in vers. non tamen tollit, & decis. 702. num.5. & 6. par. 2. recent, & in dicta Valentina subsidij 4. Maij 1611, allegata etiam exaduerso,* & clariùs in *decisione 26. Nouembris eiusdem anni in eadem causa facta coram eodem bon. mem. Pena, & in Perusina pensionis 13. Ianuarij 1614. coram Cardinali Sacrato, & in Coneten. pensionis 7. Iunij 1621. coram bon. me. Remboldo,* & in aliis adductis *per modernos discept. forens. cap. 548. num.26. cum seqq.*

Ex quibus decisionibus, iuxta mentem Rotæ, declaratur, dictum Breue Greg. XV. quo etiam pensionarij grauantur, vt sit verum ad fauorem Reipublicæ, cui pensionarij tenētur pro sua rata non minùs quàm titulares: ita vt prætextu quarumuis exemptionum, aut conuentionum, cum titularibus initarum, non possint eximi à contributione decimarum: Quia illis omnibus quoad Rempublicam, fuit in dicto Breui expressè derogatum, vt sic concessio decimarum, vt inferiùs dicitur, habeat faciliorem exitum, & effectum: Sed propterea non fuit de mente Papæ velle præiudicare pensionariis, quoad titulares, ad quorum fauorem non respexit, nec illis in dicto Breui quicquàm concessit. Sed potiùs fuit eius voluntas, vt quoad illos pacta, & conuentiones & clausulæ omnes in reseruatione adscriptæ, remaneant in suo robore, & firmitate, *Rot. in præd. decis. 1348. apud Seraf. in dicta Valentina subsidij, & aliis supra alleg.* Et hoc ipsum benè deootant verba indulti, ibi; *quoad hoc nullatenus suffragari,* id est respectu Reipublicæ, cui solùm indultum fuit concessum, & non pensionariis: † ita vt 7
Reipublicæ inclusio sit titularium exclusio, *ad l. cum Prætor, ff. de iudic.* & in puncto dicta verba ad hoc expendit *Rota in dicta Coneten. coram bo. mem. Remboldo.*

Qui intellectus ad dictum breue tanto magis congruit, & recipi debet, quanto est iuri communi con-
formis: Eo enim attento, † si emphyteuta pactū inie- 8
rit cum domino directo, vt non ipse sed Dominus directus tributa, ac censum Principi soluat: nihilominus Emphyteuta tenetur, perinde ac si nulla præcesserit conuentio, *l. ius Emphyteutici prædij, & ibi Re-
buff. de fund. patrimon. lib. 11.* vbi † talis conuentio non 9
confirmata à Principe dicitur nulla, & improbata: &
facit text. *in l. fin. C. sine Cens. vel reliquo.* † Quòd 10
tamen conoentio sit nulla, intelligi debet quoad præiudicium fisci dumtaxat, *l. inter debitorem, ff. de pact.* ibi *inter debitorem, & creditorem conuenerat, vt creditor onus tributi prædij pignorati non agnosceret: sed eius soluendi necessitas debitorem spectaret; talem conuentionem quantum ad fisci rationem, non esse seruandam respondi.* Cæterum quoad ipsos contrahentes conuentio est valida, & seruanda; vt probat expressus text. *in l. epistolam, §. pactum, ff. de pact.* ibi *pactum vt si quas summas propter tributiones prædij, pignori nexi factas creditor soluisset à debitore reciperet, & vt tributa eiusdem prædij debitor penderet, iustum, ideòque seruandum est:* & ita declarant *glos. in d. l. ius emphyteutici, Ias. in d. l. Epistola, Aluar. Valasc. de iur. Emphyt. quæst. 17. num. 28. Francis. Marc. decis. 471. num. 13. par. 1.* Ergo derogatiooes pactorum, & conuentionum, contentæ in Breui debent intelligi ex mente Papæ ad fauorem Reipublicæ tantùm, non autem titularis.

Quæ Pontificis mens, & voluntas inde magis vrgent, quòd ille, vt legitur in præfatione Breuis, ex eo dumtaxat motus fuit ad concedendum has decimas, vt per eas subuentum sit publicis Reipublicæ necessitatibus: quæ tot, tantáque munitissima præsidia substinet ad fauces inimicorum, quorum ipsa, & totius Italiæ est firmissimum propugnaculum: ideóque ad eam semper verba indulti diriguntur: Quæ ratio nec indirectè conuenire potest titularibus, cum quibus indultum non loquitur: Licèt enim illa publica subuentio sit omnium communis; tamen dum Respublica, siue ab vno, siue ab alio integras eximit decimas, quòd postea pensionarius iuxta pacta conuenta releuetur à titulari aut non releuetur, prorsus dicit respectum ad priuatam vtilitatem titularis, aut pensionarij, vt patet ad oculum.

Nihil autem est, † vnde magis voluntas conce- 11
dentis declaretur, quàm à præfatione, *l. cùm hi, in princ.* & ibi *Bart. & Ias. ff. de transact. Crauett. cons.
211. num. 8. vers. septimo vero:* † Cùm enim præfa- 12
tio inducat causam finalem, *l. fin. ff. de hæred. instit.* aperit mentem concedentis, ita vt illa à præfatione, vt à sua causa finali reguletur, limitetur, aut extendatur; *l. cùm pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. l. si de certa,* vbi *Bart. C. de transact. Bald. in l. sub prætextu, num. 12. C. eod. Paul. de Castr. cons. 332. lib. 1. Cra-
uett. cons. 16. num.5.* vbi quòd † verba sunt restringen- 13
da ad rem, super qua exprimuntur: *l. si quis ita, ff. de testam.*

testam. tutel. & Surd. decis. 217. num. 6. vbi, quòd
14 quando exprimitur certa causa, † verba generalia vltrà dictam causam nihil operantur, sed debent restringi ad eam; quando salua ratione recti sermonis restrictio fieri potest. Hîc autem recti sermonis ratio postulat, vt fiat dicta restrictio, nec Pontificis gratia seu concessio trahatur ad eos, quibus non conuenit ratio concessionis: Vnde dixit, *Rota apud Mohed. decis. 13. de praeben.*
15 † quòd in priuilegiis, & gratiis non tam verba sunt attendenda, quàm mens consideranda.

16 Praetereà etiam eadem † Pontificis intentio, & voluntas non minùs elicitur, combinando indultum decimarum cum pactis, & clausulis reseruationis; etenim in his habetur, quòd titularis in subsidium promisit suo, & successorum nomine de proprio soluere ratam decimarum spectantem ad pensionarium; quam promissionem Pontifex ratam habuit, illamque expressè confirmauit, & approbauit: In indulto autem ad denotandum quòd derogationes in eo contentae nullo modo attingunt interesse titularis, sed Reipublicae, derogatur dumtaxat clausulis, quae iuxtà dicenda, possunt adaptari faciliori, aut difficiliori exactioni ex fructibus beneficiorum; non autem derogatur clausulae, vt in omnem casum titularis
17 etiam de proprio soluere teneatur. † Cùm enim de-
18 rogatio sit stricti iuris. *Gemin. conf. 35. num. 2.* † tantum, & non plùs est derogatum, quantum dictum, aut quantum de necessitate infertur, *l. sancimus C. de testam. Crauett. conf. 26. numer. 7. Rot. in dicta Valentina subsidij 4. Maij coram bo. m. Pema, vers. quod verò ex derogatione.*
19 † Cur autem Papa huic vni derogare omiserit, non autem aliae, illa solùm videtur esse ratio; Quòd cùm decimae non de proprio, vt pensio, sed solùm de fructibus sint exigendae, superfluum erat derogare huic clausulae, quae non pertinet ad decimatum exactionem, sed solùm ad priuatum interesse titularis, & pensionarij; quod interesse non fuit consideratum, sed omissum; quia nullo modo, nulla ve ratione mouit Papam ad conceden. indultum; Ergo quoad illud conuentiones, & clausulae reseruationis remanserunt in suo pristino statu: & per consequens iuramentum, & obligatio cameralis, sub quibus etiam facta fuit promissio soluendi de proprio: Quae consideratio fuit de mente Rotae *in dicta Pensiua pensionis, vers. minus refragatur, in fin. coram Cardinali Seraph.*

20 Tandem generaliter † nulla Principis concessio etiam cum clausulis derogatoriis tollit partium conuentiones, nisi adeò clarè, & distinctè illis sit derogatum, vt alia non possit capi interpretatio, *cap. ex multiplici, vbi glos. & Anchar. n. 4. de decim. Felin. in cap. causam quae, num. 10. de rescript. Put. decis. 193. lib. 1. in nouampr. Capuraq. dec. 55. par. 2. & in puncto Rot. in d. Valentina subsidij 4. Maij in vers. non obstant clausula derogatoriae.* Ex quibus patet responsio ad contraria, quae exad. adducebantur; sed pro maiori satisfactione, & claritate illis singulariter respondetur.

Non obstat primò quòd in indulto Greg. XV. pensionarij in specie grauentur, & derogetur in eo pactis, & conuentionibus inter pensionarium, & titularem:
21 † Quia grauamen, & derogationes intelliguntur quoad decimas, & sic quoad Rempublicam Venetorum, ita vt, quoad eam, conuentionibus sit derogatum, & illae nullae sint, *iux. text. in d. l. inter debitorem; & in d. l. in Emphyteutici*: permanent tamen validae vt priùs quoad contrahentes, iuxta *text. in d. l. epistola, §. pactum, ff. de pact. & Rotae decisiones superius allegatas.*

Non obstat secundò clausula, *quorum tenores*, decretum irritans, & clausula *sublata*. † Quia intel- 22
liguntur eod. themate retento, nempè quoad praeiudicium Reipublicae: Quia cùm regulentur secundùm naturam dispositionis, cui sunt adiectae, *Cassad. decis. 10. n. 4. ad reg. Cancellar. Capuraq. decis. 121. par. 1.*
† si non obstat principalis dispositio Breuis, minùs obstare debent clausulae accessoriae ipsius Breuis, *reg. Accessorium, de reg. iur. in 6.* 23

Non obstat tertiò quòd derogetur in Breue obligationi camerali, iuramento, & regulae *de iure quaesito, &c.* Quae taliter videntur adaptari ad fauorem titularis erga pensionarium, vt nullo modo conueniat Reipublicae, cui tamen dictae clausulae non obstant:
† quia vltra quòd cùm constet de mente Papae, & de 24
causa finali, certa, & determinata ad solum fauorem Reipublicae, non est curandum de effectu dictarum clausularum, nisi si & in quantùm contenta in illis possunt afferre commodum Reipublicae, & non aliter. Iuxtà supradicta respondetur etiam satis esse, quòd derogationes illae operentur faciliorem decimarum exactionem ad fauorem Reipublicae; *vt dixit Rota in d. Valentina subsidij 29. Nouembris 1611. coram bon. mem. Pema.*

Facilior autem exactio ex derogatione praedictorum potest considerari tam contra titularem, quàm etiam contra pensionarium: Contra titularem, ne excusetur, quòd Papa priùs illum grauauerit sub iuramento, & obligatione camerali ad fauorem pensionarij: † & sic quòd illius creditum sit non solum 25
priùs, & sic potius *l. qui priùs, de reg. iur.* † sed etiam 26
strictius propter iuramentum, & obligationem cameralem: & ideò priùs soluendum esse; *ad l. 1. cum seqq. & l. cum ex pluribus, ff. de solut. Menoch. de arbitr. cas. 493. num. 14. cum seqq.* vbi † quod debiti cau- 27
sa grauior alia esse dicitur, si vna habet faciliorem exactionem, quàm altera: Contra verò pensionarium, quia ob easdem causas forte praetenderet priùs sibi soluendam esse pensionem ex fructibus, quàm Reipublicae decimas: Vnde summus Pontifex ad tollendas has difficultates, gratia faciliùs exactionis decimarum apposuit dictas derogationes; ita vt solùm quoad dictam faciliorem exactionem voluerit praeiudicare pensionariis: † Vbi enim apparet 28
Principem voluisse praeiudicare iuri tertij in dubio debet intelligi, quòd voluerit in modico praeiudicare, & non in magno; *Paris. cons. 6. numer. 16. vol. 2. Bald. in cap. 1. §. item Sacramenta, de pace iuram. firman. in vsib. feud.* vbi fat esse, si rescriptum aliquid modicum operetur in praeiudicium tertij, *Ias. in l. quoties, numero 4. C. de precib. Imp. offer. Deci. in cap. quae in Ecclesiarum, numero 26. de Constit. Aluar. Valasc. consule. 77. numero 21. & numero vigesimotertio, vol. 1. Rot. in dicta Valentina subsidij 4. Maij coram bon. memor. Pema, in versic. nec est nouum.*

Non obstat quartò *decis. 161. par. 2. diuers.* Quia ibi praeextetat cõcordia inter Clerum, & Regem Catholicum, in qua totus Clerus se obligauerat soluere Excusatum, non obstantibus quibuscumque exemptionibus, priuilegiis, & contractibus etiam iuratis, & in forma camerae, *&c.* Et Papa aliud non fecit, quàm concordiam confirmare: Vnde mirum non est, quòd in casu illo fuerit resolutum: pensionarium teneri, & non esse releuandum à titulari: † quia obligatio, 29
quae ex persona, & facto illius originem traxit, ipsum solùm afficere debuit, & non titularem, *l. quaecumque gerimus, ff. de act. & obligat. & in l. inter stipulantem, ff. de verb. oblig.* Vnde etiam derogatio iuramenti, & obligationis cameralis ad damnum pensionarij facta fuit, & sic etiam est intelligenda *d. dec. Valentina subsidij 4. Maij in vers. in causa Toletana*, dum loquitur de

obligatione camerali; quia decisio in dicta causa Tolerana est eadem mei, *decisio. 161. par. 2. diuers.* Hic autem versamur in simplici indulto Papæ, nulla præcedente obligatione pensionarij, sed concesso ex causa, ita restricta ad Rempublicam, vt non conueniat pensiunario.

Demùm decisioni in *causa Asculana pensionis 5. February 1586. coram Card. Pamphil.* & aliis decisionibus exad. alleg. respondet eadem decisio Valentina subsidij: In illis difficultatem non fuisse restrictam ad terminos huius disputationis: & in casu dictæ decisionis Asculanæ pensionis, erat pensionarius Miles Hierosolymitanus, & contributio erat in fauorem Religionis, imposita per Magnum Magistrum; ideo causa nedum erat communis, sed propria pensionarij. Et in omnem casum semper vrget illa particularis exceptio, quòd hîc non fuit derogatum obligationi soluendi de proprio; cui accedunt etiam obligatio Cameralis, iuramentum, & alia vincula, de quibus in litteris reseruationis, &c.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Bononien. Associationis.

Ven. 20. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Mandatum de associando quæ requirat probanda, vt veniat concedendum Casus associationis dicitur euenisse ad fauorem fideiussoris contra principalem debitorem, etiã si de solutione illius constet solùm ex confessione creditoris; Et plura alia notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de associando qua requirat, vt concedatur: & numeris seqq. vsque ad n. 6.*

2 *Possessio anterior debitoris probatur ex tacita confessione creditoris, dum obtinuit fieri executionem pro suo credito contra bona illius, tanquam propria, & vti per illum possessa.*

3 *Clausula constituti probat possessionem constituentis contra singularem successorem habentem causam ab eo.*

4 *Constitutum transfert veram possessionem.*

5 *Possessio Rei conuenti probatur ex litis substentatione.*

7 *Mandatum de associando competit etiam contra singulares possessores, stante constituto, seu precario.*

8 *Clausulario Bononiæ standum est circa extensionem instrumentorum.*

9 *Fideiussor agere potest contra principalem debitorem, etiam si non constet illum soluisse, nisi per confessionem creditoris: & ratio redditur ibidem.*

10 *Libro scripto à persona legali, & fide digna valde deferendum est.*

55 *Et præsertim, quando scribens obiit ante captum iudicium.*

12 *Creditor si conueniat debitorem pro fructibus decursis pro certo tempore, præsumitur satisfactus de fructibus antea decursis.*

13 *Clausula precarij an, & quando suffragetur ratione incertitudinis.*

14 *Subhastatio bonorum debitoris facta ab vno creditore non præiudicat iuribus alterius creditoris, etiam si illam sciat, & non contradicat.*

DECISIO XLIX.


Vit resolutum, Accursio, & Capitebouio dandum esse mandatum de associando ad bona stabilia, de quibus agitur, quę fuerunt Francisci Pasqualini, nunc per Herculem Ceniam detenta: † Quia de 1
obligatione Pasqualini cum clausula constituti, & Precarij ad fauorem Accursij, & Capitebouij constabat ex publicis instrumentis: in quibus legitur, quòd de anno 1585. Pasqualinus imposuit super suis bonis annuum censum librarum 168. ad fauorem Iulij Pataratij sub fideiussione Accursij; quem indemnem releuare promisit sub hypotheca, & obligatione Camerali, ac pacto pignoris, & precarij: Et quòd de anno 1587. Idem Pasqualinus imposuit alium annuum censum libratum 390. super eisdem bonis ad fauorem Hieronymi de Tobaleis cum fideiussione Capitebouij, cui pariter, vt supra, indemnitatem promisit.

Bona verò ad quæ petitur associatio, † fuisse pos- 2
sessa per d. Pasqualinum, principalem debitorem concludenter probari visum fuit ex tacita confessione Herculis, dum obtinuit fieri executionem pro quodam suo credito contra hæc bona, tanquam propria Pasqualini, ac per illum possessa: *Tiraq. de retract. consanguin. §. 8. glos. 9. numer. 22. Rot. apud Greg. XV. decis. 402. num. 2.* & ex instrumento subhastationis, & deliberationis in eius personam cum clausula constituti: † quæ probat possessionem constituentis 3
contra singularem successorem, habentem ab eo causam: *Angel. in l. quadam mulier. ff. de rei vendic. Grat. cons. 42. num. 12. lib. 2. Ru.n. cons. 169. in fin. lib. 1. Natt. cons. 439. num. 3. Tiraq. de iur. constit. par. 3. limit. prima, num. 23. Rot. diuers. decis. 766. num. 1. par. 1.*

De possessione autem Herculis constabat tam ex supradicto instrumento subhastationis cum clausula constituti † ex qua inducitur vera possessionis trans- 4
latio, *l. quod meo,* vbi *Bart. ff. de acquir. possess.* & *d. l. quæ mulier.* vbi etiam *Bart. Tiraq de iur. constit. par. 2. ampliat. 1. numer. 2. Capic. decis. 69. num. 27. & Rota in Romana Saluiani, 10. Iunij currentis anni coram me.* † quam etiam ex litis substentatione, *Alex. cons.* 5
73. in princip. lib. 3. Cas. de Grass. decis. 4. num. 2. de restit. spoliat. & Rota decision. 26. numer. 16. apud Pacif. de Saluian. & in dicta Romana Saluiani coram me.

Quibus concurrentibus, † datur mandatum de 6
associando vigore constituti, seu precarij; iuxta tradita per *Bart. in l. 3. num. 2. in quæst. princip. num. 19. versic. Et prædicta vera, C. de pignor.* vbi *numer. 25. vers. sed pone.* † Quod cumpetit etiam contra singula- 7
res possessores; *Afflict. decis. 326. Tiraq. de iur. constit. par. 1. num. 43. Ruin. cons. 127. num. 1. lib. 5. Put. decis. 434. lib. 2. num. 5.*

Non obstant, quæ dicebantur de non legitima extensione dictorum instrumentorum; † Quia illa fuit 8
facta de ordine Rotæ secundùm clausularium Ciuitatis Bononiæ, à Sede Apostolica confirmatum: cui standum esse dixit *Rota decis. 696. num. 7. par. 2. recent.* Et quamuis extensio instrumenti Accursij facta fuerit à Capitebouio; quia tamen nullum habet interesse cum Accursio, quamuis litiget etiam contra Herculem; & extenderit iuxtà dictum clausularium, parte citata productum, cessat penitùs omnis suspicio.

Non etiam releuat, si dicatur non probari euenisse casum associationis, ex quo non constat de solutione fructuum censuum facta per Accursium, nisi per confessionem Prosperi Pataratij, creditoris, filij d. q. Iulij Pataratij, census emptoris: Quæ videtur non

sufficere

sufficere contra Herculem, qui est tertius: † Quia re-
gula, quòd confessio de recepto non probet contra
tertium, non procedit in confessione, quam habet fi-
deiussor à creditore, ex qua fideiussor agere potest
contra debitorem principalem, non aliter probata nu-
meratione; secundùm magis receptam, & commu-
nem sententiam, *Bart. cons. 160. lib. 2. Paul. Salicet.
Alex. & Ias. in l. duobus ff. de iur. iur. Dec. cons. 493. nu.
6. Curt. Iun. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. Afflict. de-
cis. 94. Eman. à Cost. in repet. l. si ex caut. in 6. & vltima
differentia n. 10. & 11. C. de non n. pec. Tiraq. de ret. consag.
§. 1. glos. 18. n. 84. Ant. Gomes. var. resol. tit. de fideins. n. 13.
Surd. dec. 118. n. 1.* Cuius limitationis multæ afferuntur
rationes per *Moder de probat. conclus. 373. num. 2. & 3.
vol. 1.* Sed illa magis congruere videtur, quòd in hoc
casu nulla potest esse fraudis, & simulationis suspi-
cio: quandoquidem si creditor qui confitetur rece-
pisse, non recepit; confessio nulli alij, quàm sibi no-
cere potest, non autem principali debitori; qui si
non extaret confessio de recepto, teneretur soluere
creditori: si verò extat confessio de recepto, à fide-
iussore, non creditori, sed loco ipsius fideiussori, qui
pro ipso soluit, tenetur soluere.

Et cessabat omnis scrupulus: Quia respectu Capi-
tebouij de solutione constabat per publicum instru-
mentum, *sum. num. 11.* quo verò ad Accursium, confes-
sio Prosperi, & sic probatio solutionum fuit coad-
iuuata ex partitis libri scripti, & tenti per dictum Iu-
10 lium Pataratium, creditorem: † Cui libro multùm
Domini deferebant, cùm scriptus fuerit à persona le-
gali, & fide digna, *Bald. cons. 150 num. 3. circa medium,
vers. si autem non potest, lib. 3. Guid. Pap. decis. 441. num. 1.*
11 *Rot. decis. 292. num. 4. part. 2. recent.* † Et multò magis,
quia Pataratius obiit ante ceptum hoc iudicium, *Bart.
in l. admonendi, num. 27. ff. de iur. iur. Crauett. cons. 6. nu.
52. & Rot. vbi supra.* Et est prorsus inverisimile, quòd
Prosper fecisset quietantiam, & Iulius eius pater ad-
notasset partitas solutionum ad fauorem Accursi, si
12 veritas aliter se haberet, vt patet ad oculum. † Et eò
magis, quia Prosper Pataratius de anno 1617. conue-
nit Accursium pro fructibus decursis per totum an-
num 1616. & contra eum mandatum obtinuit: si-
gnum euidens; quòd sibi fuit iam satisfactum de
præteritis, *ad tex. in l. quicumque, C. de apoc. public.
lib. 10.*

Non obstat, quòd clausula precarij non suffragetur
13 ratione incertitudinis: † Quia hoc procedit, quando
constitutum apponitur, re particulari incerta, secus
quando, vt hic generaliter super omnibus bonis præ-
sentibus, & futuris; vt in puncto, *Ias. in l. 3. §. incertam,
num. 16. limit. 6. ff. de acquir. possess. Paris. cons. 59. num. 23.
lib. 1. Tiraq. de iur. constit. limit. 19. num. 2. & 3.* Aliter e-
nim obligatio omnium bonorum seruiret de vento.

Demùm non obstat, quòd quando hæc bona fue-
runt subhastata ad instantiam Herculis, & non fuit
14 ab hac parte contradictum: † Quia scientia Capite-
bouij, & Accursij nullibi probatur, & quando pro-
baretur, non noceret, *l. 2. cum gloss. ff. de iur. iur. Ozasc.
decis. 157. num. 17.*

Et ita decisum, vtraque parte, &c.

Bononien. Census.

Ven. 27. Nouembris 1626.

ARGVMENTVM.

Executiuè agi non potest contra tertium non obligatum. Mandatum datum alicui, vt pro eo fideiubeat, & obliget ipsummet mãdantem sub certis modo, & forma: si non seruetur, mandans non remanet obligatus: Nec mandatarius potest contra illum agere pro liberatione à fideiussione, præsertim si non apparet, mandatarium soluisse. Confessio, aut consensus curatoris, an & quando præiudicet minori: Et alia, de quibus in summ.

SVMMARIVM.

1 *Exequutiuè agi non potest contra tertium, in instrumento non nominatum, aut obligatum.*

2 *Statutum prohibens appellationem a decreto super exequutione instrumenti, non habet locum contra tertium, non nominatum in instrumento.*

3 *Statutum disponens, vt procedatur summariè in causis vertentibus super instrumento quarantigio, intelligitur inter eos, inter quos confectum est instrumentum, non autem contra tertium, de quo in instrumento non fit mentio.*

4 *Executiuè agi non potest, si debitum non est liquidum.*

5 *Mandatum, & mandati qualitates sunt seruandæ, etiam illæ, quæ in modo consistunt.*

6 *Mandatum ad obligandum non extenditur de persona ad personam.*

7 *Procurator constitutus ad certos actus, non censetur habere mandatum* cum libera *ad alios actus non expressos, quamuis in mandato postea sequatur clausula* & generaliter cum pleno iure.

8 *Bona fides non arguitur, si aliter contrahatur, quam fuit promissum.*

9 *Fideiussor non potest repetere fructus, quos non soluit.*

10 *Fideiussor suscipere videtur mandatum non solum ad fideiubendum, sed etiam ad soluendum; & ideo nisi soluerit, non habet actionem contra principalem, num. 11.*

12 *Fides non facit fidem.*

13 *Mandatum nullum est, si fuerit relaxatum pro fructibus decurrendis, & sic pro debito non purificato.*

14 *Fideiussor pro euictione agere non potest, re nondum euicta, licèt diu steterit in obligatione.*

15 *Saluianum non competit, non constito de credito.*

16 *Curator potest præiudicare minori in iudicio, & per viam contentiosæ iurisdictionis.*

17 *Fallit, quando curator non agit solus, sed minor cum illius auctoritate; quia tunc confessio, aut consensus curatoris non nocet pupillo.*

18 *Minor potest reuocare consensum curatoris probando errorem, & rem aliter se habere.*

19 *Errans non consentit.*

20 *Consensum præstare debens pro alio, tenetur præuidere, an negotium super quo consentit, sit illi vtile; & consensus aliter præstitus, non valet, numer. 21.*

DECISIO L.

COMES M. Antonius Lambertinus promiserat per acta Celij notarij ab Vrbe non discedere sub pœna scutorum 5000. auri, & pro eo ad fauorem Fisci fideiussit D. Camillus Elefantutius; & quia ob discessum ab Vrbe, pœnæ locus fuit, Fiscus Elefantutio fideiussore reperto non soluendo, illam

exigit à prædicto Cellio sub prætextu, quòd idoneum
non recepetit fideiussorem, qui reportata à Fisco iu-
rium cessione contra Comitem M. Antonium,& Ele-
fantutium; obtinuit relaxari mandatum contra Ele-
fantutium, cuius vigore captus fuit: prædictus verò
Comes M.Antonius pro extinguendo isto debito, &
liberando à carceribus Elefantutium, dedit manda-
tum Comiti Guidoni Antonio Lambertino ad fide-
iubendum, & se obligandum pro vno censu scuto-
rum 3000. auri in sorte principali super bonis eius-
dem Comitis M. Antonij imponendo, & illum in-
demnem conseruare promisit, in casu quo dictæ pe-
uniæ prouenientes ex dicto censu peruenirent ad ma-
nus Elefantutij ad effectū prædictum: Cum autem his
peractis Reuerendis.q.Maluasia, tunc Cameræ Cleri-
cus, super suis bonis proptiis imposuisset annuum
censum scutorum 238. auri, quem vendidit cuidam
Ruberto pretio scutorum 3400. stamparum; fideius-
serunt pro illo ad fauorem Ruberti, tam pro sorte,
quàm pro fructibus insolidum prædicti Comes Gui-
do, & Elefantutius, hoc expresso,& declarato, quòd
census iste fuit impositus ad solum commodum ipso-
rum itaut Maluasia nudum tantùm in eo nomen ha-
beret, ambòque promiserunt illum extinguere intra
triennium omninòque Maluasiam indemnem releua-
re, & cum effectu à Maluasia receperunt integrum
census pretium, nempe vterque scuta 1700. quæ sol-
uerunt prædicto Cellio, reportata ab eo iurium ces-
sione contra Comitem M. Antonium. Quo Comite
vita functo, superstite Comitissa Diamante, hærede
eius filia minore Comes Guido obtinuit à V.Legato
Bononien. relaxari mandatum tàm pro extinctione
dicti census, quàm pro fructibus decursis, & decur-
rendis contra bona hæreditaria Comitis M. Anto-
nij, in quorum possessionem illius vigore immissus
fuit.

Vnde cùm Comes M.Antonius Pepulus filius, &
hæres Diamantis appellauerit, causa mihi commissa,
Dubitaui: An mandatum V. Legati cum inde sequu-
tis, sit confirmandum, vel reuocandum: & Domini
ex tribus præcipuè reuocandum esse responderunt.
Primò, quia executio petita, & facta, fuit virtute in-
strumenti supradicti census, impositi per Maluasiam
super ipsius bonis, in quo nec interuenit nec nomina-
tur Comes M. Antonius: vndè quamuis Comes Gui-
do, fortè via ordinaria actione negotiorum gestorum
agere posset contra eius hæredes, & bona, intrat ni-
1 hilominus trita illa iuris conclusio, quòd † executi-
uè procedi non potest virtute instrumenti contra ter-
tium, & eius bona in instrumento non nominatum,
aut obligatum, *Bald. in l.1.C. commun.de legat.num.7.
Castrens.in l.postulante, num. 4. ff. ad senatus cons. Tre-
bell. Alex. in l. 1. §. si hæres, ff. eod. Decis. cons. 198.
num. 5.*

2 Sicut etiam in simili, † Statutum interdicens ap-
pellationem à decreto super executione instrumenti,
3 non procedit quoad tertium in instrumento non no-
minatum, *Dec.loc.cit.* Et † quando statutum disponit,
vt procedatur summatiè in causis vertentibus super
instrumento quarantigio, intelligitur inter eos, inter
quos est confectum instrumentum, non autem respe-
ctu tertij de quo in instrumento non fit mentio,
*Bald. vbi supra, Alex. in dicto §. si hæres, Roder. Suar.
in leg. post rem iudicatam in 2. limit. leg. Reg. ff. de re
iudic.*

Non obstat, quòd Comes M.Antonius multò ante
impositionem huius census promiserat releuare in-
demnem Comitem Guidonem, videlicet cùm illi de-
dit mandatum, vt censum imponeret, & pro eo fide-
iuberet ad effectum liberandi ex illius pretio Elefan-
tutium, vt supra in facto; Quia manifeste dignosci-
tur, quòd census, de quo nunc quæritur, non est i-
dem cum eo, de quo sensit Comes M.Antonius; ille
enim erat imponendus super eiusdem bonis & eius-
dem nomine, ac in perpetuum iuxtà naturam census,
& emendus pretio trium millium scutorum auri: iste
autem fuit impositus nomine Reuerendissimi Malua-
siæ, & super ipsiusmet bonis, & emptus pretio scuto-
rum 3000. & extinguendus intra triennium, & Co-
mes Guido fideiussit pro Maluasia, & non pro Comi-
te M.Antonio, & vnde si non est idem census,† debi- 4
tum non erat liquidum quoad rem, & propterea non
potuit ex dicto instrumento executiuè procedi contra
hæredes, M. Antonij,& eius bona, *Bart.in l.creditores,
num.14.C.de pignor.& in l.prouidè,§. notandum, ff.ad l.
Aquil. Curt. Iun. in l. vnic. num.5.C.de edict. Diu.coll.
Crauett.cons.231.num.9.Menoch.de adip.rem.3.nu.190.*
Quatenùs verò prætenditur quòd sit idem census fe-
rè in nullo fuit seruata mandati forma, cum tamen † 5
non solùm mandatum, sed etiam mandati qualitates
sint diligenter seruandæ, etiam illæ, quæ in modo
consistunt ad *l.diligenter, ff mandat. Rot. Iannen.decis.8.
in princ.& decis.per tot.* nec admitti debet extensio, quia
† absurdum esset, quòd mandatum ad se obligandum 6
pro me extenderetur ad se obligandum pro alio, *leg.
quæcumque gerimus, ff. act.& oblig. & l.inter stipulantem
in princ.ff. de verb.oblig.*

Non etiam releuat, quemdam Roffeni nomine; qui
dicitur habuisse mandatum *cum libera* à Comite M.
Antonio, promisisse nomine illius indemnem releua-
re Comitem Guidonem à quibuscumque obligationi-
bus, pro imponendis censibus ab eo factis, censúsque
sic impositos extinguere intra triennium: quia fuit
responsum, quòd Roffenus fuit constitutus † procu- 7
rator à Comite M. Antonio ad locandum, aut ven-
dendum bona sua, & sic ad certos actus faciendum:
Vnde quamuis posteà sequatur clausula, *& generali-
ter cum pleno iure*, non propterea fuit illi datum man-
datum cum libera ad alias causas non expressas,& sic
ad imponendum censum; sed dumtaxat quoad illos
certos actus expressos, *cap. qui ad agendum de procur.
in 6.Bart. in l.qui Romæ, §.Callimachus, ff.de verb. oblig.
& in l.procurator, cui libera, ff de procurat. Bald.cons.371.
numer.1.& seqq.vol.4.Ias.in l.quæ acta, num. 21.ff.de offic.
procurat.Cæsar.*

Et quando mandatum Roffeni fuisset *cum libera*
ad omnes actus; quia tamen posteà idem Comes M.
Antonius dedit mandatum Comiti Guidoni ad di-
ctum effectum emendi censum, cum præscriptis qua-
litatibus, & ipse sic illud acceptauit, & in hoc iu-
dicio produxit, non potuit recedendo ab hoc man-
dato, eòque spreto, emere censum alio modo virtute
mandati Roffeni, † non enim agnouit bonam fidem 8
aliter contrahendo, quàm promisit; cùm certum sit,
Comitem M. Antonium, illo, & non hoc modo vo-
luisse censum emi, quòd Guido non ignorabat.

Secundò moti fuerunt Domini, quia † mandatum 9
fuerat relaxatum pro fructibus decursis; vnde cùm
non constet in actis, quod Comes Guido aliquos fru-
ctus soluerit, non potuit eos petere, *Lucius Titius ff.
mand. & l.si pro ea, C.eod. tit.* & ratio est, quia † fide- 10
iussor non solùm videtur suscipere mandatum de fi-
deiubendo, sed etiam de soluendo, *l.indebitum, ff.de con-
dit indeb.* Et ita † nisi soluerit, non habet actionem 11
contra principalem, *Rot. decis.159. post Cenc.de censib.
& in Spoletana liberationis à fideiussione 30. Maij præ-
teriti coram me*; Et quamuis detur fides de solutione;
tamen † fides non facit fidem, *Auth. si quis in aliquo,* 12
*C.de eden. Rot. Iannen.decis.76.nu.11. & Rot. decis. 441.
numer.6.par, 1. recent.* Et multò minùs illa, quæ data
fuit; quia non est in actis V. Legati, qui fecit decretum
quod ideò non remansit iustificatum.

Et tantò

13 Et tantò magis, quia † mandatum fuit etiam relaxatum pro fructibus decurrendis; & sic pro debito adhuc non purificato, *Bart. & Bald. Imol. Alex.* & communiter. *Doctor in l. facere posse, ff. solut. matrim.* vbi quòd
14 † fideiussor, qui intercessit pro euictione re nondum euicta, licèt diu steterit in fideiussione, agere non potest, *Anton. Gomez. libr. 2. variar. cap. 13. num. 10.*

Non obstat si dicatur actum fuisse Saluiano, quod etiam datur pro fructibus decurrendis, quia hoc non potest procedere ad fauorem fideiussoris, qui nihil adhuc soluit; si enim nihil soluit non constat de credi-
15 to, & sic † non competit Saluianum, *Hond. cons. 17. nu. 19. lib. 2. Rot. apud Pacific. de Saluian. Interd. decis. 13. & decis. 15.* & fuit millies decisum. Et cessat omnis difficultas, quia non solùm deficit creditum purum, sed nec de aliqua obligatione constat quoad hunc censum, saltim tali, ex qua executiuè agi possit iuxta supradicta.

Tertiò & vltimò dicebant Domini, mandatum fuisse iniustum, ex quo immissio fuit data Comiti Guidoni pro integra sorte principali; & tamen ipse non soluit, nisi medietatem, cùm aliam medietatem soluerit Elefantutius, qui cùm etiam nomine proprio reportauerit iurium cessionem à Cellio; posset ipse quoque agere contra hæredes Comitis M. Antonij, ex quo decretum V. Legati non fuit ad effectum deponendi, aut soluendi Ruberto, quo casu omnes essent liberati, sed ad effectum satisfaciendi Comiti Guidoni, qui poterat non extinguere censum; itaut Elefantutius remaneret obligatus, qui propterea agere posset contra dictos hæredes, & ab illis exigere aliam pretij medietatem.

Quibus sic stantibus restringebatur tota difficultas ad vnum, in quo aliqui ex Dominis hæsitabant, videlicet an mandatum sustineatur ex consensu curatoris Diamantis, dùm citatus mandato consensit; il-
16 lúdque approbauit: quandoquidem † curator in iudicio, & per viam contentiosæ iurisdictionis potest præiudicare minori, *Bart. in l. certum, §. sed an ipsos, ff. de confess. Feliu. in cap. 1. num. 14. vt lite non contest. Paris. cons. 115. num. 23. lib. 1. Gutier. de tutel. & cur. p. 3. cap. 1. num. 79. Surd. decis. 229. num. 24. & Rota, decis. 334. nu. 5. part. 1. recent.*

Sed placuerunt responsiones datæ, & primò fuit responsum, hìc non constare, quòd curator solus iudicio interfuerit, sed Diamantes minor, cum eo; quia tam libellus Comitis Guidonis, quàm decretum; & inde mandatum relaxatum, ac posteà immissio sequuta, sunt concepta, & cantant contra solam perso-
17 nam Diamantis; vnde intrat regula, quòd quando † curator non agit solus, sed minor cum illius auctoritate, confessio, aut consensus curatoris etiam per viam contentiosæ iurisdictionis, minori non nocet, *Bart. in l. certum, §. sed an ipsos, numer. 1. vers. prædicta vero, ff. de confess. Additio ad Capell. Tolos. decis. 392. vers. & hoc.*

18 Præterea fuit responsum quòd in omnem casum † potuit Diamantes, & nunc eius hæres habita de hoc notitia, consensum curatoris reuocare, probando errorem, & rem aliter se habere, vt hìc plenissimè probatur ex actis, *Addentes ad Rot. decis. 19. de procur. in nou. Dec. cons. 146. numer. 15.*

Postremò, ac tandem placuit responsio, quòd aut
19 † consensus curatoris cadit super sibi tunc narratis, & contentis in decreto, & debet intelligi, quatenùs narrata vera essent, quæ cùm essent falsa, iuxta sæpius dicta, deficit consensus, etiamsi ipse crederet esse vera; quia qui errat, non consentit, *l. si per errorem, ff.*
20 *de iurisd. omn. iudic.* † aut voluit curator simpliciter, & absolutè consentire, & tunc intrat conclusio, quòd qui tenetur præstare consensum, debet prænidere, an negotium, super quo consentit, sit vtile, illi, pro quo consentit, & hoc maturè, & benè informatus. *Dec. d. cons. 146. dict. num. 15. Bart. in l. sed si hac, §. prætor ait, ff. de in ius vocand.* & † aliter consensus præstitus nihil 21
operatur, *Castro, cons. 432. cum statutum, num. 1. ad fin. vol. 1. Specul. de procurator. nu. 22. versic. sed quid si soliam:* hìc autem curator consensit intempestiuè, & absque aliqua animi præmeditatione, quòd inde apertè conspicitur, quòd citatus ad viden. relaxari mandatum, ipse vltrò simpliciter consensit.

Et ita vtraque, &c.

Romana Saluiani.

Merc. 2. Decembris, 1626.

ARGVMENTVM.

Sume ex decisione in hac causa facta sub die 10. Iunij 1626. quæ supra est decisio XL. agitur enim de eadem materia; Et cætera supple in summario.

SVMMARIVM.

1 *Clausula separata, & de per se posita respicit totam dispositionem præcedentem.*
2 *Restrictio, facultati adiecta, non potest intelligi in expresse, & formaliter concessis, sed extra illa.*
3 *Alienationis prohibitio virtualis, & tacita; non operatur plus, quam prohibitio expressa, sed minus.*
4 *Superfluum non est, quod ad maiorem fit declarationem.*
5 *Nurus mortuo marito, & non existentibus filiis, rarò solet permanere apud socrum, sed vel ad secundas nuptias conuolare, aut ad domum paternam redire, præsertim si sit nobilis, iuuenis, & diues.*
6 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum comprehendit credita creata post donationem ad fauorem donantis, contra ipsum donatarium.*
7 *Hæres non potest impugnare factum defuncti, etiamsi adiuerit cum benef. inuent. & num. 9.*
8 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

DECISIO LI.



HÆc causa fuit proposita die 10. Iunij 1626. & resolutum, Dandam esse immissionem D. Dimitillæ in possessionem Castri Graffignagni, & aliorum stabilium pro dote scutorum viginti quatuor millium, & aliis iuribus dotalibus; & cùm hodie fuerit proposita super eisdem; Domini dixerunt, standum esse in decisis; quia ferè omnia, quæ contra decisionem deducuntur, fundantur in pacto reuersiuo; itaut contendatur, quòd in casu sequuto, nempe præmorientiæ Adriani, bona illa donata, debeant reuerti ad D. Iuliam donatricem, integraliter, & sine aliqua diminutione; & sic libera ab omni hypotheca, quòd cùm etiam tunc fuerit præcipuum fundamentum, fuit illi etiam in dicta decisione in responsione ad quintum obiectum plenissimè satisfactum. Et cùm rationes nunc deductæ per informantes D. Iuliæ in idem recidant, intrat etiam eadem responsio; quæ eò magis

magis procedit, quia cùm causa donandi fuerit eadem cum ea, ob quam fuit concessa facultas alienandi, & hypothecand, scilicet, vt Adrianus decentiùs noberet, voluit etiam D. Iulia ob dictam causam vtróque casu donare, siue ipsa prædecederet, siue Adrianus, dummodò matrimonium sequeretur; & ideò di-
1 cta † facultas alienandi fuit apposita de per se, & in clausola separata, vt respiceret totam donationem; & sic vtrúmque casum, & vt etiam sic D. Iulia magis suam videretur declarare voluntatem, iuxta doctr. *Bart. in l. fin. ff. de reb. dub.* & præsertim ponderando priora verba dictæ clausulæ, ibi, *ad hoc, vt huiusmodi sua donatio, &c.* quæ non fuit duplex, sed vna, & illa eadem, de qua nunc quæritur.

Non obstat, si dicatur, quòd licèt fuerit eadem causa donandi in vtróque casu, tamen quòd pactum reuersiuum, scilicet vt præmoriente Adriano bona donata integriter, & sine diminutione essent reuersura ad D. Iuliam, declarat, & virtualiter, ac per necessariam consequentiam restringit facultatem alienandi, & hypothecandi, vt scilicet non censeatur concessa in casu præmorientiæ Adriani sine descendentibus, alioquin in dicto casu bona non integraliter, sed diminuta in Iuliam redirent, quæ necessaria restrictio æquè videtur procedere, siue facultas alienandi fuerit posita consequutiuè, siue de per se, & clausula separata; quia facilis, & in promptu fuit responsio, nem-
2 pe, quòd dictæ † virtualis restrictio non potest intelligi in expressè, & formaliter exceptuatis, sed extra illa, itaut voluerit D. Iulia: vt nisi sequeretur, aut fieret alienatio pro assecuratione, & restitutione dotis prima vice recipiendæ, bona donata integriter, & sine diminutione in dicto casu redirent ad eam; quod in-
3 de euidenter probare videtur; quia dicta virtualis † prohibitio alienationis, resultans ex verbis, *integriter, & sine diminutione,* non potest, nec debet plus operari, quàm illa expressa, & formalis alienationis prohibitio, de qua in illa separata clausula, ibi, *& ad hoc, vt huiusmodi sua donatio, &c.* imò multò minus, *Ruin. cons. 76. numer. 3. lib. 2. Seraf. decis. 785. num. 6.* sed à dicta expressa alienandi prohibitione excipitur specificè casus, de quo nunc agitur, ibi, *nisi pro assecuratione, &c.* ergo multò magis censetur exceptus casus iste ab illa prohibitione tacita, & virtuali, quæ resultat ex verbis, *integriter, & sine diminutione*

Non etiam releuat, si dicatur, quòd illa expressa prohibitio, in vers. *& ad hoc, &c.* solùm referatur ad casum præmorientiæ D. Iuliæ, eo ipso, quòd in casu præmorientiæ Adriani, iam fuerat prouisum per tacitam, & virtualem alienandi prohibitionem, resultantem ex pacto reuersiuo, *integriter, & sine diminutione*, ne aliter vna, aut alia prohibitio sit superflua:
4 quia vltra quod † non est superfluum, quòd ad maiorem sit declarationem, & quòd expressa prohibitio est in clausula separata, quæ ideò ad omnes casus in donatione comprehensos est referenda; addit etiam maius vinculum, vt latè probatur in dicta decisione in responsione ad 5. obiectum, *vers. non obstat. quod D. Iulia.*

Quibus omnibus addebant Domini, quòd causa assecurationis dotis tantù magis fuit considerata, & contemplata, quantò magis citiùs poterat illi locus esse; attamen præmoriente Adriano, D. Iuliæ, & sic mutato mortalitatis ordine, citiùs erat locus restitu-
5 tioni, quia † nurus non existentibus filiis, maximè, quando, vt hìc, est nobilis, iuuenis, & diues, non solet permanere apud socrum, sed, vel ad secundas nuptias conuolare, aut ad domum suorum parentum redire; quæ fieri non solent sine dotis restitutione; ergo multò magis voluerunt contrahentes eo in casu excipere à prohibitione alienationis casum istum.

Et, vt benè aduertit vnus ex Dominis, non cadit sub sensu, sed ridiculum videretur, quòd Dimitillæ fuerit assecurata dos ita opulenta sub incerto conditionis euentu, quòd Adrianus superuiueret, & non aliter; non enim credendum est, quòd parentes Dimitillæ, & alij prudentissimi viri, qui pactis dotalibus interfuerunt, id permisissent: Nec quòd D. Iulia tunc ab illis interrogata dixisset, quòd solum volebat concedere alienandi facultatem pro assecuratione dotis in casu suæ præmorientiæ; non enim sic volendo suæ satisfecisset voluntati, vt Adrianus suus vnicus filius quamprimùm, & decentiùs matrimonium contraheret.

Non obstat, quòd D. Iulia sit anterior creditrix pro scutis 20000. & vltrà, solutis ex bonis propriis anterioribus creditoribus Adriani, cum cessione iorium, etiam post donationem; quia quidquid sit de dictis creditis, quæ tamen non probantur, responsio
fuit in promptu: quòd † stante donatione omnium 6
bonorum præsentium, & futurorum, & quòd non obstat pactum reuersiuum, illa sunt comprehensa in dicta donatione, ad effectum de quo agitur, & sic veniunt sub hypotheca pro assecuratione, & restitutione dotis; & quando non inciderent in dictam hypothecam, ex quo tamen D. Iulia est hæres Adriani, & adiuit hæreditatem, repellitur duabus exceptionibus: vna, quæ desumitur ex *l. 3. C. de reb. alien. non alienand. & ex l. cùm à matre, C. de rei vendicat,* videli-
cet, quòd † non possit factum Adriani impugnare: 7
altera, quæ desumitur ex *l. vendicantem, ff. de euict.*
† quem de euictione tenet actio; &c. *Petr. Peralt. in* 8
prælect. rubr. ff. de hered. Instit. num. 82. Grat. cons. 91. nu.
2. & 3. vol. 1. Asin. in prax. §. 13. cap. 9. num. 6. † Etiam 9
quòd adiuerit cum beneficio inuentarij, vt latè *Rot. in Romana restitutionis hæreditatis de Narn, 17. Nouembris, 1625. coram me.* Et in omnem casum, ex quo D. Iulia recepit dotem, tenetur ex propria obligatione.

Alia verò adducta per informantes pro parte D. Iuliæ, aut non indigent responsione, aut fuit illis plenè satisfactum in dicta decisione, eo excepto, de quo fuit de nouo oppositum, quòd hypothecæ dicti castri, obstant constitutiones Pontificiæ, quod voluerunt Domini particulariter discuti.

Et ita vtraque, &c.

Romana Retrac. seu Prælationis.

Merc. 2. Decembris 1626.

ARGVMENTVM.

Censuarius vigore Bullæ Pij V. habens prælationem in venditione rei censuatæ, potest retrahere à quocúmque emptore, seu possessore rem censuatam venditam, etiam per subhastationem absque illius denunciatione, non obstante hypotheca anteriori alterius creditoris: & An, & quando consors in re communi censuata sit præferendus censuario.

SVMMARIVM.

1 *Bullæ Pij V. dispositio in casu, quo res censuata vendatur, refertur.*

2 *Censuarius non sufficit, quòd habeat simplicem scien-*

tiam venditionis rei censuata, sed requiritur pro forma, vt illa ei denuncietur, alias vti potest iure retractus.

3 *Prelatio concessa censuario, ex Bulla Pij V. habet etiam locum in venditione per subhastationem.*

4 *Et competit etiam contra secundum emptorem.*

5 *Ius retrahendi est actio in rem scripta, & ideò afficit rem, & datur contra quemcumque possessorem.*

6 *Pactum retrouendendi operatur, vt res tam à primo, quam ab alio quocumque possessore euinci possit.*

7 *Possessio probatur ex monitorio partis aduersa, quo quis monetur vti possessor.*

8 *Censuarius non excluditur à iure retrahendi rem censuatam ex hypotheca anteriori alterius creditoru, sed solum ex alio censu anteriori.*

9 *Res transit in retrahentem cum sua onere.*

10 *Consors prafertur censuario in venditione rei censuata.*

11 *Declara procedere, si qualitas consortij adfuit de tempore venditionis.*

DECISIO LII.

DOMINI dixerunt, sententiam A. C. quia fuit pronunciatum, competere ius prælationis, seu retractus R. P. D. Castellano, & Lodouico Zephyro censuariis, in emptione vineæ censuatæ, de qua agitur, esse iustam: habent enim illi intentionem fundatam in constitu-
1 tione, seu Bulla Pij V. † vbi claris verbis disponitur, quòd quando res censuata venditur; dominus census est alijs omnibus præferendus, & quòd ei denunciari debent conditiones, quibus vendenda sit, & per
2 mensem expectari: & propterea † non sufficit in censuario simplex scientia venditionis, sed denunciatio pro forma desideratur, *Tiraq. de retract. lignag. §. 30 glos. 2. n. 26. cum seqq. Rot. in Romana vineæ, 31. Ianuen. 1605. coram Illustriss. Cardin. Millino*, quæ est decisio, 157. *apud. Cene. de censib. Seraf. decis.* 1474. *nu.* 1. & 3. Vnde cùm censuariis denunciatio facta non fuerit, poterunt illi quocúmque tempore, vti iure retractus, vigore dictæ constitutionis.

Non obstat vineam fuisse venditam per subha-
3 stationem: quia etiam † in venditione per subhastationem habet locum Bulla Pij V. *Roe. apud Greg. XV. decis.* 193. *Moder. Roman. discep. forens. cap.* 544. *n.* 39. & *cap.* 784. *numer.* 11.

Non obstat dictam vineam fuisse postea aliis venditam: tùm quia non petitur prælatio in secunda
4 venditione, sed in prima; tùm etiam † quia verius est illam competere etiam contra secundum empto-
5 rem: cùm enim † ius retrahendi sit actio in rem scripta, afficit rem, ac ideò datur contra quemcumque illius possessorem, *Boer. decis.* 76. *num.* 6. & 7. *Vincent. de Franch. decis.* 389. *num.* 3. & 4. & *latè, Mar. Giurb. decis.* 35. *num.* 5. *cum seqq.* vt in simili dicitur de pacto
6 retrouendendi; † cuius vigore res tàm à primo, quàm ab alio quocumque possessorum euinci potest, *Soccin. sen. cons.* 80. *num.* 1. *in fin. vers. item quando, vol.* 3. *Boer. decis.* 182. *num.* 15.

Non obstat, quòd vinea, super qua impositus fuit census, non esset tota Vincentij Bonamici, qui censum imposuit: quia imò probatur contrarium ex instrumento census, vbi asseritur, totam vineam ad Vincentium pertinere, iuncto monitorio A.C. ad instantiam D. Christofori creditoris emanato, contra Vincentium vti possessorem, & hæredem Bartholo-
7 mæi sui patris; Vndè † probatur possessio, *Rot. apud Greg. XV. decis.* 402. præsertim dum non apparet, alium eo tempore dictam vineam possedisse, aut fuisse alterius.

Non obstat, si dicatur, quòd Christoforus tempore venditionis, aut impositionis census, esset creditor anterior cum hypotheca, quia hoc ius anterioritatis esset considerabile, si ageretur de concursu alterius hypothecæ: cùm autem agatur vigore priuilegij do-
mino census concessi per dictam Bullam, † censuarius 8
excludi non potest: nisi opponatur de alio anteriori censu, *Rot. in Romana prælationis, 2. Aprilis, 1618. coram blmem. Seleucien.* præmaximè, quia prætensæ hypothecæ per dictum retractum nullum fit præiudicium;
cùm † res transeat in retrahentem cum onere suo. 9

Demùm non obstat prætensum consortium, quia
licèt † consors sit præferendus censuario, *Nauarr. in* 10
comment. de vsur. quæst. 44. *num.* 127. *Rot. decis.* 306. *num.* 3. *cum seqq. apud Cenc. de censib.* tamen hîc nullum fuit consortium, de tempore venditionis vineæ, cùm ea tunc non possideretur à Christoforo; imò ipse instetit, illius venditionem fieri pro satisfactione sui crediti, vti spectantis, & possessæ à Vincentio filio, &
hærede Bartholomæi sui debitoris; cùm tamen † qua- 11
litas consortij debuerit adesse tempore venditionis vineæ, cuius prætenditur prælatio ex regula, *tex. in l. in delictis, §. si extraneus, ff. de Noxalib.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Salarij.

Ven. Decembris 1626.

ARGVMENTVM.

Honorarium annuum Aduocato constitutum purè, & simpliciter, integrè debetur pro quolibet anno, & non pro modo laboris, dummodò per ipsum non steterit, quominùs causam ageret. Et d. honorarium detrahi debet ex bonis, super quibus vertebatur, etiam fideicommisso subiectis.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de quota lite cum Aduocato, est prohibitum.*

2 *Promissio facta Aduocato in casu victoria, illa sola attenta non valet.*

3 *Honorarium annuum promissum Aduocato, purè, & simpliciter, debetur in omni casu, cùm cesset prasumptio calumnia.*

4 *Nec petitur actione locati, sed debetur vigore promissionis, & officio iudicis, nec pro modo laboris debetur, sed initio cuiusuis anni pro toto anno, dummodo per Aduocatum non steterit.*

5 *Debetur, quamuis lis fuerit per concordiam sopita.*
Debetur haredibus, si non fuit solutum viuo Aduocato.

6 *Sumptus facti in bonis conseruandis, seu defendendis in primis, & ante omnia, sunt ex rebus ipsis detrahendi: & sumptus isti dicuntur impensa necessaria, & minuunt ipsa bona pro summa, ad quam ascendunt, num. 7.*

8 *Expensa facta in litigando pro defendendis, seu recuperandis bonis fideicommissi, debent ante omnia deduci, & sunt priuilegiata contra omnes creditores.*

9 *Amplia etiam si non fuerit lata sententia fauorabilis.*

10 *Pretium solutum pro rebus subiectis fideicommisso viuiner*

vniuersali, succedit loco illarum.
11 *Pecunia quæsita ex transactione super fideicommisso, possidetur ex antiquo titulo fideicommissi, & subiacet restitutioni.*
12 *Hypotheca inducitur a lege pro expensis litis super bonis fideicommisso subiectis.*

DECISIO LIII.

COMES Dulcius de Corbaria de anno 1602. promiserat b. m. Iulio Phæo Aduocato Consistoriali annua scuta 60. pro honorario ratione patrocinij litis, seu causæ Vrbeuetanæ fideicommissi vertentis inter ipsum, & D. Liuiam Capranicam: Vndè defunctis iam Comite Dulcio, & Iulio; lite per concordiam sopita: fratres de Phæis filij, & hæredes Iulij obtinuerunt relaxari mandatum contra bona hæreditaria dicti Comitis, pro scutis 550. ad quam summam ascendunt honoraria prædicta, à die promissionis, vsque ad mortem Iulij; & in illius executionem fuit mandatum ei consignari scuta 550. ex pecuniis hodie depositatis penes montem Pietatis, quæ peruenerunt ad modernos dominos de Corbaria filios, & hæredes dicti Comitis, ex dicta concordia, seu transactione: Cùm autem ipsi contenderent, honorarium, seu salarium prædictum non deberi, & casu quo debeatur; non esse soluendum ex dictis pecuniis, ratione antiqui fideicommissi, & sic non ex paterna hæreditate; fuit propterea in Rota dubitatum: An debeatur, itaut dictæ pecuniæ depositatæ sint fratribus de Phæis consignandæ: & Domini affirmatiuè resoluerunt: versamur enim extra terminos, *l. si qui, C.*
1 *de postulan. & l. litem, C. de procurat.* † quibus prohibetur pactum de quota lite, cum Aduocato, & extra terminos *glos.* communiter receptæ, *in l. sumptus, ff. de*
2 *pact.* vbi, quòd † non valet promissio facta Aduocato in casu victoriæ, illa sola attenta & contemplata, sed
3 d † honorarium fuit Iulio promissum purè, & simpliciter omni anno, & ideò in omni casu Iulius præmium suorum laborum ferre debet, cùm cesset ratio calumniæ, quæ militat in supradictis duobus casibus, *Paul. de Castr. in d. l. si qui, C. de postul. Alex. Salic. Ias. & aly in d. l. litem. Nauarr. cons. 4. de pact. lib. 2. vol. 1. & in Manual. confess. cap. 15. nu. 50.*

Et cum d. annua præstatio, seu promissio, magis respiciat remunerationem honorariam, quàm merce-
4 dem laborum, † non perit actione locati, & sic non intrant *dec. 291. p. 1. recent. & decis. Leodien. Salary 19. Decembris, 1610. coram R. P. D. Pirovano,* sed debetur vigore promissionis, & officio iudicis. & ideò non debetur pro modo laboris, sed initio cuiusuis anni debetur pro toto anno, dummodo per Iulium non steterit, *l. diem functo, ff. de offic. assess. & l. post. duos, C. de Aduocat. diuers. iudic.* & in puncto, *Bart. in l. 1. §. Diuus, n. 17. vers. si verò erat facienda annua præstatio, ff. de variar. & extraord. cognit.*

Vnde etiam infertur, quòd dicta annua præstatio
5 debetur etiam, † quamuis partium concordia lis sopita fuerit: quia cum initio cuiuslibet anni nata fuerit obligatio, ex quo promissio fuit pura, & simpliciter, & absolutè pro quolibet anno, non attendendo ad victoriam, vel succombentiam, quo casu fuisset illicita, debetur etiam simpliciter, & absolutè, dummodò per eum non steterit, & eo mortuo debetur eius hæredibus, *d. l. prima, §. diuus,* ibi, *Diuus Seuerus ab hæredibus Aduocati, mortuo eo, prohibuit mercedem repeti, quia per ipsum non steterat, quo minus causam ageret,* vbi etiam, *glos. & Bart. d. num. 17. & glos. in l. fin. verb. ex euentu litis, ff mandat. Specul. tit. de Salar. §. sequitur, vers. quid ergo si litigatur, Guid. Pap. decis. 102, & Seraf. decis. 925. num. 5.* & tantò magis, quia vt Domini dicebant, & narratur etiam in dicta concordia, Iulius patrocinando dictum Comitem in dicta causa, cum effectu substinuit multos labores, multásque decisiones fauorabiles in Rota reportauit, & in his interfuerunt plures ex Dominis, qui dum hoc dubium disputabatur, eius diligentiam in hac causa adhibitam, summopere commendabant: quibus decisionibus territa Liuia Capranica, causam præfatam cum modernis Comitibus concordauit, qui ex dicta concordia habuerunt scuta 24000. apponenda in Monte Pietatis pro soluendis creditoribus.

Non obstat, quòd ad Leonettum, & Rainutium, modernos Comites non pertinean prædictæ pecuniæ, vti hæredes Dulcij patris, sed vt fideicommissarios ex persona propria: quia non ideò minùs tenentur, cum
vera, & receptissima sit conclusio, † sumptus in bo- 6
nis conseruandis seu defendendis, factos in primis, & ante omnia, ex rebus ipsis esse detrahendos, *l. vbi purè, §. qui in distrahendis, ff. ad Trebell. l. fin. §. in computatione,* & ibi, *Ias. num. 3. C. de iur. delib.* & ratio est, quia
cum † sumptus isti dicantur impensæ necessariæ, *l. 1.* 7
§. inter necessarias, & l. seq. ff. de impens. in reb. dot. fact. tantò minùs in rebus, in quibus fiunt, adesse videtur, quantùm pro salario, seu expensis in illis conseruandis, seu defendendis, soluendum est, *l. quod dicitur,* vbi *Bart. & aly ff. de impensis in reb. dot. fact. Afflict. dec. 359. numero primo & secundo.*

Et in puncto, quòd † expensæ factæ in litigando 8
pro defendendis, seu recuperandis bonis, rebus, seu iuribus fideicommissi, dicantur expensæ necessariæ, & debeant ante omnia deduci, & sint priuilegiatæ contra omnes creditores, *Grat. respons. 5. incipit viso testamento, numer. 17. vers. eodem modo, lib. 2. Peregr. de fideicommiss. art. 50. per totum, & præsertim, numer. 9. & 12. Seraf. d. decis. 925. numer. 3. vers. quantùm ad tertium. Gregor. XV. decis. 197.* vbi etiam *Additio, &* latissimè, *Rota in Romana Salary 1. Iuly 1609. coram*
b. m. Oradino, quod procedit † etiam si non fuerit 9
lata sententia fauorabilis, *Peregr. & Seraf.* vbi *supra, & Rota in Bononien. bonorum de Malettis, 18. Aprilis, 1603. coram Card. Pamphilio.*

Non obstat, quòd non agatur de re ipsa, sed de
pretio, quia † istud pretium succedit loco bono- 10
rum, vt in puncto in his, quæ dantur, vt hic pro rebus subiectis fideicommisso vniuersali, *Castr. cons. 326. per tot. lib. 2. Alex. cons. 82. num. 10. lib. 2. Molin. de Hi-*
span. primog. lib. 4. cap. 9. num. 12. vbi quòd † pecunia ac- 11
quisita ex transactione super bonis fideicommisso subiectis, acquiritur, & possidetur ex antiquo titulo fideicommissi, & quòd sit etiam restitutioni subiecta, *Peregr. de fideic. art. 6. num. 40.* & conferunt tradita per *Tiraq. de retract. lignag. §. 31. glos. 1. numero 76.*

Non obstat, quòd hîc agitur ex promissione virtute cedulæ priuatæ ex qua non oritur hypotheca; quia hypotheca inducitur à lege ex natura, & qualitate expensarum, & non ex cedula, quia etiam ea non
extante † fuisset orta hypotheca in fauorem Dulcij, 12
si soluisset dictas expensas, & eius hæreditas esset creditrix cum hypotheca in bonis fideicommissi: cedula autem solùm id importat, vt Iulius, & non alius possit dictam hypothecam exercere, &c.

Et ita decisum vtrique, &c.

Toletana

Toletana Admissionis.

Ven. 4. Decembris, 1626.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Aggrauatoria non datur, si non adest contumacia, seu contemptus in non parendo declaratoriæ, sed potius iusta, vel saltem probabilis excusatio, & num. 3.*

2 *Aggrauatoria regulatur per declaratoriam, & ideo non potest continere vltra contenta in declaratoria.*

DECISIO LIV.

1 DOMINI dixerunt non esse dandam
aggrauatoriam, quia illa † nunquam
datur sine contumacia in non pa-
rendo declaratoriæ, *cap. nemo Epis-
coporum*, & ibi, *glos. verb. mortis 11.
quæst. 3. Oldrad. consi. 277. num. primo.*
In Ludouico autem Parral, & consortibus nulla ad-
2 fuit contumacia: cum enim, † aggrauatoria regule-
tur per declaratoriam, *Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. sub.
num. 19. vers. lata denique*, non potest aggrauatoria
continere vltra contenta in declaratoria, quæ cum
tantùm lata fuerit super expensis, & præminentiis,
vt bon. memor. Vbaldus declarauit de ordine Rotæ,
consequenter aggrauatoria non potest vltrà compre-
hendere: Vnde cùm respectu expensarum, & præemi-
nentiarum constet de paritione cum effectu conten-
tis in declaratoria, fuit obtemperatum; & ideo non
potest esse locus aggrauatoriæ.

Et in omnem casum, cùm non sit liquidum: An
emolumenta, de quibus agitur, sint eadem cum emo-
lumentis, de quibus loquitur sententia, vnde emana-
3 uit declaratoria; † non adest contemptus ad istum
effectum requisitus, sed potiùs iusta, vel saltim pro-
babilis excusatio, *Rot. decis. 585. numer. 1. par. 1. re-
cent. & decis. 77. numer. 1. par. 1.* & cùm ex dispositione
Breuis Clementis D. Ludouicus Parral, & consortes
debeant admitti ad emolumenta, quæ nomine totius
Capituli percipiuntur; dum de dicti Breuis intelli-
gentia disceptatur, non potest hodie aliquid decerni.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Mediolanen. Præpositurae.

Ven. 18. Decembris, 1626.

ARGVMENTVM.

Agitur an, & quando constare dicatur de interesse Capituli, ad effectum vt audiri debeat in petitorio contra prouisum Apostolicum post iam factam executionem litterarum Apostolicarum.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio Papæ super ætate prouisi suffragatur e-*

tiam contra statutum in contrarium.

2 *Idoneitas prouisi dum approbatur ab Ordinario non requiritur citatio, aut vocatio alicuius.*

3 *Ordinarius est defensor libertatis beneficiorum Ecclesiæ, cui in hac parte ius defert, & de eo confidit propter præiudicium, quod indè fit liberæ collationi.*

4 *Capitulum non dicitur legitimus contradictor quando agitur vigore litterarum Apostolicarum.*

5 *In petitorio, vt quis audiri debeat, sufficit, vt possit aliquis casus existere, in quo ei intersit audiri, & sat est de eo apparenter docere, num. 6.*

7 *Beneficium in Ecclesia obtineri non potest sine canonica institutione.*

8 *Capitulum repræsentat Ecclesiam.*

9 *Et agere potest, vt eiiciatur intrusus.*

Item agere potest ad irritandum factum Prælati in præiudicium Ecclesiæ, numer. 11.

10 *Laici admittuntur ad remouendum Prælatum qui non habet canonicum titulum, & a fortiori admitti debet Capitulum, & quare.*

12 *Capitulum habet simultaneam collationem cum Ordinario, & quomodo.*

13 *Intrusus, tenetur restituere fructus, & distributiones perceptas, quæ Capitulo accrescunt.*

14 *Interesse probari debet incontinenti ad effectum impediendi executionem litterarum Apostolicarum, & quando illud dicatur probari incontinenti, numer. 15.*

DECISIO LV.



ANCTÆ Mem. Greg. XV. Præpo-
situram, de qua agitur; narrato sibi, quòd
esset de iure patronatus familiæ de Vice-
Comitibus ex fundatione, & dotatione,
conferri mandauit Vberto Mariæ etiam
de ViceComitibus, non obstante defectu ætatis, cui
Ordinarius Mediolanen. ad quem litteræ fuerunt di-
rectæ, cum clausula, *verificato prius, &c.* earum vigo-
re illam contulit, eidémque Ordinarius Papien. in lo-
cum dicti Mediolanen. subrogatus, possessionem per
Capitulum tradi mandauit: Cum autem pro parte di-
cti Capituli, causa appellationis fuerit in Rota com-
missa, & in illius prosequutione pro parte Vberti op-
poneretur, † Capitulum nullum habere interesse; & 1
ideò non esse legitimum contradictorem; ideò propo-
sui hodie particulare dubium; an constet de interesse
Capituli; & videbatur non constare, quia; aut vult
opponere de defectu ætatis vigore statuti Mediola-
nen. & adest derogatio, & dispensatio Papæ, quæ suf-
fragatur etiam contra statutum, *Rota in Pacen. Purita-
tis sanguinis, 11. Decembris 1609. coram Illustrissimo Pa-
triarcha Hierosolymitano, Felin. in tract. quando litter. A-
post. ampl. 7. num. 7. Staffil. de litter. gratia, tit. de vi, & effe-
ctu clausularum, §. clausulis non obstantiarum:* aut vult
opponere de non idoneitate, & hoc fuit commissum
Ordinario in gratia, & ideò ad ipsum spectat, adeò vt
† in ea approbanda, non requiratur citatio, aut voca- 2
tio alicuius, *Garz. de benef. 6. par. 1. cap. 2. num. 241.* Et
accedit ratio, quòd non Capitulum, sed † Ordinarius 3
est defensor libertatis beneficiorum Ecclesiæ, cui in
hac parte ius defert, & de eo cōfidit propter præiudi-
cium, quod inde fit liberæ collationi, *Rot. decis. 21. de
iurepatron. in nou. & decis. 360. num. 12. par. 2. recent.*
Et ex quo † agitur vigore litterarum Apostolicarum, 4
multò magis videbatur capitulum non esse legitimum
contradictorem, *Greg. XV. decis. 2. at. n. 11.* & fuit dictum
in *Tiburtina Archidiaconatus 15 Ian. 1618. coram Illustris-
sim. Card. Caualerio, & in Ratisb. Canonicatus, 23. Mar-
tij 1618. coram R. P. D. meo Peruano,* & in aliis citatis per
addend. ad dictam decis. Gregor. XV.

Sed nihilominus fuit resolutum, constate de inte-
resse capituli, vt audiri debeat in petitorio post fa-
5 ctam iam litterarum executionem, † quia ad effe-
ctum petitorij satis est, vt possit aliquis casus exi-
stere, in quo intersit, *Bald. in l. si defunctus, C. de suis,*
6 *& legitim. hæred.* Et † sufficit de eo apparenter docere,
Felin. in dicto cap. veniens, num. 13. de testibus, Bisignete.
decis. prima de rescript. Put. decis. 160. num. 3. lib. 3. Rot.
decis. 801. num. 3. par. prima diuers. & in puncto ita sen-
tire visa fuit, *Rot. in Pistorien. Canonicatus 17. Iuny*
1615. & in Sibureina Archidiaconatus supra allegata
coram Illustrissimo Cardinali Caualerio, & in Oriolen.
Canonicatus 24. Ianuary 1618. coram bon. memor. Rem-
7 *boldo*: cum enim † beneficium in Ecclesia sine cano-
nica institutione obtineri nequeat, *reg. beneficium de*
8 *reg. Iur. in 6.* potest capitulum nomine Ecclesiæ †
quam repræsentat, *cap. relatum el. 1. de testam. Abb. in*
cap. eam te, num. 3. de rescript. Seraf. decis. 426. num. 4.
9 † agere, vt eiciatur intrusus, vt dixit, *Rota in Legio-*
nen. Denegationis possessionis, 23. Marty 1593. coram
bon. mem. Cardinali Blanchetto, Et licet à dicta deci-
sione Blanchetti fuerit recessum in dicta Pacen. puri-
tatis, fuit solùm, quo ad hoc, ne impediatur executio
litterarum Apostolicarum, sed non ad effectum, quin
capitulum habeat interesse, ne intrusus remaneat in
10 beneficio; si enim † laici admittuntur ad remouen-
dum Prælatum, qui non habet canonicum titulum,
Feder. de Sen. cons. 103. incipit Parochialis cuiusdam Ec-
clesiæ Curata, numer. primo, quem sequitur. *Franch. in*
cap. Ordinary col. 3. in princ. vers. quid autem sit in patro-
nis de offic. Ordin. in 6. à fortiori admitti debet Ca-
pitulum, quod, vt dictum est, repræsentat Eccle-
siam.

Quod autem capitulo intersit, vel interesse possit,
visum fuit Dominis constare ad dictum effectum tàm
in genere, quàm in specie; in genere, quia negari non
potest, quin Ecclesiæ intersit, ne beneficia ab intru-
11 sis retineantur: Vndè intrat conclusio, quòd † capi-
tulum potest agere ad irritandum factum Prælati in
Ecclesiæ præiudicium, tanquam sua intersit, *cap. dile-*
ctis 13. de maiorit. & obedien. & ibi *glos. verb. appel-*
larunt: in specie verò, quia cum ad capitulum spe-
ctat institutio ex tenore fundationis, & de eo confi-
dit patronus, illi interest non admitti, qui non ha-
bet qualitates ex fundatione requisitas: Præterea
cum gratia Vberti sit conditionalis, nempè, si, & qua-
tenus verificabitur coram Ordinario iuspatronatus
ex fundatione, & dotatione; interest capitulo di-
ctam conditionem verificari: quia si illa defuit, siue
quoad existentiam iurispatronatus, siue quoad perti-
12 nentiam, beneficium acquirit libertatem: & sic †
capitulum habebit collationem vel liberam, vel si-
multaneam in omnibus mensibus, ratione consortij,
quod habet cum Cardinali collatore, vt fuit deci-
sum, *in Ferrarien. & Cremonen. Canonicatus coram*
Dominis meis Decano, & Pirouano, vel saltem in qua-
tuor mensibus Ordinarij ratione simultaneæ collatio-
nis, quam habet cum Archiepiscopo, *Cassad. decis.*
13 22. *de praben.* Et demùm si ex prædictis, vel alita †
gratia probetur subreptitia, & sic Vbertus fructus, &
distributiones sine titulo percepit; tenebitur ad re-
stitutionem, & accrescent capitularibus, vt dixit *Ro-*
ta in Cartaginen. fructuum 21. Iuny 1610. coram Car-
dinali Lancellotto.

14 Non obstat, quod † interesse debeat incontinenti
probari, quia hoc est verum ad effectum impediendi
litterarum Apostolicarum, & in his terminis loquun-
tur decisiones supra in contrarium adductæ: & in
15 omnem casum dicitur † interesse incontinenti proba-
ri, quando illud probatur intra tempus, in quo cau-
sa principalis, iuxtà naturam causæ, siue summariè,
siue plenariè expeditur, *Rip. in l. 4. §. condemnatum, nu.*
32. ff. de re iudic. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 13.
num. 16. vbi quod illud dicitur incontinenti probari
quod probatur intra terminum assignatum instantiæ,
& processui principali, *Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 24.*
& decis. 27. num. 57. & 58.

Et ita vtraque, &c.

Lunen. Sarzanen. Iurispatr.

Ven. 18. Decembris 1626.

ARGVMENTVM.

Laudum inter patronos latum de vna vice præsentando vnum de vna linea, & alia vice alium de alia linea, non tenet, deficiente beneplacito Apostolico, quòd non præsumitur ex lapsu longi temporis, si dictum laudum non probetur obseruatum.

SVMMARIVM.

1 *Patroni possunt conuenire inter se de Rectore ab eis alternis vicibus præsentando.*

2 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur ex lapsu longi temporis.*

Fallit cessante obseruantia, num. 7.

3 Clem. si plures de iurepatronatus, *quæ permittitur patronis diuisio actiua, non potest extendi ad passiuam.*

4 *Institui non debent in Ecclesiis clerici certæ originis, sed indistinctè vndecumque dum tamen idonei sint.*

5 *Collatio certi beneficij non debet semper fieri clericis certæ cognationis.*

6 *Mortem optandi occasio dari non debet.*

DECISIO LVI.

CVM non dubitetur de existentia iuris
patronatus, nec de illius pertinentia,
tota difficultas in eo posita erat, an su-
stineretur laudum inter patronos la-
tum, quo fuerat ordinatum, vt in pri-
ma vacatione omnes patroni præsentare deberent
cappellanum ex linea Bartholomæi, in sequentibus
verò ex linea Pierini, & sic deinceps alternatim oc-
currente vacatione: & dubium faciebat, *Clem. si plures*
de iurepatr. † qua disponitur, patronos posse inter se 1
liberè conuenire de Rectore ab eis alternis vicibus
præsentando; & illud eò magis augebatur, quòd † ex 2
lapsu tanti temporis videbatur esse præsumendum,
beneplacitum Apostolicum, quo stante, de validi-
tate laudi non posset hæsitari.

Sed nihilominus Domini persistendo in decisis,
die 18. Decembris præteriti coram R. P. D. meo Piro-
uano, pro Simone informante, dixerunt, senten-
tiam Rotalem esse confirmandam; & sic *dictam*
Clem. si plures, † qua permittitur, patronis diui- 3
sio actiua, non extendi ad passiuam, de qua in dicto
laudo, quòd, & in puncto visus fuit sentire, *Lamber-*
tin. de iur. patr. libr. 2. par. 3. quæst. 5. art. 4. nu. 10. & vide-
tur etiam benè deduci ex *tex. in cap. ad decorem extr. de*
instit. dùm ibi præcipitur, quòd † in Ecclesiis non in- 4
stituatur clerici certæ originis, sed indistinctè vndecùm-
que, dum tamen idonei sint, vbi *Abb. n. 3* quòd † colla- 5
tio alicuius certi beneficij non debet semper fieri cle-

ticia

ticis certæ cognationis, & latiùs, *in cap. venerabilem num. 55. de elect.* quòd etiam vlteriùs ratione comprobatur, quia si de vna linea vnus solus esset clericus, qui præsentari posset, daretur illi occasio optandi mortem viuentis, quòd sacri Canones penitùs euitare curant, *cap. 2. de concess. preben.*

Non etiam ex beneplacito præsumpto, laudum sustineri potest; quia † cessante obseruantia laudi, cessat etiam præsumptio beneplaciti, vt hæc, & alia in prædicta decisione latissimè deducuntur, & egregiè comprobantur.

Et ita, &c.

Reatina Fideicommissis de Cappelletis.

Lun. 11. Ianuarij 1617.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum perpetuum, & agnatitium inter descendentes masculos testatoris, ex quibus verbis inducatur, remissiuè.*

2 *Item enixius inducitur ex indiuidua fœminarum exclusione.*

DECISIO LVII.

DOMINI non dubitarunt, quin D. Vincentius senior de Cappellettis in suo vltimo testamento de anno 1557. claris, & formalibus verbis fecerit, & constituerit perpetuum, & agnatitium fideicommissum inter eius descendentes masculos, & fauore dictorum masculorum in omnibus suis bonis, & specialiter in castro, & tenutis, *de Beluedere*, & possessione *Magna in via Romana, & communali*, nuncupatis: In primis ex illis verbis proœmij ibi, *& ad hoc, vt in futurum in sua familia perpetuò eius bona conseruentur, & sint supposita solemni, strictissimòque fideicommisso in suos filios, & descendentes masculos, cognoscens familiarum dignitatem per diuitias*
1 *sustentari, & per inopiam collabi, & perire*, † ex quibus perpetuum fideicommissi induci, latè, *Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. per tot. Rot. decis. 44. num. 3. & decis. 193. numer. 3. par. 1. recent.*

Rursus in clausula hæreditaria, *in omnibus autem aliis suis bonis testator instituit Petrum, Adrianum, & Mutium eius filios, & post mortem, Adriani & Muty, & vniuscuiusque ipsorum portione substituit vniuscuiusque filios, liberos, & descendentes masculos, legitimos, & naturales de vno in alium vltra decimum gradum, & in infinitum inuicem, & reciprocè, actiuè, & passiuè ordine successiuo, quemadmodum si ab intestato succederent vulgariter, & per fideicommissum.* Post mortem verò Petri, qui erat sacerdos, substituit alios suos fratres, videlicet Adrianum, & Mutium, eorúmque filios, & descendentes masculos eodem modo, quo præfatis Adriano, & Mutio substituerat: Deinde filiis, & descendentibus masculis, descendentibus absque filiis, & descendentibus masculis, substituit alium filium, & illius filios, & descendentes masculos in infinitum: quæ verba adeò clara sunt, & expressa, vt fideicommissum perpetuum in fauorem masculorum alia non egeat probatione, iux. not. per *Bart. & communiter Doctores in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2.*

Præterea quoad castrum, *de Beluedere*, & dictam possessionem *magna in via Romana, & communali*, extat etiam particulare fideicommissum, & specialis alienationis prohibitio, ea adiecta causa, vt perpetuò conseruentur in familia pro illius honore, & nobilitate: & enixiùs quoad castrum de Beluedere † ex indiuidua fœminarum exclusione, *Surd. cons. 96. num. 33. & 34. Molin. vbi supra, Rot. decis. 221. num. 2. in fin. part. 2. recent. & in Perusina fideicommissi de Bigazzinis 14. Nouembris 1605. coram bon. mem. Lanc.* 2

Et demùm tollitur omne dubium, ex quo testator in fine, in clausula separata subiicit, quòd firmissima eius voluntas; & intentio est, vt omnia eius bona supra nominata, & sic castrum de *Beluedere*, & possessio *Magna in via Romana, & communali*, & generaliter omnia sua bona subiaceant fideicommisso strictissimo semper, & in perpetuum inter omnes suos filios, videlicet Adrianum, & Mutium, & eorum descendentes masculos legitimos, & naturales, etiam vltra decimum gradum, & vsque in infinitum, modis, & conditionibus supradictis, & quòd nullus institutorum, & substitutorum in infinitum possit bona prædicta expressè prohibita vendere, obligare, permutare, aut quouis alio titulo, vel modo alienare, quia voluit dicta sua bona, semper, continuò, & in perpetuum conseruari, & permanere in familia, & agnatione sua masculina, integra, & sine diminutione, & nunquam proprietas, & possessio eorum bonorum ex genere, & familia ipsius exeant modis, & conditionibus suprascriptis: vnde nedùm resultat perpetuum fideicommissum, sed etiam clara, & necessaria fœminarum exclusio.

Similiter non dubitarunt Domini, quin factus fuerit locus prædicto fideicommisso, & signanter quoad castrum, & tenutas *de Beluedere*, & d. possessionem *Magnam in via Romana, & Communali*, ad fauorem Dominorum Mansueti, & Fausti: cum enim ex Adriano non superfint alij descendentes masculi, præter dictos Mansuetum, & Faustum, quia Saluius alius frater, & eiusdem Adriani filius iam decessit, & ex eo nulli extant descendentes masculi, nec etiam ex Mattino alio fratre, qui licèt reliquerit Vincentium iuniorem; ipse tamen decessit nullis etiam relictis filiis, & descendentibus masculis, sed solùm superstitibus Dominis Portia, & sororibus aduersariis, consequenter cùm non adsint alij masculi ex dicta linea Adriani, purificatum est iam fideicommissum ad fauorem prædictorum Mansueti, & Fausti.

Sed quia testator in clausula, *item ordino, lascio, e dispongo*, in qua prohibuit alienationem castri *de Beluedere*, subiicit in fine hæc verba: *E voglio, che le figlie femine non ci succedano, ma ci habbino solo la lor parte, finche saranno maritate, esortando li miei figlioli, e successori lo allochino, e maritino con ogni sollecitudine:* Fuit inde ortum dubium, quomodo fœminæ debeant habere partem in castro *de Beluedere*, quod Domini remiserunt ad aliam disputationem.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Perusina Laudi.

Lun. 11. Ian. 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Cohæredes tenentur ad solutionem debiti hæreditary pro hæreditariis portionibus.*

2 *Soluens integrum debitum, ad quod tenebatur pro medietate, si obtineat cessionem pro toto debito soluto, non potest agere contra correum, vt soluat totum, sed tantùm medietatem.*

Quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio.

3 *Circuitus vitandi.*

DECISIO LVIII.



Fvit resolutum, relaxandum esse man-
datum pro medietate fructuum census
solutorum Collegio Oradino per D. Io-
sephum Cantuccium contra D. Io. An-
tonium Cantuccium eius cohæredem;
1 qui propterea † tenentur pro hæreditariis portioni-
bus, *l. pro hæreditariis, C. de hæredit. action. Crass. in §. hæreditas, quæst. 1., num. 17. Surd. cons. 415. num. 14.*

Non obstat, quòd pro parte Iosephi prætendatur,
relaxandum esse mandatum pro tota summa ab eo so-
2 luta ex prædicta causa, ex quo † obtinuit cessionem
iurium sibi fieri pro toto debito soluto, vigore cuius
nunc agit contra bona hæreditaria Marcelli: quia
cùm in omnem casum ipse teneatur pro rata hære-
ditatis, quam possidet, obstat sibi quoad aliam me-
dietatem exceptio, quem de euictione tenet actio, &c.
l. vendicantem, ff. de euict. & reg. tex. in l. si dominus, ff. de
3 *condit. indeb.* nempè, quòd † debet circuitus euitari;
& demum regula, *tex. in l. qui sic soluit, ff. de solut.*

Non obstat etiam si pro parte Ioannis Antonij di-
catur penitùs non teneri, nec etiam pro sua medieta-
te vigore cuiusdam asserti laudi, quia quidquid sit
de dicto laudo, non constat de eius emologatione;
Vnde interim, donec de hoc cognoscitur, non est exe-
cutio pro dicta medietate retardanda.

Et ita, &c. Iosepho tantùm, &c.

Florentina Indulti.

Ven. 15. Ianuarÿ 1627.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicæ iustificatæ, habent executionem paratam: & ex quibus dicantur iustificatæ. Secunda gratia non est subreptitia ob non factam mentionem de prima gratia, si vtraque sit ex diuersa causa, & vna independens ab alia.

SVMMARIVM.

1 *Littera Apostolica, quæ sunt iustificata habent executionem paratam.*

2 *Canonicus quis probatur ex instrumento adepta possessionis.*

3 *Familiaritas Cardinalis probatur ex rotulo familiarium, præsertim iuncto vno teste.*

4 *Gratia secundò obtenta, dum est ex diuersa causa, non est necesse facere mentionem de prima gratia, & n. 6.*

5 *Indultum de percipiendis fructibus canonicatus in absentia ex causa study, est conforme iuri, & dispositioni S. Concil. Trid.*

DECISIO LIX.



Domini dixerunt, litteras Apostolicas,
quibus Petro Paulo Medices vti fami-
liari Illustriss. D. Cardinalis Barberini,
fuit indultum, vt durante familiaritate,
gaudere possit omnibus fructibus, &
distributionibus canonicatus, quem obtinet in Eccle-
sia Florentina, esse exequendas: quia † litteræ Aposto- 1
licæ, si sunt iustificatæ, habent executionem paratam,
ob illarum reuerentiam, *cap. si capitulo, vbi glos. in verbo exequatur de concess. præb. in 6. Menoch. de adipisc. rem. vlt. num. 35. Mohed. decis. 13. vt lit. pend. Rot. in recent. decis. 192. num. 1. & 633. num. 2. part. 1.* & fuit sæ-
pius decisum.

Quod autem litteræ prædictæ sint iustificatæ, be-
nè probatur, quia quòd Petrus Paulus sit † Canonicus 2
Florentinus, patet ex instrumento adeptæ possessionis
d. Canonicatus, *sum. num. 2.* quòd verò sit † familiaris, 3
vltrà confessionem partis aduersæ, constat ex rotulo
familiarium Illustrissimi Cardinalis Barberini, qui
maximè cum vno teste, qui de ea deponit, sufficit
ad hunc effectum, *Rot. decis. 584. numer. 31. part. 1. recent.*

Non obstat prætensa subreptio, ex quo Papæ non
fuit narratum, Petrum Paulum priùs obtinuisse a-
liam licentiam non residendi per biennium causa stu-
dij: quia cùm hæc † secunda gratia, de qua agitur, 4
fuerit ex diuersa causa, nempè occasione familiarita-
tis, ad eius validitatem non fuit opus facere mentio-
nem de prima, *Sanch. de Matrim. lib. 8. disput. 22. num. 5.* & fuit dictum *in Alarien. pensionis 20. Martÿ 1626. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* & eò magis, quia
primum † indultum de percipiendis fructibus duran- 5
te absentia ex causa studiorum, fuit prout de iure ex
dispositione S. Concilij Tridentini, vt in declaratione
S. Congregationis, quæ data fuit *sum. numer. 3.* Secun-
dum verò † continet causam merè gratiosam, & vo- 6
luntariam, & à causa primi indulti omninò indepen-
dentem, cuius propterea nulla debuit fieri mentio,
Imol. in cap. penult. nu. 6. de præscript. & Sanch. vbi supra.

Et ita vtraque, &c.

Firmana Pensionis.

Sabb. 23. Ianuarÿ 1627.

ARGVMENTVM.

Executio litterarum translationis pensionis commissa cum clausula arbitrio Rotæ non retardatur, si litteræ sunt iustificatæ: & quando non egeant iustificatione: Et plura tolluntur obiecta, quæ ad impediendam illarum executionem opponebantur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*

2 *Litteræ translationis pensionis habent executionem paratam. Declara, vt num. 7.*

3 *Translatario*

3 *Translatario datur via executiua, sicut transferenti.*

4 *Translatario non solet rescribi, nisi cum clausula,* sine retardatione solotionis pensionis.

5 *Executiua via competens cedenti, datur etiam cessionario.*

6 *Appellatio non impedit viam executiuam.*

7 *Clausula* arbitrio *dat facultatem examinandi validitatem pensionis, non tamen retardat eius solutionem, si littera sint iustificata.*

8 *Clausula* motu proprio *non eget iustificatione.*

9 *Quasi possessio transferentis liberat translatarium ab onere iustificandi pensionem translatam.*

10 *Appellatio suspensiua non datur à decreto de exequendo instrumento quarantigio.*

11 *Executiua via non impeditur ob Rei preuentionem in causa.*

12 L.diffamari *remedio vtens: actor dicitur quoad illam petitionem.*

13 *Actor, an Reus qui dicatur, regulatur à causa originaria.*

14 *Declaratio super iactationibus, & molestiis, fieri non potest, nisi illis precedentibus, & ideò faciens committi causam super illis vbi molestatus, dicitur Reus, molestans autem Actor nuncupatur.*

15 *Obligatio Cameralis non extenditur, nisi iuxtà expressa.*

16 *Littera Apostolice habent executionem paratam ob earum reuerentiam, & auctoritatem.*

17 *Amplia, vt habeant paratam executionem etiam contra non nominatos in d. litteris. Declara tamen, vt ibidem.*

18 *Littera reseruationis pensionis, facultas transferendi, & instrumentum translationis sunt vnum integrale.*

19 *Inter translationes, qua fiunt à Papa per Breue, & inter eas, que fiunt per instrumentum ab habente facultatem transferendi, non est facienda distinctio.*

20 *Executiua via non impeditur per interpretationem iuris, qua descendit ab exceptione Rei, & replicatione Actoris.*

21 *Altior indago, vbi prouenit ab exceptione non impedit executionem, sed reiicitur ad petitorium.*

22 *Reseruatarius omnium fructuum habetur loco titularis, quoad onera realia.*

23 *Libellus in executiuis, & summariis non requiritur, & num.25.*

24 *Cessionarius in executiuis agere potest sine monitorio, sicut cedens.*

26 *Monitorium requiritur, vbi agitur ad pœnam, seu incursum censurarum.*

27 Etiam, *dictio est ampliatiua.*

28 *Ignorans, cui soluere debeat, non tenetur soluere.*

29 *Notificatio sufficit, quòd aliundè habeatur, dum illa requiritur ad effectum simplicis scientie.*

30 *Scientia simplex, an sufficiat in debitore, an verò sit necessaria instrumenti editio.*

31 *Commissio in executiuis, & summariis succedit loco libelli.*

32 *Commissio per citationem* ad dicendum contra, *fit communis: & num.35.*

33 *Clausula* quam, & quas, *quid operetur.*

34 *Actio, qua fuerit intentata, sat est, quòd ex actis declaretur.*

36 *Sententia potest ferri stante clausula* quam & quas, *super causa probata, licet non expressa*

37 *Seruatio quatuor terminorum sufficit de stylo curia in executione litterarum Apostolicarum: Declara, vt ibidem.*

38 *Clausula* omni meliori modo, *quid operetur.*

39 *Translatio substinetur iuxta facultatem, & vitiatur in excessu.*

40 *Clausula* motu proprio, *reddit dispositionem fauorabilem.*

41 *Gratia* motu proprio, *assimilatur vltimis voluntatibus.*

42 *Non vitiatur ex accidentali adiectione inutile, seu impossibili.*

43 *Nec ex illa vitiantur vltima dispositiones.*

44 *Verba sententia quomodo sint intelligenda pro ea substinenda.*

45 *Vna via executiua electa, non censetur sublata altera via executiua.*

46 *Clausula,* quam, & quas, *operatur, vt ex transitu de vna via, ad aliam, non intret refectio expensarum.*

47 *Iudicium executiuum tale remanet, siue per decretum, siue per cedulam fuerit prounnciatum.*

48 *Appellatio suspensiua non datur ab executione Breuium, & lit. Apostol. licèt feratur sententia per cedulam.*

DECISIO LX.



CLARÆ mem. Cardinalis Montaltus vigore facultatis transferendi motu proprio, & aliis amplissimis clausulis sibi datæ per S. m. Sixtum V. transtulit pensionem scutorum duorum mille auri sibi aliàs reseruatam super fructibus mensæ Archiepiscopalis Firmanæ: Cùm autem Illustriss. D. Cardinalis Bandinus reseruatarius fructuum dictæ mensæ, prætenderet translationem fuisse nullam, & præueniendo iudicium, causam super iactationibus, & molestationibus in Rota cum facultatibus A.C. committi obtinuerit; præuiis duabus decisionibus conformibus, *die 26. Februarij 1625. & 23. Ianuarij 1626. coram bon. mem. Remboldo*, fuit declaratum, litteras reseruationis, vnà cum instrumento translationis, exequendas esse, ac mandata opportuna, & necessaria relaxanda: Vnde causa appellationis mihi commissa sine præiudicio legitimæ executionis arbitrio Rotæ: dubitaui, an intret arbitrium; & fuit resolutum non intrare ad
impediendam viam executiuam; quia † arbitrium re- 1
gulatur à iure, *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo videbitur numer. 4. Paris. cons. 8. num. 21. lib. 4. Cæsar. de Graff. decis. 8. num. 2. de re iudic. Rot. decis. 235. nu. 1. par. 1. recent. & 587. par. 2. & in Barchinonen. fructuum*
16. Iunij 1625. coram me, † iure autem attento, litteræ 2
translationis habent paratam executionem; itaut † 3
detur translatario via executiua pro executione suæ translationis, sicut dabatur pensionario transferenti, *Vestr. in prax. lib. 3. cap. fin. num. 3. Cassad. decis. 10. num. 8. de rescript.* & dixit, *Rot. in Bononien. pensionis coram Illustrissimo Cardinali Millino, & in Cremonen. pensionis coram Illustrissimo Cardinali Caualerio impress. apud Marches. de commiss. part. 1. fol. 558. & seqq.* & in aliis relatis, *in decis. in hac causa facta 26. Februarij*
1625 in princ. coram bon. mem. Remboldo, adeò vt † 4
translatario non soleat rescribi, nisi cum clausula, sine retardatione, vt post *Gom.* testatur, *Anton. August. in epit. iur. de translat. pens. num. 8. Garz. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 470. Rot. in dicta Bononien. apud*
Marches. Et generaliter † via executiua, quæ compe- 5
tit cedenti, datur etiam cessionario cum eisdem priuilegiis, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de cessio. Paul. de Castr. cons. 91. num. 3. vol. 1. Rom. cons. 38. & 142.* & communiter Doct. *in l. si sic legatum, §. si quis ita*, vbi *Ias.* dicit communem, *ff. de leg. 1.*

 Vnde

6 Vnde in præsenti † appellatio non debuit impedire
7 viam executiuam, Vestr. vbi supra. Et quamuis † arbi-
trium tribuat facultatem examinandi validitatem pē-
sionis; tamen non retardat eius solutionem, quoties
litteræ translationis sunt iusticatæ, aut non indigent
iustificatione, Mart. de clausul. claus. 13 num. 13. par. 1. Rot.
decis. 567. num. 1. par. 2. recent. Hic autem vtrunque
concurrit, quia litteræ visæ fuerunt pro nunc sa-
tis iustificatæ, ex latè deductis in prædictis duabus
decisionibus, & non egent iustificatione, ex quo tam
8 facultas transferendi, quàm pensio translata sunt † mo-
tu proprio, quæ clausula liberat, translatarios ab omni
iustificatione, Gabr. de clausul. conclus. 2. numer. 89. Seraf.
decis. 1484 num. 10. & decis. 1498. in fin. princ. & Rot. in
9 hac causa in dicta decis. 26. Febr. Et accedit † longissima
quasi possessio Cardinalis transferentis, quæ etiam re-
leuat translatarios ab onere iustificandi pensionem
translatam, Garz. vbi supra, Rot. in d. Bononien. & in
Brixien. pensionis, 23. Maij 1594. coram Illustrissimo Car-
dinali Millino apud eundem Marches. 654.

Ex quibus rectè fuit pronunciatum, litteras transla-
tionis esse exequendas, nec propterea dari appellatio-
10 nem suspensiuam, sicut † nec datur à decreto de exe-
quendo instrumento quarantigio, Bart. in l. 4. §. con-
demnatum, ff. de re iud. Menoch. de adipis. poss. rem. 4. nu.
9 vers. tertium exemplum. Gutier. in repet. l. nemo potest,
num 445. ff. de legat. primò. Surd. in l. post rem iudic. in 6.
quæstion. ad declar. leg. reg. igitur superest solùm ex
aduerso pro retardatione adductis respondere.

Non obstat primò quod D. Cardinalis præuenerit
in iudicio nullitatis translationis; quasi exceptio li-
tis priùs pendentis debeat executionem retardare, quia
11 † per præuentionem non impeditur via executiua,
Bald. cons. 261. num. 2. vol. 1. vbi quòd si tollitur excep-
tio, quia est parata executio, non impeditur via exe-
cutiua, licet Reus agendo præueniat, Paul. de Castr.
cons. 160. vol. 1. Bellug. specul. Princip. rubr. 51. leges Regni,
num. 47. Galles. de form. Camer. oblig. par. 3. in cap. de vi
instrumento oblig. cam. & hoc recta ratione, quia alio-
quin esset in potestate debitoris, præueniendo iudi-
cium, eludere viam executiuam; & sic omnia iuris
remedia pro expedita exactione ob bonum publicum
inuenta.

12 Et tantò magis, quia quamuis D. Cardinalis † v-
tendo remedio, l. diffamari, translatarios ad iudicium
prouocauerit; & sic quoad illam primam petitionem
13 dicatur Actor, Rom. cons. 117. in princ. tamen cum †
Actor, an Reus quis dicatur, regulandum sit à causa
14 originaria, Cran. cons. 182. numer. 2. & † potuerit fieri
declaratio super iactationibus, & molestiis, nisi illis
præcedentibus, Innoc. in cap. Abbate de verbor. signif.
Alex. in l. si finita, §. eleganter, num. 26. ff. de damn. infect.
propterea translatarij in effectu fuerunt veri Actores,
& D. Cardinalis Reus, Bart. in l. libertus, ff. de in ius vo-
cando. Couar. varior. lib. 1. cap. 18. num. 4. Fab. de An. cons.
58. num. 6. translatarij ergo perindè haberi debent, ac
si ipsi præuenissent, & D. Cardinalis fuisset præ-
uentus.

Non obstat secundò, quòd via executiua non da-
tur, nisi pro his, quæ leguntur in instrumento in in-
dulto autem transferendi, & instrumento translatio-
nis, ex quibus agitur, nulla fiat mentio de pensioni-
bus debitis per Cardinales: quia fortè procederet
obiectum, si ageretur ex obligatione camerali, prop-
15 ter confessionem debiti, † quæ non extenditur nisi
iuxta expressa, vt per Galles. de oblig. Camer. q. 31. num.
15. & 16. quæ ratio non applicatur viæ executiuæ lit-
terarum Apostolicarum, quæ non competit ob ali-
quam confessionem cum pensio etiam non requisito
16 titulari, reseruetur & transferatur, † sed datur ob ea-
rum reuerentiam, & auctoritatem, Rot. decis. 506.
num. primo, part. prima recent. Ideò † sufficit constare, 17
quòd ille, contra quem agitur, etiam non nomina-
tum, percipiat fructus, super quibus fuit pensio
reseruata.

Et idem dicendum est de instrumento translationis,
quod habet in ventre reseruationem vigore faculta-
tis, itaut hæc tria, † litteræ reseruationis, facultas 18
transferendi, & instrumentum translationis non sint
distinctim, & de per se consideranda, sed mixtim, tan-
quam vnum integrale constituentia, arg. text. in leg.
cum de lanionis, §. Asinam, vers. quod si, §. de fund. instr. vel
instr. l. Vndè † distinctio translationum factarú per Pa- 19
pam mediante Breui, seu litteris ab aliis, quæ fiunt
per instrumenta exaduerso ponderata, non adapta-
tur, nec iure fundatur ad effectum, de quo agitur,
quinimò, Vestr. Cassad. & Rotæ decisiones supra alleg.
indistinctè, & generaliter loquuntur, dùm translata-
riis dant viam executiuam; alioquin cum regulariter
translationes fiant per instrumentum; non autem per
litteras, rarò pensio translata haberet executionem
paratam.

Vndè etiam non releuat, si dicatur, quòd D. Car-
dinalis venit in indulto ex interpretatione; itaut se-
cunda decisio in hac causa facta, rem reduxerit ad
coniecturas; & propterea res sit obscura; quo casu
non datur via executiua, quia vltra quod identitas pē-
sionis translatæ, quodque D. Cardinalis sit reseruata-
rius fructum, non sunt posita in coniecturis, & nun-
quam procederet conclusio supra firmata, quòd arbi-
trium dat facultatem examinandi validitatem transla-
tionis, non autem impedit viam executiuam, quoties
translatio est iustificata, vt hîc per duas decisiones cō-
formes; cessat etiam difficultas quoad personam D.
Card. ex quo non versamur in interpretatione ex-
trinseca, & per viam actionis, sed intrinseca, & per
viam replicationis; etenim translatarij, qui sunt acto-
res, habent facultatem claram, & indubitatam trans-
ferendi istam pensionem, & instrumentum translatio-
nis, in quibus fundatur eorum intentio, ergo dum
per D. Cardinalem Reum conuentum excipitur in eis
non comprehendi Cardinales, & translatarij contra-
rium decidi obtinuerunt, intrat conclusio passim in
Rota obseruata, Quòd † interpretatio iuris, quæ des- 20
cendit ab interpretatione partis, non autem ab Acto-
ris intentione, non impedit viam executiuam, Crat.
discept. Forens. cap. 852. num. 40. & cap. 671. num. 15. Mo-
dern. de oblig. Camer. quæst. 31. num. 15. Rot. decis. 741. num.
12. parte prima diuers. & decis. 131. nu. 12. part. 2. sicut in
simili, vbi † altior indago prouenit ab exceptione, 21
non impedit executionem, sed reiicitur ad petitorium,
Rip. in dicta l. 4. §. condemnatum, num. 15. cum seqq. de re
iud. Caputaq. decis. 353. par. 1. Mohed. decis. 4. num. 3. de
fid. instr.

Ex quibus consequenter patet responsio ad illud,
de quo etiam excipiebatur: quòd Cardinalis transfe-
rens non fuit vsus facultate transferendi, dùm gra-
uauit præsules, & administratores Ecclesiæ Firmanæ,
non autem Illustriss. D. Cardinalem; quia cum ip-
se sit † reseruatarius omnium fructuum, eósque per- 22
cipiat, habetur quoad onera realia, vice, & loco titu-
laris, Rot. decis. 508. par. 2. recent. & latè, in decisionibus
in hac causa factis, & cessat penitùs, quia fuerunt e-
tiam quicumque alij expressè grauati ad latè tradita,
per Crauet. cons. 294.

Non obstat tertiò, quòd fuerit processum sine mo-
nitorio, siue libello, quia † in executiuis sine libello 23
proceditur, Marant. de ordin. iudic. 4. par. distinct. 9.
num. 12. Roman. cons. 142. num. 1. vbi quòd † cessio na- 24
rius in executiuis agere potest sine monitorio, sicut
cedens, & consequenter translatarius: & ratio est,
quia ex quo tunc † proceditur summariè, Marant. vbi 25
supra.

supra, non requireret libellus, *Clem. sæpe de verb. signific. Vestr. in prax. lib. 5. cap. 2. nu. 2. vbi Additio nu. 30.* quod absque dubio procedit in casu nostro, cum
26 † non fuerit actum ad pœnam, aut recursum censurarum, quo casu forte esset monitorium reintegrandum, *Achill. decis. 5. & 6. de sent. excom*, sed duntaxat actum fuit ad simplicem pensionis solutionem, vigore litterarum Apostolicarum; quæ agendi facultas non minus continetur in litteris, quàm facultas relaxandi censuras; quia cum hæc fuerit expressa per
27 dictionem, † *etiam*, quæ non est restrictiua, sed potius ampliatiua, supponit alium modum exequendi arbitrio Actoris, scilicet per captionem pignorum, aut alias. *Bald. cons. 209. num. 2. & 4. lib. 3. Seraf. decis. 1384. num. 1.*

Et licèt videatur, quòd translatarij tenebantur prius D. Cardinali notificare, eos esse translatarios; quia
28 dum † ignorabat, cui solueret, non tenebatur soluere, ad tradita *per Iason. in leg. vinum, num. 10. ff. si cert. pet. Roder. Suar. in d. l. post rem iudicatum in declar. l. Regn. ampl. primu, num. 10. & 11.* tamen cum hæc
29 † notificatio desideretur solum ad effectum simplicis scientiæ, satis fuit, quòd D. Cardinalis esset certior factus aliunde, *Bart. in l. non solum, §. morte, num. 66. ff. de nou. oper. nunc*, cuius ignorantia non potuit allegari, tum ex suamet commissione; tum etiam ex citatione translatariorum primitus illi facta, aliàs decerni, & relaxari mandatum executiuum, & quando præ-
30 tendatur, quòd etiam debuit † ei ostendi instrumentum translationis; ita vt non sufficeret simplex sciẽtia, iuxta doctr. *Bart. vbi supra nu. 48. & Rot. in Rom. societatis officij 10. Nouembris 1625.* coram me, tollitur etiam ex disputatione dubij: An instrumentum translationis sit exequendum; quod fieri non potuit, nisi illo ostenso, & in actis, producto.

31 Et in omnem casum † commissio in executiuis, & summariis succedit loco libelli, & sic monitorij, *Dec. cons. 433. num. 2. Thesaur. decis. primu, num. 4. Vant. de nullit. & defect. process. nu. 2. Salust. in prax. in proem. num. 4.* quæ licèt obtenta per D. Cardinalem suffraga-
32 tur etiam translatariis: quia per † citationem ad dicendum contra, fuit effecta communis, *Rot. decis. 317. par. 2. recent. Additio ad Greg. XV. decis. 552. num. 7.*

Nec facit, si dicatur, quòd commissio succedit loco libelli in expressis, vnde debuit pronunciari iuxta commissionem, & sic super iactationibus, quod tamen factum non fuit, quia cum in commissione adsit
33 † clausula *quam, & quas*; cum primùm illa fuit communis effecta, censetur omne ius partium iam à principio deductum, *Muresc. vnr. resol. lib. 15. cap. 20. n. 1. Achill. decis. 14. de rescript. Rot. diuersa decis. 254. par. 1. Greg. XV. decis. 488. num. 1.*

Non obstat quartò, quòd debuit specificari talis actio, quæ conueniret, & esset conformis sententiæ latæ, cum tamen in actis nulla adsit declaratio, ex qua appareat fuisse petitum, exequi litteras pensionis, & instrumentum translationis, quia satis videtur via exequutiua deducta ad speciem ex prosequutis, nempe ex productione iurium, ex qua infertur necessariò ad solutionem pensionis; Vnde etiam de partium consensu emanauit disputatio dubij, postquam enim antiquata iam fuit, illa nimis scrupulosa actionum formula, de qua *in l. prima, in princ. ff. de eden.* sufficit
34 † quod ex prosequutis declaretur qualis actio fuerit intentata, vt plurib. relat. tradit *Stattl de Sulmanan 2. spect. prima, cap. 3, num. 62. & seqq.*

Et accedit, quòd D. Cardinalis vtendo dicto remedio *l. diffamari*, non solum intendit liberari à molestiis inferendis via ordinaria, sed etiam & multo magis ab inferendis via executiua: Vnde sicut ipse vigore commissionis absoluti potuisset ab omnibus & quibuscumque molestiis, pariter, & illi, vigore eiusdem commissionis † communis effectæ, consequi po- 35
tuerunt viam executiuam, vt fuit resolutum *in Nullius de Carretis 13. Nouembris 1587. coram Comitulo apud Marches. par. 1. fol. 231. & decis. 254. num. 1. par. 1. diuers.* Quibus etiam annecti potest, quod eo ipso, quòd à principio virtute † clausulæ *quam, & quas*, fuit 36
omne ius translatariorum deductum, potuit ferri sententia super causa probata, licet non expressa, & formaliter deducta. *Surd. cons. 24. num. 17. vers. posset tamen, Rot. decis. 256. num. 1. & decis. 257. num. 1. par. 1. diuers.*

Non obstat 5. defectus terminorum substantialium ad articulandum, &c. quia cum versemur † in exe- 37
cutiuis sufficit seruatos fuisse quatuor terminos ad docen. se paruisse litteris Apostolicis, *Felin. in cap. ad probandum, num. 6. vers. ad quam Rota premittit de re iudic. Cassad. decis. 6. num. 10. de caus. poss. & propriet. Achill. decis. 5. de sent. excommunic*, & quod isti termini de stylo Curiæ seruentur in executione litterarum Apostolicarum, *Rot. decis. 791. par. 3. diuers. lib. 3. & decis. 64. num. 6. par. 2. recent.* & in terminis pensionis, *Mandos. in tract. de monitor. quæst. 13. & 36.* & in puncto pro translatario admisit *Rota in Lucana pensionis 28. Iunij 1617. coram Archiepiscopo Seleucien. &c.*

Nec releuat si dicatur, quòd supradicta de quatuor terminis ad docendum se paruisse, procedunt de stylo Rotæ, quando fuit actum per viam monitorij, *Garz. parte prima, cap. 5. num. 555. Caputaq. decision. 251. par. 3. & Mantic. decision. 254.* quia præterquam quòd videtur, id non esse metiendum à monitorio, sed à natura iudicij executiui, in quo versamur, & præsertim quia non fuit actum ad censuras, sed ad alia remedia, tollitur, ex quo commissio emanauit cum facultatibus A. C. apud quam pro executione litterarum reseruationis, translationis, pensionis, aliarumque litterarum non illi, sed isti termini seruantur, & sine monitorio, *Salust. in prax. lib. 3. cap. 1. num. 6. & cap. 7. num. 6.* & in omnem casum Commissio succedit loco libelli, & sic monitorij.

Nec quicquam faciunt *Garz. & pracit. decisiones apud Veral. & Mantic.* quia dum *Garz.* loquitur de monitorio, solum enunciat practicam ordinariam, sed non dubitat, nec dubitari potest, quin commissio cum citatione ad soluendum succedat loco monitorij, & *Caputaquen.* si bene eius verba perpendantur, probat contrarium eius, ad quod allegatur, dum dicit, quòd si in negotio executiuo seruantur termini substantiales seruari soliti in negotio principali, termini non dicuntur bene seruati, sed quòd reiterati vigore Innocentianæ sanantur; qua sanatione opus non fuisset, si non illi, sed termini ad docendum de paritione, requisiti in iudicio executiuo, fuissent seruati, *Decisio* verò *Mantica* non applicatur, quia ex ea non constat, super quo fuerit pronunciatum, aut super nullitate pensionis, aut super illius executione, & ex alia decisione in eadem causa facta coram eodem, potius apparet fuisse latam sententiam super nullitate.

Non obstat sextò, quòd fuerit excessum, dum dicitur, in sententia, instrumentum translationis esse exequendum, vt propterea in ea detur, translatariis subrogatio quasi possessionis exigendi, quæ legitur in dicto instrumento, cum tamen indultum transferendi non det talem facultatem: quandoquidem principalis dispositio, nempè translatio, non ideo minus sustinetur, perindè, ac si subrogatio quasi possessionis non fuerit apposita; tum ex clausula, *omni meliori modo*, † quæ operatur, vt trãslatio substineatur, 38

prout est possibile sustineri posse, vt dixit *Rot. decisio. 733. num. 9. parte 2. recent.* tum etiam, quia, cum subrogatio ad quasi possessionem sit quid distinctum, & se-
39 paratum à facultate transferendi, † sustinetur translatio in eo, in quo intrat facultas, à qua regulatur, & annullatur tantùm in excessu, perinde, ac facta in maiori summa, *Rot. apud Mantic. decis. 573. & parte 2. recent. decis. 733. n. 10.*

Et tollitur omnis scrupulus, ex quo translatio fuit facta vigore indulti *motu proprio*, quæ clausula videtur inesse in translatione, cùm, vt dictum est, considerenda sint mixtim, & tanquam vnum integrale pro-
40 pter correspectiuitatem, cuius † clausulæ tanta est virtus, & efficacia, vt reddat dispositionem fauorabilem,
41 *Anchar. consil. 296. in princ.* adeò vt † gratia sic concessa, assimiletur vltimis voluntatibus, *capitulo quia cunctis in fin. & capitulo auctoritate Martini de concess.*
42 *preben. in 6.* proinde † non vitiatur ex accidentali adiectione, inutili, seu impossibili, *Dec. cons. 405.* & in puncto *Roman. consil. 348. & arg. tex. in cap. si pluribus*
43 *de preb. in 6.* sicut † nec vltimæ dispositiones, *l. si mihi & tibi, §. si quis seruos, ff. de leg. 1. l. si quis ita institutus, ff. de condit. instit.*

44 Vnde sequitur, quòd † verba sententiæ, vt exequantur litteræ pensionis, cum instrumento translationis debent intelligi in ea parte, quæ de iure venit exequenda pro subsistenda sententia, & sic quoad translationem tantùm & non quoad subrogationem, *Cran. cons. 188. num. 8. Rot. decis. 319. parte 1. rec. & decis. 450. num. 9. par. prima diuers. & in Clusina Postæ 18. Iunij* 1618 *coram R.P.D. meo Buratto*, quòd etiam in eadem sententia declaratur, dum relaxantur in ea mandata opportuna, & necessaria, id est talia, qualia de iure veniunt decernenda, & non alia; quæ interpretatio tantò magis admitti debet, ex quo in actis non apparet fuisse petitam executionem subrogationis quasi possessionis.

Non obstat septimò prætensa variatio de iudicio executiuo ad ordinarium sine refectione expensarum, quia nullibi probatur variatio, sed potiùs prosecutio ex obseruantia terminorum, qui etiam seruari solent coram A. C. pro executione litterarum, Apost. & signanter stante expressa protestatione translatariorum, quòd à via executiua non intendebant recedere: & quamuis procedi etiam potuisset, nullis seruatis terminis cum sola citatione ad soluen. aliàs relaxari
45 mandatum exequutiuum; tamen cùm † vterque procedendi modus sit executiuus, & ad idem tendat; vno intentato, non præiudicatur quoad alium, imò potest creditor, dimisso primo ad alium recurrere, & vtróque etiam simul vti, donec ei satisfactum sit, *Bart. in l. consentaneum, num. 17. vers. quæro secundò, C. quomod. & quand. iud. Ias. in l. 1. num. 23. ff. si quis ius dicent. non obtemp. & in l. nullis, num. 8. vers. sexto, & vltimo cogita, C. de Iudic. Caputaq decisio. 30. num. 5. parte prima*, quod fortiùs procedit, quando vt hic, fuit à principio omne
46 ius deductum ex clausula, † *quam, & quas, &c.* quo casu ex transitu de vna via ad aliam, non intrat refectio expensarum, *Seraf. decis. 630. num. 5. Greg. XV. decis. 270. n. 5. & decision. 488. n. 3.*

47 Tandem non obstat, quòd non per decretum, † sed per cedulam fuerit pronunciatum, litteras esse exequendas; quiacùm non figura verborum sed natura, & substantia iudicij sit attendenda, non ideò minùs iudicium remansit executiuum *Gabr. de app. concl. 4. num primo. vers. contrarium, Statil. de Salu. inspect. 4. capitulo 2. num. 57.* & practicatur quotidie in exequutio-
48 ne † Breuium, & litterarum Apostolicarum, in qua fertur sententia per cedulam, *Salust. in prax. lib. 2. cap. 2. num. 24.* & nihilominùs à dicta sententia non datur appellatio suspensiua, *Statil. vbi supra, Gonzal in adnot. contr. nullit. num. 247. Mohed. decisio. 13. vt lit. pend. Seraf. decis. 357.*

Cœtera, quæ ex aduerso opponebantur, aut non indigent responsione, aut pertinent ad iustitiam, quæ licèt visa fuerit plenè discussa in prædictis duabus decisionibus coram b. m. Remboldo; si tamen D. Cardinalis cupit iterum super ea audiri; Domini ordinarunt, quòd audiatur ad primam post Cineres.

Et ita vtraque, &c.

Parmen. Pensionis.

Sabb. 23. Ian. 1627.

ARGVMENTVM.

Remissoria quando sit concedenda, & quo casu non sit necessaria transportatio actorum: Et alia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur in prophanis data releuantia articulorum; & deficiente calumnia.*
Amplia, vt sufficiat releuantia vnius ex articulis, numero 8.
2 *Appellare quis potest à decreto de procedendo ad vlteriora in petitorio, si priùs fuerit protestatus de cognoscenda causa in possessorio.*
3 *Confessio procuratoris, vt præiudicet principali, debet esse omnino certa.*
4 *Clausula* quam, & quas, *operatur, vt possit procedi tanquam in prima.*
5 *Transportatio sententiæ non est necessaria, quando non agitur de confirmatione vel infirmatione illius.*
6 *Amplia procedere etiam in causis fori Ecclesiastici, & sic in terminis Concilij Trid.*
7 *De iure constare dici non potest, quousque constare potest de non iure.*

DECISIO LXI.

DIE 25. Maij anni præteriti fuit resolutum dandam esse remissoriam Dominico Mariæ Amitæ ex fundamentis, de quibus in decisione desuper extensa, quæ cùm hodie reuideretur, Domini perstiterunt in deci-
sis: quia † articuli sunt releuantes, & materia est prophana, nec adest calumnia ex aduerso prætensa, sed potiùs fumus de contrario, ex testibus datis. 1

Neque obstat prætensus defectus iurisdictionis: ex defectu transportationis actorum, ex quo Dominicus non transportauit sententiam, cuius meminit in commissione; quia vltra responsiones datas in prædicta decisione, placuit Dominis, quòd dicta confessio, saltim ad effectum integræ transportationis, verificatur in decreto iudicis, à quo, quod fuit transportatum; iudicio enim introducto in partibus per D. Nicolaum Aduersarium super nullitate pensionis, Dominicus protestatus fuit, se velle manuteneri in possessione, seu quasi exigendi dictam pensionem; & iudex nihilominus decreuit, procedendum esse ad vlteriora in causa nullitatis.

Vnde à dicto decreto † potuit appellari, *Rot. decis.* 2
383. num. 8 apud Seraph. prout ab eo Dominicus appellauit; in cuius appellationis executionem, præsumendum est, impetratam fuisse pro parte Domi-

nici

nici commissionem, non autem ad iudicem grauan-
tem rediisse.
3 Et in omnem casum, vt prætensa † confessio pro-
curatoris præiudicet, debet esse, omninò certa, itaut
recipere nequeat aliam interpretationem, *Rot. decis. 685. numer. 3. part. 1. diuers.* Cum itaque illa possit,
quoad effectum in decreto prædicto verificari, non
potest Dominico nocere; maximè stante dicta appel-
latione, ac reuocatione dictæ confessionis: & præser-
tim cùm appareat de verisimili errore procuratoris,
cui dictum decretum causam dedit.

Non obstat, quòd reuocata confessione, cesset fun-
damentum commissionis, quæ fuit impetrata sub nar-
ratiua, quòd fuerat à decreto diffinitiuo appellatum,
quia procedit eadem responsio, vt narratiua verifice-
tur in decreto procedendi ad vlteriora; & ita intelle-
xit Signatura, dum in ea fuit de hoc per Nicolaum
oppositum, quæ nihilominus causam remisit ad
Rotam.

Et remouetur omnis difficultas ex clausula *quam,*
4 *& quæ*, † cuius vigore potest procedi tanquam in
prima, *Seraf. decis. 1241. n. 2. Rot. decis. 731. num. 5. parte 2. recent. & apud Pacif. de Saluian. decis. 72. num. 7.*
Vnde quàmuis etiam hoc casu acta sint integriter
5 transportata; cùm tamen † non agatur de sententiæ
confirmatione, vel infirmatione, illius transportatio,
tanquam irreleuans non fuit necessaria *Greg. XV. de-
cis. 508. num. 10. & Rot. in Auinionen. bonorum 12.*
6 *May 1626. coram me:* quòd † procedit etiam in cau-
sis fori Ecclesiastici, & sic in terminis Concilij, vt fuit
dictum *in Ilerden. pensionis 16. Iunij 1624. coram Illu-
strissimo Patriarcha Hierosolymitano.*

Non obstat prætensa iustitia carcerationis; quia
7 adhuc de ea non est pronunciatum, † & ideò non pu-
test dici constare de iure, quoúsque potest constare
de non iure, *Egid. decis. 103.*

Nec obstat demum allegata calumnia, dum articu-
latur de tempore prætensi metus, D. Nicolaum fuis-
se Vicarium Episcopi: inde enim non insurgit calum-
nia, quia Dominicus prætendit hoc posse probare
vel verè, vel apparenter, ex quo Nicolaus gerebat om-
8 nia negotia Episcopatus: Et in omnem † casum suffi-
cit releuantia vnius ex articulis, *Seraf. decis. 364. num. 3. & apud Greg. XV. decis. 124. num. 3. & decis. 403. num. 6.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

Florentina Subdecanatus.

Merc. 27. Ian. 1627.

ARGVMENTVM.

Legatum iurispatronatus non transfert in legatarium quasi possessionem præsentandi, in qua legans existebat, & ideò legatarius non potest dicta quasi possessione iuuari ad effectum manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio præsentandi non quæritur sine actuali præsentatione effectum sortita.*
2 *Possessio, seu quasi defuncti non transit in successorem vniuersalem, siue singularem sine noua apprehensione, & n. 6.*
3 *Possessio non acquiritur, nec retinetur sine animo.*
4 *Animus defuncti non transit ad successorem.*
5 *Possessio patris non continuatur in suum hæredem, sed requiritur noua apprehensio.*
7 *Possessio transferentis in exigenda pensione non transit in translatarium.*
8 *Legatarius capere debet rem legatam de manu hæredis.*
9 *Nec incipit possidere, priusquam res legata ab hærede tradatur.*
10 L. cum hæredes, ff. de acq. possessione, *in quibus procedat.*
11 *Quasi possessio rerum incorporalium non acquiritur, nisi per exercitium iuris incorporalis.*
12 *Nec transit in hæredem, aut successorem particularem ante exercitium illius iuris incorporalis.*
13 *Possessio apprehensa per hæredem, dicitur noua possessio, & diuersa ab illa defuncti.*
14 *Quasi possessio iurispatronatus non transfertur in successorem siue vniuersalem, siue particularem, sed in eo opus est nouo vsu, & exercitio illius iuris.*
15 *Amplia etiam si extaret statutum de continuanda possessione in successorem: & ratio redditur ibidem.*
16 *Possessio defuncti non suffragatur successori ad effectum manutentionis.*
17 *Quasi possessio dari, & cedi potest, & sicut hoc procedit inter viuos, an ita etiam procedat in vltima voluntate, n. 18. & n. 20.*
19 *Legatum iuris, quod legans habet in re, morte sua periturum non valet.*
Vsufructus legari non potest ab vsufructuario.
21 *Constitutum collatum post mortem constituentis non valet.*
22 *Possessio transferri potest per statutum sine noua apprehensione, solo legis ministerio, & n. 24.*
Et an idem fieri possit ex voluntate testatoris, ibidem, & numero sequenti.
23 *Lex fingere potest, quod non est, non autem homo.*
25 *Possessio transferri non potest ministerio iudicis sine noua apprehensione.*
26 *Legatum possessionis relictum non solum per viam legati, sed etiam donationis inter viuos, transfert possessionem in legatarium.*
27 *Declara procedere, si in vita legantis fuit sequuta acceptatio legati: & n. 28.*
29 *Legatum castri cui cohæret iuspatronatus operatur vt iuspatronatus sub dicto legato comprehendatur, anquam sub titulo vniuersali.*
30 *Possessione quæsita vnius prædij non censetur quæsita possessio alterius prædij.*

DECISIO LXII.


ACAVIT Subdecanatus Ecclesiæ Florentinæ, & contendentibus diuersis patronis, nec non ab eis respectiuè præsentatis super pertinentia iurispatronatus: Domina Octauia Capponia vna ex prædictis assertis patronis, institit ante omnia dari dubium, quis eorum sit in quasi possessione præsentandi; sed quia alij, nempe Baiulaius, & fratres de Puccis, & Dominoa Lucretia, & fratres de Venturis, nihil adduxerunt, vnde iustificari posset, eos esse in dicta quasi possessione, fuit propterea solummodo disceptatum, an constaret de quasi possessione prædictæ Dominæ Octauiæ: & fuit negatiuè resolutum, & proinde nemini patronorum dandum esse mandatum de manutenendo.

In primis enim Domina Octauia non potest quasi
possessionem prætendere ex propria eius persona, ex
quo nunquam præsentauit; cùm tamen † quasi pos- 1
sessio præsentandi non quæratur absque actuali præ-
sentandi

sentstione, quæ effectum sit sortita, *Calder. de iurepatr.consil.12.Oldrad.consil.223.num.2. Rocch. de Curt. in tract.de iurepatr.verb. competens n.35. Gonzal.in reg. 8.glos.18.n.86.Caputaque decis.421.par.2.*

Nec etiam est in dicta quasi possessione ex persona Rupeti Pandulphi quondam sui mariti,qui ei dictum iuspatronatus legauit, sequota confirmatione
3 Ordinarij : quia † quasi possessio defuncti non transit in successorem, *l.cum hæredes, ff. de acq. poss. l. si. de eo*
3 *§.vltimo , ff. ad exhib.* quandoquidem † ad acquirendam, & retinendam possessionem requiritur animus
4 *l.quemadmodum, ff. de acq.poss.& l. licet C. eodem* † animus autem defuncti ad successorem non transit,*l.4.ff. locat. l. sed si ita legatum,§. illi si volet, ff. de legat. primo.Cephal. cons.30. num. 8. lib. primo, Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 69. num. 11.* vnde ob eandem rationem,
5 † nec in suum hæredem patris possessio continuatur, sed opus est noua apprehensione, *glos. in dicta l. cum heredes, verb. pertinet,* & ibi *Bart. & in l. in suis num. 5.ff. de liber.& posthum. Bald. in l si, num. 2.C.de edict. Diu. Adr. tollen. Rodor. Suar. in l. 8. tit. de las herencias lib.3. fin.num.12.Gutier. in repet. tex.in §. sui n.66. Instit. de hæred.qualit.& different.*

6 Et sicut † in hæredem, seu successorem vniuersalem non transit defuncti possessio sine noua apprehensione, ita nec in successorem singularem , *glos. in l. cum duobus,§. idem respondi ,il 2. in verb. dominium, ff. pro socio, Alex. in d.l. cum hæredes n. 2. Gomez, super reg.de annal.quæst.15.& 14.Rot.par.1.recent. decis.122. num.3. & 11.& coram Greg. XV. decis. 57.* vbi quòd
7 † possessio transferentis in exigenda pensione non transit in translatarium & multò minus transfertur possessio in singularem successorem titulo legati:quia in eo, vltra generalem rationem supra traditam , ve-
8 get etiam illa,quòd cùm debeat † rem legatam capere de manu hæredis , non potest priùs circa eam exercere actus naturales , habiles ad acquirendam possessionem,& sic † incipere possidere, quàm ei res legata
9 ab hærede tradatur,aut consignetur.

10 Et in vniuersum dispositio † *tex. in d. l. cum heredes*,indistinctè , & absolutè procedit non solùm in rebus corporalibus , sed etiam in incorporalibus, quo-
11 tum quasi † possessio acquiri non potest,nisi per actū proprij facti,scilicet per vsum, & exercitium iuris incorporalis,*l. quoties,1 20.ff.de seruit.l.2. vbi Doctor. C. de seruit. & aq. Bart. in d.l. prima,§. huius autem interdicti,ff. vti possid. Put. decis.269.num.3. lib. 1. in cor-*
12 *rect.* igitur nec † rei incorporalis quasi possessio in hæredem, aut successorem particularem, transit ante vsum,& exercitium illius iuris, *Tiraq. in tract. le mort saisit,in 4.par.declar.7.& in præfat. dicti tract.declar.3. 4.& seqq. Gabr.consil.185.n. 17.lib.2.*

Vnde necesse sequitur , vt eo ipso , quòd possessio defuncti non transfertur , quòd postquam per nouum actum , aut vsum rei est apprehensa per successorem,
13 † non potest dici eadem possessio antecessoris, sed diuersa,ita vt illa, quæ fuit penes defunctum, fuerit extincta, & alia noua in hærede producta : *d.l.cum hæredes,§.primo* , ibi *noua possessione opus sit* , *l.si is qui pro emptore,§. si quis bona fide , ff. de vsucap.* ibi , *quia initium secunda possessionis vitiosum est* , qui tex. loquitur in singulari successore,secundùm *Bart.& Doctor.ibid. Anton.Gomez ad l. 45. Tauri n.118.Molin.de Hispan. primog.lib.3.cap.12 n. 22.*

Et tandem ad rem,de qua agitur accedendo, ex supradictis emanat illa non minùs vera , quàm recepta
14 iuris conclusio,quòd † quasi possessio iurispatronatus non transfertur in successorem, siue vniuersalem, siue particularem,sed in eo opus est nouo vsu,& exercitio illius iuris, *Menoch de retin.rem.3.num. 57. vers.extenditur*, & in puncto *Gonzal. in glos.34.num. 108. Garz. de benef.parte 5. cap.5. num. 35. cum seqq.*& reprobato *Lambertino*, qui contrarium tenuit, *Achill.decis.5. de caus. poss.& propriet. Caputaque n. decis. 410. parte 2. Mantic.decisione 88. num.5.& Rot.parte 2. recent.decis. 260.num.4.& decisio.237.num. 3.* & apud *Reuerendissimum Dominum meum Decanum,decis.464.n.3.*

Et est adeò vera dicta conclusio,vt † procedat etiam 15
in fortioribus terminis , nempe quando extat statutum de continuanda possessione in successorem ; quia illud non intrat , nec aliquid operatur , quoad quasi possessionem iurispræsentandi , vt reprobata *decisione Caputaque n.211.parte 3.tenuit Rota dicta decis. 260. num. 4. parte 2. recent. & in Asculana iurispatronatus 18. Martij 1622. coram D. meo Buratto ,* & in aliis adductis per *Add. ad decis.212.Gregorij XV.*& ratio est, quia cum quasi possessio iurispatronatus versetur circa spiritualia,meritò non subijcitur similibus statutis, *ad tex. in capit.2.& 3. de Iudic.*

Ex quibus claré patet , quòd nec Domina Octauia iuxta iuris regulas superiùs firmatas potest , tanquam legataria dicti iurispatronatus , prætendere, quòd sit in quasi possessione, ex persona Roberti testatoris, cuius possessio eius morte fuit † extincta , quæ ideò 16
non potuit in eam transferri , nec ipsa ex ea iuuari ad effectum manutentionis , *Menoch. de retin. rem. 3.nu. 57.* vbi quòd successori ex persona defuncti non datur interdictum retinendæ : vnde sufficit solùm adductis in contrarium respondere.

Et primò non obstat, quòd Robertus nedum legauerit Octauiæ iurispatronatus, sed etiam quasi possessionem præsentandi quæ propterea videatur in eam translata,cùm † quasi possessio & dari, & cedi possit, 17
Bald. consil. 436. num.4.versic.4. præmittendum est vol. 3. quòd † si fieri potest inter viuos, videtur quòd 18
etiam in vltima voluntate,*l.prima C.de sacros. Eccles.*

Quia fuit benè responsum , quòd cessio possessionis facta in vita,& possessionis legatum longè differunt ; etenim tempore,quo fit cessio,cedens possidet, & sic transferri,quod est,& ipse habet ; cùm autem legatum possessionis,sicut & Testamentum,nec in vita testatoris, nec in puncto mortis , quod vitæ, & non morti attribuitur,*l. qui duos 18. §. hæc verba. ff. de manumiss. testam.* effectum habeant , sed post mortem conferantur ; impossibile est quòd possessio per legatum transferri possit, non in vita, seu morte testatoris,& sic dum ipse possidebat ; quia eo tempore legatum,quod post mortem confertur, non poterat habere effectum : non etiam post mortem, quia morte testatoris possessio extincta fuit, ideòque non valet legatum de ea factum ; sicut in simili , quando aliquis † legat ius , quod habet in re , morte sua periturum, 19
non tenet legatum : vt si ab vsufructuario legetur vsusfructus, *l. quod in rerum,§.1. ff. de legat. primo , l. vxor patrus, C. de legat.* & in puncto ob dictam rationem,quòd † legatum possessionis sit nullum,& quòd 20
per illud possessio non transferatur, claré sentit *Ias. in l.quoties, num. 16. C. de rei vendic.* & clariùs in *l.nemo potest n. 35.vers.secundò adde,ff. de leg.primo.*

Et idem est , quando in vita transfertur possessio post mortem, vt si in alienatione , vel contractu quis constituat se post mortem suam nomine alterius possidere,quia tunc † non transfertur possessio,nec clau- 21
sula constituti aliquid operatur , ex quo constitutum confertur in tempus , in quo non sit possessio penes constituentem ; imò extincta sit per mortem eius, *Bald. in cap. 1.de confirm.vtil. vel inut. num.13. Angel. Perus. in l. quamuis,§. si conductor,num. 1. ff. de acq.poss.* & ibi *Cuman. num.2. Alex.num.7.& cons. 82.num. 11. lib.2. Ias. in d.l. nemo potest,num.35.* vbi quòd si testator constituat se in testamento possidere pro hærede, vel legatario , non valet constitutum , *Tiraq. de iur. const.*

const.par.3.limit.2.& late Anton.Gomez.ad l.45.Tauri,
num.38.vers.6.& singulariter.
22 Non obstat etiam, si dicatur, quòd si † per legem,
aut statutum potest transferri possessio sine noua ap-
prehensione, solo ministerio legis, idem etiam fieri
posse ex voluntate testatoris, *ad tex.in auth.de nuptiis,*
23 *§.disponat.* quia adest magna disparitatis ratio, † lex
enim sola est, quæ fingere potest, quod non est, non
autem homo, *l.si fortè 8.ff.de castr.pecul.* ideóque ipsa
24 sola † potest facere, quod transferatur possessio iam
extincta, *Gomez.ad l.45.Tauri,num.111. Cassad.decis.7.*
num.12.de caus.poss.& propriet. & *Rot.apud Greg. XV.*
25 *decis.546.num.* 10. vbi quòd † iudex non potest face-
re, vt transferatur possessio sine actuali apprehensione:
Ex quibus etiam tollitur, quòd ex aduersò pro D. O-
ctauia dicebatur, translatam fuisse possessionem per
dictum legatum, ex quo fuit per Ordinarium con-
firmatum.

Nec releuat, si prætendatur, quòd legatum pos-
sessionis contineat virtualiter donationem inter vi-
uos, dum testator non solùm per viam legati, sed e-
26 tiam † omni alio meliori modo possessionem Octa-
uiæ reliquit, & donauit, quo casu transfertur posses-
sio in legatarium, *Ias.in d.l.quoties,num.16.* quia vltrà
quòd semper verum erit, quòd effectus fuit collatus
post mortem testatoris, & sic in tempus inhabile: re-
spondetur, quòd etiamsi testator simpliciter, & depræ-
27 senti possessionem dedisset, † dum in eius vita non
fuit sequuta acceptatio, possessio non fuit translata
ad trad. per *Couar.in rubr.de testam par.3.num.13.* & in
28 puncto, quòd † ex donatione possessionis, seu con-
stituto inter viuos non transferatur possessio in ab-
sentem; si donans, aut constituens moriatur ante ac-
ceptationem, *Anton.Gomez.ad l.45.Tauri, numer.* 88.
ad fin.

Non obstat tandem, quòd dicta Octauia sit in qua-
si possessione quoad alia bona in eodem legato com-
29 prehensa; quia † iuspatronatus huius beneficij aliis
rebus legatis non cohæret tanquam sub titulo vniuer-
sali, prout si fuisset legatum castrum, cui cohæret ius-
patronatus, iuxtà *decis.1. de iurepatronatus,in nou. Pe-*
regr.de fideicom.art.48.num.76. ideóque requiritur spe-
cialis apprehensio quasi possessionis respectu istius be-
30 neficij: sicut † ex apprehensione possessionis vnius
prædij non infertur ad possessionem alterius, *l. 1. §.*
veteres, & ibi *glos.ff.de acquir.poss.Ias.in princ.l.3.num.*
30.ff.eod.Panorm.in cap.cum aliquibus,num.8.de sent.&
re iudicat. & in fortioribus terminis, *Couar.variar.re-*
sol.lib.3.cap.16.in fin.

Et ita decisum vtraque, &c.

Anconitana Censuum.

Merc. 27. Ian. 1627.

ARGVMENTVM.

Res empta nomine proprio ex pretio rei hæreditariæ venditæ efficitur hæreditaria in subsidium, quando non extant alia bona vendentis.

SVMMARIVM.

1 *Pretium rei hæreditariæ venditæ in eius locum succedit.*
2 *Hæreditaria non est res à tertio empta proprio nomine ex pretio rei hæreditariæ venditæ.*
3 *Fallit si non extent alia bona illius, qui rem hæreditariam vendidit, & ex pretio aliam rem emit nomine proprio, quia tunc in subsidium competit hæredi vtilis rei vendicatio ad rem emptam petendam, & numer. 5.*
4 *In subsidium quando dicatur.*
6 *Subsidiaria actio non intrat, nisi quando res hæreditaria vendita, est perempta, aut præscripta.*
7 *Declara primò id procedere in iudiciis singularibus, non autem in vniuersalibus.*
Declarà secundò, seu potius limita, non procedere, quando is, qui vendidit dictam rem hæreditariam, & ex pretio aliam rem emit nomine proprio, sciebat rem venditam esse hæreditariam; quia tunc est in electione hæredis petere rem venditam, vel rem emptam ex pretio rei venditæ, num.8.
8 *Hæres grauatus, vendens rem, quam scit esse restitutioni subiectam, dicitur esse in mala fide.*

DECISIO LXIII.

FVIT iam bis resolutum coram Cardi-
nali Sacrato: Prædium Lumbriani fuisse
commune inter olim Hieronymum Ar-
chiepiscopum Theatinum, & Petrum
fratres, sed quia Petrus prædictus illud
vendidit nomine proprio Sanctæ Domui Lauretanæ
sine aliqua mentione filiorum suorum, qui erant hæ-
redes dicti Archiepiscopi, & ex medietate dicti pre-
tij fuerunt empti census, de quibus agitur à q. Anto-
nio de Triumphis, itaut dicti census, vigore pacti i-
niti cum dicta Sancta Domo, deberent stare pro e-
uictione: fuit inde dubitatum, An dicti census essent
de hæreditate Hieronymi Archiepiscopi; & 29. *A-*
prilis 1624. coram bon. mem. Butatto, fuit resolu-
tum non esse hæreditarios; nam licèt † pretium es- 1
set hæreditarium, ex quo versamur in vniuersali-
bus, *l.si & rem,& pretium,ff.de petit. hæred,* vbi etiam,
Bart.& in l.Imperator,§.fin,ff.de leg.2. tamen † res em- 2
pta ex dicto pretio, nomine proprio, vt hîc, empti
fuerunt dicti census, non est hæreditaria, *l. sed & si*
lege, §.1.ff.de petit.hæred. & discutit *Menoch.cons.215.*
per tot. vnde videbatur filios Petri vt hæredes Ar-
chiepiscopi, non posse agere ad dictos census, quasi
illi sint hæreditate Archiepiscopi, cùm sint de hære-
ditate Petri, cuius anteriores creditores in maiori
quantitate, quàm sit pretium dicti census, prætendunt
esse Domini de Triumphis.

Sed nihilominus die 13. *Iunij* 1625. cum certo, &
indubitato præsupposito; prout est in confesso apud
partes, quòd Petrus decessit non soluendo; fuit re-
solutum coram bon.mem. Botatto, Census prædictos
fuisse effectos hæreditarios in subsidium, ex quo in
hæreditate Petri non extant alia bona, & consequen-
ter hæredibus prædictis competere remedium subsi-
diarium: fundamentum decisionis fuit, quod regu-
la supradicta, vt † res empta proprio nomine ex pre- 3
tio rei hæreditariæ venditæ; non sit hæreditaria, nec
veniat in petitione hæreditatis, non procedit in sub-
sidium; quia imò hoc casu, competit hæredi saltem
vtilis rei vendicatio ad rem petendam, *l. vxor marito,*
& ibi, *glos. in verb. accommodari, ff.de donat.inter vir.*
& vxor. Castr. in leg.sed & si lege, §. 1. num. 2. versic.
item dico, in lectura Auenionen.ff.de petit. hæred. Paris.
cons.80. num. 29. lib. 1. † in subsidium autem dicitur, 4
quando venditor rei alienæ, vt hîc, non est soluendo,
Bart.Bald.Imol.& alij in l.facere,ff.solut.matrim. Man-
tic. de tacit.lib.12.tit.27.num.9.Paris.vbi supra,num.20.
quod procedit, † quamuis Petrus vendiderit fundum, 5
& census emerit nomine proprio, *ex Castr.vbi supra,*
& ex multis resoluit. *Costa de portion. & rata quæst.*
188.num.

188. *numer. 6. in vltimo casu.*

Cùm autem causa fuerit hodie proposita super iisdem: Domini perstiterunt in decisis ex eisdem motiuis decisionis, quæ Dominis placuerunt.

6 Non obstat quòd † actio subsidiaria videatur non intrare, nisi quando res hæreditaria vendita, est perempta, aut præscripta, iuxtà regulam, quam firmat, *Bart.in l.prima,ff.de distract.pign.Soccin.Sen.cons. 224. numer. 1. vol. 2. Surd. decis. 606. numer. 10. cum seqq.* hìc autem res hæreditaria extat in eodem statu apud Domum Lauretanam, quæ propterea vendi-
7 cari potest: quia id † procedit in iudiciis singularibus, non autem in vniuersalibus iuxtà distinct. *Castrens.in dict.l.sed & si lege, §. item si res,numer. 2.* &
8 quia etiam, ex quo Petrus † venditor sciebat quòd prædium pro medietate spectabat ad Hieronymum Archiepiscopum, & consequenter ad suos filios eius hæredes, illud vendendo, & ex illius pretio, nomine proprio emendo dictos census fuit in mala fide, sicut in simili: hæres grauatus,qui vendidit rem quam scit esse restitutioni subiectam, dicitur esse in mala fide, *Bart.in dicta l.Imperator,§.fin.* quo casu nun intrat dicta regula,sed est in electione hæredum petere, quòd eis magis placet,scilicet prædium,vel census ex pretio prædij, *l.si à domino,§.si prædo,ff.de petit.hæred.Bart.in dicta l. Imperator,§.fin.num.2. circa med. ff. de legat.* & ibi, *Imol.vers.item addo in quantum,Menoch.dicto cons. 213.num.76.*

Cætera autem,quæ pro Dominis de Triumphis adducebantur,aut non obstant,aut illis in prædicta decisione bon.mem. Buratti, satisfactum est:cùm autem ille morte præuentus,non potuerit decisionem extendere,& fuerit mihi causa commissa,insequendo suffragia Dominorum illam extendi.

Et ita,&c.

Romana Siluæ.

Ven. 26. Febr. 1627

ARGVMENTVM.

Spolium non censetur remissum ex eo quòd spoliatus emit rem super qua illud fuit commissum,nisi de eo scientiam habuerit.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio debet esse actualis.*

2 *Mandatum de adiudicando non habet vim actualis adiudicationis.*

3 *Spolium magis intrat, quando possessio capta fuit propria auctoritate.*

4 *Spolium purgatur, & remittitur, si spoliatus emat à spoliatore rem, super qua illud fuit commissum.*

Declara id procedere, si spolium ante dictam emptionem erat iam intentatum,aut detectum,num.11.

5 *Ratificatio absentium habentium interesse requiritur ad validandum contractum.*

6 *Ratificatio non inducitur ex sola scientia sine actu positiuo,ex quo inferatur vel expressus,vel necessarius consensus.*

7 *Emptio facta ab aliquo, nihil facit, quoad eum, cuius nomine facta non fuit.*

8 *Emptio rei propria siue scienter, siue ignoranter facta non valet,nec quoad possessionem,quando possessio potest auocari, & num.9.*

10 *Error in iure, & circa proprium factum,admittitur, quando ille procedit ex auctoritate iudicis, qui creditur validè processisse,cùm tamen nulliter processerit.*

12 *Spolij renunciatio seu remissio,dicitur donatio,& inter se non differunt.*

13 *Spolij scientia non præsumitur in eo, qui contraxit super re, in qua spolium fuit commissum, & ideò non censetur voluisse illi renunciare.*

14 *Remissio est stricti iuris,nec comprehendit nisi id quod expressum est; neque extenditur ad alios casus, amplia vt num. 15.*

15 *Renunciatio tacita nunquam extendi debet,nisi quatenus necessario ex ipso actu infertur.*

DECISIO LXIV.

Fvit in hac causa decisum *die 2. Iunij præteriti*, tollere spolium ad fauorem Francisci, & fratrum de Fabiis contra D.Antoninam de Fabiis, & D.Angelum Clauarium eius auctorem, cuius decisionis fundamenta, quæ Dominis placuerunt, eò tendunt, quòd iudex nulliter, & iniustè de Anno 1599. Siluam, de qua agitur,adiudicauerit prædicto Angelo: quibus nunc vnum non minùs releuans annectebatur, quòd non constat, † fuisse subsequutam actua- 1
lem adiudicationem,iuxtà *in l.prima, & tot. tit.ff. si in caus. indic.* sed solùm decretum, seu † mandatum de 2
adiudicando, quòd non habet vim actualis adiudicationis, *Modern.lib.3.discept.forens. cap. 545. Rot.decis. 725.num.3. par. 2.recent.* Et in Romana pecudum 14. *Nouembris* 1611. coram Illustrissimo Cardinali Caual.
Vnde cùm † propria auctoritate possessio per Ange- 3
lum capta fuerit, eò magis intrat spolium, *l. si quis in tantam,* cum *vulgar.C.vnde vi.*

Sed quia hodie, dum reuidebatur dicta decisio, constitit ex nouiter productis quòd posteà idem Angelus *de anno* 1601. cum narratiua dictæ adiudicationis sibi factæ, retrouendidit eandem siluam eodem pretio, quo sibi fuerat adiudicata,supradictis fratrib. de Fabiis,nempe Innocentio & Onufrio præsentibus pro se ipsis, ac pro Ortensio, Francisco, & Mario eorum fratribus absentibus, pro quibus de rato promiserunt; videbatur, quòd quicquid sit de spolio ab i-
nitio, † illud fuit purgatum, & remissum per dictam 4
retrouenditionem,iuxtà *tex. in l. si aliquam rem, vers. nam & si rem meam, ff. de acquir. possess. Abb. & Bero. in cap.2.de restit.spoliat.Paris.cons. 11. per tot. lib. 4. & Menoch.de recup.rem.1.n.280.Rot.decis.768.num.8.par. 2.recent.*

Sed nihilominus, Domini resoluerunt durare adhuc spolium, & sic standum esse in decisis, etiam
quoad omnes fratres; nam † quoad absentes, nempe 5
Franciscum,Alexandrum, & Dominicum non sequuta eorum ratificatione,res caret omni dubio, vt est in puncto, *text. in. leg. fin. Bart. ff. pro empt. Beninsen. decis.38.*

Neque obstat quoad Franciscum, quod ipse aliàs produxerit in iudicio dictum instrumentum venditionis; quia id fecit in alio iudicio, & procuratorio
nomine dictæ Antoniæ eius matris: vnde ex † sola 6
scientia sine actu positiuo, ex quo inferatur vel expressus, vel necessarius consensus, non inducitur ratificatio, *Rot. dec.535. num.12.p.1. recent.* quo verò ad Alexandrum, & Dominicum non releuat: quòd Ortensius, & Onufrius fuerint à patre deputati Administratores hæreditatis, quia de hoc non constat, &
quando † probaretur, non prodesset, ex quo emptio 7
non fuit facta nomine prædictorum Alexandri, & Dominici,ad tex.*in l.si ego,ff. de neg.gest.*

Quò verò ad alios, nempè Innocentium, & Ortensium

tensium emptores, & Onufrium qui paulò post di-
ctam venditionem ratificauit, & Marium, qui gene-
raliter renunciauit omnibus litibus, causis, & præten-
sionibus, motis,& prætensis,& quæ prætendi possent
super dicta silua.& accessit pro dicta D.Antonina, cui
d.Angelus de anno 1611. vendidit dictam siluam: ver-
satur maior difficultas,sed fuit sublata,quia dicta ven-
ditio stante nullitate, & iniustitia dictæ adiudicatio-
8 nis; & sic cùm præsupposito præcedentis spolij †, fuit
nulla, quia fuit emptio rei propriæ,quæ siue scienter,
siue ignoranter facta non tenet, *l.sua rei ff.de contrah.*
9 *empt.cum vulgar.* adeò vt † non possit sustineri ratio-
ne possessionis,iux.tex *in l.d.si in emptione,§.res sua,ff.*
de contrah. empt. quia dùm per actionem spolij pos-
sessio poterat auocari, nec quoad possessionem emptio
fuit valida,vt notat.*Bart.in d.§.res sua.*

Non obstat, si dicatur, quòd quamuis emptio fue-
rit nulla; quia tamen in ea facta fuit mentio de dicta
adiudicatione,vnde spolium emanauit, fuit illud re-
missum; nam imò inde clarè conspiciunt, quòd dicti
fratres emptores credebant, dictam adiudicationem
fuisse validam, & ex ea dominium siluæ in Angelum
fuisse translatum, aut saltem illum iustè possidere:
10 cum enim † adiudicatio facta fuerit iudicis auctorita-
te, meritò fratres emptores crediderunt quòd fuit va-
lida, itaut ad effectum de quo agitur propter dictam
iudicis auctoritatem, debeat admitti eorum creduli-
tas, quamuis fuerit error in iure, & circa proprium
factum,*Rot.decis.477.num.4.cum seqq.par.1.diuers.& in*
dicta decis.535.numer 12.

Vnde cùm re vera silua non fuisset Angeli,sed pro-
pria emptorum, non adfuit in eis consensus emendi,
nisi cum tacito, & virtuali præsupposito validæ adiu-
dicationis,*l.nihil consensus, §. non videtur,ff.de reg.iur.*
& facit tex.optimus,*in l.& si consensum,§.1 ff. de contr.*
empt. ibi, *si rem meam mihi ignoranti vendideris,& ius-*
su meo alij tradideris, non putat Pomponius dominium
in eum transire, quoniam non hoc mihi propositum fuit,
sed quasi tuum dominium ad eum transire. Non enim
credendum est, nec cadit sub bono sensu, quòd si fra-
tres Fabij credidissent, & fuissent certiores facti de
nullitate adiudicationis, & sic quòd non amiserunt
dominium siluæ,illam emissent; ideò enim emebant,
vt sua fieret, ergo putabant suam non esse, quòd e-
tiam clarè legitur in dicto instrumento venditionis,
dum Angelus venditor in illo sibi retinuit dominium
siluæ,interim dùm Fabij emptores soluerent pretium,
& alia promissa adimplerent; ergo credebatur per di-
ctam adiudicationem, Angelum fuisse effectum do-
minum; & accedit, quòd nullitas dictæ adiudica-
tionis non prouenit ex proprio facto fratrum empto-
rum,sed ex non facto iudicis & Angeli venditoris,ob
non seruatas per eos solemnitates requisitas in adiu-
dicatione.

11 Vnde † ex dicta venditione non fuit remissum spo-
lium,quod tunc nedùm intentatum,sed nec detectum
adhuc erat,sed potiùs fratres spoliati,iusto errore exi-
stimabant, eos tàm à dominio,quàm à possessione ce-
cidisse,iuxtà distinctionem, quam facit tex. *in l.si ali-*
quam rem,in princip.ff.de acquir. poss. Paris. de resignat.
lib.13.quæst.5.numer.33.Honded.cons.66.num. 55. lib. 1.
Rot.d.decis.535.per tot.par.1.recent.& decis.662. num.6.
*& seqq par.2.*Doctores autem supra in contrariũ cita-
ti,& dicta decisio Rotæ 768.*num.8.par. 2. recent.* dum
dicunt per contractum initum post spolium,super re,
in qua fuit commissum, censeri illud remissum, lo-
quuntur, quando spolium erat iam intentatum, aut
detectum.

Quibus etiam accedit,quòd renunciatio,seu remis-
12 sio spolij dicitur donatio, † quæ in effectu regulariter
non differunt, *Dec.in l postquam lite,nu.11.C. de pact.*
Rip. in l.si vnquam qu.11. C.de reuoc.donat.Couar.lib.2.
*var.cap.4.n.8.*quos refert,& sequitur, *Menoch. de arb.*
*iudic.in addit.ad cas.436.n.7.*igitur dum capi potest li-
mitata voluntas emendi,cum præsupposito validæ ad-
iudicationis (cuius contrahentes meminerunt) † non 13
debet præsumi scientia spolij, & sic voluntas renun-
ciandi,seu donandi,*l.cum de indebito,ff. de probat.* ma-
ximè quia cùm † remissio sit stricti iuris,non compre- 14
hendit, nisi id quod expressum est,itaut non extenda-
tur ad alios casus,*Dec.cons.379.n.3.Vin.dec.316.& decis.*
211.n.53.Decian.respons.7.n.75.li.3 vbi quòd hoc † mul- 15
tò magis procedit in renunciatione tacita, quæ nun-
quam extendi debet, nisi quatenùs necessario ex ipso
actum infertur,& pleniùs,*Rot.in d.dec.535.per tot.*

Ex quibus per renunciationem litium, & præten-
sionum factam per Marium, & dictam accessionem
pro Antonina, non potest desumi in eo voluntas re-
nunciandi spolio, tùm quia factæ fuerunt sub condi-
tione, quatenùs ipse fuisset hæres Antoninæ matris
suæ, & ei succederet in dicta silua: tùm etiam quia fue-
runt factæ cum præsupposito validæ adiudicationis,
& validæ venditionis: Vnde applicantur in eo omnia
superiùs dicta,&c.

Et ita vtraque,&c.

Auinionen. Bonorum.

Lun. 1. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Tolluntur plures nullitates, quæ contra sen-
tentiam opponebantur: de quibus singula-
riter in summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia præsumitur valida, vbi non constat de con-*
trario.
2 *Præsertim si appareat de requisitis quæ recenset* Ca-
putaq decis.260 par.2.
3 *Breue commissionis Pontificis præsentatum iudici in-*
fra annum à die obitus eiusdem Pontificis valet.
4 *Consensisse quis dicitur in iurisdictionem iudicis, co-*
ram quo comparuit non facta protestatione quod no-
lebat in eo consentire.
5 *Commissio obreptitia tribuit iurisdictionem parte non*
opponente.
6 *Reseruatio iudicis apposita post litem contestatam,*
non afficit.
7 *Citatio ad dicendum contra deputationem iudicis,*
non est necessaria.
8 *Transportatio actorum, quæ non constat fuisse facta,*
& ad causam non pertinet,non requiritur.

DECISIO LXV.



Sententia lata per Auditorem V.Legati
Auinionen. inter Ioannem de Raphaë-
lis, & Gabrielem Seguins, Ioannes so-
lùm in capitibus sibi præiudicialibus
appellauit; Gabriel verò in omnibus:
sed nihilominus causa appellationis fuit in Rota com-
missa ad instantiã Ioannis,qui prætẽdebat,omissa dicta
sẽtẽtia posse procedere,prout in prima,vigore clausulę
quã,& quas,&c. sed contẽdẽte Gabriële,priùs esse pro-
nũciatũ super nullitate eiusdẽ sẽtẽtię p eũ p̃tẽsa,repli-
cabat Ioan.aduersariũ non posse dare de nullitate,quia

nec ipse volebat dictam sententiam defendere, & in omnem casum, quòd illa erat valida. Ideò de Ordine Dominorum dedi dubium, An posset dari de nullitate sententiæ, & quatenùs sic, An esset nulla, & Domini omissa resolutione super prima parte dubij vti non necessaria, Pro validitate responderunt.

1 Sententia enim † præsumitur valida, vbi non constat de contrario, *Bald.& Paul. in leg.si instituta,§.de inofficioso,ff. de inoff. test.Gab.in tit.de sent.concl.4.& 6.*

2 præsertim si appareat, prout hîc, † ex reuolutione actorum de requisitis, quæ recenset *Caputaq. decis. 260.par.2.* sæpiùs in Rota canonizata.

Non obstant vndecim nullitates pro parte Gabriëlis contra sententiam cumulatæ, quia visæ fuerunt D. D. friuolæ, & irreleuantes.

Prima enim, quòd V.Legatus Auinionen. non habuerit iurisdictionem, ex quo Breue commissionis S. m. Greg. X V. fuit illi præsentatum post obitum dicti Pontificis, *ad tex.in cap.fin.§.officium de offic. deleg.in 6.*

3 fuit sublata, quia † Breue fuit præsentatum infra annum à die obitus, & sic reualidatum per *Reg. Cancell. 12. Sanctissim. D.N.* quæ reualidatio idem operatur, ac si Breue fuisset præsentatum viuo Pontifice, à quo emanauit, *Mandos. ad 10. reg. quæstion. 1. numer. 4.*

Non obstat secunda scilicet, quòd in commissione V.Legato ordinabatur, vt procederet ad electionem iudicis de consensu partium; & tamen non apparet, quòd Gabriël præstiterit dictum consensum, quia fuit responsum, Gabriëlem fuisse citatum ad concordandum de iudice, cum comminatione, quòd aliàs eligeretur ex officio, iuxtà formam Breuis, & in contumaciam Gabriëlis, seruata in omnibus forma Breuis, fuit electus dictus Auditor: Vltra quòd cùm Gabriël

4 † comparuerit coram dicto iudice non facta protestatione, quòd nolebat in eo consentire, ex hoc dicitur in illius iurisdictionem consensisse, *Put.decis.213. li.2. in nou.impress.*

Ad tertiam desumptam ex eo, quòd commissio fuerit obreptitia, vti extorta sub prætextu, quòd cognitio causarum inter Catholicos & Hæreticos vigore capitulorum pacis Neumausensis, spectaret ad solum V. Legatum, fuit satisfactum; Gabriëlem de

5 hac obreptitione non opposuisse, & † commissionem quamuis obreptitiam parte non opponente, tribuere iurisdictionem, *cap.ex tenore de rescript. Put.decis. 234. num.6.& 235.num.1.lib.1.*

Quarta, quæ deducitur ex recusatione facta per Gabriëlem de V. Legato, & tota eius curia, sublata

6 fuit, quia † recusatio non fuit in tempore proposita, sed pridie quàm ferretur sententia, & post litem contestatam, & sic non afficit, *l. apertissimi in princ.C. de iudic.cap.inter Monasterium de senten.& re iudic.Natt. cons.163.num.13. Rot. decis.2.num.2.par.2. diuers.* Et accedit quòd recusatio nec coram iudice, nec parte præsente, aut citata, sed clandestinè coram solo notario facta fuit: Et demùm additur, quòd non reperitur in processu compulsato, de cuius integritate fuit resolutum constare 22. *Maij præteriti*, & sic non est de actis.

Ad quintam quòd Papa commiserit causam V.Legato, & sententia fuerit lata ab eius Auditore: placuit responsio, quòd Auditor fuit deputatus à V.Legato vigore dicti Breuis citato Gabriële, & seruatis de iure seruandis.

7 Sexta, quòd Gabriël † non fuerit citatus ad dicendum contra deputationem Auditoris, remouetur: quia de iure non probatur, quòd hæc citatio sit necessaria: Vnde satis fuit Gabriëlem fuisse citatum coram dicto Auditore, vti deputato V. Legati.

Septima quæ desumitur ex non transportatione actorum factorum coram Officiali Auinionen. fuit remota, quia † non constat, quòd dicta acta fuerint facta & quòd ad istam causam pertineant: & fuit etiam 8
huic obiecto responsum in decis. 22. *Maij in vers.non obstat, quòd deficiat tenor, &c.* sicut etiam ibidem sublata fuit octaua nullitas, quæ deducitur, ex quo pars illorum de Raphaëlis post inhibitionem Vicarij Archiepiscopi Auinionen. fecit multa acta coram dicto Auditore: quia dicta inhibitio non fuit, nec parti, nec iudici præsentata, & ipsemet Gabriël visus fuit illi renunciare, vt in dicta decisione plenè habetur.

Nona nullitas, quòd Auditor V. Legati non assumpserit assessores: penitùs visa fuit friuola, quia sufficit fuisse obseruatam formam Breuis: & non minus friuola visa fuit decima, quod sententia fuerit præcipitanter lata, & quòd processus non fuerit interpretatus prout interpretari debuit, vt prætenditur ex quo Auditor erat expers linguæ Gallicæ quia nec de præcipitantia apparet, nec interpretatio processus erat facienda, quia Auinioni, & partium litigantium vnicus erat labius: Et multò magis friuola, & irreleuans est vltima nullitas, quòd fuerit sententia contra sententiam: quia nullo modo apparet de sententia, huic, de qua agitur contraria, &c.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Perusina Pecuniaria.

Lun. 1. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Tempus intra quod fieri potuit ratificatio, quale dicatur, remittitur arbitrio iudicis.*

2 *Et regulãdum est ex qualitate negotij, & distantia loci.*

3 *Tempus taxandum est ex tunc, quo actus fieri potuit.*

DECISIO LXVI.

DIE 22. *Maij* 1626. fuit resolutum hæredes q. Annibalis Vegliæ teneri Dominis de Balleonibus ad fructus recompensatiuos *scutorum* 5000. residui pretij castri Turris Andreæ non soluti ad rationem conuentam quatuor pro centenario post duos annos datos ad soluendum, qui duo anni debeant computari non à die, qua facta fuit ratificatio venditionis promissa in instrumẽto, sed à die, qua illa moraliter intelligendo, fieri poterat vsque ad actualem dicti residui pretij solutionem: sed quia fuit reseruatum ad aliam disputationem, quãtum debeat esse tempus ratificationis: fuit hodie resolutũ, illud taxandum ad quatuor menses, itaut fructus debeantur, & currere incipiant post biennium, & quatuor mẽses à die celebrati contractus: cùm enim † hoc 1
resideat in arbitrio iudicis, *l.continuus 137.§.cum ita,ff. de verb.obl.in fi. Men.de arb.cas.34.n.2.in fi. Gabr. cons. 66.n.53.li.2.* illud † regulãdum est ex qualitate negocij, 2
& distantia loci: Vnde cùm contractus factus fuerit Rom.16.Iun.1603. ratificatio verò esset faciẽda Perusiæ, & ad Vrbem transmittenda: visa fuit Dominis † intra 3
dictos quatuor mẽses ratificationẽ Perusiæ fieri, & ad Vrbem transmitti cõmodè potuisse; & ideò hoc tẽpus esse taxandum, *l.si ita stipulatus essem 14.ff.de verb.obl.*
Et ita, &c. vtraque, &c.

Firmana

Firmana Pensionis.

Lun. 8. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Indultum transferendi pensiones comprehendit etiam pensiones soluendas per Cardinales, quamuis de illis non sit facta in eo specialis mentio.

SVMMARIVM.

1 *Pensio an sit odiosa, & an odio rationabili, vel irrationabili.*

Pensiones inductæ sunt ob publicam vtilitatem, vt ex pingui beneficio plures clerici alantur.

2 *Pensiones transferendi facultas, An sit odiosa, & quibus, & quare illa concedi soleat.*

3 *Pensionis impositio est magis odiosa, quàm translatio illius.*

4 *Pensionis in translatione, seu facultate transferendi non est facienda mentio, quòd beneficium sit alia pensione grauatum, prout facienda est, quando pensio imponitur.*

5 *Pensiones transferendi facultas* motu proprio *concessa, est fauorabilis.*

6 *Littera pensionis, facultas transferendi, & translatio ipsa, considerantur, vt vnum.*

7 *Cardinales comprehenduntur sub generali dispositione, quamuis odiosa, non tamen odio irrationabili, & sic sub facultate transferendi pensionis: & rationes vide, num. 15. & seqq.*

8 *Et an & quando comprehenduntur sub indultis, & num. 13.*

9 Extrauag. iniunctæ Bonifacij VIII. *non comprehendit Cardinales.*

10 *Cardinales immunes sunt à taxis officialium ex particulari priuilegio.*

11 *Cardinales in materia pensionis, vt cæteri regulari debent, cùm non sint quoad illas specialiter priuilegiati, & num. 15.*

12 *Statutum generale quando comprehendat personas, & causas, priuilegiatas.*

14 Roma. cons. 498. *dicens, quòd in dispositione particulari, de qua ibi, non comprehenduntur Cardinales, reprobatur.*

16 *Transferendi facultas purè concessa, capere non debet conditiones posteà ex accidenti prouenientes.*

17 *Dispositio sufficit, quòd semel sit purificata, quicquid postea contingat.*

18 *Pensio est onus reale.*

Reseruatarius fructuum quoad onera realia habetur loco Titularis.

19 *Obligatio non extinguitur mutatione personæ.*

20 *Papa grauans quoscùmque successores, censetur etiam grauare successores priuilegiatos.*

21 *Effectus regulari debet à sua causa, & pars à toto.*

22 *Pensiones transferendi facultas dicitur inferre primarium præiudicium Ecclesiæ, secundarium verò Titulari, seu Reseruatorio.*

23 *Præiudicium primarium, magis attenditur, quàm secundarium, & euentuale.*

24 *Cardinales non comprehenduntur sub regulis faciendis sed benè comprehenduntur sub iam factis, & n. 26.*

25 *Derogatio generalis regularum Cancellariæ an, & quando sufficiat ad hoc vt illis derogatum censeatur.*

DECISIO LXVII.



FVIT post sæpiùs disputatum, bis decisum coram b. m. Remboldo, nempe sub die 26. *February* 1625. & 23. *Ianuary* 1626. Translationem pensionis scutorum duorum mille auri factam per clar. mem. Cardinalem Montaltum, vigore facultatis transferendi *motu proprio* sibi datæ per S. m. Sixtum V. fuisse validam & iuxtà illam pronunciatum, litteras reseruationis, vnà cùm instrumento translationis esse exequendas; cùm autem causa appellationis interpositæ pro parte Illustriss. D. Cardinalis Bandini reseruatarij fructuum mensæ Archiepiscopalis Firmanæ, super qua pensio fuit reseruata nihil fuerit sine præiudicio legitimæ executionis a b. Rotæ, fuit die 23. *Ianuary præteriti* resolutum, Non intrare arbitrium ad impediendam viam executiuam: Et quamuis eo ipso tunc Dominis constiterit de iustitia Translatariorum, quia arbitrium regulatur à iure, itaut ad illud denegandum, oporteat de iustitia, & validitate sententiæ constare, & multò magis de illa, quàm de ista; nihilominus (quòd rarò Rota facere conuenit) fuit concessum D. Card. iterum audiri super iustitia; Vnde cum hodie de illa fuerit disceptatum, fuit vnanimi omnium consensu resolutum, iniustitiam Translatariorum esse elatam, ex prædictis duabus decisionibus b. m. Remboldi, quæ ita visæ fuerunt optimis rationibus, & auctoritatibus ornatæ, vt quicquid nunc contra illas deductum fuit, non sit aliud, quàm in eis disertè discussa refricare.

Tota siquidem difficultas ad id reducitur, An D.
Cardinalis reseruatarius comprehendatur sub dicto
indulto transferendi; itaut Translatio vigore illius
posteà facta illum afficiat: cuius resolutio inde pendet, an † translatio sit odiosa odio rationabili, vel ir- 1
rationabili: & cùm materia sit proportionata ad Cardinales; quia ipsi etiam, quando de beneficiis prouidentur, multotiès grauantur pensionibus, & habet admixtam illam publicæ vtilitatis rationem, quòd ex pingui beneficio plures clerici alantur, & non reseruetur in odium Titularis sed in fauorem tertij, aut certè pensio non est odiosa, vt his, & aliis rationibus defendunt, *Burs. cons. 126. n. 90. lib. 2. Mand. super reg. 19. q. 21. n. 1. cum seq. Gonz. in §. 6. pram. n. 21.* & facit, *tex. in c. 2. §. statuimus de decimis in 6.* & reg. quam per illum tex. constituit, *Sanch. de matr. li. 1. disp. 1. n. 4.* aut dubio procul quando, pensio odiosa sit, non tamen odio irrationabili, *Rot. dec. 240. n. 14 p. 1. diuers.* & benè *in d. dec. 26. Feb. in hac causa facta vers. tamen de iure.*

Quod si impositio pensionis non continet odium,
saltim irrationabile nec etiam † facultas transferendi, 2
in qua militat eadem ratio æquitatis, & etiam quia conceditur S. R. E. Cardinalib. & aliis de Ecclesia benemeritis in præmium laborum, quos pro sede Apostolica sustinent, & redundat in fauorem eorum familiarium, adeò quòd cùm passim, & his de causis à Pontificibus concedatur, esset nimis audaciùs dicere, quòd translatio inde sequuta sit contra rationem.

Quinimò † magis odiosa videtur impositio pensio- 3
nis, quàm illius trãslatio; sicut noua impositio seruitutis, magis, quã seruitutis iã impositæ prorogatio, adeò enim reputatur modici præiudicij, ex quo contingere
potest, quòd Trãslatarius præmoriatur transferenti, vt
† in trãslatione, seu facultate trãsferendi nõ sit faciẽda 4
mẽtio, quòd beneficiũ sit grauatũ alia pẽsione, vt faciẽda est, quãdo pẽsio imponitur vt dicit, *Rot. in Reg. Pẽsionis 16. Nou. 1621. & 17. Iun. 1624. coram R. P. D. meo Pirouan. & in Rom. Pensionis 17. Iun. 1622. coram b. m. Burat. & in d. decis. Febr. vers. & licet coram b. m. Remboldo.*

Et demùm Domini dum hæc causa in Rota venti-
5 labatur,penitus inclinabant,quòd hæc † pensio, & fa-
cultas illam transferendi, sint fauorabiles, tum quia
concessa motu proprio. *Aachar. cons.295.& Roman.
cons.388.*qui loquitur in terminis pensionis *motu pro-
prio:*tum etiam,quia considerabant, quòd pensio ista
fuit imposita in fauorem Cardinalis,atque eidem fa-
cultas transferendi data eo tempore, quo D. Cardi-
nalis Reseruatarius nec erat Cardinalis,nec dictę Ec-
clesiæ Titularis,aut fructuum reseruatarius;& proin-
dè nullo modo,nulláque ratione agebatur de ligānda
persona, in quā stat præeminentia propter priuilegiū
dignitatis,sed solùm de fauore Cardinalis transferē-
tis,& de rebus, & Beneficiis tunc per eum possessis.
Et quamuis tempore actualis translationis Reser-
uatarius esset Cardinalis: tamen hoc tempus non est
6 attendendum, sed illud: quia † litteræ pensionis,fa-
cultas transferendi,& translatio ipsa,non sunt de per
se consideranda,sed vti vnum integrale constituentia,
arg.*tex.in l.cum Dolanionis,§.Asinam,vers.quid si.ff.de
fund.instruct.vel instr.l.*& fuit dictum in hac eadē cau-
sa 13. *Ian.præteriti coram me,in vers.& idem dicēdum est.*
Ex quibus succedit in fauorem Translatariorum,
& contra D. Cardinalem reseruatarium, illa in hac
materia non minùs vera; quàm trita, & communis
7 conclusio quòd † sub generali dispositione, quāmuis
odiosa, non tamen odio irrationabili, & sic sub hac
facultate transferendi comprehenduntur Cardina-
les, *Aacar. & aly,in cap.nemo deinceps de elect. Ioan.
Monach.*sibi contrarius *in extract prima in verb. cleri-
cos,de sent.excom. Gemin.in c.1.n.6.de Schismat.lib.6. Fel.
in cap ad aures.n.11.in 8.conclus.circ.med.vers.est verum
de rescript.Bellcac. de Carit.subs.quæst.66.* quem refert
& sequitur *Sar. in proem. reg.q.4. Put. decis.189.lib.1.
in correct.Gabr.de offic.leg.verb.in commendando,n.* 544.
Feret. cons.358. qui refert plures decisiones, *Raris. de
resignat lib.12.quæst.4.n.7.& Gomez. glos.24. num.13.*
Nec applicatur distinctio ex aduerso facta inter dis-
positionem generalem per viam legis, & dispositio-
nem generalem per viam particularis prouisionis seu
priuilegij, itaut sub illa comprehendantur Cardi.
quando non continet odium irrationabile, in cuius
8 terminis videntur loqui omnes Doctor.supracit.† non
autem comprehendi sub indulto quantumuis simplici-
ter,& verbis generalibus concepto,& odium irratio-
nabile non continente: vt in his terminis resoluunt.
*Auert. Ger. de Indult.§.alioquin,n.33. Pat.decis.137.n.
2.in nou. impress.lib.2 Mohed. decis.10. de priuil. Achill.
de.7.eod.tit.Verall.decis.81.p.2.*
Quia quamuis Doctores & Decisiones prædictæ ex
aduerso allegatæ loquantur in dispositionibus gene-
ralibus per viam priuilegij, & resoluant, Cardinales
sub illis non comprehendi; non ex eo, quòd disposi-
tiones erant particulares; sed quia quoad Cardinalea
continebant odium irrationabile,propterea quod age-
batur de eorum præiudicio,respectu alterius particu-
laris indulti iam eis à Papa concessi, quo casu idem
dubio procul respondissent,si de dispositione genera-
li per viam legis fuissent interrogati, vt in puncto,
9 *Sarn.vbi supra,vers.tertius casus ia fin.* vbi † quòd dis-
positio generalis,*extrauag.iniuncta Bonifacy,VIII.*dum
disponit, neminem admitti debere ad administratio-
nē Ecclesiarum litteris nō expeditis,non comprehen-
dit Cardinales, eò quia esset irrationabile, quòd dicta
generalis constitutio,quæ emanauit ob interesse Bur-
10 salē, afficeret Cardinales † qui particulari priuilegio
sunt immunes à taxis Officialiū: & idem etiam clarè
sentit, *Mohed. in contrarium alleg.*vbi supra,dùm casum
indulti,& priuilegij,de quo ibi disputat,& decidit se-
cundùm rationes, & auctoritates supra adductas,
quoad dispositionem generalem per viam legis.

Vndè cum † in materia pensionis Dominus Card. 11
reseruatarius non reperiatur priuilegiatus, sed vt cæ-
teri,quoad illam regulari debeat, *Rot.in Aret.pensionis
coram Ivlia,apud Marches.p.1.fol.*549. & sit materia
illi proportionata, consequenter Doct. & Decisiones
ex aduerso adductæ non applicantur, sed potiùs cum
præsuppositio odij rationabilis applicatur doctr. *Bald.
l.in fraudem,§.vlt.ff.de milit.testam.& Tiraq.de retr.lig.
§.1.glos.14.num. 97. cum seqq.* vbi † quòd statutum ge- 12
nerale comprehendit etiam personas,& causas priuile-
giatas, quæ in casu illo non reperiuntur habere spe-
ciale priuilegium,*iuxta tex.in d.§.vltimo,*ibi,*quia gene-
ralis est ista determinatio.*
Præterea adeò clarè demonstratur, vt non sit vis
faciēda in dicta distinctione, nec illa attendenda,quòd
† in omnibus casibus, qui retrò euenerunt, in quibus 13
agebatur de comprehensione Cardinalium sub dispo-
sitione generali per viam indulti, & Cardinales, cir-
ca eius materiam non erant specialiter priuilegiati;
nec indultum continebat odium irrationabile,semper,
& indistinctè iura, & Doct. & Rot. etiam tenuerunt
pro comprehensione,*cap.dudum,d.præb.in 6.* quòd lo-
quitur in fortioribus terminis, quia agebatur ibi de
præiudicio facultatum Cardinalis in iure conferendi
sibi à Papa concesso,*Oldr.cons.211.vers.de personis ergo,
& cons.293.& cons.321.Bellenc.de Charit. subsid.d. qu.
66.Rot. in Valent. Archidiac.in Caurien.Canonic* quas
allegat,*Sarnea.vbi supra Cassad.decis.1.num.3.de Decr.
Caput.decis.83.par.1.*qui etiam loquitur in fortiori ca-
su,*& Put.d.decis.137.lib.1.in correct.*
Et quò plus est, hoc ipsum fuit de mente Doctor.
omnium tàm antiquorum, quàm modernorum supra
allegatorum, qui in simplicibus terminis tractant an
lex, seu dispositio Principis licet Cardinalis, ideóque
ex eo clarè conspicitur,quòd communiter ab eis † re- 14
probatur, *Rom. cons.498.* dum dicit, quòd in disposi-
tione particulari de qua ibi,Cardinales,non compre-
henduntur, & contra illum ex professo scribit, *Bel-
len.d.quæst.60.*quem refert,& sequitur,*Sarn,vbi supra,*
& *Mohed.decis.23. de Renunc.* testatur fuisse cum ma-
gno studio in Rota reprobatum consilium,*Roman,*&
approbatam opinionem,*Bellenc.*
Quæ multò magis in casu,in quo versamur,proce-
dunt, quia concurrunt in eo specialia quædam, & a-
lioquin darentur plura,quæ viderentur absurda,ac iu-
ris regulis penitùs contraria. In primis,cùm(vt dictum
est)in hac materia † Domini Cardinales non reperian- 15
tur priuilegiati itaut quò ad illos, sit etiam, sicut quo
ad cæteros iuris regulis inhærendum,vt *in dicta Areti-
na apud. March.*sequeretur contra regulam in d.decis.
firmatam,quod facultas transferendi,& translatio in-
de sequuta,quæ quoad alios fuissent validè,quoad D.
Cardinales fuissent nullæ,& inualidæ.
Secundò,† quòd facultas transferendi purè data,& 16
concessa,caperet postea ex accidenti conditiones con-
tra reg.tex.*in l.perfecta donatio,C.de donat.*& reg.quòd
† sufficit semel dispositionem fuisse purificatam per 17
existentiam conditionis; quicquid postcà contingat.
Tertiò pensio, † quæ est onus reale contra omnes 18
iuris regulas,regularetur à personis, & D. Cardinalis
reseruatarius qui, quoad onera realia,habetur vice, &
loco titularis,*Rot.dec.508.p.2.rec.*& latè *in decisionibus
in hac causa factis,*non consideraretur,vt talis,sed præ-
cisè vt Cardinalis.
Quartò † alteraretur,& extingueretur obligatio mu-
tatione personæ,cōtra reg.*ro.in l.2.§.ex his,ff.de ver.obl.* 19
& cōtra mentem Papæ,qui propterea † in d. Indulto
grauauit eo tunc titularem,& alios quoscúmq;succes-
sores,omnes indistinctè, etiam si sint priuilegiati, ad 20
latè tradit per *Craueт.cons.194.per tot.*
Quintò Non attenderetur tempus reseruationis,&
facultatis

facultatis transferendi, quo Dominus Cardinalis non erat adhuc Cardinalis, prout considerari debet, sed tempus actualis translationis independenter à reseruatione, & facultate transferendi, & sic † effectus non regularetur à sua causa, nec pars à toto.

Sextò idem D. Cardinalis, qui vt dict. est in hac materia non est priuilegiatus, esset potioris conditionis Cardinali transferente, qui quoad hoc nititur particulari priuilegio; si autem illi per superuenientem dignitatem D. Cardinalis reseruatarij, non fuit factum præiudicium in facultate transferendi, nec etiam translatariis, quoad translationem quæ à facultate transferendi regulatur.

Septimò eo ipso, quòd D. Cardinalis reseruatarius non nititur particulari priuilegio, necessariò fundari debet in eo, quòd Papa, quando concessit hanc facultatem transferendi, habuit in mente illam non concedere in casu euentuali, & accidentali sequuto, quo pensio esset soluenda per Cardinalem, quod profectò videtur esse contra omnem Papæ existimationem, & intentionem, tum ex clausula *motu proprio*, tum etiam, quia agitur de gratia concessa alij Cardinali, & quidem pronepoti dilectissimo, & præsertim ex quo derogauit priuilegiis Regum, vt *in vlt. deci. b. m. Remboldi*, fuit benè deductum & consideratum.

22 Et demùm, quia † primarium, & potissimum præiudicium, & quidem certum, & præcisum, quod infertur per facultatem transferendi, infertur Ecclesiæ, super cuius fructibus imponuntur pensiones, quòd verò personis infertur, dicitur præiudicium secundarium, & euentuale, cum sit contingens, quòd tempore actualis translationis, illæ non percipiant fructus, aut non possideant Ecclesias, & quòd translatarius decedat ante ipsum transferentem: Vnde sequeretur,
23 † quod esset maioris potentiæ præiudicium euentuale, & secundarium D. Cardinalis reseruatarij, qui non fuit grauatus, & quòd ipsi obuenit intuitu Ecclesiæ, quam præiudicium primarium, & præcisum ipsiúsmet Ecclesiæ pensione grauatæ; quod videtur esse prorsus ab omni ratione alienum.

Neque obstat *reg. 67. nunc. 68. Cancellariæ*, dum dis-
24 ponit, † quod DD. Cardinales non comprehendantur sub regulis faciendis, quia in dicto indulto derogatur
2 generaliter, etiam regulis Cancellariæ, † quæ derogatio generalis sufficit, vt in terminis, *Cassad. decis. 38. super reg.* licèt enim non adsit formalis derogatio omnium regularum, ex quo tamen derogatur expressè indulto regulis Cancellariæ de præstandis consensibus, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, eo ipso censetur omnibus aliis regulis generaliter derogatum, *Rot. decis. 27. par. 3. diuers. libr. 2.* Præterea dicta Regula retorqüetur, quia à contrario
3 sensu, vt Domini dicebant, iuxtà illam † Cardinales comprehendi debent in aliis dispositionibus, & dum loquitur de regulis edendis, comprehenduntur sub iam editis, *Cassad. ibidem, Mohed. dicta decis. 23.* & nouissimè, *Modernus in not. ad reg. Cancell. Greg. XV. super dicta reg. 68. verb. in posterum*, quæ tamen intelligenda sunt iuxtà superius dicta, & tradita, *per Sarnen. dicta quæst. 4. proem.*

Tamen dum hæc & alia in discussione huius causæ
4 animaduerterentur, aliqui ex Dominis meminerunt, quòd iste casus in terminis minùs fauorabilibus respectu translatariorum fuit iam decisus contrà Cardinalem S. Ceciliæ, *in vna Capuana pensionis die 13. Ian. 1606. coram Sanct. memor. Greg. XV.* sed decisio non fuit extensa, quia D. Cardinalis audita sententia Rotæ, acquieuit, & soluit

Et ita vtraque parte informante, &c.

Neocastren. Parochialis.

Merc. 10. Martij 1617.

ARGVMENTVM.

Possidens vigore prouisionis Apostolicæ an & quando dicatur legitimus contradictor ad impediendam immissionem prouiso ab inferiore. Indultum conferendi beneficia reseruata, an vltra reseruationem tollat etiam obstaculum litis: & alia de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Contradictor legitimus est is, qui possidet vigore prouisionis Apostolicæ, & ideò contra eum via ordinaria agendum est.*

2 *Prouisus Apostolicus non est legitimus contradictor ad impediendam immissionem prouiso ab inferiore, quando inferior habet mandatum de manutenendo in quasi possessione conferendi.*

3 *Declara id procedere cessantibus reseruationibus non autem illis stantibus.*

Collatio inferioris nunquam sustinetur stante reseruatione.

4 *Beneficium vacans in curia est reseruatum.*

5 *Religio Hierosolymitana habet indultum conferendi etiam beneficia reseruata.*

6 *Reseruatio non oritur ex lite; resultat tamen ex ea inhibitio temporalis, per quam lite durante inferior conferre prohibetur.*

Indultum conferendi beneficia reseruata tollat obstaculum reseruationis, non autem litis.

7 *Indultum conferendi beneficia reseruata non suffragatur quando beneficia sunt duplici reseruatione affecta.*

DECISIO LXVIII.

Die 23. *Martij* 1625. fuit resolutum coram bon. mem. Remboldo contra Marcum, eo tantùm informante, Ei non esse dandam immissionem in Parochiali Ecclesia de qua agitur, sed quia ille prædictæ resolutioni non acquieuit, ideò ob eius nisi nimiam importunitatem, denuò ipso tantùm informante proposui causam super eisdem, & Domini vnanimiter in decisis perstiterunt. Subsistit enim fundamentum decisionis, quòd cùm ipse nitatur solùm collationi inferioris nempe Baiulini Sanctæ Eufemiæ Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, propterea Lelius
altera pars † qui possidet vigore prouisionis Apostoli- 1
cæ est legitimus contradictor & ideò contra eum via ordinaria procedi debet, *Doct. in cap. si à sede de preb. in 6. Menoch. de adipis. rem. 4. n. 565. cum allegatis in decis. b. m. Remboldi, & per Mod. de legit. contr. q. 15. ar. 2. n. 10.*

Neque obstat quòd † prouisus Apostolicus non 2
sit legitimus contradictor ad impediendam immissionem prouiso ab inferiore, quando inferior prout, in casu nostro, habuit mandatum de manutenendo in quasi possessione conferendi, cùm aliàs dictum mandatum esset inutile, & sine effectu, quia † imò poterit 3
habere effectum cessantibus reseruationibus Apostolicis, non autem stante reseruatione, quo casu nunquam collatio inferioris sustinetur, *Gonzal. ad*

regal.8.§.7 proem.numer.3.Rot.decis.58. numer. 1.part. prima, recent. Gregorius XV. decisio. 153. numer.tertio,
4 & propterea cùm † parochialis de qua agitur vti vacans in curia sit reseruata, *GonZal. glos.13. num.* 103.
consequenter dictum mandatum de manutenendo nihil releuat.

5 Neque obstat quòd † Sancta Religio Hierosolymitana habeat indultum conferendi etiam beneficia
reseruata, quia in casu nostro vltrà prædictam reseruationem concurrit etiam lis quæ super iure conferendi istam parochialem vertebatur, de tempore vacationis inter Episcopum Neocastrensem & dictum
6 Baiuliuum, † ex qua lite licèt non oriatur reseruatio,
resultat tamen inhibitio temporalis, per quam lite durante inferior conferre prohibetur, *Sarnen. super. regul. de erien.quæst.31.vers. tamen pace eorum, capitulo 2.Gonzal.§.7.proem, num.* 118. Vndè quamuis dictum indultum remoueat obstaculum reseruationis non tamen remouet obstaculum dictæ inhibitionis; & per
7 consequens illud non suffragatur, † sicut nec quando
beneficia sunt duplici reseruatione affecta, *Sarnen. in regul. de impetr. benef. per obit. quæstion. 15. num. 7. & seq.Caputaq.decis.85.par.2.*

Et ita Mareo tantùm informante, &c.

Leodien. Vsusfructus.

Lun. 15. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Maritus si promisit vsumfructum bonorum suorum vxori suæ, casu quo ipse decedat sine liberis, an vxor vice versa vsumfructum in eodem casu ex bonis suis marito reliquisse præsumatur: & quid stante consuetudine succedendi ad inuicem inter coniuges.

SVMMARIVM.

1 *Inter coniuges seruanda est æqualitas, maximè attenta consuetudine, num.2.*

3 Aut.æqualitas, C.de pact.*renunciari potest tàm expressè, quàm tacitè.*

4 *Maritus concedere potest vxori facultatem disponendi de dote, & ei remittere lucrum dotis, quod sperabat habere.*

5 *Verbum* reuertatur, *operatur reuersionem plenæ proprietatis.*

6 *Pactum debet aliquid operari, ne sit inutile.*

7 *Marito licet vxorem inducere blanditiis, vt sibi relinquat.*

8 *Testatoris voluntas debet esse libera in relinquendo.*

DECISIO LXIX.

INTER Gerardum & Margaritam coniuges tempore contracti matrimonij, fuit conuentum, vt domus, & alia bona, de quibus nunc agitur, quæ erant propria Margaritæ, post eius mortem sine liberis, reuerterentur ad suos fratres, & sorores; nisi aliter ipsa disposuisset; præmoriente autem Gerardo marito sine liberis, quòd Margarita haberet in eius bonis vsumfructum; Vndè ea mortua sine liberis, fuit controuersia, An Gerardus in dictis bonis debeat habere vsumfructum, sicut & Margarita illum in eius bonis esset habitura, si ipse fuisset sine liberis præmortuus: & Officialis Leodien. sententiam tulit in fauorem Gerardi, quæ postcà fuit per iudicem secundæ instantiæ confirmata; quare causa per appellationem ad Rotam deuoluta, & mihi commissa, fuit dubitatum, An supradictæ sententiæ sint iustæ: Et fuit resolutum esse iniustas: quia constat de expresso pacto in contrarium, nempe quòd dicta bona, vxore decedente sine liberis reuerterentur ad eius fratres, & sorores, aut ad eos, quibus ipsa ea reliquisset.

Neque obstat; quòd maritus promiserit vsumfru-
ctum bonorum suorum vxori, & quòd propterea † v- 1
xor vice versa remanserit ad idem marito obligata, vt
inter coniuges seruetur æqualitas, iuxtà *tex. in Auth.*
æqualitas, C. de pact. conuent. † maximè attenta con- 2
suetudine Leodien. qua vnus coniugum alteri succe-
dit; quia dicta *Auth.* non seruatur de consuetudine,
vt ibi *Salicet.* attestatur: Consuetudo verò Leodien.
quicquid de ea sit, non procedit, quando aliud, vt
hîc, conuentum est: nullis autem dubium esse potest;
† quin dictæ *Authent.* tàm tacitè, quàm expressè pos- 3
sit renunciari, iuxtà tradita, *per Alex. in l. si socer, §.*
Lucius col.antepen.vers.verum, ff. solut. matrim. Rolan. à
Vall.de dot.quæst.39.num. 16. & seqq. & facit, quòd † 4
maritus potest concedere facultatem vxori dispo-
nendi de dote, & ei remittere lucrum dotis, quod spe-
rabat habere, *Barbat. consil. 39. dub. 2. libr.* 2. quem
sequuntur, *Decius & Paris.* relati *à Roland. vbi*
supra.

Non obstat, si dicatur, quòd dictum pactum intel-
ligitur quoad proprietatem, non autem quoad vsum-
fructum; quia † verbum *reuertatur* operatur, vt bo- 5
na debeant redire ad fratres, & sorores Margaritæ, vt
quòd ipsa possit de eis disponere quoad plenam pro-
prietatem, *Grat.cons.50.num.53.lib.1.Gabr.conclus.2.nu.*
28.de donat. & sic eodem modo, quo fuerunt assignata
in subsidium matrimonij, & spectassent ad liberos, si
cum illis Margarita decessisset; alioquin † pactum il- 6
lud nihil operatur, quia quoad proprietatem etiam
stante consuetudine Leodien. pactum non fuisset ne-
cessarium, iuxtà *tex. in cap.1.in fin.de præbend. in 6.* &
doctrinam, *Bald.in Rub.C. de contrah. empt.quæst.9.* &
tradita *per Ludouic. Gomez. in cap. 1. numer.* 218. *de*
Constit. in 6.

Non obstant testes examinati pro parte Gerardi,
quibus prætendit probari, quòd Margarita ad interro-
gationem, & petitionem dicti Gerardi, declarauit, vt
ipse vita sua durante, frueretur dicta domo; tùm quia
non concludunt, imò potiùs ex illis apparet totum
contrarium, & ipsa condidit testamentum absque tali
declaratione: tùm etiam quia quamuis † liceat ma- 7
rito blanditiis inducere vxorem, vt sibi relinquat, *l.fin.*
ff.si quis aliq.testar.prohib.l.iudicium, C.eod. tamen, quia
ex testibus datis pro hac parte constat, quòd statim
fuit Margarita conquesta, quòd dictus suus vir illi so-
litus fuerat inferre verbera: & ideò quòd pro verbe-
ribus volebat ei dare bona verba; Propterea non fuit
in ea † libera voluntas relinquendi prout requiritur, 8
iuxtà tradita, *per Bart.in dicta l.fin.num.16.Palac.Rubr.*
in repet.rubr.de donat.int.vir.& vxor.§.81.num.14.Spin.
in specul.testam.in 2.par.glos.rubr.num.9.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Romana

Romana Domus ad Sanctum Onufrium.

Lun. 15. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum quando detur. Actorum transportatio quando præsumatur integra, & quo casu non sit necessaria. Conductor molestatus super re conducta à creditoribus Saluiano agentibus, an possit agere ad restitutionem pretij, & recedere à contractu.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*

2 *Læsio non dicitur adesse, vbi de iniustitia & nullitate sententiæ non apparet.*

3 *Transportatio actorum præsumitur integra, si acta fuerunt transportata in forma extractus, seu processus, incũbitque onus probandi contrarium asserẽti.*

4 *Transportatio actorũ diuersi iudicij non est necessaria.*

5 *Immissus in Saluiano acquirit solam detentionem, & prior possessor non amittit veram possessionem.*

6 *Conductor, cui fuit auocata detentio rei conductæ per creditores locatoris, qui Saluiano egerunt, non potest agere pro restitutione pretij, sed tantùm pro eo, quod sibi interest ex dicta auocatione detentionis.*

7 *Conductor, an & quando agere possit ad totale interesse & recedere à locatione.*

DECISIO LXX.

Die 24. *Nouembris* 1625. fuit coram me decisum sententiam in hac causa latam per bon. mem. Vbaldum, esse exequendam; quæ resolutio fuit posteà confirmata *die* 29. *Aprilis* 1626. non quia vt dictum fuerat in dicta prima decisione, locus sit Ægidianæ; quia imò Domini dicebant, Ægidianam non intrare, ex quo agitur de domo, quæ est sub directo dominio Ecclesiæ, iuxtà decisionem in *Romana domus de Scapuccis coram Reuerendiss. D. meo Decano*; sed executioni locum esse ex aliis duobus fundamentis, de quibus in dicta prima decisione, & eò maximè, quia causa plenè, & maturè discussa super prætensa nullitate, & iniustitia dictæ sententiæ, illa visa fuit valida, & iusta, vt in dicta decisione 1626.

Sed quia pars aduersa obtinuit audiri super causis
restitutionis in integrum, fuit hodie resolutum standum
esse in decisis, & sic non constare de causis re-
1 stitutionis in integrum, quia † illa non datur sine læ-
2 sione, *Rot. decis.* 44. *num.* 1. *part.* 2. *diuers.* & † læsio non
dicitur adesse, vbi de iniustitia, & nullitate sententiæ
non apparet, *Seraf. decis.* 634. *num.* 1. & *Rot. decis.* 730.
nu. 1. *par.* 2. *recent.* Vndè cum prædicta sententia valida
sit, & iusta ex deductis in prædictis decisionibus, vtique restitutioni in integrum non potest esse locus.

Neque obstat defectus transportationis actorum;
3 qui de nouo affertur, quia † præsumptio stat pro integra
transportatione, ex quo acta sunt in forma extra-
ctus, seu processus; itaut alleganti contrarium incum-
bat onus probandi, vt fuit sæpius decisum & signan-
ter. *in Auenionen. bonorum* 22. *Maij* 1626. *coram me*;
acta enim data in summario Pandolfini, quæ præten-
duntur non fuisse transportata, † sunt acta alterius 4
iudicij, nempe iudicij cum fratribus Sancti Onufrij, & Archihospitali Sancti Spiritus, quæ propterea non erant in hoc diuerso iudicio transportanda, *Conar. pract. quæst. cap.* 14. *num.* 4. *Rot. decis.* 174. *post.* 2. *vol. cons. Farin.* & *decis.* 300. *num.* 2. *apud Greg. XV.* & *in dicta Auenionen. bonorum coram me*: & tollitur omnis difficultas, ex quo processus transportatus, fuit parte citata, & intimata correctus.

Non obstat etiam illud, iam aliàs deductum, quoad
iustitiam, nempe quòd creditores Ioannis Francisci,
egerunt contra Pandolfinum possessorem domus in-
terdicto, Saluiani, quod respicit totam domum, ex
quo vigore illius agebant creditores Rubei ad illam
auocandam à dicto Pandolfino; quia vltrà quòd non
probatur, quòd domus fuerit auocata, sed imò Pan-
dolfinus semper de facto detinuit, & soluendo 550.
scuta, pro quibus emanauit decretum, fuit liberatus
à molestiis creditorum; vnde fuit excessiua subhasta-
tio domus, de qua agitur, facta in executionem dicti
decreti pro scutis 850. Respondetur etiam, quòd
quando domus fuisset de facto auocata vigore Sal-
uiani, † solùm auocatio posset verificari quoad de- 5
tentionem non in perpetuum, sed interim solùm,
donec creditoribus ex fructibus esset satisfactum;
itaut Pandolfinus semper remanserit verus possessor,
vt fuit dictum in *Perusinà bonorum* 17. *Aprilis* 1617.
coram b. m. Buratto, & propterea † non potuit repetere 6
integrum pretium, quasi res, & eius possessio fuerit si
bi in totum, & in perpetuum auocata, & euicta: quia
hoc nullibi in iure probatur, sed solùm repetere pote-
rat illud, quod sibi per auocationem detentionis di-
ctæ domus auferabatur, sicque solùm scuta 550. quæ
ex fructibus dictæ domus à creditoribus percipi po-
terant: vt fuit dictum in *decis.* 29. *Aprilis* 1626. *in vers.
secundò licet, coram me.*

Non obstat, quòd † Pandolfinus potuerit agere ad 7
totale interesse, & in totum recedere à locatione iux-
tà *cons. Surd.* 13. *numer.* 18. *cum seqq.* quia quicquid sit de hac conclusione, quæ in præsenti videtur pati difficultatem, ex quo domus nunquam fuit euicta, & ante euictionem non potest agi ad pretij restitutionem, *leg. qui rem*, vbi *glos. C. de euict.* & fuit dictum, *in dicta decis.* 29. *Aprilis* 1626. *vers. quo verò ad molestias*, tollitur omnis difficultas, ex quo Pandolfinus non ita egit, sed solùm vt liberaretur à molestiis, nec mandatum expedire fecit, nisi ad effectum deponendi, vt à dictis molestiis liberaretur, vt etiam dictum fuit in eadem decisione, *vers. non obstat quòd ex quo.*

Nec releuat, si dicatur, quòd credita prædicta vnà cum fructibus ascendebant ad summam longè maiorem dictorum scutorum 550. pro quibus subhastatio facta fuit, quia hoc in actis non iustificatur; & cùm fuerit sæpiùs de hoc oppositum, semper fuit repulsum.

Et demùm accedit, quòd nec etiam ex actis apparet, quòd credita, pro quibus Pandolfinus molestabatur, essent anteriora locatione sibi facta, itaut in iudicio Saluiani, ratione crediti, & hypothecæ anterioris potuissent creditores contra Pandolfinum obtinere.

Cætera autem, & maximè, quæ deducuntur circa molestias illatas à fratribus Sãcti Onufrij, & Archihospitale Sancti Spiritus, fuerunt sæpiùs repetita, & sæpiùs etiam sublata in aliis decisionibus, &c.

Et ita vtraque, &c.

Casertana

Casertana Beneficij.

Merc. 17. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Sententia pronuncians institutionem præsentati fuisse validam, dicitur iniusta, non constito priùs de iurepatronatus: Quod non probatur ex prouisione Episcopi, in qua illud enunciatur eum dictione prætensum. Item nec probatur iuspatronatus ex illius donatione, nisi constet de pertinentia donantis.

SVMMARIVM.

1 *Res indicata inerat, si appellatio non fuit prosecuta, nec fatalia prorogata.*
2 *Rota non solet exequi sententias aliorum iudicum, quamuis in iudicatum transactas, nisi etiam constet de earum iustitia.*
3 *Institutio præsentati non tenet, non constito de iurepatronatus.*
4 Prætensum, *dictio denotat incertitudinem, & potius tendit ad negandum, quam affirmandum renunciatum.*
5 *Donatio iurispatronatus nihil operatur, non constito de pertinentia donantis.*
6 *Nec releuat illius confirmatio, nisi in praiudicium ipsius donantis.*
7 *Abbas Sancti Antonij de Vienna Ciuitatis Neapolis, est ordinarius prouisor omnium beneficiorum sub inuocatione Sancti Antonij de Vienna Regni Neapolis.*
8 *Institutio præsentati spectat ad Abbatem, si beneficium est membrum, seu grancia Abbatiæ.*

DECISIO LXXI.

DVBITAVI, an sententia Vicarij Archiepiscopi Capuani lata in fauorem Sebastiani Saccomanni præsentati ad beneficinm sub inuocatiooe Sancti Antonij de Vienna à Fabio, & Matthæo de Milanis, & contra Liuium Papam prouisum ab Episcopo Casertano, fecerit transitum in rem indicatam, itaut sit exequenda, & fuit negatiuè resolutum; quia quicquid sit de eius validitate, *iuxta tradita per Caputaq. decis. 160. par. 2.* &
1 quòd † appellatio noo fuerit prosecuta, nec fatalia prorogata, & consequenter res iudicata videatur clara, *ad tex. in cap. cum sit Romana de app. Auth. ei, qui qui, & l. fin. C. de tempor. appell. Seraf. decis. 457. in princ. Rot. decis. 156. num. 4. par. 2. re-*
2 *cent.* tamen † Rot. non consueuit aliorum iudicum sententias exequi, quamuis in iudicatum transactas, nisi etiam constet de earum iustitia, *Gregor. XV. decis. 208. num. 5. cum alus per Adden.*

Sententia autem dicti Vicarij Archiepiscopi, de
3 qua agitur, visa fuit Dominis iniusta, † ex quo declarat Institutionem Sebastiani ad præsentationem illorum de Milanis, fuisse validam, cum tamen non constet de iurepatronatus illorum de Milanis, iuxtà requisita Concilij Tridentini, nec etiam de quasi possessione.

Nec releuat si dicatur, probari iuspatronatus ex memoriali dato per Liuium partem aduersam Episcopo Casertano, & ex prouisione dicti Episcopi inde secuta, vbi enunciatur iuspatronatus dictorum de Milanis, quia dicta enunciatiò facta fuit cum † dictione, *prætensum*, quæ nedùm denotat incertitudinem, sed etiam tendit potiùs ad negandum, quàm affirmandum enunciatum, *vt fuit dictum in Asisien. beneficij 26. Iunij 1585. coram Cardinali Pamphilio.*

Minùs releuat donatio dicti iurispatronatus, quam de anno 1564. quidam Franciscus eum consensu tunc Episcopi Casertani, fecit, illis de Milanis,
quia † cùm non constet de pertinentia quoad Franciscum donantem, donatio nihil operatur, *ad not. per* 5
Bart. in l. legata inutiliter, ff. de adim. legat. † nec etiam 6
confirmatio, sed solùm in præiudicium donantis, & sic quatenùs donatio fuisset valida, & beneficium de iurepatronatus Francisci, *vt per Doctor. in cap. cum seculum, & in cap. cum illud, de iurepatronatus, Rot. decis. 337. numer. 5. & 7. par. 2. recent. Greg. XV. decis. 420. numer. 1.*

Si autem de iurepatronatus sufficiens probatio daretur, non dubitarunt Domini, quin † institutio Se- 7
bastiani spectasset ad Abbatem Sancti Antonij de Vienna, Ciuitatis Neapolis, seu eius Vicarium, qui ex priuilegiis Clementis VII. & Pauli III. *summario num. 5.* est Ordinarius prouisor omnium beneficiorum sub inuocatione Sancti Antonij de Vienna Regni Neapolis, sub qua est dictum beneficium, *cap. porrò de priuileg. Mantic. decis. 320. nu. 1. & eo maximè,*
quia † hoc beneficium dicitur membrum, seu gran- 8
cia dictæ Abbatiæ, vt cōstat ex sententia Nuntij Neapolis, confirmata de anno 1579. per Vicarium Archiepiscopi eiusdem Ciuitatis iudicem commissarium: Vnde etiam illius institutio ad dictum Abbatem spectare debet, *ad tex. in cap. in Lateranensis, §. nos autem, vbi Abb. num. 4. de preben.*

Et ita, &c.

Romana Separationis Thori.

Lun. 22. Martij 1627.

ARGVMENTVM.

Sæuitia viri ad effectum separationis thori concludenter probari debet ab vxore, & testes super ea deponentes, quales requirantur: & quomodo concludere debeant, vt illam probent.

SVMMARIVM.

1 *Sæuitia viri probari debet ab vxore agente ex illa ad separationem thori.*
2 *Et probatio debet esse necessaria, & concludens.*
3 *Testes dicuntur nulliter examinati, deficiente citatione ad videndum illos iurare.*
4 *Testes super sæuitia viri deponentes, debent esse contestes, & nullam pati exceptionem.*
5 *Et factum, super quo deponunt, debet esse tale, vt per necesse sæuitiam concludat.*
6 *Sæuitia viri non probatur ex verberibus inflictis vxori ad correctionem, & subsistente iusta causa.*
7 *Præsertim si appareat de placida viri natura.*

DECISIO LXXII.



OMINI pro Paulo informante re-
soluerunt non constare de causis se-
parationis thori, & sic sententiam
extra Rotam latam esse infirman-
1 dam: † cùm enim prætendatur se-
paratio thori ex sæuitia Pauli, Cathe-
rinæ parti aduersæ incumbit onus probandi illam,
Nat. cons. 616. numer. 1. Parin. de delict. carn. quæst.
143. *§. probatio sæuitia numer.* 163. Et cùm materia sit
2 grauis, & ardua, † probatio, debet esse necessaria, &
concludens, *Paris. cons. 54. num. 15. lib. 4. Rol. cons. 27.*
num. 2. lib. 3. Bartazz. cons. crimin. 228. num. 1. lib. 1. Rot.
decis. 441. num. 2. par. 1. recent. & in Ianuen. separa-
tionis thori. 31. Ianuarij 1625. coram bo. me. Remboldo.

In casu autem isto talis probatio non affertur; nam
vltrà quod testes ad illam probandam inducti, viden-
3 tur nulliter examinati, quia † deficit citatio ad vi-
dendum illos iurare, *cap. 2. de testib Verall. decis. 274.*
num. 3. par. 3. Rot. decis. 443. num. 1. par. 2. recent. in fin.
non concludunt sæuitiam, prout requiritur, & sunt
singulares; quia primus dicit, *che l'haueua ferita su la*
testa, & deponit solùm de assertione Catherinæ, nec
deponit de causa nec quòd vulnus esset periculosum,
& in hoc est singularis; alter testis deponit de alapis,
nec deponit de causa, & sic pariter est singularis, &
idem dicendum est de quarto, qui deponit de verbis
4 iniuriosis, pugnis, & calcibus, cùm tamen † testes
non solum debeant esse contestes, & nullam pati ex-
5 ceptionem, sed etiam † factum, super quo ipsi de-
ponunt, & ex quo vult elici sæuitia, debet esse tale,
vt per necesse illam concludat *iuxta trad. per Dec.*
cons. 483. num. 25. & dixit *Rot. in Roman. separationis*
thori 20. Ianuarij 1613, coram b.m. Cardinali Sacrato, &
6 *in dicta Ianuen. separationis thori:* † hæc enim fortè
facta fuerunt ad correctionem, & subsistente iusta
causa, quo casu sæuitiam non probarent, *Bald. cons.*
176. num. 3. lib. 1. Tiraq. in legib. Connub. lib. 1. num.
22. Rot. d. decis. 441. num. 3. par. 1. recent. & dicta iusta
causa præsumi debet in dicto Paulo, tùm ob qualita-
tem mulieris ante matrimonium, de qua deponunt
7 testes, tùm etiam, quia ex eisdem testibus † apparet
de placida, & pacifica Pauli natura.

Et ita, &c.

Bergomen. Pensionis de Trescurio.

Ven. 16. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Numeratio vera, & actualis probatur ex assertione notarij dicentis coram eo fuisse in contenti pecuniam numeratam.*

2 *Pensionarius constituitur in quasi possessione exigendi pensionem ex vnica solutione.*

3 *Amplia etiam, si illa facta sit pro residuo.*

DECISIO LXXIII.



N decisione in hac causa facta 13. *Nouem-*
bris 1626. causa maturè discussa, fuit re-
solutum in fauorem Ioannis Pauli Garli-
ni, Non intrare arbitrium pro retarda-
tione solutionis pensionis, de qua agitur;
sed quia Hieronymus Isabellus pars aduersa petijt ite-
rum audiri super eisdem; Domini ordinarunt, vt au-
diretur ad primam post Agnos; & nihilóminus sæ-
piùs citatus non informauit: vndè hodie D. Ioanne
Paulo tantùm informante, perstiterunt in decisis, ex
eisdem motiuis decisionis.

Neque obstat, quòd in memoriali pro parte dicti
Isabelli dato, prætendatur non constare de quasi pos-
sessione exigendi, nisi ex confessione pensionarij de
recepto; quia imò de reali, & vera numeratione
constat ex publico instrumento, quòd nunc datur,
vbi † asseritur coram notario in contenti fuisse Pen- 1
sionario numeratam summam librarum centum mo-
netæ; quæ assertio notarij, facta per supradicta ver-
ba, probat veram, & actualem numerationem, *Castr.*
in l. singularia num. 9. ff. si cert. petat. Soccin. cons. 143.
num. 4. lib. 1. & † ad constituendum Pensionarium in 2
quasi possessione, sufficit vnica solutio, † etiamsi, vt 3
hîc, facta sit pro residuo *Rot. in Regien. pensionis 26.*
Iunij 1598. coram Orano, quam sequuta est *Rot. in*
Spoletana pensionis 21. Iunij 1619. coram b.m. Vbaldo.

Et ita, &c.

Iannen. Parochialis.

Lun. 19. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Præsentandi quasi possessio ex quibus probetur ad effectum manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Nominandi quasi possessio probatur ex vnica nominatione effectum sortita.*

2 *Nominatio Vicarij in Ecclesia regulari, ad Regulares pertinet.*

3 *Cura animarum secularium potest residere penes Moniales per alium tamen exercenda.*

4 *Ecclesia quando comprehendatur appellatione Monasterij.*

5 *Ecclesia est regularis, si Monasterium est regulare.*

6 *Dominium Ecclesiæ esse Monasterij probatur ex sola possessione, dum illud incidenter deducitur.*

7 *Possessio Ecclesiæ ex quibus probetur.*

8 *Iuris resistentia, an & quando manutentionem impediat.*

9 *Præsentatio probatur effectuata eo ipso, quòd Vicarius institui ad præsentationem patroni.*

10 *Enunciatiua Vicarij an credatur de præsentatione factâ: & numer. 14. & seq.*

11 *Narratiua Vicarij probat quasi possessionem præsentandi. Intellige. vt num. 14.*

12 *Præsentationis admissio, & institutionis concessio spectant ad Vicarium iure proprio, & sine speciali mandato Episcopi.*

13 *Vicario attestanti de spectantibus ad eius officium, plenè creditur, & non minùs quàm Episcopo.*

14 *Vicario attestanti de præsentatione facta coram Episcopo, &*

copo, & non coram se, non creditur.

15 *Ennunciatiua simplex Vicarij de iurepatronatus, non probat in praiudicium Episcopi.*

16 *Episcopo siue Vicario attestanti de actu preterito, an, & quando credatur: & pluribus seqq.*

17 *Vicario attestanti de examine, quando non credatur, & num. 23.*

18 *Actus enunciatus in instrumento, per verba temporis præteriti, præsumitur gestus tempore instrumenti, si potuit eo tempore fieri.*

Exemplifica in illis verbis notariorum, dedit, vendidit, &c. ibidem.

19 *Præsentatio, & examen præsentati præsumantur præcessisse ex solo actu institutionis.*

20 *Episcopo attestanti se contulisse beneficium vacans per resignationem in manibus suis factam, non creditur.*

21 *Episcopo attestanti de vnione, quando non credatur.*

22 *Fides non facit fidem.*

24 *Episcopi, & Vicarij est idem tribunal: & factum vnius reputatur factum alterius.*

25 *Scientia Officialis quando dicatur scientia domini, eique praiudicet.*

26 *Vicario quando credatur in praiudicium Episcopi.*

27 *Vicarius temporalis deputatur in Ecclesia regulari.*

28 *Præsentandi quasi possessio acquiritur ex præsentatione effectuata, etiam si institutio fuerit nulliter facta.*

29 *Sumptum de sumpto fidem non facit.*

30 *Fallit stante obseruantia contentorum in sumpto, cum adminiculis.*

31 *Instrumentum extractum citata parte, & ea non opponente probat.*

32 *Notariatus qualitas quando præsumatur.*

33 *Præsentatio quando præsumatur effectuata, etiam si non constet de institutione.*

34 *Præsentationum effectuatio quando probetur.*

35 *Præsentatio, & institutio probantur ex visitatione Apostolica.*

36 *Possessio de præterito præsumitur continuata in futurum, si non probetur amissa, & num. 47.*

Amplia etiam quando iam diu quis possedit, & aduersarius tenetur probare amissionem possessionis, numer. 48.

37 *Dispositio interpretari ita debet, vt nequeat à sapiente reprehendi.*

38 *Verba sunt reducenda ad concordiam ex verisimilibus.*

39 *Vicecuratus deputari potest ab Ordinario sine consensu patroni.*

40 *Præsentatio admissa cum clausula* si & in quantum, *admissa censetur si de iure est admittenda.*

41 *Deputatio per modum prouisionis non facit statutum, & num. 50.*

42 *Deputatio Curati facta ab Ordinario, ignorantibus patronis est nulla, & ideo illi non amittunt quasi possessionem præsentandi. Declara vt numer. 50. & 52.*

43 *Deputatus per modum prouisionis in Curatum, non potest consentire, vt alius substituatur, qui eius nomine Curam exerceat.*

44 *Manuteneri debet, qui probat olim se possedisse; si contra possessio amissa non probetur.*

45 *Possessio solo animo retinetur.*

46 *Mutatio voluntatis non præsumitur.*

49 *Possessio iunior, quæ dedit causam liti, non est attendenda.*

50 *Ordinarius deputare potest Vicarium, seu Æconomũ in beneficio vacante, quocumque de Rectore prouideatur, & cognoscitur de iuribus eligentium, non autem deputare potest Vicarium perpetuum stante quasi possessione patronorum, num. 52.*

51 *Episcopus spoliare non potest patronos eorum quasi possessione præsentandi.*

53 *Ordinarij prouidere debent de Parochialibus in perpetuum, & per concursum, non autem amouibiliter.*

54 *Episcopus est incapax plurium Ecclesiarum.*

55 *Decretum irritans, & clausula* sublata *quid operentur.*

56 *Tacita, & præsumpta causa cessat, vbi est expressa.*

57 *Gratia habens causam expressam, non debet trahi ad aliam non expressam.*

58 *Noua causa possidendi in beneficiato non nocet patronis eam ignorantibus.*

59 *Ordinarius quando præscribat libertatem contra beneficium patronatum.*

6 *Interlocutoria simplex, & lata sine citatione, non transit in iudicatum, nec opus est ab ea appellare.*

61 *Reintegrationis petitio quomodo sit interpretanda.*

62 *Possessio duplex, nempe ciuilis, & naturalis datur etiam in iuribus incorporalibus.*

DECISIO LXXIV.

DIE 13. Martij anni præteriti fuit decisum constare de bono iure Monialium ad effectum, vt debeant manuteneri in quasi possessione nominandi Vicarium Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Andreæ de Porta Ciuitatis Ianuen. sed quia Illustrissimus D. Archiepiscopus obtinuit iterum audiri: fuit propterea per quatuor vices causa proposita super eisdem, & vtrinque acriter controuersa, & per Dominos maturè examinata: & tandem hodie resoluta ad fauorem Monialium, quo fit, vt hæc secunda decisio maiori etiam egeat discussione.

Resolutio fuit fundata in tribus nominationibus Monialium continuatis, & effectum sortitis: Prima de anno 1554. Secunda de anno 1573. Et vltima de
anno 1594. & tamen † sufficit vna, *Rip. in cap. cum* 1
Ecclesia, numer. 53. de caus. poss. & propr. Rom. cons. 311. in fin. Rot. decis. 17. num. 1. par. 2. diuers. & in Illerden. Parochialis 13. Iulij 1558. coram Caputaqu. Gonzal. super reg. 8. glos. 45. §. 2. num. 29. & latè, *Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 59.* & eò magis dicebant Domini constare de bono iure Monialium, quia ius non videtur assiste-
re D. Archiepiscopo, sed Monialibus, † cùm enim aga- 2
tur de propria earum Ecclesia, & sic de Ecclesia regulari: Ius nominandi Vicarium ad eas de iure spectat, *cap. 1. de Capell. Monac. Concil. Trid. sess. 25. cap. 11.* & pro eisdem Monialibus censuit, sunt iam plures anni, S. Concilij, Congregatio. Nec hoc mirum videtur, quia
etiam † cura animarum sæcularium potest penès illas 3
residere per alium tamen exercenda, *Felin. in cap. cum Venerabilis, numer. 36. de except. Rot. decis. 21. in fin. de prob. in antiquior.*

Nec placuit prætensio D. Archiepiscopi, quòd d. Ecclesia non sit Monialium, nec consequenter regularis, & sic non intrare, *tex. in d. cap. 1. de Cappell. Mo-*
nach. quia † non agitur de Ecclesia distincta, & sepa- 4
rata à Monasterio, sed de Ecclesia ipsius Monasterij quòd aliam, quàm istam non habet Ecclesiam, quæ ideò est eiusdem pars integralis, itaut appellatione Monasterij etiam Ecclesia comprehendatur, *glos. in cap. 1. in verbo exempto,* vbi communiter, *Doct. de priuil. in 6.*
Vnde † cùm hoc Monasterium sit regulare, Ecclesia 5
etiam est regularis: Quia clarum est, quòd Monasteria non dantur sine Ecclesiis, vltrà quod ad effectum
manutentionis † sufficit probare dominium Ecclesiæ 6
esse Monasterij ex sola possessione, dum illud deducitur incidenter, *Bart. in l. quidem in suo, num. 4. ff. de condit. instit. Calder. cons. 23. de prabend.*

De possessione autem Monialium non est dubitan-
7 dum, cum sit notoria, & † probetur in actis, quòd pri-
mitùs hoc Monasterium erat Sancti Benedicti quia
autem erat adeò destitutum, vt in eo vix degerent
quinque Monales, in vim speciales rescripti Aposto-
lici, & instante Senatu Ianuen. fuerunt in illud de an-
no 1509. translatæ Priorissa, & Moniales Ordinis Diui
Augustini, & fuit illis tradita possessio tàm Conuen-
tus, quàm Ecclesiæ, nec non consignatæ cum inuenta-
tio sacræ supellectiles, nempe Tabernaculum pro cu-
stodia Sanctissimi Sacramenti, Vas Chrismatis. Liber
baptizatorum, & alia huius generis, ad vsum, & curam
Sacramentorum pertinentia, quæ consignatio non
fuisset illis facta, sed vero Parocho, nisi ad eas Cura a-
nimarum habitu spectaret: quibus accedunt Visita-
tio Apostolica de anno 1582. & plures enunciatiuæ
Archiepiscoporum, in actu visitationis, in quibus hæc
Ecclesia dicitur, & nominatur Ecclesia Monialium
S. Andreæ.

Et in omnem casum etiam si Monialibus ius non
assisteret, sed resisteret, adhuc eis esset danda manu-
8 tentio, quia † iuris resistentia eam non impedit, nisi
sit vehemens, & ineuitabilis, *Innoc. in cap. cum venis-
sent, num. 3. de restit. in integr. Couar. pract. quæst. cap. 17.
num. 6. Rot. apud Greg. XV. decisio. 370.* qualis hæc non
esset, sed dubita, & turbida, ac illi multùm detrahe-
rent, tàm ex quo Moniales auctoritate Apostolica
adeptæ fuerunt possessionem Ecclesiæ, & rerum ad
curam spectantium de manu Executorum; quàm ex
longæua, & temporis considerabilis possessione nomi-
nandi Vicarium, quo casu iuris resistentia non impe-
dit manutentionem, *Abb. in cap. 1. num. 8. vt lit. pen-
den. Lancell. de Attent. 2. par. cap. 4. declarat. 4 n. 6. Rot.
decis. 595. num. 4. parte prima diuers. & decis. 685. num. 3.
par. 1. recent.*

Quare tota difficultas posita fuit in eo, quis cœptæ
litis tempore possideret: quæ ad duo præcipuè capi-
ta separatim discutienda reducitur. Primum est, an
prædictæ tres præsentationes Monialium sint rele-
uantes, itaut eis suffragentur ad effectum, de quo a-
gitur: Secundum quatenùs sic, An illæ semper vsque
ad tempus litis motæ fuerint in eodem statu: an ve-
rò de anno 1609. quo vacauit hæc Ecclesia per obi-
tum Facciotti per eas nominati, amiserint possessio-
nem; itaut dicto tempore litis motæ iam desierint
possidere, D. verò Archiepiscopus possessionem ac-
quisitus fuerit.

Quò ad primum de releuantia prædictarum vo-
luerunt Domini maioris claritatis causa, eas sigilla-
tim examinare. Prima de anno 1554. de persona Laz-
zaridi Cassana inexuperabilis visa fuit ad fauorem
9 Monialium, ex quo † fuit effectuata; dum idem Laz-
zarus fuit per Vicarium Archiepiscopi Ianuen. depu-
tatus, cum narratiua, quod illum deputabat ad præ-
sentationem Monialium, *cap. cum Ecclesia Sutrina de
caus. poss. & propriet. Seraf. decis. 1411. numer. 2.* & fuit
sæpius decisum.

10 Neque obstat, † quòd de hac præsentatione non
constet, nisi per simplicem enunciatiuam Vicarij D.
Archiepiscopi, cui non creditur de præsentatione fa-
cta, *Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 956. numer. 28.*
11 *Caputaq. decis. 240. p. 2* † quia imò eius narratiua pro-
bat quasi possessionem præsentandi, vt in puncto, *Put.*
12 *decis. 167. lib. 1. in nou. impress.* & ratio est, † quia admit-
tere præsentationem, & concedere institutionem spe-
ctat ad Vicarium iure proprio, ratione sui officij, ac
ex sua ordinaria iurisdictione sine alio speciali man-
dato, *cap. ex frequentibus extra de instit.* & ibi *glos. in c.
fin. de offic. Vicar. in 6. Roch. de Iurepatr. verb. competens, q.
51. Couar. libr. 3. variar. cap. 20. num. 7. Garz. de benefic.*
13 *par. 5. cap. 8. num. 85. cum seqq.* † Vicario autem atte-
stanti de spectantibus ad eius officium, plenè credi-
tur, *Rot. decis. 313. p. 1. recent.* non minùs quàm Episco-
po, quia militant in eo omnes rationes, quas in Epis-
copo, attendit, *Rot. decis. 11. de Iurepatr. in nou. Caputaq.
decis. 87. part. 3.*

Nec contrarium † probat dicta decisio *Caputaqu.* 14
240. quia vltra quod nulla ibi fit mentio de effectua-
tione, qua sequuta, & non aliter intrat conclusio nu-
per firmata, & *dicta decis. Putei non impugnat Caputaq.*
ex defectu potestatis Vicarij, sed quia in casu illius
decisionis non attestabatur Vicarius de præsentatione
facta coram ipso, vt in casu nostro, sed coram alio,
nempe coram Episcopo, cui propterea non creditur,
prout distinxit, *Rot. in Iacen. Pensionis 16. Decembr. 1591.
coram Cardinali Pamph. Mascard.* verò in loco cita-
to, & *Decisiones Rota* per eum ibi allegatæ, † loquun- 15
tur in simplici enunciatiua Vicarij de Iurepatron. cui
non est standum in præiudicium Episcopi: non autem
quando, vt hìc attestatur, de actu coram se gesto, ra-
tione sui officij.

Non obstat etiam, quòd dicta enunciatiua Vicarij
fuerit de actu de præterito, dum Vicarius non enun-
ciat Lazarum tempore deputationis fuisse per Mo-
niales nominatum, sed nominationem fuisse anteà
factam ex illis verbis, ibi, *fuisse præsentatum coram no-
bis,* & rursus ibi, *& habita prius per nos iuridica infor-
matione de eius sufficientia,* quæ informatio videtur
necessariò capta post nominationem, & multò magis
deputatio inde sequuta; quo casu, † nec ipsi Episco- 16
po attestanti in actu institutionis credendum est de a-
liqua re de præterito, nisi quatenùs vno, eodémque
tempore coram eo, & per eum factæ existant, *Rot. decis.
16. de probat. in antiq. Crescen. decis. 13. de probat. & Put.
decis. 374. lib. 1. Rota in Portugallen. Vicaria apud Garz.
p. 8. cap. 4. num. 45. & in Vicen. Beneficij 10. Decembris
1619. coram bon. mem. Vbaldo,* & quod † Vicario atte- 17
stanti de examine nō credatur, dixit, *Rot. in Placentina
Parochialis 14. Iunij 1619. coram Illustrissimo Patriarcha
Manzando:* Quia respondetur, quòd imò *iuxtà do-
ctrinam Bart. in l. post dotem, numer. 21. ff solut. matrim.*
† actus enunciatus in aliquo instrumento per verba 18
importantia tempus præteritum, præsumitur tempo-
re instrumenti gestus, si potuit eo tempore fieri, ita
vt præteritum intelligatur ex interuallo, sed inconti-
nenti, aut de modica prætentione, prout passim no-
tarij in instrumentis sic asserunt, *dedit, vendidit, tra-
didit, &c.* quæ sunt verba præteriti temporis; & tamen
intelliguntur de eodem tempore confecti instrumen-
ti, *ex Bart.* vbi supra cuius doctrina est communiter
recepta, *Ias. ibidem num. 85. Alciat. de præsum. reg. 3.
præs. 35. num. 3. Menoch. præsumpt. 18. lib. 3. & cons. 97.
num. 68. Barbos. in dicta leg. post dotem, num. 26. Cenc. de
Cens. par. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 8. num. 9.* Vnde etiam atte-
statio Vicarij de præsentatione Monialium, & exa-
mine præsentati per verba de præterito, debet eodem
modo intelligi; cùm præsentatio, examen, & depu-
tatio benè potuerint vnica hora, & cōtextu expediri:
tantò magis, quia stante iuris assistentia pro Monia-
libus deputatio Vicarij verisimiliter † præsupponit 19
nominationem illarum; & examen præsentati, & ideò
ex solo actu institutionis præsumuntur præcessisse,
Rot. decis. 11. de Iurepatr. in nou. Nec aduersantur, *decis.
16. de probat. in antiq. & decis. Cresc. & Put. allegat.*
quia loquuntur in casu, † quando Episcopus in litte- 20
tis asserit, quòd contulit beneficium vacans per resi-
gnationem in eius manibus factam, & per eum ad-
missam, cui meritò non creditur propter præsumptio-
nem antidatæ in præiudicium tertij nempe prouisi
Apostolici, aut resignantis: nam aliter esset in facul-
tate Ordinariorum priuare beneficiatos suæ diœcesis,
asserendo eos in eius manibus resignasse, quo fit, vt
multò

multò minùs eius Vicario in hoc credatur: *Decisio*
21 *verò Portugallen.* non applicatur, dum dicit, † quòd
non creditur Episcopo, qui in erectione cuiusdam
Vicariæ asseruit, Parochialem fuisse vnitam Mona-
sterio, & sic de actu de præterito, qui coram eo, vni-
co contextu fieri non potuit, *Garz. vbi supra nu-
mer.* 26.

Minùs releuant Decisiones, *Vicen. Beneficij & Pla-
centina Parochialis*, supra etiam allegatæ; Quia in il-
la *Vicen.* Vicarius non attestabatur de actu de recen-
ti, & coram se facto, & qui debebat necessariò præce-
dere pro fundamento actus gesti, sed de actu de præ-
terito facto coram Episcopo, cum relatione ad quod-
dam instrumentum, de quo non constabat, quódque
potuit Vicario absente coram quocúmque notario
celebrari: cùm tamen in casu nostro præsentatio Mo-
nialium de persona Lazari, debuerit fieri, vel exhibe-
ri coram ipsómet Vicario instituente: In Decisione
22 verò *Placentina* erat solum simplex Vicarij fides, †
quæ non facit fidem, *Mantic. decis.* 51. *num.* 6. *Seraf.*
23 *decis.* 1280. *num.* 1. & † attestabatur de examine, & re-
probatione, & sic de actu de præterito coram aliis ge-
sto, & in præiudicium tertij cuius assertioni ideò non
fuit habita fides.

Non etiam officit, si dicatur, quòd Vicarius in ca-
su nostro attestatur de præsentatione Monialium in
24 præiudicium tertij scilicet D. Archiepiscopi, quia †
cùm ipsi vnum, & idem constituant tribunal, factum
vnius reputatur factum alterius, itaut D. Archiepisco-
pus non possit dici Tertius respectu sui proprij Vica-
rij in his, quæ competunt Vicario ex natura Vicaria-
25 tus, prout comparit institutio, sicut in simili † scien-
tia Officialis, dicitur scientia Domini, eíque præiudi-
cat, quando ille in actu interuenit vti Officialis &
scientia prouenit ex actu ad ipsum, aut Dominum
spectan. *Bart. in l. si publicanus, §. in omnibus, ff. de publ.
Alex. cons.* 6. *numer.* 8, *lib.* 1. *Rot. decis.* 507. *par.* 5. *recent.*
26 Idcircò † creditur Vicario in præiudicium Episcopi
de omnibus narratis in instrumento institutionis, quã-
do illa, vt hîc, eodem tempore, & momento interue-
nerunt, vt latè, *Cresc. decis. prima de offic. Vicar. num.*
5. *cum seqq.* vbi etiam quòd pro actus validitate præsu-
muntur eodem momento facta.

Non obstat præterea, quòd Moniales prætendant
esse in quasi possessione præsentandi Vicarium ad nu-
tum earum amouibilem; cùm tamen Lazarus non
fuerit deputatus ad nutum, nec Vicarius enunciet i-
stam qualitatem, sed solùm simplicem præsentatio-
nem; Etenim respondetur, quòd nec etiam enunciat,
quòd deputatio fuerit facta in perpetuum, vnde præ-
sumitur temporalis, iuxtà naturam suam, & iuris di-
27 spositionem, qua attenta † in Ecclesia regulari, qua-
lis est hæc Monialium deputatur Vicarius tempora-
lis, dicto *ca.* 1. *de Capell. Monach. & Constit. Pij V. super
Vicariis edita, Gonz. glos.* 5. §. 6. *numer.* 7. Et quando ex
hoc, aut alio ex supradictis obiectis præsentatio La-
28 zari pateretur difficultatem, † tamen quia fuit effe-
ctuata, fuit ex ea acquisita Monialibus quasi possessio
in præiudicium D. Archiepiscopi, *Put. decis.* 183. *libr.* 1.
in nou. etiam quòd effectuatio sequuta fuerit ex insti-
tutione nulliter facta per eius Vicarium, vt dixit *Rot.
in vna Bracharen. coram Achille de anno* 1555. quam
refert & sequitur, *Garz. de benefic. part.* 5. *capit.* 5.
num. 104.

Demùm non obstat, quòd dicebatur, scripturam
de anno. 1554. ex qua probatur hæc præsentatio La-
zari, non esse in forma probanti, vti exemplum ex-
tractum à notario actuario Episcopi Sauonen. ab al-
tero exemplo per Antonium Roccatalliatam desum-
pto protocollo cuiusdam Hieronymi Roccatalliatæ
29 eius antecessoris, † quæ propterea tanquam sumptum
de sumpto fidem non facit, *l.* 3. *cum ibi notatis, C. de di-
uers. rescript. Put. decis.* 352. *lib.* 3. *Rot. decis.* 297. *p.* 2. *recent.*
quia fuit benè responsum, † quòd ad hunc effectum 30
sufficit obseruantia contentorum in dicta scriptura ex
vacatione per obitum Lazari à Monialibus electi,
cum aliis pluribus adminiculis, quæ hîc concurrunt,
Bald. cons. 400. *num.* 5. *lib.* 4. *Crauet. cons.* 101. *num.* 4. &
cons. 158. *num.* 5. *Rot. in recent. decis.* 482. *num.* 3. *p.* 1. & *de-
cis.* 18. *num.* 1. *p.* 2.

Et cessat penitùs difficultas, quia fuit mihi datum,
& Dominis in Rota ostensum instrumentum dictæ
præsentationis quod fuit ordinatum, poni in actis, nõ
ab exemplo, sed protocollo Hieronymi de eo rogati,
extractum per dictum Antonium, eius in officio suc-
cessorem, quod est illud idem, quod fuit productum
coram Episcopo Sauonen. citata parte, † quæ nihil op- 31
posuit, quod ideò fidem facit, *Bart. in l.* 1. §. *si quis, ff. de
bon. poss. secun. tab. Achill. decis.* 2. *numer.* 7. *de offic. deleg.
Rot. decis.* 27. *num.* 1. & 581. *nu.* 4. *p.* 2. *recent.* Nec dubita-
tũr † de notariatu Antonij, quamuis ille non se enun- 32
ciet notarium, quia in fine suæ subscriptionis, adest
dictio, &c. quę comprehendit dicta qualitatem, *Zabar.
cons.* 133. *num.* 1. *in fin. vers. aliter*, & præsertim acceden-
te legalitate Vicarij D. Archiepiscopi, attestantis de
notariatu tàm Antonij quàm Hieronymi eius præde-
cessoris.

Secunda nominatio facta legitur de anno 1573. de
persona Bartholomæi Scaniliæ per obitum supradicti
Lazari, cuius † effectuatio videtur etiam non posse 33
controuerti, quamuis non constat de formali institu-
tione: Primò, quia cum Monialibus ius assistat & di-
cta nominatio probetur per eas facta, eo ipso, quòd
Scanilia nominatus cum effectu tanquam Vicarius
posteà Coram exercuit, & non constat de alia deputa-
tione D. Archiepiscopi nec de alio titulo: præsumptio
est, quòd possederit vigore præsentationis, quæ de iu-
re fieri debuit, & sic huius præsentationis Monialium:
vt dixit *Rot. in dicta Vicen. Beneficij* 11. *Decembr.* 1619.
coram bon. mem. Vbaldo. † Secundò quia Scanilia fuit 34
præsentatus per obitum Lazari, qui fuerat institutus
ad præsentationem Monialium, post cuius obitum in-
cõtinenti possedit Scanilia, quo defuncto fuit etiã per
Moniales electus Bartholomæus Facciottus, qui etiam
possedit; vnde benè probatur effectuatio, *iuxtà cons.
Oldrad.* 229. sæpiùs per Rotam Canonizatum, *Lamb.
de Iurepatr. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 11. *ar.* 7. *Rot. decis.* 545. *num.* 2. &
decis. 498. *nu.* 9. *p.* 1. *diuers.* & fuit dictum in decis in hac
causa facta coram me, *vers. quia in primis.* Quòd ve-
rò vacatio obtigerit per mortem Scaniliæ, asseritur
in requisitione, seu præcepto, tunc Archiepiscopi,
Monialibus facto de anno 1594. & de hoc nunquam
fuit dubitatum: Tertiò, & tandem tollit omne du-
bium Visitatio Apostolica de an. 1582. vbi fit mentio,
& claris verbis adnotatur; quòd Scanilia, qui tunc e-
rat Vicarius dictæ Ecclesiæ, fuit institutus ad nomina-
tionem Monialium: † Ex Visitatione autem benè 35
comprobatur præsentatio, & institutio: *Caputa-
quen. decision.* 158. *par.* 2. *Rot. decis.* 573. *num.* 4 *par.* 2.
recent.

Neque obstat, quòd hæc præsentatio Scaniliæ fa-
cta fuerit ad crates Monasterij quia ex quo præsenta-
tionis instrumentum fuit factum in loco solito, & vbi
debuit fieri, non excluditur quin illud potuerit coram
Ordinario exhiberi, & obtineri ab eo institutio, prout
præsumitur ex supradictis, eo ipso, quòd de alio ti-
tulo non constat; & quia † ex possessione Monia- 36
lium de præterito vigore nominationis, & deputa-
tionis de anno 1554. præsumitur, eas suam continuas-
se possessionem in futurum dum illa non probatur a-
missa, *glos. Bald. & in aliis in l. siue, C. de probat. Menoc.
præsumpt.* 64. *lib.* 6. *per tot.* & in puncto, *Rot. in Fanen.*

beneficij

beneficij 11.*Decem*.1620. *coram R.P.D.meo Pironano.*

Nec etiam releuare visum fuit, quòd Visitator Apostolicus in dictâ Visitatione dixerit, quòd Scanilia habebat Curam animarum ab anno 1573. sub die 29.Ianuarij, & tamen præsentatio Monialium facta legitur 31. eiusdem mensis & anni; & ideò quod institutio Scaniliæ non potuit esse facta ad Monialium nominationem, subsecutam biduo post d. Institutionem sed liberè ab Ordinario: quia vltra quòd cessat omne dubium ex eodem instrumento nominationis, ex quo clarè colligitur, quòd Scanilia fuit bis per Moniales nominatus. Primò statim post obitum Lazari, & postea d.die 31.Ianuarij, quæ reiteratio eò magis ac magis denotat enixum animum Monialiũ continuandi possessionem: Domini vlteriùs aduertebant Visitatorem non asseruisse Scaniliam fuisse prouisum die 29.Ianuarij, sed postquam dixit Curam istius Ecclesiæ, exerceri per Cappellanum ad nutũ Monialium amouibilem, qui tunc erat Bartholomæus Scanilia, subdit, quòd ille habebat Curam animarum à die 29. Ianuarij, præuia approbatione examinatorum synodalium. Quæ admissio, seu approbatio generica ad animarum Curam; non infert ad institutionem, seu prouisionem istius Ecclesiæ, sub illamet die; alioquin Visitator asseruisset de directo contrarium: cùm tamen
37 † semper sit decreto res temperanda, ac interpretanda vt dispositio non mereatur à sapiente reprehendi, *l. Saluius Aristo ff.de legat.præst. Paris.cons.3.n.25.& seqq. lib.3.* Vnde admissio Scaniliæ ad Curam, de quâ meminit Visitator intelligi debet, quòd ille præcedenter fecerit se approbare generaliter, vt faciliùs Moniales alliceret ad se præsentandum, prout biduo post fuit per eas præsentatus, & sic præsumi, quòd successiuè
38 fuerit etiam institutus, † hoc enim verisimili temperamento ad concordiam reducuntur verba Visitionis, *ad not.per gloss.in l.si negotium verb.gestorum, ff.de negot. gest.* & saluatur iris cõpetens Monialibus, tam de iure, quàm ex quasi possessione præsentandi, in quâ erat.

Postremò non obstat deputatio cuiusdam Figarolij, de anno 1588. pro exercendâ Curâ dictæ Ecclesiæ, ex eâ enim nihil Monialibus deperit, nec D.Archiepiscopo fuit aliquod ius acquisitum. Quia, vt dicitur in Decisione in hac causâ factâ, ille fuit deputatus in V. Curatum loco Scaniliæ de eius consensu, & ex libro Matrimoniorum apparet, quòd Scanilia tam ante, quàm post dictam deputationem exercuit vti Curatus dictam Curam, & Figarolus vocatur ibidem simplex presbyter: & remouetur omnis scrupulus, quia posteà de Anno 1594. vacauit hæc Vicaria per obitum Scaniliæ, non autem Figarolij: nec dubitari potest,
39 † quin viuente adhuc Scaniliâ, potuerit de eius consensu fieri per Ordinarium dicta deputatio V.Curati etiam sine consensu Monialium, *Feder.de sen.cons.95. n.3.vers.item, super eo, quod quæritur.*

Tertia Monialium præsentatio fuit de Anno 1594. per obitum supradicti Scaniliæ in personam Bartholomæi Facciotti, etiam ad crates electi, & D.Vicario per earum procuratores præsẽtati, ac per eum admissi, *si & in quantum* cuius effectuatio nullo etiam modo, nullâque ratione potest cõtrouerti; tum quia iuxta superiùs dicta tam de iure, quam ratione quasi possessionis Monialium, illa debuit admitti, *Ferret. cons. 33.n.4.cum seqq.lib.1.* prout etiam illam fuisse admittendam declarauit S.Concilij Congregatio in litteris Vicario D.Archiepiscopi directis, & præsentatis de
40 Anno 1595. quæ propterea † fuit admissa ex clausulâ, *si & in quantum*; quæ hoc operatur, *Bald.in l.edita, n.98.C.de eden.in 2.lecturâ Mart.de claus.par.1.claus. 136.num.1.* sicut de appellatione ita admissâ tradit *Roman. cons.* 501. & in puncto. Quòd præsentatio cum dictâ clausulâ censeatur admissa, si de iure est admittenda, dixit *Rot. decis.687. parte prima diuersarum*, quæ apud *Seraf.est decisio* 499. tum etiam, quia posteà de Anno 1609. vacauit hæc Vicaria per obitum Facciotti: Vnde pro eius effectuatione, ad effectum quasi possessionis Monialium, vltra vulgare, *cons.Oldrad.* 229. *supra alleg.* militant etiam, & applicantur omnes rationes supra deductæ pro effectuatione secundæ præsentationis.

Neque obstat, quòd constet de aliâ deputatione dicti Facciotti factâ die 13.*Octobris* eiusdem anni absq; vllâ penitùs relatione ad Monialium præsentationem prius factam: Quia præter quòd ista secunda deputatio fuit per modum prouisionis, † quæ ideò nullum 41
statum facit, *cap.cùm vos*, vbi *Abb. n.1. de offic. Ordin. Rebuff.de sent.prouis.in præfat.n.37.* Dicta deputatio nõ excludit, quin adsit alia anterior, prout adfuit ad præsentationem Monialium admissa, *si & in quantum*; quinimò, aut inde excluditur, & † nulla redditur se- 42
cunda deputatio, vti facta Monialibus ignorantibus, quarum possessio propterea non fuit interrupta, *Calder.dicto cons.12 in fin.de Iurepatr. Seraf.decis.337. n.2.* Vel dicendum, quòd ex illâ secundâ deputatione potius censeri debet continuata Monialium possessio, *iuxta reg.l.2.C.de acquir.possess.* prout illam continuare semper Moniales crediderunt; de quâ credulitate videtur non esse hæsitandum, ex quò sparso postea rumore quòd D.Archiep.intendebat deputare alium Vicarium, Moniales recurrerunt ad S.Concilij Congregationem, & ab eâ reportauerunt litteras, quas vt dictum est, præsentauerunt Vicario D.Archiepiscopi; petentes manuteneri: quò factum est, vt Facciottus semper visus fuerit cõtinuare in pristinâ possessione, in quâ erat ad præsentationẽ Monialium vsq; ad annum 1609. quo ille obiit; & quòd Moniales ideò toto hoc tempore alium non nominarunt, quia Facciottus eis gratus, & per ipsas nominatus curã administrauit.

Nec releuat, quòd in memoriali, nomine Monialiũ S.Congregationi porrecto, fuerit narratum, quòd D. Archiepiscopus recusabat admittere, & approbare Vicarium ab eis nominatum, quasi inde colligi videatur, quòd Facciottus nunquam fuit per D.Archiepiscopum deputatus. Quia ex quò ille fuerat iam admissus, *si & in quantum*; dicta narratiua necessariò intelligi debet in eo sensu, quòd non admittebatur liberè, & simpliciter, Aut quia idem Facciottus fuerat etiam deputatus per viam prouisionis, quòd fieri non poterat in earum præiudicium, & cessat penitùs. Quia semper Facciottus Curam potiùs exercuit vti Vicarius titularis, quàm per modum prouisionis, tum ex quò deputatio cuiusdam alterius Vicarij per D.Archiepiscopum facta, nunquam habuit effectum: tum etiam & multò magis ex deputatione Iacobi Sibillæ in V.Curatum, de licentiâ tamen Facciotti Curati factâ die 20. *Aprilis anni* 1595. & ex aliis duabus similibus deputationibus in V.Curatum de personâ Ioannis Baptistæ Barilatij *de anno* 1604.*&* 1608. quæ vti factæ de Facciotti licentiâ, denotant, quòd ipse potiùs vti Titularis, & sic ad præsentationem Monialium, quàm per modum prouisionis possedit. Quia † vti talis non potuisset cõ-
sentire, vt alius substitueretur, qui eius nomine Curam 43
exerceret, *ad l.fin.ff.de offic.eius, & l.à iudice C.de Iudice*, ex quibus possessio Monialium vsque de anno 1609. quo Facciottus decessit, & per cuius obitum hæc Vicaria vacauit, visa fuit Dominis semper continuata cum † exaduerso vsque ad hoc tempus non constet 44
de aliquâ prouisione vti de libero.

Superest nunc expendere secundum dubium suprà excitatum, videlicet: An à dicto anno 1609. quo obiit Facciottus vsque ad tempus litis motæ, semper continuauerint Moniales in dictâ quasi possessione, in quâ tũc erãt. Et certũ est, quòd regula stat pro Monialibus:

45 ita vt † ei, qui probat olim possedisse, vti probant Moniales, detur hodie manutentio dum ex aduerso possessio non probatur amissa, *Bald. in l. 1. num. 12. C. vti possid. Dec. cons. 126. circa fin. Rip. in c. cùm Ecclesia Sutrina vers. ex istis de caus. poss. & propr. Rot. decis. 81. p. 1. diuers. Greg. XV. decis. 555. num. 10.* & in puncto, *Rot. in dicta Fauen. beneficij supra alleg. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Papien. iurispatr. 9. April. 1601 b. m. Card.*
46 *Pamph.* † & ratio est, quia possessio solo animo reti-
47 netur, *l. licet, C. de acquir. possess.* † Mutatio autem voluntatis non præsumitur, *l. eum, qui de probat.* Vnde,
48 † qui in præteritum possedit præsumitur semper in futurum possedisse, animúmque continuandi possessionem habuisse, *l. 3. §. si seruus, ff. de acquir. possess. Bart. in l. siue possidetis, C. de probat.* etiam quando iam diu possedit, *Menoch. præsumpt. 64. num. 4. lib. 6.* adeò, vt olim possidens semper pro se habeat præsumptionem, itaut onus probandi possessionis amissionem, incumbat aduersario, *l. circa, ff. de probat. l. liberis, §. vlt. ff. de liberal. caus.* Vnde stat difficultas, An amissio probetur per D. Archiepiscopum: Et visum fuit: eam nullo modo probari, màximè stante iuris assistentia pro Monialibus.

Non obstat, quòd defuncto Facciotto de dicto anno 1609. D. Archiepiscopus deputauerit eundem Barilarium, qui vt dictum est, Facciotto viuente fuerat deputatus eius V. Curatus, ex qua deputatione prætendit D. Archiepiscopus, ipsum acquisiuisse quasi possessionem conferendi, prout etiam idem prætendit ex alia deputatione cuiusdam Albertonij de anno 1622. quia fuit benè satisfactum, quòd hæc vltim
49 de Albertonio † dedit causam liti, quæ propterea n
est attendenda, *Rot. coram Greg. XV. decis. 417. nu*
50 *& in recent. decis. 30. num. 1. part. 2.* † Deputatio
Barilarij in qua fit præcipuum fundamentum fu
modum prouisionis, quæ idci muta
præcedentem, *ex Rebuffo, vbi* atio e
Ordinarius sua ordinària auc test d
Vicarium, seu Oeconomum o vac
terim, & quousque de Rec ctur
gnoscitur de iuribus eligen *ca*
cap. peruenit il. 2. & ibi *gl* *nes*
pell. Concil. Trid. sess. 24. ca
de Attent. cap. 12. limit. 18 nd
modi deputatio non fiat a
interim tantùm, nec mini
ea infertur illis, qui ant
51 eorum ius illæsum cons
sent Episcopi canonum a
sua quasi possessione, qu
dicto cap. cum vos, vers. in
Non obstat etiam,
continuauerit in dicta
fuit de anno 1622. q
possessio fuit D. Arch
remansit Monialium;
vsque ad mortem vis
modum prouisionis;
sic exercere; ergo sic e
constat de alio eius tit
te quasi possessione M
52 † non potuit, D. Archi
per modum prouisioni
tuo, *glos. in d. cap. cùm*
num. 4. vers. alia de cau
quòd esset iniustum,
iudicium alterius in
ceret, vel innouar
Minùs obstat
catorum, scilic
modum prou

nendus in quasi possessione prouidendi per modum prouisionis, quia, Aut hoc prætenditur ad conseruandum ius D. Archiepiscopi sic prouidendi à iure sibi datum; Et hoc non est sub lite; Aut ad effectum impugnandi Monialium quasi possessionem; itaut ideò desierint possidere, Et dicebant Domini, quòd hoc non merebatur allegari, quia sic omnes quasi possessiones patronorum quantumuis iustificatæ euanescerent: Aut tandem id prætenditur ad effectum, quòd cùm dicta Ecclesia sit manualis, idem sit dicere per modum prouisionis, quantùm est dicere ad nutum amouibilem, iuxtà testes D. Archiep. super hoc vsit loquendi nouissimè examinatos; itaut deputatio Barilarij non solùm fuerit prouisionalis sed etiam prouisiua, & consequenter, quòd D. Archiepiscopus sit manutenendus in qua possessione deputandi Vicarium ad nutum amouibilem, quòd si subsisteret, excluderetur penitùs manutentio Monialium ad earum nutum, quæ quidem prætensio iure non probatur, imò est contra ius expressum, quia iuxtà præscriptam formam à Concilio Trid. & ex constitutione Pij V. † 53
Ordinarij debent prouidere de Parochialibus in perpetuum, & per concursum, non autem amouibiliter; aliter enim resideret Cura huius Ecclesiæ penes Archiepiscopum, † qui est incapax pluriũ Ecclesiarum, 54
Seraf. dec. 1304. n. 2. Rot. in Pampil. Decimar. 13. Decembr. 1592. coram Comitulo: Vnde † propter decretum irritãs, 55
& clausulam *sublata* appositam in Concilio, & in dicta Constitutione, non potest dari possessio releuans,
e sit manutenibilis, odunt os parti, & tollũt
atem iudici ali di, *Bart. in l. fin. C. de*
um. Vrb. Rom. *quia diligenter*, vbi e-
Imol. de elect. imè m.
Nec etiam ob episcopus
ixerit conc iam de li-
ro, & quòd obatis per
aminatore rior: Vnde
icebant Ir de præsumi,
quòd Bat idendi, posse-
erit sit catus ab Ordi-
natio; um non apparet,
quòd titulum obtinue-
rit er per permanserit
per modum proui-
m expressam, cessat ta- 56
vbi *glos. ff. de vulg. Cra-*
expressam causam habet, 57
dec. 66. n. 7. p. 2. recent. qui-
D. Archiep. excludi
perui, dum dep
m, & habiti
voris infe
s; & pr
, quæ
quia D.
deputa-
quòd idem
s continua-
nem casum † no- 58
a superueniens ex
orantibus, eis nõ no-
iuxtà dictum cons. Cal.
us habendum esset, ac si
renti tacitè accessissent pro
Dec. cons. 126. circa fin. & dixit
Apr. 1601. coram Card. Pamphil.
acquiescentia, seu tacitum mut
o tẽpore, quia non potuit plus eis
us ipse; qui si tãquã factus per mo-
nõ præiudicabat, ergo nec acquies-
dinarius præscribit libertatẽ aduersus 59
iuspatrona

iuspatronatus, per simpliceem non vsum præsentandi
patronorum, sed requiritur factum Ordinarij directè
contrarium seruituti iurispatronatus; hoc est, libera
collatio, *ad l. hac autem, & ibi Doctor ff. de seruit. vrban.
pred* & in puncto, *Rot. decis. 209. num. 8. part. 2. diuers.*
prout etiam nec Monialibus obesse potuit, quòd dùm
instarent pro admissione dictæ appellationis, Vicarius
D. Archiepiscopi eam nedùm reiecerit, sed dixerit, eis
60 nullum ius competere, nec in possessorio, nec in peti-
torio; fuit enim † simplex interlocutio sine citatio-
ne, & causæ cognitione, & notoriè iniusta, quæ i-
deò non transit in rem iudicatam, nec in parte fuit
opus ab ea appellare, *iuxta notat. in cap. inter cæteros,*
vbi *Felin. & alij de re Iudic. Cas. de Grass. decis. 2. num. 8.
de solut.*

Postremò, ac tandem non obstat, quòd Moniales
coram Episcopo Sauonensi, petierint reintegrari, quasi
ideò confessæ fuerint eas nõ possidere, sed D. Archie-
61 piscopum: † Petitio enim reintegrationis fuit æqui-
uoca, vnde debet referri ad solam possessionem natu-
ralem, & turbationem de facto, *Rot. in decis. 560. nu.
3. parte prima recent.* non autem ad possessionem ciui-
lem, quæ semper remansit apud Moniales, *Rot. decis.
561. num. 5. parte prima recent. & Add. ad Greg. XV. decis.
555.* Quæ distinctio, quicquid contenderint infor-
mantes pro D. Archiepiscopo, etiam locum habet in
62 iuribus incorporalibus, † in quibus datur etiam du-
plex possessio, ciuilis, & naturalis, *Bart. in leg. prima,
num. 12. vers. & in contrarium, ff. de acquis. poss.* & in
puncto *Guido Pap. decis. 629. num. 4. & Rot. decis. 649.
num. 10. par. 2. recent.*

Et ita vtraque, &c.

Spoletana liberationis à fideiuss.

Merc. 21. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Fideiussor census potest agere contra principalem debitorem, vt eum liberet à fideiussione quoad fructus; licèt secus sit quoad sortem principalem.

SVMMARIVM

1 *Fideiussor census, qui diu stetit in obligatione commissa, & efficaci, potest petere eximitionem quoad obligationem soluendi fructus, & nu. 12. licèt secus sit respectu sortis, num. 13. & 16.*
Intellige tantùm respectu fructuum futurorum, num. 7. & numer. 12.
Amplia etiam antequam soluat, num. 15.
Non tamen, vt conseruetur indemnis, num. 9.
2 *Fideiussor, qui stetit in obligatione vltra decennium, dicitur diu in ea stetisse.*
3 *Obligatus in forma cameræ dicitur efficaciter obligatus.*
4 *Obligatus in forma cameræ habetur pro condemnato, & num. 11.*
6 *Fideiussor, qui passus est molestias, potest petere eximitionem.*
Amplia etiam, quòd diu non steterit in obligatione, num. 8.
10 *Fideiussor habet mandatum non solùm ad fideiubendum, sed etiam ad soluendum.*
14 *Fideiussor pro euictione non potest petere eximitionem, re nondum euicta.*
15 *Fideiussor tutoris, vel administratoris, non potest petere liberationem ante finitam tutelam, vel administrationem.*
17 *Obligatio, quæ continet diem certam, habetur pro pura.*
18 *Statutum Vrbis* cap. 94. & cap. 157. lib. 1. *habet locum etiam in contractu census.*
19 *Intellige quoad fructus, secus respectu sortis.*
20 *Mandatum probatur confessione constituentis.*

DECISIO LXXV.

MAXIMILIANVS, & Monaldus de Monaldis, prætendebant se esse liberandos a fideiussione annui census scutorum 140. venditi de anno 1613. D. Leoni Strotio, per Benedictum, & fratres de Vrbanis, & *die 30. Martij 1626.* fuit coram me resolutum: Non esse liberationi locum quoad sortem principalem: quoad fructus verò fuit reseruatum particulariter videri:
vnde proposito hodiè dubio reseruato, † Domini dixe- 1
runt Liberationi, seu releuationi, locum esse quoad
fructus tam decursos, quàm decurrendos, quia adest
requisitum, quod in decisione desuper facta desideratur, nempè, quòd fideiussor diu steterit in obligatione
commissa, & efficaci: Nam in primis cùm venditio
census fuerit de anno 1613. † & sic vltra decennium, 2
fideiussores diu steterunt in fideiussione, *glos. in l. Lucius Titius, ff. mandat. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 41.
num. 2. Afflic. decis. 241. num. 4.* & ibi *Additio Vrsilli.*

Deinde † obligatio quoad fructus indistinctè dicitur 3
efficax, siue commissa; quia cùm fideiussor sit obligatus in forma Cameræ, & per instrumentum habens exe-
cutionem paratã † habetur pro condemnato, aduenien- 4
te semestre, *Castr. cons. 318. col. 2. post princip. vers. & hoc
ideò, lib. 1. Rot. in Parmen. dat. 4. Iunij 1612. coram Reuerendissimo* D. meo Decano, quæ est decisio prima apud
Zacch. de oblig. Camer. num. 16. † vnde potest fideiussor 5
petere se eximi, aut releuari à fideiussione, antequam
soluat, *cap. fin.* & ibi, *glos. verb. si diu de fideiuss. Bart. in l. fideiussor pro venditore, ff. de fideiuss. Bald. in l. sancimus, §. & cum antiquitas, num. 3. vers. quæro verum statim, C. de vsur. rei Iud. Alex. cons. 72. num. 6. lib. 2. Afflict. decis. 241. num. 3.* dùm ibi dicit requiri, quòd fideiussor sit condemnatus, *& Vrsill ibid. num. 4.* quòd sit obligatus per instrumentum, habens executionem paratam, *Maur. de fideiuss. par. 2. section. 5. cap. 3. num. 10 & Surd. decis. 94. num. 5.* qui loquitur de fideiussore obligato in forma Cameræ, & sentit, *Rot. in Bononien. Census coram bon. mem. Corduba in ord. 195. apud Cenc. de censib. num 8. versic. nec etiam placuit, & decis. 201. num. 5. apud eundem.*

Quod multò magis in præsenti dicendum est, quia Domini de Monaldis non solum diu steterunt in obligatione quoad futuros fructus, sed etiam quoad præteritos passi fuerunt plures molestias, ex quibus argui-
tur ad molestias futuras; † vnde eo magis potest fideius- 6
sor petere, vt etiam in futurum conseruetur indemnis à debitore principali, *Maur. vbi supra n. 7. Rot. decis. 199. n. 3. & 4.* & præsertim *nu. 5. vers. stantibus molestiis,* post *Cenc. de censib.* & fuit dictum in decis. in hac causa facta, *vers. non obstant Rot. decisiones.*

Quibus accedit, quòd requisitum, de quo supra,
scilicet † quòd fideiussor diu steterit in obligatione 7
efficaci, & commissa, necessariò debet intelligi, quoad releuationem respectu fructuum futurorum, quia quoad præteritos sufficit, quòd post census impositionem transierit vnum semestre, & fideiussor illud soluerit, aut fue-
rit condemnatus, † quia statim agere poterit, etiamsi 8
diu non steterit in obligatione; absurdum enim esset, quòd hoc in casu teneretur expectare, vt diu staret in

45 ita vt † ei, qui probat olim possedisse, vti probant Mo-
niales, detur hodie manutentio dum ex aduerso pos-
sessio non probatur amissa, *Bald. in l. 1. num. 12. C. vti
possid. Dec. conf. 126. circa fin. Rip. in c. cùm Ecclesia Su-
trina vers. ex istis de caus. poss. & propr. Rot. decis. 81. p. 1.
diuers. Greg. XV. decis. 555. num.* 10. & in puncto, *Rot. in
dicta Fauen. beneficij supra alleg. coram R. P. D. meo Pi-
rouano, & in Papien. iurispatr. 9. April.* 1601 *b. m. Card.*
46 *Pamph.* † & ratio est, quia possessio solo animo reti-
47 netur, *l. licet, C. de acquir. possess.* † Mutatio autem vo-
luntatis non præsumitur, *l. eum, qui de probat.* Vnde,
48 † qui in præteritum possedit præsumitur semper in
futurum possedisse, animómque continuandi posses-
sessionem habuisse, *l. 3. §. si seruus, ff. de acquir. possess.
Bart. in l. siue possidetis, C. de probat.* etiam quando iam
diu possedit, *Menoch. præsumpt. 64. num. 4. lib. 6.* adeò,
vt olim possidens semper pro se habeat præsumptio-
nem, itaut onus probandi possessionis amissionem,
incumbat aduersario, *l. circa, ff. de probat. l. liberus, §.
vlt. ff. de liberal. caus.* Vnde stat difficultas, An amis-
sio probetur per D. Archiepiscopum: Et visum fuit:
eam nullo modo probari, màximè stante iuris assisten-
tia pro Monialibus.

Non obstat, quòd defuncto Facciotto de dicto an-
no 1609. D. Archiepiscopus deputauerit eundem Ba-
rilarium, qui vt dictum est, Facciotto viuente fuerat
deputatus eius V. Curatus, ex qua deputatione præ-
tendit D. Archiepiscopus, ipsum acquisiuisse quasi
possessionem conferendi, prout etiam idem præten-
dit ex alia deputatione cuiusdam Albertonij de anno
1622. quia fuit benè satisfactum, quòd hæc vltima
49 de Albertonio † dedit causam liti, quæ propterea non
est attendenda, *Rot. coram Greg. XV. decis. 417. num. 4.*
50 *& in recent. decis. 30. num. 1. part. 3.* † Deputatio verò
Barilarij in qua sit præcipuum fundamentum, fuit per
modum prouisionis, quæ idcircò non mutat statum
præcedentem, *ex Rebuffo, vbi supra*, & ratio est, quia
Ordinarius sua ordinària auctoritate, potest deputare
Vicarium, seu Oeconomum in beneficio vacante, in-
terim, & quousque de Rectore prouideatur, aut co-
gnoscitur de iuribus eligentium, *dicto cap. cum vos,
cap. peruenit il. 2.* & ibi *glos. verb. assignes extr. de ap-
pell. Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. vers. alioquin. Lancell.
de Attent. cap. 12. limit. 18. num. 2.* Vnde cùm huius-
modi deputatio non fiat ad firmandum statum, sed ad
interim tantùm, nec minimum quidem præiudicij ex
ea infertur illis, qui anteà possidebant, sed interim
51 eorum ius illæsum conseruatur: aliter enim † pos-
sent Episcopi canonum auctoritate spoliare patronos
sua quasi possessione, quod esset iniquum, *Hostien. in
dicto cap. cum vos, vers. instituere, & ibi Anchar. notab. 1.*

Non obstat etiam, quòd Barilarius sic deputatus
continuauerit in dicta Cura vsque ad mortem, quæ
fuit de anno 1622. quia non propterea aliqua quasi
possessio fuit D. Archiepiscopo acquisita, sed semper
remansit Monialium; ex quo etiam semper Barilarius
vsque ad mortem visus fuit d. Curam exercere per
modum prouisionis; nihil enim est, cur non potuerit
sic exercere; ergo sic exercuisse credendũ est, dum non
constat de alio eius titulo, quàm de isto: quinimò stan-
te quasi possessione Monialium, de qua opponebatur,
52 † non potuit, D. Archiepiscop. interim prouidere, nisi
per modum prouisionis, non autem de Rectore perpe-
tuo, *glos. in d. cap. cùm vos, vers. causa*, & ibi *Ioan. Andr.
num. 4. vers. alia de causa, & Card. num. 2. quæst.* 4. vbi
quòd esset iniustum, & indignum, vt vna pars in præ-
iudicium alterius in re subiecta aliquid perpetuò fa-
ceret, vel innouaret.

Minùs obstat noua prætensio, & subtilitas Aduo-
catorum, scilicet, quòd ex deputatione Barilarij per
modum prouisionis D. Archiepiscopus sit manute-
nendus in quasi possessione prouidendi per modum
prouisionis, quia, Aut hoc prætenditur ad conseruan-
dum ius D. Archiepiscopi sic prouidendi à iure sibi
datum; Et hoc non est sub lite; Aut ad effectum im-
pugnandi Monialium quasi possessionem; itaut ideò
desierint possidere, Et dicebant Domini, quòd hoc
non merebatur allegari, quia sic omnes quasi posses-
siones patronorum quantumuis iustificatæ euanesce-
rent: Aut tandem id prætenditur ad effectum, quòd
cùm dicta Ecclesia sit manualis, idem sit dicere per
modum prouisionis, quantùm est dicere ad nutum
amouibilem, iuxtà testes D. Archiep. super hoc vsu lo-
quendi nouissimè examinatos; itaut deputatio Bari-
larij non solùm fuerit prouisionalis sed etiam proui-
siua, & consequenter, quòd D. Archiepiscopus sit
manutenendus in qua possessione deputandi Vica-
rium ad nutum amouibilem, quòd si subsisteret, ex-
cluderetur penitùs manutentio Monialium ad earum
nutum, quæ quidem prætensio iure non probatur,
imò est contra ius expressum, quia iuxtà præscriptam
formam à Concilio Trid. & ex constitutione Pij V. † 53
Ordinarij debent prouidere de Parochialibus in per-
petuum, & per concursum, non autem amouibiliter;
aliter enim resideret Cura huius Ecclesiæ penes Ar-
chiepiscopum, † qui est incapax pluriũ Ecclesiarum, 54
Seraf. dec. 1304. n. 2. Rot. in Pampil. Decimar. 13. Decembr.
1592. *coram Comitulo:* Vnde † propter decretum irritãs, 55
& clausulam *sublata* appositam in Concilio, & in di-
cta Constitutione, non potest dari possessio releuans,
quæ sit manutenibilis, quia claudunt os parti, & tollũt
facultatem iudici aliter iudicandi, *Bart. in l. fin. C. de
Can. frum. Vrb. Rom. li. 11. Card. in c. quia diligenter*, vbi e-
tiam, *Imol. de elect.* & fuit sæpissimè decisum.

Nec etiam obstat, quòd posteà D. Archiepiscopus
indixerit concursum huius beneficij tanquam de li-
bero, & quòd Barilarius fuerit vnus ex approbatis per
examinatores, licet aliis duobus votis inferior: Vnde
dicebant Informantes pro D. Archiep. inde præsumi,
quòd Barilarius mutata priori causa possidendi, posse-
derit sit de nouo vti prouisus, & gratificatus ab Ordi-
nario; nam dicebant Domini, quòd dum non apparet,
quòd post tentum concursum, alium titulum obtinue-
rit, potiùs præsumi debet, quòd semper permanserit
prior, causa, & deputatio expressa per modum proui-
sionis, quia † vbi habemus causam expressam, cessat ta- 56
cita, & præsumpta, *l. cùm ex filio*, vbi *glos. ff. de vulg. Cra-
uet. cons. 32. n. 2.* Et vbi † gratia expressam causam habet, 57
non debet ad aliam trahi, *Rot. dec. 66. n. 7. p. 2. recent.* qui-
nimò ex testibus datis per D. Archiep. excluditur peni-
tùs præsumptio tituli perpetui, dum deponunt, Barila-
rium semper fuisse tentum, & habitum pro Curato a-
mouibili; & ex quo fuit votis inferior non debet præ-
sumi, quòd fuerit electus; & præsertim, quia Moniales
appellauerant à futuro concursu, & grauamine, quæ
ideò non fuerunt appellationem prosequutæ, quia D.
Archiep. grauare cessauit, non procedendo ad deputa-
tionem vigore concursus, sed permittendo, quòd idem
Barilarius, vti priùs, per modum prouisionis continua-
ret exercitium dictę Curæ; Et in omnem casum † no- 58
uus titulus, & noua possidendi causa superueniens ex
facto D. Archiep. Monialibus ignorantibus, eis nõ no-
ceret ad effectum, de quo agitur, *iuxtà dictum cons. Cal-
der. in fin. de Iurepatr.* sed potiùs habendum esset, ac si
Moniales Ordinario conferenti tacitè accessissent pro
conseruatione sui iuris, *Dec. cons. 126. circa fin.* & dixit
Rot. in d. Pap. iurisp. 9. Apr. 1601. coram Card. Pamphil.

Non obstat præterea acquiescentia, seu taciturnitas
Monialium toto dicto tẽpore, quia non potuit plus eis
præiudicare, quã actus ipse; qui si tãquã factus per mo-
dũ prouisionis, eis nõ præiudicabat, ergo nec acquies-
centia: † Nec Ordinarius præscribit libertatẽ aduersus 59
iuspatrona

iuſpatronatus, per ſimplicem non vſum præſentandi patronorum, ſed requiritur factum Ordinarij directè contrarium ſeruituti iuriſpatronatus; hoc eſt, libera collatio, *ad l. hac autem*, & ibi *Doctor ff. de ſeruit. vrban. præd* & in puncto, *Rot. deciſ.* 109. *num.* 8. *part.* 2. *diuerſ.* prout etiam nec Monialibus obeſſe potuit, quòd dùm inſtarent pro admiſſione dictæ appellationis, Vicarius D. Archiepiſcopi eam nedùm reiecerit, ſed dixerit, eis
60 nullum ius competere, nec in poſſeſſorio, nec in petitorio; fuit enim † ſimplex interlocutio ſine citatione, & cauſæ cognitione, & notoriè iniuſta, quæ ideò non tranſit in rem iudicatam, nec in parte fuit opus ab ea appellare, *iuxta notat. in cap. inter cæteros*, vbi *Felin. & alij de re Iudic. Caſ. de Graſſ. deciſ.* 2. *num.* 8. *de ſolut.*

Poſtremò, ac tandem non obſtat, quòd Moniales coram Epiſcopo Sauonenſi, petierint reintegrari, quaſi ideò confeſſæ fuerint eas nō poſſidere, ſed D. Archie-
61 piſcopum: † Petitio enim reintegrationis fuit æquiuoca, vnde debet referri ad ſolam poſſeſſionem naturalem, & turbationem de facto, *Rot. in deciſ.* 560. *nu.* 3. *parte prima recent.* non autem ad poſſeſſionem ciuilem, quæ ſemper remanſit apud Moniales, *Rot. deciſ.* 561. *num.* 5. *parte prima recent. & Add. ad Greg. XV. deciſ.* 555. Quæ diſtinctio, quicquid contenderint informantes pro D. Archiepiſcopo, etiam locum habet in
62 iuribus incorporalibus; † in quibus datur etiam duplex poſſeſſio, ciuilis, & naturalis, *Bart. in leg. prima, num.* 12. *verſ. & in contrarium, ff. de acquiſ. poſſ.* & in puncto *Guido Pap. deciſ.* 629. *num.* 4. *& Rot. deciſ.* 649. *num.* 10. *par.* 2. *recent.*

Et ita vtraque, &c.

Spoletana liberationis à fideiuſſ.

Merc. 21. *Aprilis* 1627.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor cenſus poteſt agere contra principalem debitorem, vt eum liberet à fideiuſſione quoad fructus; licèt ſecus ſit quoad ſortem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor cenſus, qui diu ſtetit in obligatione commiſſa, & efficaci, poteſt petere eximitionem quoad obligationem ſoluendi fructus, & nu.* 12. *licèt ſecus ſit reſpectu ſortis, num.* 13. *&* 16.

Intellige tantùm reſpectu fructuum futurorum, num. 7. *& numer.* 12.

Amplia etiam antequam ſoluat, num. 15.

Non tamen, vt conſeruetur indemnis, num. 9.

2 *Fideiuſſor, qui ſtetit in obligatione vltra decennium, dicitur diu in ea ſtetiſſe.*

3 *Obligatus in forma cameræ dicitur efficaciter obligatus.*

4 *Obligatus in forma cameræ habetur pro condemnato, & num.* 11.

6 *Fideiuſſor, qui paſſus eſt moleſtias, poteſt petere eximitionem.*

Amplia etiam, quòd diu non ſteterit in obligatione, num. 8.

10 *Fideiuſſor habet mandatum non ſolùm ad fideiubendum, ſed etiam ad ſoluendum.*

14 *Fideiuſſor pro euictione non poteſt petere eximitionem, re nondum euicta.*

15 *Fideiuſſor tutoris, vel adminiſtratoris, non poteſt petere liberationem ante finitam tutelam, vel adminiſtrationem.*

17 *Obligatio, quæ continet diem certam, habetur pro pura.*

18 *Statutum Vrbis* cap. 94. & cap. 157. lib. 1. *habet locum etiam in contractu cenſus.*

19 *Intellige quoad fructus, ſecus reſpectu ſortis.*

20 *Mandatum probatur confeſſione conſtituentis.*

DECISIO LXXV.

MAXIMILIANVS, & Monaldus de Monaldis, prætendebant ſe eſſe liberandos à fideiuſſione annui cenſus ſcutorum 140. venditi de anno 1613. D. Leoni Strotio, per Benedictum, & fratres de Vrbanis, & *die* 30. *Martij* 1626. fuit coram me reſolutum: Non eſſe liberationi locum quoad ſortem principalem: quoad fructus verò fuit reſeruatum particulariter videri: vnde propoſitio hodiè dubio reſeruato, † Domini dixerunt Liberationi, ſeu releuationi, locum eſſe quoad 1
fructus tam decurſos, quàm decurrendos, quia adeſt requiſitum, quod in deciſione deſuper facta deſideratur, nempè, quòd fideiuſſor diu ſteterit in obligatione commiſſa, & efficaci: Nam in primis cùm venditio cenſus fuerit de anno 1613. † & ſic vltra decennium, 2
fideiuſſores diu ſteterunt in fideiuſſione, *gloſ. in l. Lucius Titius, ff. mandat. Menoch. de arbitr. iudic. caſ.* 41. *num.* 2. *Afflic. deciſ.* 241. *num.* 4. & ibi *Additio Vrſilli.*

Deindè † obligatio quoad fructus indiſtinctè dicitur 3
efficax, ſiue commiſſa; quia cùm fideiuſſor ſit obligatus in forma Cameræ, & per inſtrumentum habens executionem paratā † habetur pro condemnato, aduenien- 4
te ſemeſtre, *Caſtr. conſ.* 318. *col.* 2. *poſt princip. verſ. & hoc ideò, lib.* 1. *Rot. in Parmen. dati* 4. *Iunij* 1612. *coram Reuerendiſſimo* D. meo Decano, quæ eſt deciſio prima apud *Zacch. de oblig. Camer. num.* 16. † vnde poteſt fideiuſſor 5
petere ſe eximi, aut releuari à fideiuſſione, antequam ſoluat, *cap. fin.* & ibi, *gloſ. verb. ſi diu de fideiuſſ. Bart. in l. fideiuſſor pro venditore, ff. de fideiuſſ. Bald. in l. ſancimus, §. & cum antiquitas, num.* 3. *verſ. quæro vtrum ſtatim, C. de vſur. rei Iud. Alex. conſ.* 72. *num.* 6. *lib.* 2. *Afflict. deciſ.* 241. *num.* 5. dùm ibi dicit requiri, quòd fideiuſſor ſit condemnatus, *& Vrſill. ibid. num.* 4. quòd ſit obligatus per inſtrumentum, habens executionem paratam, *Maur. de fideiuſſ par.* 2. *ſection.* 5. *cap.* 3. *num.* 10 *& Surd. deciſ.* 92. *num.* 5. qui loquitur de fideiuſſore obligato in forma Cameræ, & ſentit, *Rot. in Bononien. Cenſus coram bon. mem. Corduba in ord.* 195. *apud. Cene. de cenſib. num.* 8. *verſic. nec etiam placuit, & deciſ.* 201. *num.* 5. *apud eundem.*

Quod multò magis in præſenti dicendum eſt, quia Domini de Monaldis non ſolùm diu ſteterunt in obligatione quoad futuros fructus, ſed etiam quoad præteritos paſſi fuerunt plures moleſtias, ex quibus arguitur ad moleſtias futuras; † vnde eo magis poteſt fideiuſ- 6
ſor petere, vt etiam in futurum conſeruetur indemnis à debitore principali, *Maur. vbi ſupra n.* 7. *Rot. deciſ.* 199. *n.* 3. *&* 4. & præſertim *nu.* 5. *verſ. ſtantibus moleſtiis*, poſt *Cene. de cenſib.* & fuit dictum in deciſ. in hac cauſa facta, *verſ. non obſtant Rot. deciſiones.*

Quibus accedit, quòd requiſitum, de quo ſupra, ſcilicet † quòd fideiuſſor diu ſteterit in obligatione 7
efficaci, & commiſſa, neceſſariò debet intelligi quoad releuationem reſpectu fructuum futurorum, quia quoad præteritos ſufficit, quòd poſt cenſus impoſitionem tranſierit vnum ſemeſtre, & fideiuſſor illud ſoluerit, aut fuerit condemnatus, † quia ſtatim agere poterit, etiamſi 8
diu non ſteterit in obligatione; abſurdum enim eſſet, quòd hoc in caſu teneretur expectare, vt diu ſtaret in

45 ita vt † ei,qui probat olim possedisse,vtl probant Mo-
niales, detur hodie manutentio dum ex aduerso pos-
sessio non probatur amissa, *Bald. in l.1.num.12.C.vti
possid. Dec.cons.126.circa fin. Rip.in c.cùm Ecclesia Su-
trina vers.ex istis de caus.poss. & propr.Rot.decis.81.p.1.
diuers.Greg.XV.decis.555.num.*10.& in puncto, *Rot.in
dicta Fauen.beneficij supra alleg. coram R P.D. meo Pi-
rouano,& in Papien.iurispatr.9. April.*1601 *b.m. Card.*
46 *Pamph.* † & ratio est, quia possessio solo animo reti-
47 uetur, *l.licet,C.de acquir. possess.* † Mutatio antem vo-
luntatis non præsumitur, *l.eum, qui de probat.* Vnde,
48 † qui in præteritum possedit præsumitur semper in
futurum possedisse, animúmque continuandi posses-
sessionem habuisse, *l. 3. §. si seruus, ff. de acquir.possess.
Bart.in l.sine possidetur,C. de probat.* etiam quando iam
diu possedit, *Menoch.præsumpt.64.num.4.lib.6.* adeò,
vt olim possidens semper pro se habeat præsumptio-
nem, itaut onus probandi possessionis amissionem,
incumbat aduersario, *l.circa, ff. de probat. l. liberis,§.
vlt.ff. de liberal. caus.* Vnde stat difficultas, An amis-
sio probetur per D. Archiepiscopum : Et visum fuit :
eam nullo modo probari,maximè stante iuris assisten-
tia pro Monialibus.

Non obstat,quòd defuncto Facciotto de dicto an-
no 1609. D. Archiepiscopus deputauerit eundem Ba-
rilarium, qui vt dictum est, Facciotto viuente fuerat
deputatus eius V. Curatus, ex qua deputatione præ-
tendit D. Archiepiscopus, ipsum acquisiuisse quasi
possessionem conferendi, prout etiam idem præten-
dit ex alia deputatione cuiusdam Albettonij de anno
1622. quia fuit benè satisfactum, quòd hæc vltima
49 de Albertonio † dedit causam liti,quæ propterea non
est attendenda, *Rot. coram Greg. XV. decis.*417.*num.*4.
50 *& in recent.decis.*30.*num.* 1. *part.* 2. † Deputatio verò
Barilarij in qua sit præcipuum fundamentum,fuit per
modum prouisionis, quæ idcircò non mutat statum
præcedentem, *ex Rebuffo, vbi supra,* & ratio est, quia
Ordinarius sua ordinària auctoritate, potest deputare
Vicarium,seu Oeconomum in beneficio vacante, in-
terim, & quousque de Rectore prouideatur, aut co-
gnoscitur de iuribus eligentium, *dicto cap. cum vos,
cap. peruenit il. 2.* & ibi *glos. verb, assignes extr. de ap-
pell,Concil. Trid. sess.* 24. *cap.*18. *vers. alioquin. Lancell.
de Attent.cap.*12.*limit.* 18. *num.* 2. Vnde cùm huius-
modi deputatio non fiat ad firmandum statum,sed ad
interim tantùm, nec minimum quidem præiudicij ex
ea infertur illis, qui anteà possidebant, sed interim
51 eorum ius illæsum conseruatur : aliter enim † pos-
sent Episcopi canonum auctoritate spoliare patronos
sua quasi possessione, quod esset iniquum, *Hostien. in
dicto cap.cum vos,vers.instituere,& ibi Anchar.notab.*1.

Non obstat etiam, quòd Barilarius sic deputatus
continuauerit in dicta Cura vsque ad mortem, quæ
fuit de anno 1622. quia non propterea aliqua quasi
possessio fuit D. Archiepiscopo acquisita, sed semper
remansit Monialium; ex quo etiam semper Barilarius
vsque ad mortem visus fuit d. Curam exercere per
modum prouisionis; nihil enim est, cur non potuerit
sic exercere;ergo sic exercuisse credendũ est, dum non
constat de alio eius titulo,quam de isto:quinimò stan-
te quasi possessione Monialium,de qua opponebatur,
52 † non potuit,D.Archiepiscop.interim prouidere, nisi
per modum prouisionis,non autem de Rectore perpe-
tuo, *glos.in d.cap.cùm vos,vers.causa,*& ibi *Ioan.Andr.
num.4.vers.alia de causa, & Card. num.* 1. *quæst.* 4. vbi
quòd esset iniustum, & indignum, vt vna pars in præ-
iudicium alterius in re subiecta aliquid perpetuò fa-
ceret, vel innouaret.

Minùs obstat noua prætensio, & subtilitas Aduo-
catorum, scilicet, quòd ex deputatione Barilarij per
modum prouisionis D. Archiepiscopus sit manute-
nendus in quasi possessione prouidendi per modum
prouisionis,quia, Aut hoc prætenditur ad conseruan-
dum ius D. Archiepiscopi sic prouidendi à iure sibi
datum; Et hoc non est sub lite; Aut ad effectum im-
pugnandi Monialium quasi possessionem; itaut ideò
desierint possidere, Et dicebant Domini, quòd hoc
non merebatur allegari, quia sic omnes quasi posses-
siones patronorum quantumuis iustificatæ euanesce-
rent : Aut tandem id prætenditur ad effectum, quòd
cùm dicta Ecclesia sit manualis, idem sit dicere per
modum prouisionis, quantùm est dicere ad nutum
amouibilem, iuxtà testes D.Archiep.super hoc vsu lo-
quendi nouissimè examinatos; itaut deputatio Bari-
larij non solùm fuerit prouisionalis sed etiam proui-
siua, & consequenter, quòd D. Archiepiscopus sit
manutenendus in qua possessione deputandi Vica-
rium ad nutum amouibilem, quòd si subsisteret, ex-
cluderetur penitùs manutentio Monialium ad earum
nutum, quæ quidem prætensio iure non probatur,
imò est contra ius expressum,quia iuxtà præscriptam
formam à Concilio Trid.& ex constitutione Pij V. † 53
Ordinarij debent prouidere de Parochialibus in per-
petuum, & per concursum, non autem amouibiliter;
aliter enim resideret Cura huius Ecclesiæ penes Ar-
chiepiscopum, † qui est incapax pluriũ Ecclesiarum, 54
*Seraf.dec.*1304.*n.*2.*Rot.in Pampil.Decimar.*13.*Decembr.*
1592.*coram Comitulo:*Vnde † propter decretum irritãs, 55
& clausulam *sublata* appositam in Concilio,& in di-
cta Constitutione, non potest dari possessio releuans,
quæ sit manutenibilis,quia claudunt os parti,& tollũt
facultatem iudici aliter iudicandi, *Bart. in l. fin. C.de
Can.frum.Vrb.Rom.li.*11.*Card.in c.quia diligenter,*vbi e-
tiam, *Imol.de elect.*& fuit sæpissimè decisum.

Nec etiam obstat, quòd posteà D.Archiepiscopus
indixerit concursum huius beneficij tanquam de li-
bero,& quòd Barilarius fuerit vnus ex approbatis per
examinatores, licet aliis duobus votis inferior : Vnde
dicebant Informantes pro D. Archiep. inde præsumi,
quòd Barilarius mutata priori causa possidendi,posse-
derit sit de nouo vti prouisus, & gratificatus ab Ordi-
nario;nam dicebant Domini, quòd dum non apparet,
quòd post tenium concursum,alium titulum obtinue-
rit, potiùs præsumi debet, quòd semper permanserit
prior,causa, & deputatio expressa per modum proui-
sionis,quia † vbi habemus causam expressam,cessat ta- 56
cita,& præsumpta,*l.cùm ex filio,*vbi *glos.ff.de vulg.Cra-
uet.cons.*32.*n.*2.Et vbi † gratia expressam causam habet, 57
non debet ad aliam trahi,*Rot.dec.66.n.7.p.2.recent.*qui-
nimò ex testibus datis per D.Archiep.excluditur peni-
tùs præsumptio tituli perpetui,dum deponunt,Barila-
rium semper fuisse tentum,& habitum pro Curato a-
mouibili;& ex quo fuit votis inferior non debet præ-
sumi,quòd fuerit electus;& præsertim,quia Moniales
appellauerant à futuro concursu, & grauamine, quæ
ideò non fuerunt appellationem prosequutæ, quia D.
Archiep.grauare cessauit,non procedendo ad deputa-
tionem vigore concursus,sed permittendo,quòd idem
Barilarius,vti priùs,per modum prouisionis continua-
ret exercitium dictę Curæ; Et in omnem casum † no- 58
uus titulus, & noua possidendi causa superueniens ex
facto D.Archiep.Monialibus ignorantibus, eis nõ no-
ceret ad effectum,de quo agitur,*iuxtà dictum cons.Cal-
der.in fin.de Iurepatr.*sed potiùs habendum esset, ac si
Moniales Ordinario conferenti tacitè accessissent pro
conseruatione sui iuris, *Dec.cons.126.circa fin.* & dixit
Rot.in d.Pap.iurisp.9.Apr.1601.coram Card.Pamphil.

Non obstat prætereà acquiescentia, seu taciturnitas
Monialium toto dicto tẽpore,quia non potuit plus eis
præiudicare,quã actus ipse;qui si tãquã factus per mo-
dũ prouisionis,eis nõ præiudicabat,ergo nec acquies-
centia:† Nec Ordinarius præscribit libertatẽ aduersus 59
iuspatrona

iuspatronatus, per simplicem non vsum præsentandi
patronotum, sed requiritur factum Ordinarij directè
contrarium seruituti iurispatronatus; hoc est, libera
collatio, *ad l. hac autem*, & ibi *Doctor ff. de seruit. vrban. pred* & in puncto, *Rot. decis.* 109. *num.* 8. *part.* 2. *diuers.*
prout etiam nec Monialibus obesse potuit, quòd dùm
instarent pro admissione dictæ appellationis, Vicarius
D. Archiepiscopi eam nedùm reiecerit, sed dixerit, eis
60 nullum ius competere, nec in possessorio, nec in petitorio; fuit enim † simplex interlocutio sine citatione, & causæ cognitione, & notoriè iniusta, quæ ideò non transit in rem iudicatam, nec in parte fuit
opus ab ea appellare, *iuxta notat. in cap. inter cæteros*,
vbi *Felin. & alij de re Iudic. Cæs. de Grass. decis.* 2. *num.* 8.
de solut.

Postremò, ac tandem non obstat, quòd Moniales
coram Episcopo Sauonensi, petierint reintegrari, quasi
ideò confessæ fuerint eas nō possidere, sed D. Archie-
61 piscopum: † Petitio enim reintegrationis fuit æquiuoca, vnde debet referri ad solam possessionem naturalem, & turbationem de facto, *Rot. in decis.* 560. *nu.*
3. *parte prima recent.* non autem ad possessionem ciuilem, quæ semper remansit apud Moniales, *Rot. decis.*
561. *num.* 5 *parte prima recent. & Add ad Greg. XV. decis.*
555. Quæ distinctio, quicquid contenderint informantes pro D. Archiepiscopo, etiam locum habet in
62 iuribus incorporalibus, † in quibus datur etiam duplex possessio, ciuilis, & naturalis, *Bart. in leg. prima*,
num. 12. *vers. & in contrarium, ff. de acquis. poss.* & in
puncto *Guido Pap. decis.* 629. *num.* 4. *& Rot. decis.* 649.
num. 10. *par.* 2. *recent.*

Et ita vtraque, &c.

Spoletana liberationis à fideiuss.

Merc. 21. *Aprilis* 1627.

ARGVMENTVM.

Fideiussor census potest agere contra principalem debitorem, vt eum liberet à fideiussione quoad fructus; licèt secus sit quoad sortem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor census, qui diu stetit in obligatione commissa, & efficaci, potest petere eximitionem quoad obligationem soluendi fructus, & nu.* 12. *licèt secus sit respectu sortis, num.* 13. *&* 16.
Intellige tantum respectu fructuum futurorum, num. 7. *& numer.* 12.
Amplia etiam antequam soluat, num. 15.
Non tamen, vt conseruetur indemnis, num 9.
2 *Fideiussor, qui stetit in obligatione vltra decennium, dicitur diu in ea stetisse.*
3 *Obligatus in forma cameræ dicitur efficaciter obligatus.*
4 *Obligatus in forma cameræ habetur pro condemnato, & num.* 11.
6 *Fideiussor, qui passus est molestias, potest petere eximitionem.*
Amplia etiam, quòd diu non steterit in obligatione. num. 8.
10 *Fideiussor habet mandatum non solùm ad fideiubendum, sed etiam ad soluendum.*
14 *Fideiussor pro euictione non potest petere eximitionem, re nondum euicta.*
15 *Fideiussor tutoris, vel administratoris, non potest petere liberationem ante finitam tutelam, vel administrationem.*
17 *Obligatio, quæ continet diem certam, habetur pro pura.*
18 *Statutum Vrbis* cap. 94. & cap. 197. lib. 1. *habet locum etiam in contractu census.*
19 *Intellige quoad fructus, secus respectu sortis.*
20 *Mandatum probatur confessione constituentis.*

DECISIO LXXV.

Maximilianvs, & Monaldus de Monaldis, prætendebant se esse liberandos a
fideiussione annui census scutorum 140
venditi de anno 1613. D. Leoni Strotio,
per Benedictum, & fratres de Vrbanis, &
die 30. *Martij* 1626. fuit coram me resolutum: Non
esse liberationi locum quoad sortem principalem: quoad fructus verò fuit reseruatum particulariter videri:
vnde propositio hodiè dubio reseruato, † Domini dixe- 1
runt Liberationi, seu releuationi, locum esse quoad
fructus tam decursos, quàm decurrendos, quia adest
requisitum, quod in decisione desuper facta desideratur, nempè, quòd fideiussor diu steterit in obligatione
commissa, & efficaci: Nam in primis cùm venditio
census fuerit de anno 1613. † & sic vltra decennium, 2
fideiussores diu steterunt in fideiussione, *glos. in l. Lucius Titius, ff. mandat. Menoch. de arbitr. iudic. cas.* 41.
num. 2. *Afflic. decis.* 241. *num* 4. & ibi *Additio Vrsilli.*

Deinde † obligatio quoad fructus indistinctè dicitur 3
efficax, siue commissa; quia cùm fideiussor sit obligatus in forma Cameræ, & per instrumentum habens executionem paratā † habetur pro condemnato, aduenien- 4
te semestre, *Castr. cons.* 318. *col.* 2. *post princip. vers. & hoc
ideò, lib.* 1. *Rot. in Parmen. datij* 4. *Iunij* 1612. *coram Reuerendissimo* D. meo Decano, quæ est decisio prima apud
Zacch. de oblig. Camer. num. 16. † vnde potest fideiussor 5
petere se eximi, aut releuari à fideiussione, antequam
soluat, *cap. fin.* & ibi, *glos. verb. si diu de fideiuss. Bart. in
l. fideiussor pro venditore, ff. de fideiuss. Bald. in l. sancimus, §. & cum antiquitas, num.* 3. *vers. quæro vtrum statim, C. de vsur. rei Iud. Alex. cons.* 72. *num* 6. *lib* 2. *Afflict.
decis.* 241. *num.* 3. dùm ibi dicit requiri, quòd fideiussor
sit condemnatus, *& Vrsill. ibid. num.* 4. quòd sit obligatus per instrumentum, habens executionem paratam,
Maur. de fideiuss par. 2. *section.* 5. *cap.* 3. *num.* 10 *& Surd.
decis.* 92. *num.* 5. qui loquitur de fideiussore obligato in
forma Cameræ, & sentit, *Rot. in Bononien. Census coram
bon. mem. Corduba in ord.* 195. *apud. Cenc. de censib. num.*
8. *versic. nec etiam placuit, & decis.* 201. *num.* 5. *apud
eundem.*

Quod multò magis in præsenti dicendum est, quia
Domini de Monaldis non solum diu steterunt in obligatione quoad futuros fructus, sed etiam quoad præteritos passi fuerunt plures molestias, ex quibus arguitur ad molestias futuras, † vnde eo magis potest fideius- 6
sor petere, vt etiam in futurum conseruetur indemnis
à debitore principali, *Maur. vbi supra n.* 7. *Rot. decis.* 199.
n. 3. *&* 4. & præsertim *nu.* 5. *vers. stantibus molestijs*, post
Cenc. de censib. & fuit dictum in decis. in hac causa facta, *vers. non obstant Rot. decisiones.*

Quibus accedit, quòd requisitum, de quo supra,
scilicet † quòd fideiussor diu steterit in obligatione 7
efficaci, & commissa, necessariò debet intelligi, quoad
releuationem respectu fructuum futurorum, quia quoad
præteritos sufficit, quòd post census impositionem transierit vnum semestre, & fideiussor illud soluerit, aut fuerit condemnatus, † quia statim agere poterit, etiamsi 8
diu non steterit in obligatione; absurdum enim esset,
quòd hoc in casu teneretur expectare, vt diu staret in

45 ita vt † ei,qui probat olim possedisse,vti probant Moniales, detur hodie manutentio dum ex aduerso possessio non probatur amissa, *Bald. in l. 1.num. 12.C.vti possid. Dec.cons. 126.circa fin. Rip. in c.cum Ecclesia Sutrina vers.ex vlt.de caus.poss. & propr.Rot.decis.81.p.1. diuers.Greg.XV.decis.555.num.*10.& in puncto, *Rot.in dicta Fauen.beneficij supra alleg. coram R.P.D. meo Pirouano.& in Papien.iurispatr.9. April.*1601 *b.m. Card.*
46 *Pamph.* † & ratio est, quia possessio solo animo reti-
47 netur, *l licet,C.de acquir. possess.* † Mutatio autem voluntatis non præsumitur, *l.eum, qui de probat.* Vnde,
48 † qui in præteritum possedit præsumitur semper in futurum possedisse, animumque continuandi possessionem hahuisse, *l. 3. §. si seruus, ff. de acquir.possess. Bart.in l siue possidetis,C. de probat.* etiam quando iam diu possedit, *Menoch.præsumpt.64.num.4.lib.6.* adeò, vt olim possidens semper pro se habeat præsumptionem, itaut onus probandi possessionis amissionem, incumbat aduersario, *l.circa, ff. de probat. l. liberis,§. vlt. ff. de liberal. caus.* Vnde stat difficultas, An amissio probetur per D. Archiepiscopum: Et visum fuit: eam nullo modo probari,maximè stante iuris assistentia pro Monialibus.

Non obstat,quòd defuncto Facciotto de dicto anno 1609. D. Archiepiscopus deputauerit eundem Barilarium, qui vt dictum est, Facciotto viuente fuerat deputatus eius V. Curatus, ex qua deputatione prætendit D. Archiepiscopus, ipsum acquisiuisse quasi possessionem conferendi, prout etiam idem prætendit ex alia deputatione cuiusdam Albertonij de anno 1612. quia fuit benè satisfactum , quòd hæc vltima
49 de Albertonio † dedit causam liti,quæ propterea non est attendenda, *Rot. coram Greg. XV. decis.*417.*num.*4.
50 *& in recent.decis.*30.*num. 1. part. 3.* † Deputatio verò Barilarij in qua fit præcipuum fundamentum,fuit per modum prouisionis, quæ idcircò non mutat statum præcedentem, *ex Rebuffo, vbi supra*, & ratio est, quia Ordinarius sua ordinaria auctoritate, potest deputare Vicarium,seu Oeconomum in beneficio vacante, interim , & quousque de Rectore prouideatur , aut cognoscitur de iuribus eligentium , *dicto cap. cum vos, cap. peruenit il. 2.* & ibi *glos. verb. assignes extr. de appell.Concil. Trid.sess.*24. *cap.*18. *vers. alioquin. Lancell. de Attent.cap.*12.*limit.* 18. *num.* 2. Vnde cùm huiusmodi deputatio non fiat ad firmandum statum,sed ad interim tantùm, nec minimum quidem præiudicij ex ea infertur illis , qui antea possidebant , sed interim
51 eorum ius illæsum conseruatur : aliter enim † possent Episcopi canonum auctoritate spoliare patronos sua quasi possessione, quod esset iniquum, *Hostien. in dicto cap.cum vos,vers.instituere,& ibi Anchar. notab.*1.

Non obstat etiam , quòd Barilarius sic deputatus continuauerit in dicta Cura vsque ad mortem , quæ fuit de anno 1622. quia non propterea aliqua quasi possessio fuit D. Archiepiscopo acquisita, sed semper remansit Monialium; ex quo etiam semper Barilarius vsque ad mortem visus fuit d. Curam exercere per modum prouisionis ; nihil enim est, cur non potuerit sic exercere;ergo sic exercuisse credendū est, dum non constat de alio eius titulo,quàm de isto:quinimò stante quasi possessione Monialium,de qua opponebatur,
52 † non potuit,D. Archiepiscop.interim prouidere,nisi per modum prouisionis,non autem de Rectore perpetuo, *glos.in d.cap.cum vos,vers.causa,*& ibi *Ioan.Andr. num,4.vers.alia de causa, & Card. num.* 2. *quæst.* 4. vbi quòd esset iniustum, & indignum,vt vna pars in præiudicium alterius in re subiecta aliquid perpetuò faceret, vel innouaret.

Minùs obstat noua prætensio, & subtilitas Aduocatorum, scilicet , quòd ex deputatione Barilarij per modum prouisionis D. Archiepiscopus sit manutenendus in quasi possessione prouidendi per modum prouisionis,quia, Aut hoc prætenditur ad conseruandum ius D. Archiepiscopi sic prouidendi à iure sibi datum; Et hoc non est sub lite; Aut ad effectum impugnandi Monialium quasi possessionem ; itaut ideò desierint possidere, Et dicebant Domini , quòd hoc non merebatur allegari , quia sic omnes quasi possessiones patronorum quantumnis iustificatæ euanescerent : Aut tandem id prætenditur ad effectum , quòd cùm dicta Ecclesia sit manualis, idem sit dicere per modum prouisionis, quantùm est dicere ad nutum amouibilem, iuxtà testes D.Archiep.super hoc vsu loquendi nouissimè examinatos ; itaut deputatio Barilarij non solùm fuerit prouisionalis sed etiam prouisioa, & consequenter, quòd D. Archiepiscopus sit manutenendus in qua possessione deputandi Vicarium ad nutum amouibilem , quòd si subsisteret , excluderetur penitùs manutentio Monialium ad earum nutum , quæ quidem prætensio iure non probatur, imò est contra ius expressum,quia iuxtà præscriptam formam à Concilio Trid.& ex constitutione Pij V. † 53
Ordinarij debent prouidere de Parochialibus in perpetuum, & per concursum, non autem amouibiliter; aliter enim resideret Cura huius Ecclesiæ penes Archiepiscopum , † qui est incapax pluriū Ecclesiarum, 54
*Seraf.dec.*1304.*n.*1.*Rot.in Pampil.Decima*13.*Decembr.* 1592.*coram Comitulo*:Vnde † propter decretum irritās, 55
& clausulam *sublata* appositam in Concilio,& in dicta Constitutione, non potest dari possessio tolerans, quæ sit manutenibilis,quia claudunt os patri,& tollūt facultatem iudici aliter iudicandi, *Bart. in l. fin. C.de Can.frum.Vrb. Rom.li.*11.*Card.in c.quia diligenter,*vbi etiam, *Imol.de elect.*& fuit sæpissimè decisum.

Nec etiam obstat, quòd postcà D.Archiepiscopus indixerit concursum huius beneficij tanquam de libero,& quòd Barilarius fuerit vnus ex approbatis per examinatores, licet aliis duobus votis inferior: Vnde dicebant Informantes pro D. Archiep. inde præsumi, quòd Barilarius mutata priori causa possidendi,possederit sit de nouo vti prouisus, & gratificatus ab Ordinario,non dicebant Domini, quod dum non apparet, quòd post tentum concursum,alium titulum obtinuerit , potiùs præsumi debet , quòd semper permanserit prior,causa, & deputatio expressa per modum prouisionis,quia † vbi habemus causam expressam,cessat tacita,& præsumpta,*l.cum ex filio,*vbi *glos.ff.de vulg.Cranet.cons.*32.*n.*1.Et vbi † gratia expressam causam haber, 57
non debet ad aliam trahi,*Rot.dec.*66.*n.*7.*p.*2.*recent.*quinimò ex testibus datis per D. Archiep.excluditur penitùs præsumptio tituli perpetui,dum deponunt,Barilarium semper fuisse tentum,& habitum pro Curato amouibili,& ex quo fuit votis inferior non debet præsumi,quòd fuerit electus;& præsertim,quia Monialea appellauerant à futuro concursu, & grauamine, quæ ideò non fuerunt appellationem prosequutæ, quia D. Archiep. grauare cessauit,non procedendo ad deputationem vigore concursus,sed permittendo,quòd idem Barilarius,vti priùs,per modum prouisionis continuaret exercitium dictæ Curæ ; Et in omnem casum † no- 58
uus titulus, & noua possidendi causa superueniens ex facto D.Archiep.Monialibus ignorantibus, eis nō noceret ad effectum,de quo agitur,*iuxtà dictum cons.Calder.in fin.de Iurepatr.*sed potiùs habendum esset, ac si Monialea Ordinario consentiri tacitè accessissent pro conseruatione sui iuris, *Dec.cons.*126.*circa fin.* & dixit *Rot.in d.Pap.iurisp.*9.*Apr.*1601.*coram Card.Pamphil.*

Non obstat præterea acquiescentia , seu taciturnitas Monialium toto dicto tēpore,quia non potuit plus eis præiudicare,quā actus ipse;qui si tāquā factus per modū prouisionis,eis nō præiudicabat,ergo nec acquiescentia:† Nec Ordinarius præscribit libertatē aduersus 59
iuspatrona

iu spatronatus, per simplicem non vsum præsentandi
patronorum, sed requiritur factum Ordinarij directè
contrarium seruituti iurispatronatus; hoc est, libera
collatio, *ad l. hac autem*, & ibi *Doctor ff. de seruit. vrban. præd* & in puncto, *Rot. decis. 109. num. 8. part. 2. diuers.*
prout etiam nec Monialibus obesse potuit, quòd dùm
instarent pro admissione dictæ appellationis, Vicarius
D. Archiepiscopi eam nedùm reiecerit, sed dixerit, eis
60 nullum ius competere, nec in possessorio, nec in peti-
torio; fuit enim † simplex interlocutio sine citatio-
ne, & causæ cognitione, & notoriè iniusta, quæ i-
deò non transit in rem iudicatam, nec in parte fuit
opus ab ea appellare, *iuxta notat. in cap. inter cæteros,*
vbi *Felin. & aly de re Iudic. Cas. de Grass. decis. 2. num. 8. de solut.*

Postremò, ac tandem non obstat, quòd Moniales
coram Episcopo Sauonensi, petierint reintegrari, quasi
ideò confessæ fuerint eas nõ possidere, sed D. Archie-
61 piscopum: † Petitio enim reintegrationis fuit æqui-
uoca, vnde debet referri ad solam possessionem natu-
ralem, & turbationem de facto, *Rot. in decis. 560. nu. 3. parte prima recent.* non autem ad possessionem ciui-
lem, quæ semper remansit apud Moniales, *Rot. decis. 561. num. 5. parte prima recent. & Add. ad Greg. XV. decis. 555.* Quæ distinctio, quicquid contenderint infor-
mantes pro D. Archiepiscopo, etiam locum habet in
62 iuribus incorporalibus † in quibus datur etiam du-
plex possessio, ciuilis, & naturalis, *Bart. in leg. prima, num. 12. vers. & in contrarium, ff. de acquis. poss.* & in
puncto *Guido Pap. decis. 629. num. 4. & Rot. decis. 649. num. 10. par. 2. recent.*

Et ita vtraque, &c.

Spoletana liberationis à fideiuss.

Mert. 21. Aprilis 1627.

ARGVMENTVM.

Fideiussor census potest agere contra princi-
palem debitorem, vt eum liberet à fideius-
sione quoad fructus; licèt secus sit quoad
sortem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor census, qui diu stetit in obligatione commissa, & efficaci, potest petere eximitionem quoad obligationem soluendi fructus, & nu. 12. licèt secus sit respectu sortis, num. 13. & 16.*

Intellige tantum respectu fructuum futurorum, num. 7. & numer. 12.

Amplia etiam antequam soluat, num. 15.

Non tamen, vt conseruetur indemnis, num 9.

2 *Fideiussor, qui stetit in obligatione vltra decennium, dicitur diu in ea stetisse.*

3 *Obligatus in forma cameræ dicitur efficaciter obligatus.*

4 *Obligatus in forma cameræ habetur pro condemnato, & num. 11.*

6 *Fideiussor, qui passus est molestias, potest petere eximitionem.*

Amplia etiam, quòd diu non steterit in obligatione, num. 8.

10 *Fideiussor habet mandatum non solùm ad fideiubendum, sed etiam ad soluendum.*

14 *Fideiussor pro euictione non potest petere eximitionem, re nondum euicta.*

15 *Fideiussor tutoris, vel administratoris, non potest petere liberationem ante finitam tutelam, vel administrationem.*

17 *Obligatio, quæ continet diem certam, habetur pro pura.*

18 *Statutum Vrbis* cap. 94. & cap. 157. lib. 1. *habet locum etiam in contractu census.*

19 *Intellige quoad fructus, secus respectu sortis.*

20 *Mandatum probatur confessione constituentis.*

DECISIO LXXV.

MAXIMILIANVS, & Monaldus de Mo-
naldis, prætendebant se esse liberandos à
fideiussione annui census scutorum 140.
venditi de anno 1613. D. Leoni Strotio,
per Benedictum, & fratres de Vrbanis, &
die 30. Marty 1626. fuit coram me resolutum: Non
esse liberationi locum quoad sortem principalem: quo-
ad fructus verò fuit reseruatum particulariter videri:
vnde propositio hodiè dubio reseruato, † Domini dixe- 1
runt Liberationi, seu releuationi, locum esse quoad
fructus tam decursos, quàm decurrendos, quia adest
requisitum, quod in decisione desuper facta deside-
ratur, nempè, quòd fideiussor diu steterit in obligatione
commissa, & efficaci: Nam in primis cùm venditio
census fuerit de anno 1613. † & sic vltra decennium, 2
fideiussores diu steterunt in fideiussione, *glos. in l. Lucius Titius. ff. mandat. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 41. num. 2. Affiic. decis. 241 num. 4.* & ibi *Additio Vrsilli.*

Deindè † obligatio quoad fructus indistinctè dicitur 3
efficax, siue commissa; quia cùm fideiussor sit obliga-
tus in forma Cameræ, & per instrumentum habens exe-
cutionem paratã † habetur pro condemnato, aduenien- 4
te semestre, *Castr. cons. 318. col. 2. post princip. vers. & hoc ideò, lib. . . Rot. in Parmen. daty 4. Iuny 1612. coram Reuerendissimo* D. meo Decano, quæ est decisio prima apud
Zacch. de oblig. Camer. num. 16. † vnde potest fideiussor 5
petere se eximi, aut releuari à fideiussione, antequam
soluat, *cap. fin.* & ibi, *glos. verb. si diu de fideiuss. Bart. in l. fideiussor pro venditore, ff. de fideiuss. Bald. in l. sancimus, §. & cum antiquitas, num. 3. vers. quero vtrum statim, C. de vsur. rei Iud. Alex. cons. 72. num. 6 lib. 2. Affict. decis. 241. num. 3.* dùm ibi dicit requiri, quòd fideiussor
sit condemnatus, *& Vrsill ibid. num. 4.* quòd sit obliga-
tus per instrumentum, habens executionem paratam,
Maur. de fideiuss par. 2. section. 5. cap. 3. num. 10 & Surd. decis. 92. num. 5. qui loquitur de fideiussore obligato in
forma Cameræ, & sentit, *Rot. in Bononien. Census coram bon. mem. Corduba in ord. 195. apud. Cenc. de censib. num. 8. versic. nec etiam placuit, & decis. 201. num. 5. apud eundem.*

Quod multò magis in præsenti dicendum est, quia
Domini de Monaldis non solùm diu steterunt in obli-
gatione quoad futuros fructus, sed etiam quoad præ-
teritos passi fuerunt plures molestias, ex quibus argui-
tur ad molestias futuras; † vnde eo magis potest fideius- 6
sor petere, vt etiam in futurum conseruetur indemnis
à debitore principali, *Maur. vbi supra n. 7. Rot. decis. 199. n. 3. & 4.* & præsertim *nu. 5. vers. stantibus molestiis*, post
Cenc. de censib. & fuit dictum in decis. in hac causa fa-
cta, *vers. non obstant Rot. decisiones.*

Quibus accedit, quòd requisitum, de quo supra,
scilicet † quòd fideiussor diu steterit in obligatione 7
efficaci, & commissa, necessariò debet intelligi, quoad
releuationem respectu fructuum futurorum, quia quoad
præteritos sufficit, quòd post census impositionem tran-
sierit vnum semestre, & fideiussor illud soluerit, aut fue-
rit condemnatus, † quia statim agere poterit, etiamsi 8
diu non steterit in obligatione; absurdum enim esset,
quòd hoc in casu teneretur expectare, vt diu staret in

45 ita vt † ei, qui probat olim possedisse, vti probant Mo-
niales, detur hodie manutentio dum ex aduerso pos-
sessio non probatur amissa, *Bald. in l. 1. num. 12. C. vti*
possid. Dec. cons. 126. circa fin. Rip. in c. cùm Ecclesia Su-
trina vers. ex istis de caus. poss. & propr. Rot. decis. 81. p. 1.
diuers. Greg. XV. decis. 555. num. 10. & in puncto, *Rot. in*
dicta Fauen. beneficij supra alleg. coram R. P. D. meo Pi-
rouano, & in Papien. iurispatr. 9. April. 1601 b. m. Card.
46 *Pamph.* † & ratio est, quia possessio solo animo reti-
47 netur, *l. licet, C. de acquir. possess.* † Mutatio autem vo-
luntatis non præsumitur, *l. eum, qui de probat.* Vnde,
48 † qui in præteritum possedit præsumitur semper in
futurum possedisse, animúmque continuandi posses-
sessionem habuisse, *l. 3. §. si seruus, ff. de acquir. possess.*
Bart. in l. siue possidetis, C. de probat. etiam quando iam
diu possedit, *Menoch. præsumpt. 64. num. 4. lib. 6.* adeò,
vt olim possidens semper pro se habeat præsumptio-
nem, itaut onus probandi possessionis amissionem,
incumbat aduersario, *l. circa, ff. de probat. l. liberis, §.*
vlt. ff. de liberal. caus. Vnde stat difficultas, An amis-
sio probetur per D. Archiepiscopum: Et visum fuit:
eam nullo modo probari, maximè stante iuris assisten-
tia pro Monialibus.

Non obstat, quòd defuncto Facciotto de dicto an-
no 1609. D. Archiepiscopus deputauerit eundem Ba-
rilatium, qui vt dictum est, Facciotto viuente fuerat
deputatus eius V. Curatus, ex qua deputatione præ-
tendit D. Archiepiscopus, ipsum acquisiuisse quasi
possessionem conferendi, prout etiam idem præten-
dit ex alia deputatione cuiusdam Albertonij de anno
1622. quia fuit benè satisfactum, quòd hæc vltima
49 de Albertonio † dedit causam liti, quæ propterea non
est attendenda, *Rot. coram Greg. XV. decis. 417. num. 4.*
50 *& in recent. decis. 30. num. 1. part. 3.* † Deputatio verò
Barilatij in qua fit præcipuum fundamentum, fuit per
modum prouisionis, quæ idcircò non mutat statum
præcedentem, *ex Rebuffo, vbi supra,* & ratio est, quia
Ordinarius sua ordinaria auctoritate, potest deputare
Vicarium, seu Oeconomum in beneficio vacante, in-
terim, & quousque de Rectore prouideatur, aut co-
gnoscitur de iuribus eligentium, *dicto cap. cum vos,*
cap. peruenit il. 2. & ibi *glos. verb. assignes extr. de ap-*
pell. Concil. Trid. sess. 24. cap. 18. vers. alioquin. Lancell.
de Attent. cap. 12. limit. 18. num. 2. Vnde cùm huius-
modi deputatio non fiat ad firmandum statum, sed ad
interim tantùm, nec minimum quidem præiudicij ex
ea infertur illis, qui antea possidebant, sed interim
51 eorum ius illæsum conseruatur: aliter enim † pos-
sent Episcopi canonum auctoritate spoliare patronos
sua quasi possessione, quod esset iniquum, *Hostien. in*
dicto cap. cum vos, vers. instituere, & ibi Anchar. notab. 1.

Non obstat etiam, quòd Barilarius sic deputatus
continuauerit in dicta Cura vsque ad mortem, quæ
fuit de anno 1622. quia non propterea aliqua quasi
possessio fuit D. Archiepiscopo acquisita, sed semper
remansit Monialium; ex quo etiam semper Barilarius
vsque ad mortem visus fuit d. Curam exercere per
modum prouisionis; nihil enim est, cur non potuerit
sic exercere; ergo sic exercuisse credendū est, dum non
constat de alio eius titulo, quam de isto: quinimò stan-
te quasi possessione Monialium, de qua opponebatur,
52 † non potuit, D. Archiepiscop. interim prouidere, nisi
per modum prouisionis, non autem de Rectore perpe-
tuo, *glos. in d. cap. cùm vos, vers. causa,* & ibi *Ioan. Andr.*
num. 4. vers. alia de causa, & Card. num. 2. quæst. 4. vbi
quòd esset iniustum, & indignum, vt vna pars in præ-
iudicium alterius in re subiecta aliquid perpetuò fa-
ceret, vel innouaret.

Minùs obstat noua prætensio, & subtilitas Aduo-
catorum, scilicet, quòd ex deputatione Barilarij per
modum prouisionis D. Archiepiscopus sit manute-
nendus in quasi possessione prouidendi per modum
prouisionis, quia, Aut hoc prætenditur ad conseruan-
dum ius D. Archiepiscopi sic prouidendi à iure sibi
datum; Et hoc non est sub lite; Aut ad effectum im-
pugnandi Monialium quasi possessionem; itaut ideò
desierint possidere, Et dicebant Domini, quòd hoc
non merebatur allegari, quia sic omnes quasi posses-
siones patronorum quantumuis iustificatæ euanesce-
rent: Aut tandem id prætenditur ad effectum, quòd
cùm dicta Ecclesia sit manualis, idem sit dicere per
modum prouisionis, quantùm est dicere ad nutum
amouibilem, iuxtà testes D. Archiep. super hoc vsu lo-
quendi nouissimè examinatos; itaut deputatio Bari-
larij non solùm fuerit prouisionalis sed etiam proui-
siua, & consequenter, quòd D. Archiepiscopus sit
manutenendus in qua possessione deputandi Vica-
rium ad nutum amouibilem, quòd si subsisteret, ex-
cluderetur penitùs manutentio Monialium ad earum
nutum, quæ quidem prætensio iure non probatur,
imò est contra ius expressum, quia iuxtà præscriptam
formam à Concilio Trid. & ex constitutione Pij V. † 53
Ordinarij debent prouidere de Parochialibus in per-
petuum, & per concursum, non autem amouibiliter;
aliter enim resideret Cura huius Ecclesiæ penes Ar-
chiepiscopum, † qui est incapax pluriū Ecclesiarum, 54
Seraf. dec. 1304. n. 2. Rot. in Pampil. Decimar. 13. Decembr.
1592. coram Comitulo: Vnde † propter decretum irritās, 55
& clausulam *sublata* appositam in Concilio, & in di-
cta Constitutione, non potest dari possessio releuans,
quæ sit manutenibilis, quia claudunt os parti, & tollūt
facultatem iudici aliter iudicandi, *Bart. in l. fin. C. de*
Can. frum. Vrb. Rom. li. 11. Card. in c. quia diligenter, vbi e-
tiam, *Imol. de elect.* & fuit sæpissimè decisum.

Nec etiam obstat, quòd postea D. Archiepiscopus
indixerit concursum huius beneficij tanquam de li-
bero, & quòd Barilarius fuerit vnus ex approbatis per
examinatores, licet aliis duobus votis inferior: Vnde
dicebant Informantes pro D. Archiep. inde præsumi,
quòd Barilarius mutata priori causa possidendi, posse-
derit sit de nouo vti prouisus, & gratificatus ab Ordi-
nario; nam dicebant Domini, quòd dum non apparet,
quòd post tentum concursum, alium titulum obtinue-
rit, potiùs præsumi debet, quòd semper permanserit
prior causa, & deputatio expressa per modum proui-
sionis, quia † vbi habemus causam expressam, cessat ta- 56
cita, & præsumpta, *l. cùm ex filio,* vbi *glos. ff. de vulg. Cra-*
uet. cons. 32. n. 2. Et vbi † gratia expressam causam habet, 57
non debet ad aliam trahi, *Rot. dec. 66. n. 7. p. 2. recent.* qui-
nimò ex testibus datis per D. Archiep. excluditur peni-
tùs præsumptio tituli perpetui, dum deponunt, Barila-
rium semper fuisse tentum, & habitum pro Curato a-
mouibili; & ex quo fuit votis inferior non debet præ-
sumi, quòd fuerit electus; & præsertim, quia Moniales
appellauerant à futuro concursu, & grauamine, quæ
ideò non fuerunt appellationem prosequutæ, quia D.
Archiep. grauare cessauit, non procedendo ad deputa-
tionem vigore concursus, sed permittendo, quòd idem
Barilarius, vti priùs, per modum prouisionis continua-
ret exercitium dictæ Curæ; Et in omnem casum † no- 58
uus titulus, & noua possidendi causa superueniens ex
facto D. Archiep. Monialibus ignorantibus, eis nō no-
ceret ad effectum, de quo agitur, *iuxtà dictum cons. Cal-*
der. in fin. de Iurepatr. sed potiùs habendum esset, ac si
Moniales Ordinario conferenti tacitè accessissent pro
conseruatione sui iuris, *Dec. cons. 126. circa fin.* & dixit
Rot. in d. Pap. iurisp. 9. Apr. 1601. coram Card. Pamphil.

Non obstat præterea acquiescentia, seu taciturnitas
Monialium toto dicto tēpore, quia non potuit plus eis
præiudicare, quā actus ipse; qui si tāquā factus per mo-
dū prouisionis, eis nō præiudicabat, ergo nec acquies-
centia: † Nec Ordinarius præscribit libertatē aduersus 59
iuspatrona

iuspatronatus, per simplicem non vsum præsentandi patronorum, sed requiritur factum Ordinarij directè contrarium seruituti iurispatronatus; hoc est, libera collatio, *ad l. hæc autem*, & ibi *Doctor ff. de seruit. vrban. præd* & in puncto, *Rot. decis.* 109. *num.* 8. *part.* 2. *diuers.* prout etiam nec Monialibus obesse potuit, quòd dùm instarent pro admissione dictæ appellationis, Vicarius D. Archiepiscopi eam nedùm reiecerit, sed dixerit, eis

60 nullum ius competere, nec in possessorio, nec in petitorio; fuit enim † simplex interlocutio sine citatione, & causæ cognitione, & notoriè iniusta, quæ ideò non transit in rem iudicatam, nec in parte fuit opus ab ea appellare, *iuxta notat. in cap. inter cæteros,* vbi *Felin. & alij de re Iudic. Cas. de Grass. decis.* 2. *num.* 8. *de solut.*

Postremò, ac tandem non obstat, quòd Moniales coram Episcopo Sauonensi, petierint reintegrari, quasi ideò confessæ fuerint eas nō possidere, sed D. Archie-

61 piscopum: † Petitio enim reintegrationis fuit æquiuoca, vnde debet referri ad solam possessionem naturalem, & turbationem de facto, *Rot. in decis.* 560. *nu.* 3. *parte prima recent.* non autem ad possessionem ciuilem, quæ semper remansit apud Moniales, *Rot. decis.* 561. *num.* 5 *parte prima recent. & Add. ad Greg. XV. decis.* 555. Quæ distinctio, quicquid contenderint informantes pro D. Archiepiscopo, etiam locum habet in

62 iuribus incorporalibus, † in quibus datur etiam duplex possessio, ciuilis, & naturalis, *Bart. in leg. prima, num.* 12. *vers. & in contrarium, ff. de acquis. poss.* & in puncto *Guido Pap. decis.* 629. *num.* 4. *& Rot. decis.* 649. *num.* 10. *par.* 2. *recent.*

Et ita vtraque, &c.

Spoletana liberationis à fideiuss.

Merc. 21. *Aprilis* 1627.

ARGVMENTVM.

Fideiussor census potest agere contra principalem debitorem, vt eum liberet à fideiussione quoad fructus; licèt secus sit quoad sortem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor census, qui diu stetit in obligatione commissa, & efficaci, potest petere eximitionem quoad obligationem soluendi fructus, & nu.* 12. *licèt secus sit respectu sortis, num.* 13. *&* 16.

Intellige tantùm respectu fructuum futurorum, num. 7. *& numer.* 12.

Amplia etiam antequam soluat, num. 15.

Non tamen, vt conseruetur indemnis, num 9.

2 *Fideiussor, qui stetit in obligatione vltra decennium, dicitur diu in ea stetisse.*

3 *Obligatus in forma cameræ dicitur efficaciter obligatus.*

4 *Obligatus in forma cameræ habetur pro condemnato,*

5 *& num.* 11.

6 *Fideiussor, qui passus est molestias, potest petere eximitionem.*

Amplia etiam, quòd diu non steterit in obligatione, num. 8.

10 *Fideiussor habet mandatum non solum ad fideiubendum, sed etiam ad soluendum.*

14 *Fideiussor pro euictione non potest petere eximitionem, re nondum euicta.*

15 *Fideiussor tutoris, vel administratoris, non potest petere liberationem ante finitam tutelam, vel administrationem.*

17 *Obligatio, quæ continet diem certam, habetur pro pura.*

18 *Statutum Vrbis* cap. 94. & cap. 197. lib. 1. *habet locum etiam in contractu census.*

19 *Intellige quoad fructus, secus respectu sortis.*

20 *Mandatum probatur confessione constituentis.*

DECISIO LXXV.

MAXIMILIANVS, & Monaldus de Monaldis, prætendebant se esse liberandos a fideiussione annui census scutorum 140. venditi de anno 1613. D. Leoni Strorio, per Benedictum, & fratres de Vrbanis, & *die* 30. *Martij* 1626. fuit coram me resolutum: Non esse liberationi locum quoad sortem principalem: quoad fructus verò fuit reseruatum particulariter videri: vnde propositio hodiè dubio reseruato, † Domini dixerunt Liberationi, seu releuationi, locum esse quoad 1
fructus tam decursos, quàm decurrendos, quia adest requisitum, quod in decisione desuper facta desideratur, nempè, quòd fideiussor diu steterit in obligatione commissa, & efficaci: Nam in primis cùm venditio census fuerit de anno 1613. † & sic vltra decennium, 2
fideiussores diu steterunt in fideiussione, *glos. in l. Lucius Titius. ff. mandat. Menoch. de arbitr. iudic. cas.* 41. *num.* 2. *Afflic. decis.* 241. *num.* 4. & ibi *Addictio Vrsilli.*

Deindè † obligatio quoad fructus indistinctè dicitur 3
efficax, siue commissa; quia cùm fideiussor sit obligatus in forma Cameræ, & per instrumentum habens executionem paratā † habetur pro condemnato, adueniente semestre, *Castr. cons.* 318. *col.* 2. *post princip. vers. & hoc ideò, lib.* 1. *Rot. in Parmen. datij* 4. *Iunij* 1612. *coram Reuerendissimo* D. meo Decano, quæ est decisio prima apud *Zacch. de oblig. Camer. num.* 16. † vnde potest fideiussor 5
petere se eximi, aut releuari à fideiussione, antequam soluat, *cap. fin.* & ibi, *glos. verb. si diu de fideiuss. Bart. in l. fideiussor pro venditore, ff. de fideiuss. Bald. in l. sancimus, §. & cum antiquitas, num.* 3. *vers. quæro vtrum statim, C. de vsur. rei Iud. Alex. cons.* 72. *num.* 6 *lib.* 2. *Afflict. decis.* 241. *num.* 3. dùm ibi dicit requiri, quòd fideiussor sit condemnatus, *& Vrsill. ibid. num.* 4. quòd sit obligatus per instrumentum, habens executionem paratam, *Maur. de fideiuss par.* 2. *section.* 5. *cap.* 3. *num.* 10 *& Surd. decis.* 94. *num.* 5. qui loquitur de fideiussore obligato in forma Cameræ, & sentit, *Rot. in Bononien. Census coram bon. mem. Corduba in ord.* 195 *apud. Cenc. de censib. num.* 8. *versic. nec etiam placuit, & decis.* 201. *num.* 5. *apud eundem.*

Quod multò magis in præsenti dicendum est, quia Domini de Monaldis non solùm diu steterunt in obligatione quoad futuros fructus, sed etiam quoad præteritos passi fuerunt plures molestias, ex quibus arguitur ad molestias futuras; † vnde eo magis potest fideius- 6
sor petere, vt etiam in futurum conseruetur indemnis à debitore principali, *Maur. vbi supra n.* 7. *Rot. decis.* 199. *n.* 3. *&* 4. & præsertim *nu.* 5. *vers. stantibus molestiis*, post *Cenc. de censib.* & fuit dictum in decis. in hac causa facta, *vers. non obstant Rot. decisiones.*

Quibus accedit, quòd requisitum, de quo supra, scilicet † quòd fideiussor diu steterit in obligatione 7
efficaci, & commissa, necessariò debet intelligi, quoad releuationem respectu fructuum futurorum, quia quoad præteritos sufficit, quòd post census impositionem transierit vnum semestre, & fideiussor illud soluerit, aut fuerit condemnatus, † quia statim agere poterit, etiamsi 8
diu non steterit in obligatione; absurdum enim esset, quòd hoc in casu teneretur expectare, vt diu staret in

obligatione, & sic post decem annos: quomodo autem debeat fieri dicta releuatio tradit *Cene. de Censib. par. 2. cap. 2. quaest. 3. art. 4. num. 3. cum seqq.*

Non obstat decisio Rotæ *20. n. 11. apud Zac. ad Gall. & idem Gallesi. de oblig. Camer. q. 32. n. 5* dum videtur innuere solam obligationem fideiussoris in forma cameræ, & executionem paratam contra illum non sufficere ad petendam liberationem, quia dicta decisio absolutè loquitur de releuatione, & sic cùm possit intelligi quoad sortem, ad præsentem casum non facit: *Galles.* autem non loquitur de releuatione, seu liberatione à fideiussione quoad fructus futuros, eo quia fideiussor diu steterit in obligatione, in qua nos versamur, sed simpliciter de releuatione à molestiis, & damnis passis occasione fideiussionis, quæ sunt longè diuersa: quando-
9 quidem † non potest fideiussor petere, se releuari à molestiis, seu damnis, antequam damnum patiatur, cùm
10 nihil sit, de quo releuetur, aut liberetur, cùm tamen † fideiussori non solùm censeatur factum mandatum de fideiubendo, sed etiam de soluendo *l. fideiussor pro euictione ff. de fideiussor.* vnde nisi soluerit, non intrat releuatio, quando autem agit fideiussor vt releuetur, seu liberetur a fideiussione, cum obligatione camerali contra-
11 cta, semper adest fideiussio, imò † & condemnatio præcedens, virtute guarentigiæ, & obligationis cameralis, ex qua semper, & in perpetuum adueniente termino,
12 potest fideiussor ab emptore census conueniri; vndè, † vt intret liberatio quoad fructus futuros, solùm desideratur, quòd fideiussor diu steterit in obligatione efficaci, *iuxta glos. in d. cap. fin.* Quæ distinctio est de mente *Baldi in l. si pro ea num. 3. vers. modò pro euidentia, & n. 4. vers. fallit in certis casibus C. mandat.*

Non obstat *decisio 101. apud Zacch.* quia † loquitur
13 de liberatione à sorte principali, respectu cuius non potest fideiussor petere, vt liberetur, licèt diu steterit in
14 obligatione, † sicut nec fideiussor, qui pro euictione intercessit, re nondum euicta, *Bart. Bald. Imol. Alex. & alij in l. facere poss. ff. solut. matrim.* † nec etiam fideius-
15 sor pro tutore, vel administratore ante finitam tutelam, vel administrationem, *Anton. Gomez. lib. 2. var.*
16 *cap. 13. num.* 10. Ratio differentiæ est, quia † liberatio, seu releuatio quoad fructus fundatur in obligatione camerali, quæ continet virtualem condemnationem, ratione cuius passim, nempe adueniente quolibet semestre, potest fideiussor molestari, & contra eum fieri executio pro fructibus: vnde æquum est, vt fideiussor, postquam diu steterit in obligatione, & maximè, si vt hic, molestias iam passus est, possit præuenire agendo ad liberationem, vt sit sibi cautum, ne sæpè damnum, aut molestias in futurum patiatur; quæ æquitatis ratio cesset quoad sortem, quia cùm census sit perpetuus, fideiussor, sicut nec principalis nunquam compelli potest ad luitionem, & sic ad sortem soluendam, nec etiam fideiussor pro euictione, quia euictio non continet diem certam sicut solutio fru-
17 ctuum, † quæ propterea pro pura haberi debet, *l. in diem debitor, ff. de cond. indeb. & l. 1. §. cum dies certus, ff. de condit. & demonstrat.* & casus euictionis non est positus in voluntate emptoris, sed pendet à futuro euentu: fideiussor autem pro tutore, seu administratore, non potest passim conueniri, sed demùm finita tutela, seu administratione; nec dicta fideiussio continet diē certam, cùm pupillus, seu administrator mori possint ante præfinitum tempus, nec etiam continet quantitatem certam ante redditas rationes.

Demùm dicebant Domini, intrare quoad dictos
18 fructus statutum Vrbis, *cap. 94. & 197. lib primo.* † quo disponitur, fideiussorē posse agere, vt liberetur, etiamsi diu non steterit in obligatione, quod locum habet etiam in contractu census, vt pluriès tenuit *Rot. in decis.* relatis *per Cen. part. 2. cap. 2. quaest. 3. art. 4. num. 7. & seqq.* † quod statutum, licet simpliciter loquatur, 19
non potest intelligi quoad ad sortem principalem iuxtà tradita, *in dicta decis.* in hac causa facta coram me, *vers. non obstat statutum*, sed solùm de fructibus, de quibus nunc agitur.

Non obstat, quòd contractus non fuerit in Vrbe celebratus, ex quo non constat de mandato procuratoris, & sic quòd debeat attendi locus ratificationis, quæ facta fuit in terra Ispelli, quæ est extra districtum Vrbis, vt firmatur in eadem decisione coram me, quia † Domini animaduerterunt, quòd prin- 20
cipalis debitor in ratificatione confitetur, censum fuisse in Vrbe impositum per eius procuratorem, vnde contra ipsum de mandato ambigi non potest, *ad text. in l. cum te, C. de transact. cap. per tuas de probat. & Rot. decis. 143. num. 3. apud Greg. XV.*

Et ita, &c.

Ariminen. Legitimæ de Scarponibus.

Lun. 5. Maij, 1617.

ARGVMENTVM.

Fructus percepti prout non imputantur in legitimam filiorum, & aliorum descendentium, ita nec etiam imputari debent in legitimam matris, aliorúmque ascendentium, cum legitima tàm de iure ciuili, quàm naturali, nō minùs parentibus, quàm liberis debeatur.

SVMMARIVM.

1 *In legitimam debitam matri in bonis filij, imputantur fructus ex eius hæreditate percepti, iuxtà opinionem magis communem, contrarium resoluitur, num. 48. quòd multis rationibus comprobatur, num. 49. & contrariis respondetur, numer. 65. & seqq.*
2 *In legitimam imputabantur de iure antiquo Digestorum fructus percepti quibuscúmque descendentibus, & ascendentibus, numer. 57.*
3 *Et an sicut dictum ius antiquum fuit correctum per ius nouum quoad descendentes, ita etiam censeatur correctum quoad ascendentes, & numer. 57. vbi tenetur affirmatiua, & rationes cur fructus in neutram legitimam imputentur, vide numer. 62. & seqq.*
4 *Priuilegium concessum descendentibus, non extenditur ad ascendentes.*
5 *In Trebellianicam imputabantur fructus percepti de iure antiquo, quod fuit correctum in liberis primi gradus; qui non tenentur eos imputare, tenentur tamen ascendentes, num. 6. & an idem sit in legitima num. 7.*
8 *Institutio hæredis durante eius vita tantùm; importat solùm vsumfructum.*
9 *In Legitimam imputatur vsusfructus, & num. 67.*
10 *Fructus non imputantur in debito iure naturæ cuicùmque debeatur.*
11 *Legitima debetur parentibus de Iure naturæ strictò.*
12 *Rot. in conflictu opinionum cum sequi solet quæ æquior est, & humanior.*
13 *Parentes respectu legitimæ sunt pares cum descendentibus.*
14 *Iudicandum non est ex multitudine Auctorum, sed secundum quod iustiùs, & æquiùs videtur.*

15 *Legi*

15 *Legitima debetur parentibus tantùm de Iure Ciuili, liberis verò etiam de iure naturali. Contrarium, quòd legitima debeatur parentibus etiam de iure naturali, est verius, numer. 17. imò fortiori vinculo naturali, quàm filiis, num. 33. & contrariis, respondetur, num. 45. & seqq.*

16 *Filij non debent thesaurizare parentibus sed parentes filiis.*

18 *Legitima tripliciter consideratur remissiuè.*

19 *Legitima tàm ascendentium, quàm descendentium assumpsit nomen, & quotam à solo iure Ciuili, & num. 24.*

20 *Decime quoad quotam sunt de iure positiuo.*

21 *Filio debebatur antiquitùs totum patrimonium, postea de iure Codicis fuit quarta, quæ de iure Authenticorum fuit aucta, & restricta iuxta numerum liberorum.*

22 *Legitima Ascendentium aucta fuit prout descendentium, & num. 52.*

23 *Ius naturale est immutabile.*

24 *Legitima tàm Ascendentium quàm descendentium per legem, aut consuetudinem minui, aut tolli potest, dummodò supersint alimenta; & in hoc pares sunt liberi, & parentes, & num. 38.*

25 *Legitima accipitur regulariter in iure, vt debita pro necessariis alimentis.*

26 *Filij tenentur alere parentes eodem iure naturali, quo tenentur parentes alere filios.*

27 *Præcepta moralia spectant ad dictamen legis naturalis.*

28 *Decalogi sub quarto præcepto, non solùm continetur honorare parentes, sed etiam necessaria alimenta eis ministrare.*

29 *Ius naturale commune est omnibus animalibus.*

30 *Educatio parentum non conuenit aliis animalibus; benè autem educatio filiorum.*

31 *Pater an alendus sit à filio iure naturali, vel ratione naturali, & hac differentia acutè dilucidatur.*

32 *Dominia rerum sunt condonata hominibus lege diuina.*

33 *Et de iure naturali primæuo non erant in eos distincta, sed communia.*

34 *Alere quis tenetur priùs patrem, quàm filium, si vtérque sit in pari necessitate constitutus.*

35 *Naturalis ratio fortior est erga parentes, quàm erga filios, cùm filij à parentibus esse habeant, non autem è contra, num. 41.*

36 *Parentibus potest sufficienter retribui.*

37 *Legitima debetur parentibus, & filiis diuitibus de iure Ciuili in honorem sanguinis, seu illius retributionem, numer. 39. & 42. Non autem debentur alimenta.*

40 *Pater, & filius vna, & eadem persona carne, & natura reputantur.*

41 *Filij debent plus honoris, & reuerentiæ parentibus, quàm è contra.*

43 *Ius naturale qua ratione efficiatur.*

44 *Ius Ciuile emanat ex Ciuili ratione, qua sicut & ius Ciuile variatur.*

45 *Successio filiorum in bonis parentum est de iure naturali quoad legitimam.*

46 *Parentibus non minùs debetur hereditas filiorum, quàm è conuerso.*

47 L. scripto §. fin. ff. vnde liber. *declaratur.*

49 Auth. de trient. & semiss. §. considetaremus vers. nam si hoc, collat. 3. *dispositio refertur.*

50 *Differentiam facere, vbi illam natura non facit, vitium maximum reputatur.*

51 *Filiis, & parentibus, quibus minus legitima relinquitur, datur actio ad supplementum, non autem de inofficioso, num. 54*

53 *In legitima Ascendentiũ non potest apponi grauamẽ, sed tollitur ipso iure, sicut in legitima descendentium.*

55 *Legitima supplementum debitum ascendentibus, transmittitur ad hæredes etiam extraneos, quamuis illud velle non declarauerint, sicut transmittitur supplementum debitum descendentibus.*

56 *Legitima sicut debetur descendentibus cum fructibus à die mortis, ita & ascendentibus.*

58 *Æquiparatio duorum, vbi inducitur à iure antiquo, & postmodum ius nouum disponit aliquid circa vnum, illud intelligitur disponere & in alio.*

59 *Correlatiuorum natura est, vt vno posito, seu remoto, aliud etiam ponatur, seu remoueatur.*

60 *Præsertim quando militat eadem ratio.*

61 *Legitima ascendentium debetur purè ex substantia defuncti, & num. 63.*

64 *Compensatio non admittitur in debito exacto.*

66 *Quoad legitimam, patres, & filij sunt expressè exæquati, non autem quoad Trebellianicam.*

68 *Proprietas censetur relicta, non vsusfructus, dum nihil exprimitur.*

69 *Fideicommissum post mortem hæredis relictum, an sit conditionale.*

DECISIO LXXVI.



Abriel Gabriëlius Iuniperam eius matrem vita sua durante tantùm hæredem instituit, cui post mortem substituit Dominos de Suardis: cùm autem Iunipera hæreditate adita, & multis fructibus ex ea perceptis, obierit, istitutis hæredibus Dominis de Scarponibus: fuit orta lis inter ipsos, & Dominos de Suardis substitutos, mihi de Patrium consensu commissa, An in casu sequuto sit locus detractioni legitimæ, debitæ Iuniperæ vti matri in bonis prædicti testatoris, vel ea sit imputanda in dictis fructibus per eam perceptis.

Dicebant Domini de Suardis † pro imputatione 1
state magis communem, & receptam opinionem, Quia illam sequuti sunt, *Bald. in cap. si pater, in fin. de testam in 6.* & ibi *Franch. num. 21. vers. sed ipsi Ascendentes, Alex. in l. filiusfamilias 18 sub num. 4. ff. ad l. falcid. & in l. in fideicommissariam, num 9. ff. ad Trebellianic. Petr. de Rauenn. singul. 332. in princip. Rip. in l. in quartam, numer. 127. vers. 2. intellige, ff. ad l. Falcid.* & ibi *Pic. numer. 285. vers. imò fortiùs, & Berengar. Ferdinand. in 1. cap. 2. præfat. num. 17. vers. differunt 7. Idem Rip. in d. l. in fideicommissariam, num. 43 Fabian. de Mont. in Auth. nouissima, num. 12. post. med. vers. sed quid è contra, Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus ampliat. 16. num. 5. Petr de fideicomm. quæst. 12. num. 8. Cucc. de legitim. in verbo ex substantia, num 44. Caualcan. de vsufruct. mulier. relict. num. 18. post med. Rustic. ad l. cùm Auus, lib. 7. cap. 9. num. 16. Crass. in §. Trebellianica, quæst. 12. in fin. Pappon. lib. 1. arrest. tit. 7. arrest. 2. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1189. Gratian. discept. forens. cap 449. num. 5. Francisc. de Barr de successio. lib. 16. tit. 7. num 4. Mantic. de coniect. vltim volunt. lib. 7. tit. 10. num. 21. Cancer. var. resolution. cap. 10. n. 127. lib. 3. Rimin. cons. 12. 44. nu. 74. & 103. Bero. cons. 55. sub num. 18. lib. 2. Roland. cons. 39 num 22. lib. 3. Cephal. cons. 5 3. num. 50. cum quatuor sequentibus, Surd. cons. 341. nu. 33.* & latiùs *cons. 388. per tot. & decis. 21. nu. 12. Guidop. decis 478.* quam etiam communẽ dicunt, *Ioan. de Gar. Eman. Cost. Pereg. Mar. Fus. Mod. For.* & alij licèt ipsi contrarium teneant in locis infra citandis; & communem etiam dixit, *Rot apud Seraph. decis. 136. n. 5.*

Fundatur potissimum dicta communis opinio *in l. Papinianus, §. Vnde si quis, ff. de inoffic. testament* † vbi de Iure antiquo Digestorum fructus huiusmodi 2

quibuscumque etiam descendentibus imputabantur
3 in legitimam; † vnde cùm post, per ius nouum Codicis, *in l.scimus,§.repletionem,de inoff.testam.* fuerit ios illud antiquum, quoad descendentes expressè correctum, & quoad ascendentes nihil repertum immutatum, consequens est, vt adhuc hodie dispositio, *dicti, §. Vnde si quis*, respectu Ascendentium remaneat
4 inconcussa *ad l. præcipimus, C. de appellat.* † Priuilegium enim concessum descendentibus, non extenditur, ad ascendentes, *Rust. vbi sup. num. 15.*
5 Præterea ipsum coadiuuatur, quia † iura antiqua, quæ absolutè, & simpliciter disponebant fructus in Trebellianicam imputari, *l. filius familias, 17. ff. ad l. falcid. & in dicta l. Papianus, §. conditioni*, sunt correcta in liberis primi gradus, qui per *l. iubemus, C. ad Trebell.* non tenentur eos imputare, & tamen dispositio, *dicta l. iubemus*, non & sic † correctio Iuris antiqui extenditur ad ascendentes, qui adhuc vt antiquius ad dictam imputationem tenentur, *Bart. in dicta l. filius, num. 3.* & ibi *Angel. circa med. vers. tamen parentes, Imol. num. 3. Alex. num. 4. Iasan l. qui se patris, num. 62. ad med. vers. item liberi, C. vnde liber. Pic. in d. l. in quartum num. 285.* & ibidem *Berengan. art. 3. cap. vers. 8. Menoch de arbitr. cas. 156. num. 40. Rimin. Iun. cons. 144.*
7 *num. 101.* † ergo idem dicendum est in legitima, quia nulla videtur congrua disparitatis ratio assignari posse, vt notat, *Surd. decis. 21. num 11. & seq.*

Demùm in casu isto speciali quadam ratione vi-
8 detur imputationi locum esse, quia cùm † Mater fuerit instituta in vita sua tantùm, hæc institutio videtur solùm importare vsumfructum bonorum; & hæreditaris filij; itaut Mater inititam fuerit constituta vsufructuaria, *Bellon. cons. 6. per totum, Capic. decis. 208. num. 7. Gabr. de hered. instit. conclus. 2. numer. 5. Menoch. præsump. 133. numer. 13. & præsumpt. sequen. num. 7.*
9 *lib. 4. Surd. de aliment. tit. 2. quæst. 8. num. 10.* † Vsusfructus autem iuxtà opinionem, quam Rota sequitur, imputatur in legitimam, *Rot. coram Seraf. decis. 1365. num. 6. & seq. & coram Gregor. XV. decis. 186. num. 2. & 3. vbi Add. & in Ciuit. Castelli supplementi legitimæ 11. Martij 1626. coram Reuerendiss. Patriarcha Hierosolimitano*, & ad hæc reducuntur alia, quæ pro eadem sententia Informantes adducebant.

Propter quas difficultates, & maximè, quia causa erat exemplaris, & nunquam per Rotam in specie decisa, cùm proponeretur die prima Februarij præteriti, dilata, & ordinatum, vt omnes Domini illam viderent; Vnde hodie iterum proposita, duo ex Dominis com communi tenebant, pro imputatione, sed nihilominus fuit resolutum contrarium. Et in primis visum fuit, quòd pondere Doctorum, præsertim Modernorum, hæc sententia non esset minùs approbata. Quia illam tenent, *Bald.* sibi contrarius *in dicta*
10 *§. vnde si quis*, † vbi quòd fructus non imputantur in debito iure naturæ cuicumque debeatur, qui tamen in
11 *lege finali, C. quorum bonorum*, † tenet legitimam deberi parentibus de iure naturæ strictò: fuit etiam de
12 mente, *Rot. in d. decis. 1365.* dum illam humaniorem: † Cùm Rota in conflictu opinionum eam sequi soleat, quæ æquior est, & humanior, idem in *decis. 668. par.*
13 *1. diuers.* † vbi quòd parentes respectu legitimæ sunt pares cum descendentibus: Quatenùs autem præponderet Rotæ auctoritas, nemini latet: & vlterius eandem sequuti sunt, *Soccin. iun. cons. 64. lib. 2. Corn. cons. 176. in primo dubio lib. 2. Rimin. iun. cons. 159. num. 31. de Garron. in Authent. ex testamento num. 32. C. de secundis, nupt. Mathesil. in lege filium, quem habentem, num. 73. vers. quintimò, C. famil. hercis. Heron. Laurent.* in fortioribus terminis, *in l. in fideicommissariam numer. 69. cum sequentibus, ff. ad l. Falcid. Peregr. de fideicomm. art. 49. numer. 49. Eman. Cost. in repet. cap. si pater*

in glos. priuare non possit num. 38. Mangil. de imputat. & detract. quæst. 11. num. 12. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 86. num. 10. vers. ratio est, Fusar. de fideicomm. substit. quæst. 660. Modern. Forolin. in tract. de legitim. lib. 2. tit. 2. q. 32. num. 15.

Sed quòd apud Dominos plus vrgebat, est ipsa ratio, Quia vt inquit, *text. in l. 1. § sed neque, C. de veter. iur. enucl.* † Non ex multitudine auctorum iudican- 14
dum est, sed secundùm quòd iustius, & æquius videtur, cùm possit vnus, &c. *l. penultima, C. quæ sit longa consuetud. cap. Cappellanus, extra de feriis, Abb. in cap. tua nos, num. 8. de vsur. Felin. in cap. 1. circa fin. de constit. & Rot. decis. 214. nu. 2. apud Reuerendissimum Dom. meum Dec.* quòd autem hæc sententia sit æquior, patet ad sensum, & sufficit Rotæ auctoritas, *in dicta decis. 1365. apud Seraphin.* Quòd verò sit iustior, totum pendet ab eo, An legitima parentum sit æquè debita, tam iure naturali, quàm ciuili, vt legitima liberorum; & sic An parentibus etiam debeatur ipso iure, sicuti liberis debetur per *dictam l. scimus in princ.* quia quatenùs sic militat in vtraque legitima quoad imputationem, prorsus eadem ratio, sin autem non, dispositio, *text. in d. §. repletionem*, non est extendenda ad parentes; vnde de hoc ante omnia videndum erit.

Et † quòd parentibus debeatur legitima tantùm 15
de iure ciuili, liberis verò etiam de iure naturali, tenet communis opinio cum *Bar. in l. si quis a liberis, §. vel si parens* qui loquitur in matre, *ff. de lib. agn. Bal.* sibi contrarius, *l. prima, §. ius naturale in fin. prima lect. ff. de Inst. & Iur. Alex. in dicta l. filius familias, ff. ad l. Falc. Rip. li. 1. resp. c. 5. Lud. Rom. cons. 370. insi. Dec. cons. 19.* cum aliis adductis à *Petr. de fideicom. quæst. 15. nu. 79. & de Menchac. lib. 1. de success. creat. §. 20 par. 2. num. 301. Gabr. libr. 1. comm. opin. tit. de legit. conclus. 1. num. 18. Ioan. Garz. de expens. & melior. cap. 4. num. 55. & Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 2. num. 28.* pro quibus facit, *tex. in l. nam, & si parentibus, ff. de inoff. testam l. scripto, vers. fin. ff. vnde liber, l. cum ratio in princ. ff. de bon. damnat.* & illud † Pauli 2. ad Corinthios *cap. 12.* quòd filij non 16
debent thesaurizare parentibus, sed parentes filiis; & habetur in *cap. cùm Apostolus, § prohibemus de censib. & in cap. Prædicator 16. quæst. 1.* & ibi *glos.* & communiter Doctores.

Sed † contraria opinio, scilicet quòd etiam paren- 17
tibus debeatur legitima de iure naturali, est æquior, & verior, quam sequitur, *Bald. in d. l. fin. C. quorum bonorum. Berc. in cap. Raynutius, num. 229. de testam. Couar. in epitom. ad 4. Decretal 2. par. cap. 8 § 6. num. 5. vers. nec mihi placet. Roder. Suar. vbi supra limit. 2. Didac. Perez. 2. par. Ordin. reg. lib. 5. tit. 2. l. in addit. vers. sed quòd sit debita, Ioan. Gutier. lib. 5. pract. quæst. Ciuil. quæst. 81. num. 9. cum sequentibus*, vbi plures cumulat, ac hoc latè prosequitur, & sentit *Rot. in d. decis. 668.* & benè probat, *text. in l. final. C. quorum bonorum.* ibi, *& lex ipsa naturæ successores eos facit*, & in *Auth. de hæred. & Falcid. §. primum itaque, collat. 2.* ibi *tanquam hoc secundùm ipsam naturam eis debeatur, quale est filius, & nepotibus, patribus, atque matribus*, vbi etiam *Bart. num. 8.* sibi contrarius, & *cap. si pater de testam. in 6.* absque *deductione Trebellianica, siue partis iure naturæ debitæ.*

Sed, vt magis veritas elucescat, est illa altiùs perquirenda: Vnde aduertendum est, quòd † legitima in 18
casu nostro, potest tripliciter considerari. Primò quoad nomen, & quoram: Secundò prout debita filiis & parentibus agentibus pro necessariis alimentis: & tandem, prout etiam debetur liberis, & parentibus diuitibus; & omni modo considerata, semper est tàm debita parentibus, quàm liberis, de quibus singulariter est videndum. Legitima primo modo sumpta, videlicet † quoad nomen, certum est, quòd illud à solo 19
iure ciuili assumpsit, *Salic. in Authent. nouissima, nu. 10. vers.*

vers.quarto § 1.C.de inoffic.testam.& idem dicendum est
de quarta, Roderic.Suar. in l. quoniam in prioribus limit.
2.num.3.Couar.ad 4.Decretal dicta 2.par.cap.8.num.4.
20 & 3.Rot.decis.prima de consuetud. in nou. sicut etiam †
Decimæ quoad quotam sunt de iure positiuo, Couar.
lib.1.variar.cap.17. quòd etiam inde clarè conspicitur,
21 quòd † antiquitùs debebatur filio totum patrimo-
nium, l.in suis ff.de liber,& posthum. posteà de iure Co-
dicis fuit quarta, l.cum quæritur, C.de inoff.testam. quæ
de iure Authenticorum fuit aucta, & restricta iuxtà
22 numerum liberorum; prout etiam † legitima ascen-
dentium, quæ iuxtà opinionem Butrigar. quam Rota
sequitur, etiam aucta fuit, ex text. qui benè hoc pro-
bat in §.1.in Authent.de trient.& semiss.vers. hoc obser-
uando,& ibi glos.in verb.personis, Bart.& Bald.in Auth.
nouissima in fin. C. de inoff.testam.idem Bart.in l. pater
filium, num.6.ff.eod.tit.Peregr.dicto art. 49.num.47.Uiu.
23 decis.405.nu.19.& Thesaur.decis.172. † Ius autem natu-
rale est immutabile, §.sed naturalia, Instit.de iure natur.
24 gent.& ciu.igitur † vtraque legitima quoad nomen,&
quotam est de iure Ciuili,& ideò vtraque etiam dum-
modò supersint alimenta, per legem, aut consuetudi-
nem minui, aut tolli potest, Rot.d.decis.1.de consuetud.
in nouis, Couar. & Ioan. Guttier. vbi supra; vnde in
hoc pares sunt liberi, & parentes quoad legitimam.

25 Si verò legitima sumatur secundo modo,† nempe,
vt debita pro necessariis alimentis, vt regulariter ac-
cipitur in iure, §.1.de trient.& semiss. ibi & natura pri-
mo curata competenter, Soccin. Sen. cons. 30.nu.4.lib.1.
Menoch.cons.192.num.12.& Rot.in d. decis. prima de
consuet. clarum est contra Bart.& Rip. & plures alios
supracitatos, quòd non est minùs debita parentibus
26 de iure naturæ, quàm liberis; quandoquidem † eo-
dem iure naturali, quo parentes tenentur filios alere,
& filij quoque parentes, d.l.si quis a liberis.§. si mater,
in fin.ff.de liber. agnoscen. ibi patrem quamuis ali à filio
naturali ratione debeat, & constat ex D.Paulo ad Ro-
manos 2. in illis verbis, gentes quæ legem non habent,
naturaliter ea, quæ sunt legis, faciunt, idest ea, quæ sunt
27 de lege naturali, qualia sunt † præcepta moralia, quæ
dubiò procul ad dictamen legis naturalis spectant,
cap.fin.distinct.6. D.Thom.2 quæst.100.art.1.Sot. de Iust.
28 & iur.lib.2.quæst.3.art.1.Couar.dicto cap. 17. num. 1. †
Sub quarto autem præcepto Decalogi non solùm
continetur honorare parentes, sed etiam necessaria
alimenta eis ministrare, ex D. Hieronymo in Mat-
thæum cap.15.& D.Thom.22.quæst. 122. art. 5. & in 3.
sent.distinct.27.art.2.q.prima.

Nec obstat si dicatur cum Bart.& Bal.& aliis supra
relatis, legitimam sic sumptam non esse respectu as-
29 cendentium de iure naturali, quia † illud est omni-
bus animalibus commune, l.1.§.ius naturale, ff.de instit.
30 & iur.† educatio autem parentum non conuenit aliis
animalibus, benè autem educatio filiorum: Vnde i-
dem Bart.in d l.si quis à liberis, §.parens, respondet ad
31 text in d.§.si mater eiusdem legis, quòd † pater non est
alendus à filio iure naturali, sed ratione naturali, quasi
hæc inter se differant: Quia respondetur, quòd licet
educatio parentum non sit de iure naturali, prout
conuenit generi animalium; est tamen de iure natu-
rali, prout conuenit speciei hominum, quod ius na-
turale gentium appellatur; alioquin quòd homo sit
rationalis, & quòd sit capax prudentiæ, & tempe-
rantiæ, & operationis, secundùm rectam rationem,
quia hæc aliis animalibus non conueniunt, non essent
in homine de iure naturali, nec in volatilibus volare,
quia non conuenit hominibus, quòd esset penitùs er-
roneum, iuxtà doctrinam, D.Thom. part. 2. quæst. 51.
art 1.& quæst.94.per tot & notat Alphons à Vera.Cuec.
in specul. coniugat. 1. p. artic. 1. Roder. Suar.d.limit.2.
numer. 5.

Sed nec legitima filiorum, si Bartol. doctrina esset
vera, esset de iure naturali, (vt enim plures cum
Dec.in d. cons. 17. sunt arbitrati) non solùm quia in a-
liis animalibus non dantur rerum dominia, sine qui-
bus non potest dari debitum legitimæ; sed etiam quia
quamuis † rerum dominia, sint Lege Diuina homi- 32
nibus condonata iuxtà illud Psalmi, omnia subiecisti
sub pedibus eius,† tamen inter eos de iure naturali pri- 33
mæuo, dominia non erant distincta, & propria cu-
iúsque, sed omnia erant communia, l. in hoc iure, ff.de
iust.& iur. & cap. si quis propter necessitatem, vbi glos.
extra de furt.

Nec ex quò ius hoc non conuenit aliis animalibus,
est in homine minùs naturale, quàm illud, quòd om-
nibus conuenit, quia planum est, quòd non est in
homine minùs naturale, actum Prudentiæ, vel Tem-
perantiæ habere, vel inclinationem ad bonum, in
quantùm est animal ratione, quàm est in cæteris ani-
malibus, filiorum procreatio, & educatio: cùm enim
in homine non sit minus naturale esse rationabile, sic
etiam, nec vt tale operari, prout non obscurè depre-
henditur ex verb. text.in d. §. Ius gentium, in illis ver-
bis, Ius gentium est, quo gentes humanæ vtuntur, quod à
naturali recedere, indè licet facilè intelligere, quòd illud
omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commu-
ne est, igitur hac sola differentia sublata idem sunt, ex
D.Thom. Alphons.à Ver.& Roder.Suar.vbi supra.

Vnde facilè deprehenditur, quòd legitima sic pro a-
limentis sumpta, non solùm debetur Parentibus de iu-
re naturali, sed etiam quòd eis debetur fortiori vin-
culo naturali, quàm filiis, iuxtà doctrinam D. Thom.
22.quæst.63.art.9. vbi quòd † si quis habet patrem, & 34
filium in eadem necessitate constitutos, nec vtrúmque
alere possit, habet tamen, quantùm vni sufficit, est
Patri potiùs, quàm filio subueniendum, & ratio est,
quia cùm ius naturale in homine ex ratione naturali
æstimatur, tantò strictiùs in eo aliquid est, de iure na-
turali, quantò fortior est ratio naturalis, † quæ dubio 35
procul potentior est erga parentes, à quibus filij esse
habent, cap. nasci 56. distinct. † quibus propterea ex 36
Aristot.4.Æthicorum non potest sufficienter retribui:
& cum D. Thom. tenent communiter Doctores, Bel-
lam. in cap.parsimoniam 41.distinct. Cyn.post Iacob. de
Rauenn.in l.2.C.de patrib. qui fil. distrax. & alij plures,
quos allegat, & sequitur, Surd. de aliment. quæst.94.
per tot. tit.primo.

Demùm † legitima consideratur quo ad parentes, 37
& filios diuites, & non egentes alimentis, quibus e-
tiam illa debetur, non autem debentur alimenta,
Cyn.in l.scimus, verb.legitimam, C.de nupt.Salycet.in au-
thentica nouissima, C.de inoff.testam.Corn.consil.316.num.
6.vol.1.Surd.de aliment.tit.9.quæst.2.num.2. & hoc mo-
do sumpta est de Iure Ciuili etiam quoad filios,† quæ 38
ideò quoad eos non minùs, quàm quoad parentes per
legem aut consuetudinem minui, & in totum tol-
li potest ex Rot. dicta decisio.1. de consuetudin. in nou.
Dec.d. cons. 19. num. 5. Couar. & Ioann. Guttier. vbi
supra, & est communis omnium sententia: Vnde e-
tiam legitima, in hoc sensu, non magis debetur filiis,
quàm parentibus.

Quòd etiam ratione probatur, Quia † Ius Ciuile, 39
dùm etiam liberis, & parentibus diuitibus legitimam
portionem assignat, nullam aliam potuit rationem
habere, nisi, aut ob honorem sanguinis, argum. l. 1. §.
Largius, ff.de success.edict. aut in quamdam sanguinis
retributionem, Authent.vt cum de appell.cognosc.§.hæc
autem disposuimus, vers.vndè, & iuxtà vtramque ratio-
nem par, aut potior est parentum causa; si enim con-
sideramus honorem sanguinis, † pater, & filius vna, 40
& eadem persona carne, & natura reputantur, leg. ne
cum filiofamilias, ff.de furt.cap.contradicimus,35.quæst.3.

& cap. pœnitentia de pœnit. dist. 3. Vltra quòd iuxtà
41 Diuinum præceptum, ratione sanguinis † plus hono-
ris, & reuerentiæ debent filij parentibus, quàm è con-
uerso, *Exod.*20.*Eccles.*7.*& cap. quæritur*, 2. *quæstion.*7.
42 Si verò attendenda sit sanguinis retributio, † filij à
parentibus totum, parentes autem à filiis nihil ha-
bent, vt autem inquit; *Tullius lib.*1.*offic.* Illud primùm
est in officio, vt ei plurimum tribuamus à quo pluri-
mum accepimus, imitantes agros fertiles, qui multò
plus offerunt, quàm acceperunt. Vnde si retributio-
nis contentio sit inter filios, & parentes, & ipsa ra-
tio subtilis exquiratur, filij parentibus multùm, pa-
rentes autem filiis nihil debent; cum enim, qui debet,
oportet reddere.

Nec propterea ex quo legitima sic sumpta est ra-
43 tioni consona, erit debita de Iure naturali, quia †
non omnis ratio facit in homine Ius naturale, sed il-
la sola, quæ à primis principiis Iuris naturalis gen-
tium immediatè deriuatur, qualis est illa (vt supra
dictum est) quæ dictat patres & filios teneri mutuò
inter se ad necessaria alimenta. Datur autem & Ci-
uilis ratio; vnde Ius Ciuile emanat, *l.ex hoc Iure in fin.*
ibi *exceptis quibusdam, quæ à Iure Ciuili introducta sũt*,
44 *ff. de Inst. & Iur.* † qua sicut & Ius Ciuile ex circum-
stantiis temporum, locorum, & personarum variatur,
ad text.in cap.non debet de consang.& affin.& ab eâ pro-
uenit legitima hoc modo considerata, quia clarum
est, quòd illa non deriuatur ex primis principiis iu-
ris naturalis.

Ex quibus patet, Vndique, & omni Iure tàm Ciui-
li, quàm naturali, legitimam non esse minùs debi-
tam parentibus, quàm filiis. Vnde non obstant iura
supra allegata pro contraria opinione, quia *text.in di-
45 cta l.cùm ratio ff.de bon.damnat.* solùm probat, quòd †
successio filiorum in bonis parentum est de iure na-
turali, quod non negatur quoad legitimam; textus
verò, *in dicta l.nam & si parentibus, ff. de inoffic.testam.*
potiùs probat etiam legitimam parentum esse de Iure
46 naturali, dum claris verbis dicit, quod † turbato mor-
talitatis ordine, non minùs deberet parentibus hære-
47 ditas filiorum, quàm è conuerso. Ad † text. verò *in
d.l.scripto,§.fin.ff.proindè liber.* qui magis obstat, vltra
duas subtiles solutiones, quas assignat, *Emanuel.Cost.
vbi supra numer.*39. potest etiam aptissimè responderi,
quod text. ille solùm concludit, legitimam non ita
esse debitam parentibus in bonis filij, sicut è conuer-
so in bonis parentum, ex voto parentum, idest ex na-
turali eorum stimulo & inclinatione, quod dubiò pro-
cul est verum; quia etiam in necessariis pater filio
suo potiùs, quàm patri suo subueniret, ita prona est
natura ad obliuiscendum recepti officij: hæc autem
naturalis inclinatio, quæ quandoque à ratione euiat,
non facit ius naturale; & ideò non est attendenda,
sed solùm attendi debet ratio naturalis, quæ si non
plus, æqualiter sine dubio versatur erga filios, & pa-
rentes quoad legitimam, sumptam pro necessariis ali-
mentis, circumscripto autem parentum voto, probat
tex. ille, legitimam deberi parentibus, sicut & filiis;
illa enim verba ibi *ratio miserationis*, idem importat,
quod ratio naturalis; atque ideò idem quod ius na-
turale: Tandem auctoritas D. Pauli, quòd filij non
tenentur thesaurizare parentibus, intelligi debet præ-
ter necessaria alimenta.

Cùm itaque, vt dictum est, legitima omni modo
considerata, non minùs debeatur parentibus, quàm
filiis, & sit inter eos quoad illam, vna, eadémque ra-
48 tio, consequenter, ex identitate rationis † mater in
casu nostro non tenetur in legitimam fructus impu-
tare, sicut nec filij illam imputant, ex *d.l.scimus*; vt in
simili arguit, *Decian.respons.*79.*num.*13.*vol.*1. sed præ-
terea probatur etiam iuribus, & rationibus vrgentis-
simis † Primò expendi potest text. optimus, *in Auth. 49
de trient.& semiss.§.consideramus in in vers.nã si hoc col-
lat.*3. vbi corrigitur ius antiquum, quod plus defere-
bat filiis masculis, quàm fœminis, & assignatur causa
correctionis ibi, *sicut enim natura nihil circa hoc arte
ratiocinatur, ita nec nos alteram in masculis, & alteram
in fœminis secundùm hoc ponimus legem, &c.*& in *l. ma-
ximum vitium, C.de lib.præter.* dicitur † vitium maxi- 50
mum facere differentiam, vbi natura illam non facit,
ergo inter vtrámque legitimam, quæ nec iure Ciuili,
nec naturali differunt, non est facienda differentia,
quoad imputationem.

Secundò ad hoc ipsum ex eadem ratione, & magis
in specie expendi etiam potest text. elegans, *in Auth.
vt cum de appell. cognosc. §. hac autem disposuimus*, vbi
postquam dictum fuit, † quòd filiis, atque parenti- 51
bus quibus minus legitima relinquitur, datur pariter
actio ad supplementum. Imperator proponendo eis,
veti speculum, mutuam obligationem naturalem, eos
admonet, vt se æqualiter quoad legitimam in vltimis
elogiis honorent, quia, vt inquit, *considerare debent
parentes, quòd ipsi filij fuerunt, & eandem à suis paren-
tibus sperauerunt, & similiter, qui nunc filij sunt, debent
studere parentum animos sanare, quia & ipsi parentes
fieri desiderant, & à suis filiis optant honorari*: ergo
ex identitate eiusdem rationis naturalis, meritò cre-
dendum est, quòd idem Imperator in *dicta l. scimus,
§. repletionem*, noluit parentibus imputari fructus, qui
filiis per dict.Imp.non imputantur, perindè, ac si hoc
fuisset in eadem lege expressè cautum, ad *l. illud, ff.ad
leg. Aquil.* qui text.in *d.§.hac autem*, eò magis vrget:
quòd Imperator in eo, dicit repletionẽ legitimæ paren-
tum esse faciendam secundùm alias eiusdem Impera-
toris leges; sed sic est, quòd repletio non fit, nisi per
l.omnimodo, & l. scimus, C. de inoff. testam. ergo patet,
quòd per d.*Authent.* voluit extendere dictas leges ad
ascendentes, vt etiam animaduertit, *Accurs. in glos.*
ibi *verb. leges.*

Tertiò, quia ex eadem identitatis ratione legitima
† ascendentium est aucta, sicut legitima descenden- 52
tium, vt fuit dictum supra. Rursus † in ea non po- 53
test apponi grauamen, sed tollitur ipso iure, sicut in
legitima descendentium, *l. quoniam in prioribus, C. de
inoff.testam.Rot.d.decis.*668.*num.*3.

Præterea † si minùs legitima relictum sit: parentes 54
agunt ad supplementum, & non de inofficioso, sicuti
& descendentes, *glos.in d. l. omnimodò, verb. cum aliis
personis, & Auth.vt cum de appell. cognosc.d.§. hac au-
tem, Guidopap. d. quæst.* 478. *& Rot.d.decis.*668. vbi e-
tiam, quòd † legitimæ supplementum debitum ascen- 55
dentibus, transmittitur ad quoscúmque hæredes e-
tiam extraneos, quamuis non declarauerint, illud vel-
le, sicut transmittitur supplementum debitum descen-
dentibus, & relinqui eis etiam debet legitima titulo
institutionis prout descendentibus, *Clar. in §. Testa-
mentum, quæst.* 38. *num.*8. *Thesaur.decis.*58.*numer.*1.*&
Peregr.d.art.*49.*num.* 48. Et demùm sicut † legitima 56
debetur descendentibus cum fructibus legitimæ à die
mortis, ita & ascendentibus, *Decian.d.cons.*79.*num.*13.
cum seqq.

Quartò, quia † secundùm ius Digestorum, legiti- 57
mæ ascendentium, & descendentium erant æquipara-
tæ, circa fructuum imputationem, quia fructus in v-
trámque legitimam imputabantur, *dicta l.Papinianus,
§. unde si, ff. de inoff.testam.* Propterea *dicta l. scimus*,
post eà superuenta, quæ disponit, vt repletio fiat ex sub-
stantia patris, non ex fructibus, habet etiam locum in
legitima ascendentium, quia † vbi duo æquiparantur 58
à iure antiquo, & postmodùm ius nouum disponit
aliquid circa vnum, illud intelligitur disponere & in
alio, vulg. *text.in l.si quis seruo, C.de furt. Bart. in leg.*

Marcellus

Marcellus,in princ.num.6.ff.ad Trebellian. hæc enim est
59 † natura correlatiuorum; vt vno posito,seu remoto, aliud etiam ponatur, seu remoueatur. *Bald.in l.2.num.*
60 *3.C.si aduers.transact.* † præsertim quando vt hic, militat eadem ratio, vt in puncto,& in fortionibus terminis *Hier. Laur. vbi supra num.75.cum sequentibus.*

Quinto ideò per text. in *dicta l.scimus,§. repletionem*, fructus non imputantur in legitimam filiorum; quia repletio debet fieri ex ipsa substantia patris,id est ex bonis repertis in hæreditate, & ratio assignatur in prin. *d. l.nimirum*: quia sicut filijs debetur legitima purè, & ipso iure à morte Testatoris; ita etiam repletio fit purè, & ipso iure, ex qua ratione infert postea Imperator ad repletionem ex sola substantia, & non ex fructibus, vt patet ex verbis text. quæ se-
61 quuntur ibi,*sancimus itaque,&c.*ergo cùm etiam † legitima ascendentium debeatur ex substantia defuncti, *§. discretis,vers. si verò filios non habuerit in Auth.quib. mod. natur. eff. sui, & in Auth.de trient. & semiss. §.1.* ibi, *sed etiam partem substantiæ, iuncto vers. hæc obseruando*, qui versiculus loquitur de legitima ascendentium, vt ibi notat *gloss. in verb. hoc,& in Authent. de*
62 *hered. & falcid. §.primum itaque*, propterea, † sicut fructus non imputantur in legitimam filiorum; quia non sunt de substantia testatoris, ex quò scilicet non fuerunt in eius bonis tempore mortis,*l.in fideicommissariam,ff. ad Trebellian. Bart. in dicta l. scimus,num.* 2. & dixit *Rota in dicta Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ 11. May* 1616. *coram Reuerendissimo Patriarcha Hierosolymitano*, nec etiam imputantur in legitimam patentum.

Tandem quia stante quòd patentibus debetur le-
63 gitima purè, & ipso iure à die mortis, † & sit etiam repletio purè, prout ex supradictis apparet non esse dubitandum, & in puncto decidit *Rota in predicta decis.* 668. necessarium etiam videtur, vt fructus non
64 possint in legitimam eorum imputari: quia † debitum exactum non admittit compensationem. *Cyn. d. l.scimus,num.2.vers. postea,Salicet.ibidem in prin. Peregrin. de fideicommiss. dictio art. 49. num. 49. Mangil. de imputat. quæst.11.num.10.& sequentibus. Fusar.& Modern. Forolinien. vbi supra.*
65 Nec † obstant argumenta supra in contrarium adducta pro communi opinione, quia ad primum desumptum ex *dicta l. Papinianus,§. vnde si parens*,patet clara responsio ex supradictis. Ad secundum de differentia, quæ versatur inter patentes, & filios quoad imputationem fructuum in Trebellianica, sufficit dicere, quòd hic non versamur in dicta imputatione, sed in illa, quæ fit in legitimam culus eadem est ratio inter parentes, & filios: & in omnem casum fatetur,
66 vt † à iure patres, & filij quoad legitimam sint expressè exæquati,*in d. §. hac autem in Auth. vt cum de appell cognosc.*non autem quoad Trebellianicam.

Ad vltimum, quod dicebatur, matrem institutam,
67 vita sua durante tantùm,esse vsufructuariam; † vsumfructum autem in legitimam imputari *ex d. decis. Seraph.* 1565. Domini habuerunt pro indubitato, quòd non intret dicta decisio, quia mater durante vita sua
68 non fuit vsufructuaria, sed proprietaria; tum quia † regula est, vt dum non exprimitur, censeatur relicta proprietas, non vsusfructus, *l. si aliq, & l. filios herede,ff. de vsufructu legat. & benè Soccin.* 10. *nu.11. vers. 1. quia ex verbis vol.1.Ruin.cons.15.num 9 vol.2. Mantic.de conect.vltim.volunt.lib.9.tit.2.num.5.*tum etiam
69 quia alioquin † fideicommissum post mortem hæredis relictum non esset conditionale, quia statim à die mortis. Testatoris ad fideicommissarium spectaret proprietas, quòd non est dicendum.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum,&c.

Tullen. Computorum.

Merc. 5. May 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *In redditione administrationis bonorum Abbatiæ, quæ partita sint admittenda.*

DECISIO LXXVII.



ROSEQVENDO discussionem computorum Francisci Terelli super administratione Abbatiæ Senonen. Domini contra dictum Terellum resoluerunt, Non esse admittendas partitas dictorum computorum, de quibus hodie actum fuit; quia non iustificantur, ex quo non probatur, fuisse erogatas in necessariis oneribus Monasterij. & bonorum d.Abbatiæ, nec quòd fuerint hoc parti, nempe Abbati Lignatio solutæ, prout requiritur ex decreto fel. rec. Pauli V. de quo in Secunda Coadiutoria, & fuit bis in hac causa firmatum coram D. meo Nauarro tunc Rotæ Auditore, & tertio coram me 13. *Iun.*1625.

Prima enim † partita francorum 400. quam asse- 1
rit mutuo accepisse pro emendis supellectilibus domus, & pro suo victu, non iustificatur: quia de dicto mutuo non constat, & minùs quòd fuerint comparata supellectilia, quæ etiam in omnem casum Abbati Lignario deberent restitui. Pro victu autem, seu alimentis nihil Terello deberi, & consequenter non [illegible] illi admittendas partitas, quæ pro suis alimentis asserit erogasse, fuit iam bis resolutum coram eodem D.meo Nauarro sub diebus 4. *May,& 10. Decembris* 1612.

Secunda partita francorum 300. & Tertia francorum 568. nec non Quarta francorum 380. asseruntur pariter expensæ pro alimentis eiusdem Terelli, Secunda ibi *per il viuere del Coadiutore*, Tertia ibi, *per prouisione di casa sua*,& Quarta,*per le cause sopradette*, & propterea non sunt excomputandæ, iuxta superius dicta. Et ob eandem rationem accepto ferendæ non sunt quatuor aliæ partitæ: nempe Vna francorum 40. pro emptione frumenti. Altera francorum 14. pro eadem causa, Tertia francorum 34. quæ cantat de emptione animalium pro prouisione suæ domus; & demùm Quarta francorum 10 pro vsu domus:quia omnes respiciunt sumptus factos pro alimentis, & vsu domus ipsius Terelli.

Insuper nec iustificatur partita illa francorum 400. quæ in computis narratur erogata, *per leuar gl'impedimenti,che erano sopra l'entrate dell'Abbatia*: cùm non appareat,quæ nam essent ista impedimenta, nec quibus pecuniæ istæ fuerint solutæ; & ideò non debent accepto ferri.

Duæ aliæ partitæ, Vna scilicet francorum 580. quæ dicitur expensa in emptionem frumenti,& Alia francorum 142. *per quindeci resali di Seligine per seminare li beni dell'Abbatia*, etiam non sunt detrahendæ, quia quoad frumentum non exprimitur qua de causa fuerit consumptum in necessariis oneribus Abbatiæ, sicut nec quoad Seliginem constat, quòd illa fuerit sata in terris Abbatiæ, nisi ex simplici assertione Terelli, cui credi non debet, ex deductis in supradictis Decisionibus.

Præterea

Præterea non est dettahenda partita francorum, 160 *per comprare vn Cauallo*, quia nec de emptione constat, nec quòd fuerit pro necessario vsu Abbatiæ quicquam datur, vndè hæc partita iustificetur: sicut oec ob eandem rationem iustificantur aliæ tres Partitæ, Prima francorum 72. pro emptione Tauri, Secunda francorum 25. pro emptione Vacchæ & Vaccharellæ,& Tertia francorum 180. pro emptione Equi, quæ ideò noo sunt etiam deducendæ.

Vlteriùs reiectæ fuerunt partitæ omnes, de quibus in summario num. 4. nempe francorum 31. 18. 16. 20. 240. 247. 95. & 160. quæ nattantur erogaræ io emptione Porcorum, Vaccharum, & Equorum; quia vltra quod non constat de causa necessitatis, in illis nulla fit mentio de Abbatia.

Fuerunt etiam reiectæ partitæ datæ in summario, num. 5. in quibus continentur pecuniæ solutæ pro disdicedis locationibus factis ab Abbate Lignario sub prætextu, quòd istæ locationes erant factæ, pro minori affictu, quàm fieri debuissent: tum quia non constat factas fuisse huiusmodi disdictas, nec quòd pro illis debuerit aliquid solui, & verè fuerit solutum, aliter, quàm ex simplici assertione aduersatij, cui, vt iam dictum est, stari non debet: tum etiam quia non apparet, quòd Terellus vtiliùs bona Abbatiæ locauerit: & in omnem casum dictæ partitæ non sunt in caosam necessariam, sed vtilem.

Tandem dicebant Domini multò magis esse reiiciendas nouem partitas, de quibus in summatio num. 2. quas Terellus asserit soluisse pro vsuris pecuniarum, seu partitarum supradictatum, nempe franci 28. 21. 26. & *groff*. 7. 28. 21. 26. & *groff*. 7. 28. 26. & *groff*. 7. 28. si eoim partitæ principales sunt iniustæ, & ideò noo admittendæ, iuxtà supradictum Decretum Papæ, multò magis iniustæ sunt sopradictæ partitæ vsutatum, & propterea multò minus admittendæ.

Et ita, &c.

Mileuitana Bonorum.

Ven. 7. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Clausula *Arbitriò Rotæ*, & clausula *constito*, quę operentur. Citatio, per edictum, seu per proclama quando sit necessaria: Et multa notanda in materia commutationis voluntatis testatoris: quæ patent ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per edictum, quando requiratur & numer. 9. & 11.*
2 *Arbitrium regulatur à iure, & quid operetur.*
3 *Concessiones, & rescripta Principum, intelligi debent concessa sine alterius iniuria.*
4 *Clausula,* constito, *facit executorem mixtum.*
5 *Et Executor stante dicta clausula nihil potest, nisi iustificatis narratis per veras probationes.*
6 *Et talis iustificatio fieri debet cum citatione partis.*
7 *Arbitrium non intrat ad effectum sustinendi commutationem voluntatis, in qua non fuerunt citati interesse habentes.*
8 *Citatio contra incertas personas, & nullum ius certum habentes, non est necessaria: declara, vt num. 9.*
10 *Citatio per proclama contra interesse putantes, consueuit semper fieri de stylo Rotæ.*
12 *Testantium voluntates esse præcisè seruandas, aquitas suadet: & ratio redditur ibidem.*
13 *Commutatio voluntatis fieri non debet, nisi ex magna causa.*
14 *Commutandi voluntatem legitima causa reputatur, si bona relicta a testatore non sufficiant pro faciendo id, quod ipse ordinauit.*
15 *Monasterij constructio, iuxtà mentem testatoris denegari non potest ab Ordinario, & si illam deneget recurri potest ad Papam.*
16 Dummodò, *dictio importat modum, quo non seruato agi potest ad resolutionem actus, & restitutionem rei datæ.*
17 Omnium, *dictio est vniuersalis, & omnia comprehendit.*
18 *Arbitrium non intrat, cùm versamur in claris.*
19 Prædictarum, *dictio est relatiua præcedentium.*
20 *Interpretatio ea sumi debet, per quam actus est magis iuri conformis.*
21 *Gratia, quæ non est* motu proprio, *interpretanda est prout iacet, quamuis illius executio sit difficilis.*
22 *Modus seruari debet quantumuis difficilis sit: & quomodo hoc procedat.*
23 *Commutatio voluntatis fieri non solet à Sede Apostolica, nisi cum consensu omnium habentium interesse.*

DECISIO LXXVIII.



HIERONYMA Chiantar ex honesta, & antiqua Familia huius cognominis Insulæ Melitæ, in testamento quo decessit de mense Augusti Anni 1618. mandauit Confraternitati Charitatis, quam hæredem instituit, vt in Ciuitate Melitæ fundaret vnum Monasterium puellarum. Virginum, in quo semper adesse voluit octo Mooiales ex dicta Familia, gratis, & absque dote recipiendas; eligendas tamen per dictam Confraternitatem, ex puellis Casalis Sigeheci, & in earũ defectum ex omnibus puellis aliorum locorum dictæ Insulæ; ita tamen, quòd puellæ dictæ Familiæ, si reperiantur, debeant semper præferri.

Verùm Moniales Conuersitæ eiusdem Ciuitatis de mense Maij 1621. & sic adhuc non transactis tribus annis à die conditi testamenti; narrata dictæ testatricis dispositione, & quòd eius bona erant adeò debitis obnoxia, vt non sufficerent pro constructione dicti noui Monasterij, & Monialium substentatione, quodque superiores erigendi licentiam dare recusabant, obtinuerunt à Sede Apostolica commutari dictam voluntatem, & bona hæreditatis, eis applicari, inserta tamen in Breui hæc clausula. *Dummodo puellarum omnium vocatarum prædictarum, & in Monasterio recipiendarum ad hoc accedat assensus, & non alias*: cuius commutationis executio commissa fuit Ordinario Meliten. cum clausula *constito*, qui in executionem dictæ Gratiæ, requisito solùm consensu quatuor puellarum dictæ Familiæ electarum per dictam Confraternitatem; quæ etiam receptæ fuerunt in dicto Monasterio; aliis tamen pluribus puellis eiusdem Familiæ, quæ extabant non citatis; bona dictæ hæreditatis prædicto Monasterio applicauit: sed quia se opposuit dicta Familia de Chiantar, causa commissa in Rota b.m. Seleucien: fuit dubitatum, An obstaret defectus consensûs aliarum puellarum dictæ Familiæ tunc existentium: Et die 10. Ianuarij 1625. fuit affirmatiuè decisum: & resolutionis ratio fuit, quòd Papa per dictam clausulam, *dummodo puellarum omnium, &c.* noluit se restringere ad certum earum numerum, sed voluit omnium consensum requiri, quia etiam omnium intererat, testatricis dispositionem non commutari, quæ † propterea debuerunt citari, saltem 1
per Edictum, *Put. decis. 91. lib. 3. in nou.*

Verùm

Verùm Monasterium voluit iterum audiri, sed dispu-
tatione adhuc pendente: causa tamen sæpiùs iam pro-
posita, sub prætextu euitandi difficultates, & dubita-
tiones Dominorum; præsertim circa interpretationem,
& intellectum dictæ clausulæ: obtinuit mihi rescribi:
Vt reiecto, & omisso quocumque verborum rigore,
sensu, ac mente dictæ commotationis, & applicationis,
procederem in hac causa Arbitrio Rotæ; Vnde hodie
dubitani; An intret arbitrium, itave sit standum vel re-
cedendum à decisis: Et Domini vnanimi omnium vo-
to, responderunt illud non intrare, sed standum esse in
a vltimo loco decisis: & moti fuerunt. Quia † arbitrium
regulatur à iure, & solùm operatur, vt eius rigor mo-
deretur suadente æquitate, *Cas. de Graff. decis. 8. num. 2.*
de re iud. Rot. in Tarraconen. Canonicatus 17. *Nouembris*
1607. *coram bon. mem. Scotto*, quæ est apud *Marches.*
fol. 343. *par.* 1. non tamen dat facultatem lædendi ius
partis, *Bart. in extrauag. ad reprimendum in verb. vi-*
debitur, num. 10. *& in l. ambitiosa, num.* 2. *ff. de Decret. ab*
Ordin. facien. & Rot. decis. 652. *numer* 2. *in fin. par.* 2.
3 *recent.* † Concessiones enim, & Rescripta Principum
debent intelligi concessa sine alterius damno, & iniuriâ,
l. 2. *§. meritò; & § si quis à Principe, ff. ne quid in loc. pub.*
Ruin. cons. 105. *num.* 8. *lib.* 5. & latè *Menoch de arbitr.*
libro. 1. *quæst.* 48. *in princ.* si autem arbitriũ in casu nostro
ad fauorem Monasterij & contra dictam familiam in-
terponeretur, esset contra ius, & contra æquitatem, &
quòd magis est, contra clara verba Papæ, vt ex seqq. sin-
gula discurrendo patebit.

In primis esset contra ius; Quia in Literis adest
4 clausula, *Constito*, † quæ facit executorem mixtum,
5 *Rot. decis.* 79. *numer.* 1. *par.* 2. *recent.* itant † exequutor ni-
hil possit, nisi iustificatis narratis, *Paris. cons.* 41. *num.*
24. *lib.* 4. *Roland. cons.* 63. *n.* 20. *cum seqq. lib.* 3. *Put. decis.*
275. *num.* 1. *lib.* 2. & per veras probationes, *Felin. in rub.*
6 *de probat. num.* 3. *& Bellam. decis.* 471. quæ † iustificatio
propterea fieri debet cum partis citatione *glos. in clem.*
præsenti de Censib. in verb. constiterit, Rot. decis. 21. *de re-*
script. in antiq. & latè, *Mart. claus.* 19. *num.* 1. *par. prima.*
vnde cùm dictæ puellæ, quarum (vt patet ad oculum)
7 intererat voluntatem non commutari, † non fuerint
citatæ, consequenter esset contra iuris dispositionem,
vt eis contradicentibus, intraret Arbitrium, *Put. decis.*
300. *lib.* 3. *in nou. impress.*

Neque obstat, si dicatur, quòd singulæ puellæ di-
8 ctæ familiæ, † cùm sint incertæ, & ius certum non
habeant, nisi quatenùs eligantur à Confraternitate,
non debuerunt citari, *glos. in l. de vnoquoque, ff. de re*
iud. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 19. Quia quic-
quid sit, quoad validitatem sententiæ, hoc vnum cer-
9 tum est, quoad iustitiam, & earum præiudicium † de-
buisse citari saltem per Edictum, *lege si eo tempore*, vbi
Bart. C. de remiss. pignor. Put. dicta decis. 91. *Achill. decis.*
10 3. *de re iud. Seraf. decisio.* 1241. vbi quòd † Rota perpe-
tuò obseruauit, vt saltem fiat citatio per proclama,
contra interesse putantes, &c. tanto magis, quia puel-
læ dictæ Familiæ Casalis Sigeheiæ in specie vocato,
non possunt dici incertæ, quia poterat facilè haberi
de illis certa notitia, & ius earum est certum in ge-
nere, ex quo testatrix iussit, quòd in nouo Monaste-
rio deberent semper esse octo puellæ dicti Casalis ex
dicta familia: vnde dum iuxta Literas Apostolicas,
quatuor solùm sunt assumendæ, fit aliis saltem in ge-
11 nere præiudicium certum, & irreparabile: quo fit, † vt
etiam in genere, & per edictum debuerint requiri, &
citari, *ex Bart. vbi supra, & Soccin. cons.* 282. *numer.* 4.
libr. 2.

Deindè quòd intraret arbitrium ad fauorem Mo-
nasterij Conuertitarum esset contra æquitatem, quia
12 † æquitas suadet, vt voluntas testantium præcisè ob-
seruentur, *Auth. de nuptiis, §. disponat*, nihil enim est,
quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ
voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt
liber sit stylus, & licitum, quod iterùm non redit ar-
bitrium, vt inquit, *in l. prima, C. de Sacros. Eccles.* vn-
de † æquum non est, vt fiat cõmutatio vltimæ volun- 13
tatis, nisi ex magna causa, vt statuit, *Concil. Trid. sess.*
22. *ca.* 6. *de reform.* & priùs *Clement. quia contingit de re-*
lig. domib. & ius ciuile, *in l. legatum, ff. de admin. rer. ad*
ciuit. pertin.

Neque obstant causæ Papæ narratæ, de quibus in
prædictis Literis, nempè quòd superior recusabat im-
partiri licentiam fundandi dictum nouum Monaste-
rium, ex quo in eadem Ciuitate erant iam alia tria
Monasteria, & quòd bona testatricis sunt debitis, &
legatis obnoxia, quæ ideò † non sufficiunt pro noua 14
fundatione, quæ sola de iure est legitima causa cõmu-
tandi vltimam voluntatem iuxtà *tex. in l. legatum, ff. de*
vsufr. legat. & l. final. ff. de oper. publ. cap. nos quidem, de
testam. Ludou. Roman. sing. 481. *Cappell. Tolos. decis.* 26.
quia imò dicta narratiua ideò magis excludit Arbi-
trium ad fauorem Monialium, & facit, vt illud intret
ad fauorem familiæ; etenim vltrà quod illa non est
iustificata, & iustificatio debuit fieri citatis puel-
lis: & in omnem casum Papa noluit fieri commuta-
tionem, nisi quatenùs accederet omnium puellarum
vocatarum consensus, vti mox probabitur. Responde-
tur etiam, quòd potiùs ex actis videtur dari summus
bona Testatricis sufficere pro dicta noua fundatione,
& alendis puellis in nouo Monasterio ingrediendis, &
eò magis quia debita, & legata non sunt attendenda:
quia iuxtà præscriptum testatricis, illa debent priùs
solui ex fructibus, & redditibus, quo stante, † Ordi- 15
narius non posset denegare licentiam, iuxtà *d. Clem.*
quia contigit, alioquin posset meritò ad Papam recur-
ri, ex quo esset testatoris per indirectum voluntatem
impedire.

Tandem verba litterarum sunt clara contra arbitriũ
ex dicta clausula, *dummodo omniũ puellarum prædictarũ,*
&c. tum ponderando dictionem, † *Dummodò*, quæ im- 16
portat, vt non seruato modo, sub quo gratia facta fuit,
nempe non consentientibus omnibus puellis, & mul-
tò magis nec illis citatis, agi possit ad resolutionem, &
restitutionem rei datæ, *Rot. decis. prima de condit. ap-*
pos. in nou. & Menoch. cons. 134. *num.* 37. quæ dictio *Om-*
nium, cùm sit † vniuersalis, & nihil penitùs exclu-
dat, dicitur ex ea, quod Papa noluit se restringere ad 17
certum, & limitatum numerum puellarum, sed quòd
omnes voluit comprehendi, vt benè in Decisione in
hac causa facta: vnde cùm † non versemur in dubiis,
sed in claris non intrat arbitrium, *Rot. decis.* 725. *num.* 18
2. *par* 2. *recent.*

Nec releuat, si dicatur, quòd illa verba, ibi, *dummo-*
do omnium puellarum vocatarum prædictarum, &c. sunt
declaranda, & restringenda per alia verba immedia-
tè sequentia, ibi, *& in Monasterio recipiendarum*,
itaut solùm debeat requiri consensus quatuor puella-
rum, quæ tantùm iuxtà dictas Literas Apostolicas
sunt recipiendæ, quia sensus iste repugnat omninò
menti, & verbis Papæ: Repugnat menti, quia Papa
ad nihil aliud voluit requiri consensum puellarum
recipiendarum, nisi ratione præiudicij: vnde cùm
dictis quatuor puellis recipiendis, seu iam receptis
nullum fiat præiudicium, ex quo iam suum habent in-
tentum, & non possent contradicendo plus consequi;
consequenter frustrà earum consensus esset requiren-
dus; quo fit, vt iuxta mentem Papæ pernecessè requi-
ri debeat consensus earum, quæ iuxtà Literas Apo-
stolicas non sunt recipiendæ: Repugnat verbis, quia
in principio literarum fit mentio de omnibus puel-
lis vocatis, & de octo recipiendis; vnde dum Papa
commutat testatricis voluntatem & disponendo,
quòd

quòd recipiantur in alio Monasterio, reducit illas
ad quatuor,& posteà incontinenti addit,*dummodo om-*
19 *nium puellarum vocatarum † prædictarum, & in Mo-*
nasterio recipiendarum ad hoc accedat assensus, & non
aliàs: elatum est, quòd intellexit de assensu omnium
absolutè, de quibus supra facta fuit mentio, perinde
ac si illas nominasset per *reg.sext, in l.qui ex liberis,ff.*
de vulgar.& pupill Alex.conf.140.vol.6.Surd.conf.163.
num.14. & conf. 394.num.4. & 5.Rot.decis. 713.num.2,
& 3 par.1.diuers.& decis.713.num.2. & 3.par.1.recent.
& tantò magis, quia negari non potest, quin gratia
reddatur magis iustificata cum consensu omnium,
quàm cum consensu quatuor recipiendarum, quo fit,
20 vt eò magis † sit facienda interpretatio, per quam
verba Papæ referantur ad intellectum iuris,itaut red-
dant gratiam iustam, & magis rationabilem prout e-
tiam magis rationabile est, quòd requiratur consen-
sus non recipiendarum,quia recipiendæ eo ipso debe-
bant consentire.

Non obstat, quòd sic intelligendo gratia fuisset
21 valdè difficilis, ac penè impossibilis; quia † cùm non
versemur in gratia, *motu proprio*, hoc non attenditur,
Felin.in cap.causam, quæ num.8. de rescript. sed solùm,
quòd Papa voluerit requiri consensum omnium vo-
22 catarum & aliter non concedere; † modus enim
quantumuis difficilis, de facto saltem, & quatenùs
licet, est obseruandus, & pro viribus exequendus, *Al-*
ciat. in leg. impossibilis,num.13. vers.illud sciendum,ff.de
verb.obligat. & cùm Monasterium tractet de lucro ca-
ptando non debet conqueri, quòd apposita fuerit
23 conditio, seu modus difficilis; † præsertim in subie-
cta materia commutationis, & derogationis vltimæ
voluntatis, cui Sedes Apostolica non solet deferre,
nisi ex magna causa, vel quando adest consensus om-
nium habentium interesse, *Capell. Tolos.vbi supra,* &
multò minùs, quando, vt hîc vltima voluntas,est re-
cens; vndè potiùs credendum est,quòd Papa ex cer-
ta scientia ad denotandam difficultatem concessionis,
voluit etiam requirere consensum recipiendarum,
non ad effectum limitandi priora verba,sed amplian-
di; itaut non solùm puellarum vocatarum; & non
recipiendarum, sed etiam earum,quæ erant recipien-
dæ, deberet consensus expectari,quia fortè etiam istæ
vellent potiùs ingredi in Monasterium virginum, &
cum puellis propriæ familiæ commorari & profiteri
iuxtà voluntatem testatricis,quàm in Monasterio mu-
lierum pœnitentium.

Et ita vtraque,&c.

Burgen. Beneficij.

Lun. 10. *Maij*, 1627.

ARGVMENTVM.

Deuolutio iuris prouidendi quando fit de inferiori ad superiorem, superior prouidere debet cum eisdem qualitatibus, cum quibus inferior tenebatur, aliàs prouisio est nulla. Ætas requisita de tempore electionis, non sufficit quòd superueniat de tempore factæ collationis.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio iuris prouidendi qualiter fiat de inferiori ad superiorem.*

2 *Collatio est nulla,si ab Ordinario facta fuerit alicui non habenti ætatem à constitutione requisitam.*

3 *Episcopus potest statuere præter ius.*

4 *Constitutio synodalis obseruari debet ab Ordinario: Et prouisio contra eam facta,est nulla.*

5 *Ætas plenè probatur ex partita libri baptizatorum.*

6 *Ætas requisita à constitutione synodali de tempore electionis, si deficiat, de dicto tempore, non prodest, quòd superueniat de tempore factæ prouisionis.*
Vacatio durat donec sit facta prouisio, & collatio.

7 *Sacerdotij qualitas requiritur actu de tempore prouisionis, quando ex constitutione prouideri debet aliquis, qui sit sacerdos.*

DECISIO LXXIX.

Vacauit die 22. *Decembris* 1620. Be-
neficium, seu integra portio, de qua a-
gitur in parochiali Sanctæ Mariæ de
Blanca,& Portionarij dictæ Ecclesiæ,ad
quos dicitur pertinere præsentatio, seu
electio, quique vigore constitutionis synodalis Bur-
gen.tenentur præsentare vnum filium patrimonialem
ex obtinentibus dimidias portiones: die 30. *Decem-*
bris eiusdem anni præsentarunt Petrum Braccum fi-
lium patrimonialem, & dimidium Portionarium, cui
se opposuit Ioannes Gonzalez etiam filius patrimo-
nialis; & dimidius Portionarius: & introducta lite
inter eos,Ordinarius Burgen.declarauit præsentatio-
nem,seu electionem per Portionarios factam de dicto
Petro fuisse nullam,ex quo,iuxtà dictam constitutio-
nem, in ipso Petro requirebatur ætas 23. annorum
completorum, & tamen erat in 22. anno nondùm
completo. Sed quia adest alia constitutio,quæ dispo-
nit, quòd si Portionarij prædicti personam minus i-
doneam nominauerint, electio ad Ordinarium deuo-
luatur, Ordinarius in eadem sententia elegit eundem
Petrum collatione etiam subsequuta: appellatione
verò interposita per Ioannem Gonzales, & causa mi-
hi commissa, Dubitaui: An sententia, & collatio
ad fauorem Petri sit confirmanda, vel infirmanda,
Et Domini pro infirmatione responderunt,Quia Or-
dinarius non poterat conferre eidem Petro, qui ha-
bebat defectum ætatis, ratione cuius ipse improbauit
nominationem Portionariorum, sed tenebatur con-
ferre alteri, qui ætatem requisitam haberet; Quia † 1
quando fit deuolutio de inferiori ad superiorem,sem-
per fit cum eisdem qualitatibus, cum quibus inferior
prouidere tenebatur, itaut superior habeat eandem
potestatem,& non aliam,& teneatur eisdem personis,
& non aliis prouidere, *glos.in cap.ne pro defectu, verb.*
ipsius, & ibi *Doctor. de elect. Ioann. Andr. in regula*
Contra eum, num. 8. vers. secundò facit,de reg.iur.in 6.
Panorm. in cap. possessiones, num. 5. de reb. Eccles. non
alien. Felin. in cap.cum accessissent, num. 18. de constit.
Rebuff. in prax. tit. de deuolut. num.40. Gonzal.ad reg.
8. *glos. 46, num. 33.* Vnde † collatio Ordinarij Pe- 2
tro facta, non habenti dictam ætatem à constitutio-
ne requisitam, fuit nulla, vt in terminis, *Roman.cons.*
325.in primo dubio,Put.decis.330,li.1 in correct.Mohed.
decis.7. de concess.praben.

De † validitate constitutionis synodalis non potest 3
dubitari, cùm non sit contra ius, sed præter ius, quæ
ideò ab Episcopo fieri potuit, *Rot. decis.15.num.2.par.*
2.recent. vbi † quòd debet ab Ordinario obseruari, 4
& quòd aliter prouisio est nulla, *Gonzal. super reg.8.*
glos.9 §.1.num.18.Mantic.decis.229.num.4.

Quòd autem Petrus non esset ætatis completæ
23. annorum † probatur ex partita libri baptizato- 5
rum; quæ plenè probat ætatem: *Mand. super reg.18.*
quæst.10.

quæst.10.Caput.decis.314.p.1.Rot.dec.592.n.2.p.1.recent.

6 Non obstat, † quòd licèt Petrus non esset ætatis
23. anoorum completorum tempore, quo fuit à Por-
tionariis electus, erat tamen dictæ ætatis completæ
tempore, quo fuit ab Ordinario prouisus, & ei data
collatio, vt combinata natiuitate cum data di-
ctæ sententiæ clare patet, Quia, vt dicebat vnus ex
Dominis, dicta constitutio synodalis expresse dispo-
nit, quòd illis quibus deficit dicta ætas tempore, quo
Portionarij eligunt, excludantur pro illa vice ab illa
vacatione, & prouisione; vnde Episcopus potuit qui-
dem alium prouidere, sed non Petrum, qui pro illa
vice erat exclusus ab illa vacatione, quæ durabat, do-
nec esset facta prouisio, & collatio, *Sarneus. in reg. de
trienn.q.30.nu.3. Gonz.glos.15.§.1.num.2.& num.55.&
56.Rot.decis.513.numer.2. & 3.par. 2. recent.* alioquin
esset in potestate Ordinarij differendi prouisio-
nem, prouidere semel iam exclosum; quod esset in-
conueniens: Et cessat difficultas, quia per aliam Con-
stitutionem synodalem Episcopus, iure deuoluto, non
poterat conferre, nisi sacerdoti, qualis adhuc Petrus
non erat, nec esse poterat, defectu ætatis; vnde colla-
7 tio ex isto etiam capite fuit nulla: Quia † quando ex
constitutione prouideri debet aliquis, qui sit sacerdos,
ille debet esse talis actu, de tempore prouisionis, *Lam-
bert.de iurepatr.p.1.lib.2.q.10.princip.n.3. vers. sed præ-
dictis, Spin.de testam.glos.4.nu.67. Garz.de benef.par. 7.
cap.1.num.58.& seqq.Rot.decis.496.num.2.par.1.recent.
& 126.num.1.par.1.*

Neque obstat, quòd Ioannes Gonzalez non do-
ceat de iure suo, qoia imò de eo clare constat ex lite-
ris prouisionis mediæ Portioois, quam obtinebat iam
tempore vacationis, in quibus narratur, quòd ipse est
filios patrimonialis, & quòd de eo tempore erat iam
sacerdos; vnde habebat ius ad rem, & beneficiati te-
nebantur illum eligere, vti idoneum, iuxta Constitu-
tionem synodalem, & non Petrum minùs idoneum:
qood cum non feceriot, potuit appellare: prout in
tempore appellauit.

Demùm non obstat, quòd Ordinarius iuxta aliam
constitutionem, poterat, iure deuoluto, eligere etiam
filium non patrimonialem; quia intelligendum est,
quatenus non essent tempore vacationis filij patrimo-
niales habiles, & idonei, qui cum effectu se oppone-
rent, prout in casu nostro erat, & se opposuit statim
post vacationem Ioannes Gonzales habilis, & ido-
neus, in cuius præiudicium non intrat dicta Consti-
tutio; alioquin esset in facultate beneficiatorum pe-
nitùs excludere filios patrimoniales, eligendo perso-
nam minùs idoneam.

Et ita, &c.

Romana Domorum.

Ven. 14. Maij, 1627.

ARGVMENTVM.

Obligatio carcerati ad fauorem illius, ad cuius instantiam detinetur in carceribus, an, & quando valeat: Et ex quibus carceratio dicatur nulla, & iniusta.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus obligari non potest ad fauorem illius, ad cuius instantiam detinetur in carceribus*
2 *Amplia etiam, si non fuerit missus in carcerem ad instantiam illius, pro quo obligatur, dummtamen fuerit ab eo recommendatus, seu arrestatus: Et vide rationem ibidem.*
3 *Fallit, si recommendatio, seu arrestum fuit iustum, quia tunc valet contractus factus cum carcerato.*
4 *Carceratio, vt dicatur iusta, inter alia, quæ requirit, est debitum carcerati de eo tempore.*
5 *Carceratio est nulla defectu causæ.*
6 *Carceratio est iniusta, si carceratus non est suspectus de fuga, ex quo possidet bona immobilia.*
7 *Maximè si non appareat de obligatione camerali, seu de aliquo credito priuilegiato.*
8 *Carceratio est iniusta deficiente ordine.*
9 *Confessione propria nulla datur maior probatio.*
10 *Metus purgatur decennio.*
11 *Nunquam tamen purgatur spatio temporis ad fauorem inferentis.*
12 *Præsertim quando de metu clarè constat.*

DECISIO LXXX.

DOMINI dixerunt, contractum factum
in carceribus de anno 1599. per Hiero-
nymum Rubertinum ad fauorem bon.
memor. Cardinalis de Aragonia fuisse
nullum, quia † ex quo D. Cardinale in- 1
stante detinebatur in carceribus, non potuit ibi ad
eius fauorem obligari, *l.metum autem, §.animaduerte-
re, vers.sed licet, ibi, nisi ipse hanc vim, & l.qui in carce-
rem,* & ibi *Bart. ff.quod met.caus. Abb.in cap.1.coll pe-
nult.vers.excipiendum,* extra *de his quæ vi metúsve caus.
Dec.cons.691.num 5.Surd.cons.37.num.10. vers. idem est
in contractu, lib.1. Afflict.decis.149. Farin.tit. de carceri-
bus, & carcer.q.33. num.1. & 4.Rot.decis.490.nu.1. & 2.
par.1.recent.*

Non obstat quòd Hieronymus non fuerit à princi-
pio missus in carcerem ad instantiam D. Cardinalis
quia † sufficit quòd existens in carceribus, fuerit ab 2
eo recommendatus, seu arrestatus; itaut propterea
perindè habeatur ac si de nouo ad instantiam D. Car-
dinalis esset carceratus: tum quia recommendatio
non dependebat à prima carceratione, iuxta *doctrin.
Bart. in q.6.* qoæ incipit *Lapus in solutione quæstionis,
vers. aut secunda recommendatio non capit vim,* tum e-
tiam, quia ratio, cui nititur tex. *in d. l.qui in carcerem,
& in d.§. animaduertere,* æquè militat in recommen-
dante, atque in eo, qui à principio fecit carcerate, *Fa-
rin.vbi supra num.36.*

Non obstat, si dicatur, † quòd recommendatio, seu 3
arrestum fuit iustum, quo casu valet contractus cùm
carcerato in carceribos factus, Quia iniustitia arresti
est notoria, quandoquidem † inter alia, quæ desideran- 4
tor pro iusta carceratione, quæ recenset *Bald cons.285.
vol.1.& cons.277.vol.2.Boer.decis.115.n.33.* est causa car-
cerationis, nempe debitum de eo tempore, de quo in
casu nostro tunc noo constabat; imò contrario appa-
ret ex instrumento super dicto contractu io carceribus
facto, vbi legitur, qualiter Hieronymus habuit quie-
tantiam, & plenam diffinitionem à D. Cardinali; qui
vlteriùs ei remansit debitor in scutis 751 & 6.& 90. er-
go † defectu causæ carceratio fuit nulla iuxtà tradita 5
per Doctor. supra citat. *Afflict.decis.149. post numerum
primum, Farin.vbi supra, nu 28.in fin.*

Præterea quando verè dicto tempore adfuisset de-
bitum, tamen ex eodem instrumento apparet, quòd † 6
Hieronymus in Vrbe, & extra, in terris Ecclesiæ, possi-
debat immobilia multo maioris valoris, quo fit vt nó
posset dici suspectus de fuga & sic ex hoc etiam capite
carceratio fuit iniusta, *Bald.*in pũcto *d.cons.285 n.2.*&
† multo magis ex quo non apparet de obligatione ca- 7
merali, seu de aliquo credito priuilegiato; itaut Hie-
ronymus oon posset vti priuilegiato, *l.à Diuo Pio, §.si*

8 *super reb.* *ff. de re Iudic.* Vnde † pro iusta carceratio-
ne deficit etiam requisitum ordinis, iuxtà *Bald. &
Boer. in locis citat.* Et videtur cessare omne dubium
ex confessione, seu recognitione eiusdem Cardinalis,
vt in scriptura eius manu subscripta, & proprio sigil-
lo munita, in qua multò post Cardinalis recognouit,
& confessus fuit, Hieronymum fuisse innocentem, &
ei bene & legaliter inseruisse, ipsúmque à maleuolis
9 fuisse inductum ad procedere contra illum, † qua nul-
la maior probatio, *l. cum precum, C. de liber. caus.*

Demùm minùs releuat, quòd metus spatio tempo-
10 ris fuerit purgatus, † quia vltrà quod à tempore con-
tractus, vsque ad mortem Hieronymi non effluxit
11 decennium ad hoc requisitum; † nunquam metus
ad fauorem inferentis purgatur spatio temporis, *Ruin.
12 cons. 105. nu. 9. vsque ad fin. lib. 1.* † & præsertim quan-
do non versamur in dubio, sed de metu, vt hîc, clarè
constat, *Dec. cons. 219. num. 4. cum seqq. Honded. cons. 23.
numer. 41. lib. 1.*

Et ita, &c.

Bononien. Census.

Ven. 14. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Curator, an, & quando præiudicare possit minori: Et alia, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Decretum iustificari debet ex eisdem actis, non autem ex nouiter productis.*

2 *Mandatum relaxatum, & exequutum pro plus debito, est in totum nullum.*

3 *Curator præiudicare potest minori in iudicio, & per viam contentiosæ iurisdictionis.*

4 *Curatoris consensus voluntariè præstitus, non obligat minorem.*

5 *Curatoris consensus quando præsumatur erroneè præstitus, & an hoc casu reuocari possit per minorem, & eius hæredem, num. 6.*

DECISIO LXXXI.

DOMINI persistendo in decisis coram me sub die 17. Nouembris præteriti vnanimiter resoluerunt: Mandatum relaxatum ad instantiam Comitis Guidonis Antonij Lambertini per V. Legatum Bononien. contra bona hæreditaria q. Comitis Marci Lambertini, esse reuocandum cum omnibus inde sequutis, ex iisdem rationibus, & motiuis decisionis, quæ Dominis placuerunt.

Neque obstant, quæ hodie pro hæredibus dicti Co-
mitis Guidonis in contrarium deducta sunt: nam ad
id, quod dicebatur, cessare principale motiuum De-
cisionis, ex quo nunc constat ex nouiter in actis pro-
ductis de solutione fructuum facta per d. Comitem
Guidonem, & per consequens, quòd benè iustifica-
tur quoad hoc Decretum relaxationis mandati: fuit
1 responsum: † Decretum debere ex iisdem actis, non
autem ex nouiter productis iustificari, *Chisanen. decis.
172. Rot. in recent. decis. 85. numer. 4. par 2. Gregor. XV.
decis. 209. num. 5. & decis. 455. num. 1.* vltrà quod cùm ex
partitis nouiter exhibitis solùm constet de solutione
scutorum sexcentorum in causam fructuum, & man-
datum fuerit relaxatum, & exequutum pro scutis 1500.
etiam dictis partitis admissis, † Exequutio vt indiui- 2
dua in totum corruit, ad *tex. in l. si non sortem, §. si cen-
tum, vbi Bart. num. 5. ff. de cond. indeb. Bald. & Castr. ibid.
numer. 2. Ias. num. 1. Surd. cons. 39. numer. 5. Put. decis. 315.
lib. 1. in non. Rot. decis. 630. numer. 3. part. 2. recent.*

Non obstat præcipuum fundamentum aliàs exad-
uerso deductum, & in quo etiam hodie informantes
valdè insistebant, nempe quod dictum mandatum su-
stineatur vigore consensus præstiti in illius relaxatio-
ne per Nillum Curatorem Diamantis hæredis dicti
Comitis M. Antonij, cùm † Curator in iudicio & 3
per viam contentiosæ iurisdictionis possit præiudica-
re minori, *Bart. in l. cert. §. sed an ipsos, ff. de confess.* Nam
vltra quòd non transit sine difficultate, An talis cura-
toris consensus fuerit per viam contentiosæ iurisdi-
ctionis, ex quo licèt fuerit præstitus in iudicio, tamen
non fuit curator ad hoc citatus, sed ad aliud, † qui pro- 4
pterea videtur emanasse voluntariè, quo casu minor
non obligatur, *Bart. in l. vnic. nu. 14. Castr.* ibid. *n. 11. &
Salic. n. 11. C. de conf.* in omnem casum † stante iniusti- 5
tia mandati, præsumitur erroneè præstitus, *Castr.* vbi
supra *n. 11. vers. si autem sit extra ius,* & consequenter,
potuit quandocúmque per Diamantem, & eius hære-
dem reuocari, *Abb. in cap ex par. num. 31.* & ibi etiam,
Bellam. n. 38. de conf. Butr. in c. 1. n. 29. vt lit. non contest.

Cætera autem non egent responsione, aut eis in dicta decisione fuit plenè satisfactum.

Et ita vtraque, &c.

Reatina fideicommissi de Cappellettis.

Lun. 17. May, 1627.

ARGVMENTVM.

Legatum factum filiabus per hæc verba videlicet, *quod habeant in tali pondere eorum partem, vnà cum suis fratribus, donec & quousque nubant,* non important partem proprietatis, neque simpliciter alimenta, sed partem vsusfructus interim, donec nubant, si testator constituerit in omnibus eius bonis agnatitium fideicommissum cum expressa exclusione fœminarum.

SVMMARIVM.

1 Habere, *verbum, importat dominium, & possessionem.*

2 Pars, *dictio, significat rem pro indiuiso.*

3 Suum, *dictio, importat dominium.*

4 Meum, *verbum, denotat dominium.*

5 *Legatum in dubio importat proprietatem, & non vsumfructum rei legatæ.*

6 Partis *appellatione non venit vsusfructus contra numer. 28.*

7 *Legatum mulieri factum,* donec, & quousque nubat, *importat interim proprietatem: cum onere restitutionis in casu nuptiarum: limita vt num. 18.*

8 *Nec importare potest nuda alimenta.*

9 *Alimenta solum debentur, fœminis exclusis. donec dotentur.*

10 *Si vno statuto cauetur, quòd masculus teneatur dotare sororem, & in alio, quod non succedat soror, interim, antequam dotetur, tenetur frater eam alere.*

11 Suum,

11 Suum, *dictio, restringitur ad id, quod de iure debetur.*
12 *Verba,* pro parte sua, *relata ad filios, quomodo intelligenda.*
13 Partis *nomen relatum erga descendentes, importat portionem eis de iure debitam.*
14 *Alimenta non debentur ab harede grauato, fœminis exclusis, nisi in subsidium.*
15 *Dotes in subsidium relicta censentur fœminis, stante strictissime fideicommisso: Et an idem sit de legato facto mulieri, donec nubat, num.16.*
17 *De voluntate defuncti apparere dicitur, quando in alio loco idem, aut simile dixit.*
19 L. libertis 4. ff. de alim. & cib. leg. *quomodo limitetur.*
20 *Verba intelligi debent secundùm conditionem personarum, quibus diriguntur, & ad eorum fauorem, omni meliori modo interpretari, num.23.*
21 *Interpretatio ea vitanda est per quam testator corrigeret precedentem dispositionem.*
22 *Verba impropriari, & accipi secundùm subiectam materiam, quando debeant.*
24 *Verba accipi debent in eo sensu, qui aquior est, quando possunt habere duplicem intellectum.*
25 Pars, *verbum acceptum à testatore aliquando pro parte fructuum, quando debeat eodem modo intelligi.*
26 *Iudex in dubio obseruare debet eam verborum interpretationem, qua vtrique parti consulitur.*
27 *Seruitutes sunt indiuidua. Fallit in vsufructu, vt num.28.*
29 *Vsusfructus dicitur pars dominij, in multis casibus.*
30 *Vsusfructus translatio interdicta censetur, si dominium rei in alium transferri interdicatur.*

DECISIO LXXXII.



DIa 11. Ianuarij præteriti fuit resolutum: D. Vincentium de Cappellettis in suo testamento de ann.1577. constituisse perpetuum agnatitium fideicommissum inter eius descendentes masculos: cum expressa fœminarum exclusione in omnibus suis bonis, & præsertim in Castro, & tenutis *de Belmedero*, & Possessione magna in via Romana, & Commonali nuncupatis: nec non illud fuisse purificatum in casu sequuto ad fauorem D. D. Mansueti, & Fausti, vti masculorum descendentium ex Adriano filio testatoris: Sed quia testator, in fine clausulæ fideicommissi dicti Castri subijcit hæc verba, *o voglio, che le figliuole femine non ci succedano, ma ci habbino sole la lor parte, finche saranno maritate, essendo li miei figliuoli, ò successori, le alleuino, e maritano con ogni sollecitudine:* fuit propterea in Decisione de super facta reseruatum, vt particulari dubio, de quo hodie, videretur, Quomodo fœminæ interim, & donec nubant, debeant habere partem in dicto Castro.

Portia, & sorores de Cappellettis contra masculos prætendebant, vigore prædictorum verborum, habere interim in dicto Castro dominium, & possessionem in communi, & pro indiuiso cum filijs mascu-
1 lis, tùm ex quo testator vsus fuit † verbo, *habere*, quòd hoc importat, *l. stipulatio ista, §. hac quoque, vers. habere, ff. de verb. oblig. l. habere 188. & l. nomen, § habere 164. ff. de verb. signif. Card. in clem. vnic. quæst. 2. de offic. Vic. Rot. decis. 369. in princ. par. prima recent.* tum etiam
2 ponderando verba illa ibi, † *la lor parte*, quæ de iure rem pro indiuiso significant, *leg. rectè dicimus 25. §. Quintus Mutius, ff. de verb. signif. l. libertis ff. de alim. & cibar. legat. Bero. cons. 196. num. 13. lib. 1.*

Rursus, & multò magis ponderando dictionem,
ibi, † *la loro*, quæ cum latinè sonet idem, quòd *suum*, 3
dominium importat, *l. Quintus, §. argento omni legato, & l. scribis. Quintus Mutius, ff. de aur. & argent. legat. Roman. cons. 509. num. 6. circa fin. Paris. cons. 104. num. 90. in princ. vol. 1. Guidop. decis. 442. num. 2. & facit text. optimus, l. 2. §. qui mortuum, ibi, nam cum dicat in locum alterius, apparet de dominio eum sentire, ff. de relig. & sumpt. funer.* sicut & † verbum, *meum*, dominium e- 4
tiam denotat, *l. Stichum qui meus erit, ff. de leg. 1. Bald. cons. 331. numer. 3. libr. 2. Roland. cons. 17. numer. 28. lib. 2.*

Præterea, aut dicta verba important vsumfructum, aut nuda alimenta, aut proprietatem: Quòd non im-
portent vsumfructum, videtur clarum, quia † dùm 5
non exprimitur, censetur legata proprietas, non vsusfructus, *l. si alij, & l. filios heredes, vbi Bart. ff. de vsu, & vsufruct. legat.* & benè *Soccin. consil. 10. num. 11. versic. primò, quia ex verbis, vol. 1. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 2. numer. 5.* Et accedit, quòd testator reliquit
fœminis partem; † Appellatione autem partis non 6
venit vsusfructus, *d. l. rectè dicimus in prin.* ibi, *quia vsusfructus, non dominij pars, &c.* † Nec obstare dice- 7
bant, quòd pars prædicta fuerit eis relicta, donec, & quousque nubant, quia nihilominus censetur interim relicta proprietas cum onere restitutionis in casu nuptiarum, iuxtà tex. optimum, *in l. species 15. ff. de aur. & arg. legat. Surd. de alim. tit. 2. quæst. 1. num. 9.* Et con-
sequenter etiam dicebant † minus dicta verba impor- 8
tare posse nuda alimenta, Quia supradicta iura, & rationes magis excludunt alimenta, quàm vsumfructum, vt patet ad sensum.

Exaduerso Faustus, & Mansuetus contra fœminas contendebant, Dicta verba solùm importare relictum alimentorum, quorum præcipuum fundamentum stat in eo, quòd fœminæ verbis claris, sæpiùs repertis per testatorem, sunt exclusæ propter masculos à successione omnium bonorum; itaut bona prædicta integra, & sine diminutione debeant semper, & pro indiuiso esse penès masculos de agnatione testato-
ris: † quo casu, fœminis exclusis, donec dotentur, 9
solùm de iure, debentur alimenta ad *l. qui filium 4.*
vbi *Bart. ff. vbi pupill. educ. debit.* Et ibidem † clariùs 10
Bald. vbi quòd si vno statuto cauetur, quòd masculus teneatur, dotare sororem, & in alio quòd fœmina etiam soror non succedat, quòd interim antequam dotetur, debet masculus successor illam alere, idem *Bald. in l. alimenta, C. de neg. gest. Soccin. consil. 57. numer. 36. & seqq. lib. 4. Menoch. cons. 81. num. 63. num. 2. Carpan. ad statut. Mediolan. part. 1. cap. 278. num. 243. Surd. de Aliment. tit. 14. quæstio. 26. num. 1.*
& seq. Vnde deducebant, † quòd dicta verba ibi *ci hab-* 11
bine la lor parte, debent restringi ad partem suam eis de iure debitam, & sic ad alimenta, iuxtà dict. *glos. in l. quod placuit, in verb. suum, ff. de iur. Fisc.* & in
puncto, † quòd verba *pro parte sua*, relata ad filios, 12
debeant intelligi de portione eius de iure debita, non autem de portione hæreditatis paternæ, *Cyn. per illum text. in l. scimus, sub num. 3. vers. quia cum dicit, C. de inoffic. testam.* & ibi *Bart. num. 3. Bald. num. 2. in 2. notab. Salic. num. 1. eodem notab. Ias. num. 4.* Et generaliter, † quòd nomen partis, probatum erga descenden-
tes, secundùm subiectam materiam importet portio- 13
nem de iure debitam, *Paris. cons. 7. num. 14. & seqq. li. 2. Cephal. cons. 117. num. 8.*

Ex quibus videbatur benè fundata alia fratrum pretensio, nimirum, quòd cùm fœminis per prædicta verba, *donec nubant*, debeantur dumtaxat alimenta, & ha-
beant aliundè, nec illa eis deberi: cum † de iure hoc in 14
casu, scil. ab hærede grauato non debeantur alimenta fœminis exclusis, nisi in subsidium, argumento, *text. in leg. pater filium in princip. ff. de leg. 3.*

Ant.Rub.cons.514.num.3.cum sequentibus Grat. cons.17.
numer.2 lib.1.Celsus Vgo cons.117.num.5.Petr de fidei-
comm quæst.8.num.197. Molin.de Hispan.primog.lib.4.
cap.7.num.1.& Menoch.lib 4. præsumpt. 589. numer. 66.
Marzar. in epit.fideicomm.2.par.quæst.48.num.75.Sim.
de Pretis de interp. vltim. vol.lib.4.dub.12.num.14.Mo-
dern.de pact.dotal.tom 2.dict.glos.prima.par.num.11.
15 Et fortiùs stringebat in casu nuptiarum, quia †
stante strictissimo fideicommisso censentur dotes re-
lictæ præfatis fœminis in subsidium, *Paul. de Castr.*
cons.64.num.4.lib.2.Peregr.de fideicom.art.42.num. 26.
Fusar.de substit.quæst. 531. num. 121. Seraph. decis.440.
num 40. Add.ad Greg.XV.decisio.543. num.5. & Rota in
Romana Dotium,12. Nouembris 1559. coram Illustrissimo
Cardinali Millino,& in Romana Census de Mutis 12.
Decembris 1614. coram Reuerendissimo D. meo Decano,
16 † vnde relictum, *donec nubant*, debet eodem modo
intelligi, & sic in subsidium, cùm eadem prorsus vi-
deatur militare ratio,& voluntas testatoris,vt in pun-
17 cto, *Soccin. cons. 102. num.10. vol.3.* vbi † quòd de vo-
luntate defuncti apparere dicitur, quando in alio lo-
co idem, aut simile dixit: Et clariùs, *Surd. de alim.*
tit. 2, quæst. 1. num. 16. Igitur cùm testator in caso nu-
ptiarum reliquerit dotes, quæ intelliguntur in subsi-
dium idem videtur dicendum de relicto,*donec nubant.*
Quibus tamen non obstantibus, Domini à suffi-
cienti partium enumeratione resoluerunt fœminis in-
terim fuisse relictam partem vsusfructus in dicto Ca-
18 stro, † quòd enim non fuerit relicta proprietas, vi-
detur clarum, dum testator verbis sæpius geminatis
exclusit fœminas ab ea, hac adiecta causa, vt bona
perpetuò in Familia masculina conseruentur; Vnde
dum posteà subdit, *ma ci habbino solo la lor parte,*
non intellexit de proprietate; Intrat enim doctrina,
Angel.in l.cum his,§.si vni,vers.sed hic in casu nostro. ff.
de transact. communiter approbata, vt per *Clemens.*
sing. 34. in addit. & Surd. de alim. d.tit.2.quæst.1.num.
19 30. videlicet, Quòd dispositio † textus *in l. 4. ff.de a-*
lim. & cibar. legat. dùm dicit, quòd quando relinqui-
tur fundus ad vsumfructum, censetur relicta plena
proprietas, limitatur vt locum non habeat, quando
prædicto modo relinquitur alicui, qui non sit capax
proprietatis,sed intelligi debet de solo vsufructu, seu
20 alimentis: Et ratio est, † quia verba debent intelligi
secundùm conditionem personarum; quibus diri-
guntur, *l. plenum, §. equity, ff.de vsu,& habit.* quæ eò
21 magis in casu nostro procedit,quia † alioquin testator
incontinenti fœminas vocando ad proprietatem, se i-
psum corrigeret,*ad l.ea,ff.de condit.& demonst.*
Quòd verò dicta verba non importent relictum
alimentorum, inde conspicitur, quòd illa simpliciter
accepta, & iuxtà *proprium sensum*, important proprie-
tatem ex his,quæ suprà in principio dicta sunt, quam
tamen iuxtà subiectam materiam significare non pos-
22 sunt, vt proximè dictum fuit, Vnde † accipi debent
impropriè, & iuxtà subiectam materiam, *cap.si senten-*
tia de sentent. excom.in 6. Abb.cons. 32.col.1.in fin. vol.2.
& Rot.d.decis.369. debent tamen sustineri in alio po-
23 tiori significatu, † itaut interpretentur omni meliori
modo ad fauorem eorum quibus diriguntur ad *l. quo-*
ties,ff. de reb. dub. & ff. de verb.obligat.cap. Abbate sa-
nè, vbi glos.de verb.signif. Cùm igitur possint importa-
re vsumfructum, qui ad fauorem fœminarum plus
importat,quàm alimenta,intelliguntur in subsidium:
vsusfructus verò simpliciter propterea potius de parte
24 fructuum debent intelligi, quàm de alimentis; † ver-
ba enim quæ duplicem possunt habere sensum, in eo
potissimùm accipi debent, qui æquior est, *l. quoties i-*
dem sermo,ff.de reg.iur.l.in his,ff.de condict. & dem. Soc-
cin.Sen.cons.159.col.7. in fin.lib.2. Menoch.de arbitr.lib.
2. casu 199.

Quòd etiam suadetur expendendo clausulam te-
stamenti, in qua, & in eadem oratione testator bis lo-
quutus fuit de parte fructuum:& † verbum illud *pars* 25
accedit pro parte fructuum: Vnde admodum verisi-
mile est, quòd pariter, quando locutus fuit de parte
fœminarum, intellexerit etiam eodem modo,quo su-
prà in eadem oratione dictum verbum accepit,nempe
de parte fructuum iuxtà doctrin. *Bart. in l.centuri,nu.*
17.ff.de vulg. & pupill. Soccin.iun. cons.81.num.18.lib.3.
Surd. cons. 53. num. 12. ita vt mens testatoris fuerit,
quòd fœminæ, donec nubant, participent de fructi-
bus dicti Castri dumtaxat, sicut & alij masculi: quod
clarius demonstratur, dum disposuit,vt eligeretur v-
nus masculus, qui administraret, & vnicuique daret
suam partem fructuum, & statim subdit, *fæmine non*
succedant, sed habbeant solum suam partem donec nubant,
Vnde intellexit de parte fructuum: itaut illa verba,
non succedant, intelligantur de proprietate, à qua ex-
pressè fuerunt exclusæ propter masculos,cum amplis-
sima alienationis prohibitione pro conseruatione fi-
deicommissi; & illa verba, *la lor parte*, intelligantur
de parte fructuum, qui non fuerunt fideicommisso
suppositi, sed liberè relicti:Quo pacto vtrisque con-
sultum est,nempe fratribus de Cappellenis quoad fi-
deicommissum, quòd propterea non alienatur,sed so-
lùm eius commoditas diuiditur, salua semper rerum
substantia: Et sororibus succuritur eo meliori modo,
quo relictum potest sustineri; † Iudex autem in du- 26
bio verborum eam interpretationem obseruare debet,
qua vtrique parti consulitur, *l.adoptiuus, §. 1. ff.de rit.*
nupt.Cran.cons.91.num.11.Menoch. vbi supra *num.14.*
Non obstat, quòd verbum *pars* videatur non con-
uenire vsufructui,Quia † licèt seruitutes sint indiui- 27
duæ, *l. 2. §. ex his, & l.stipulationes 72.ff.de verb.oblig.*
cum aliis adductis per *Anton.Gomez.2.tom.var.cap.10.*
num.15.Conan.lib.6.comment.cap.2.Tholos.par.prima syn-
tag.lib.5.cap.3. † Tamen excipitur vsusfructus,qui diuis- 28
duus est,*l.1.§.si vsusfructus,ff.ad l. Falcid.* Et rationem
specialitatis scripsit *Bart.in d.l.stipulationes,num 28.&*
Gomez. vbi supra: Vnde etiam † vsusfructus in multis 29
casibus dicitur pars dominij *l.4.ff.de vsufructu,Bart.in*
Auth.hoc locum, num.7.C.si secundò nupserit mulier. &
Rebuff.in dicta l. rectè dicimus, † Adeò quòd si domi- 30
nium rei in alium transferri interdicatur, censetur e-
tiam interdicta vsusfructus translatio, *l 1.iuncta,l.3.§.*
nec vsusfructus, ff. de reb. cor. & l. fin.C.de reb alien.non
alienand.
Non obstat, quòd fœminis exclusis relictum intel-
ligi debeat solùm pro dote, seu alimentis, & sic in
subsidium, Quia non procedit, quando, vt hîc,aliud
constat ex mente testatoris, & eius verba minùs im-
propriarentur, iuxtà *Soccin.& Surd.in locis citat.* & a-
lia superiùs dicta.
Non obstat demùm, quòd testator in casu nuptia-
rum voluit solùm fœminis relinquere dotes, seu ali-
menta, & inde videri, quòd idem etiam, & non plus
voluit eis relinquere, donec nubant, Quia dicebant
Domini, quòd imò voluit testator, vt donec nubant,
habeant vsumfructum; & in casu nuptiarum solùm
dotes,seu alimenta; vt sic inuitaret filios,& successo-
res ad eas citiùs maritandum; prout etiam illos hor-
tatus fuit sub spe futuræ restitutionis istorum fru-
ctuum,qui fœminis erant relicti,donec maritarentur;
est enim hæc interpretatio æquior, & proprietas ver-
borum retinetur omni meliori modo, ac vtrisque
consulitur.

Et ita, &c.

Bononien.

Bononien. Retractus.

Ven. 21. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Censuarius quando retrahere possit rem censuatam alteri venditam. Venditio rerum minoris celebrata absque decreto Tribunorum plebis à statuto Bononiæ requisito, valet, dummodo fuerit in instrumento venditionis reseruatum dictum decretum, & posteà ex interuallo illius impetratio secuta fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Censuarius quando retrahere possit rem censuatam alteri venditam.*
2 *Retractui locus non est, si venditio fuit nulla.*
3 *Statutum Bononia sub* rubr. de contr. in §. adiicientes, *requirit solemnitates: de quibus remissiuè.*
4 *Venditio nulla est non interueniente solemnitate à statuto requisita.*
5 *Solemnitas pro forma à statuto requisita interponi debet in ipso actu, aut post incontinenti, non autem ex interuallo.*
6 *Et interponi debet antequam quis ad alia negotia diuertat: Et ratio redditur, num 7.*
8 *In alienatione rerum minoris, debet pracedere decretum iudicis, aut in alienationis actu interponi, & non subsequi illius perfectionem.*
9 *Consensus patris, qui requiritur, vt filius adeat, vel possit stare in iudicio, pracedere debet.*
10 *Tutoris, & curatoris auctoritas pracedere debet actum gestum à pupillo, vel adulto aut in ipsómet actu interponi: non autem ex post facto.*
11 L. si quis mihi bona, §. iussum, *explicatur.*
12 *Tutoris seu curatoris consensus prastitus, non benè, & perfectè negotio viso, nihil operatur.*
13 *Licentia, decretum, aut consensus alicuius, quando dicantur per statutum desiderari pro forma, vel non, ad effectum, vt post actum gestum interponi possint, vel non.*
14 *Licentia Iudicis superioris supplet licentiam iudicis inferioris.*
15 *V. Legatus habet eandem auctoritatem, quam habet Legatus.*
16 *Licentia non extenditur ad non petita contra intentionem concedentis.*
17 *Clausula,* super quibus omnibus singulis, *deficiente in licentia, illa non trahitur ad enunciata.*
18 *Solemnitas requisita à statuto in aliquo actu, si in illo non adhibeatur, sed reseruetur adhibenda, operatur, vt actus valeat.*
19 *Fideiussor soluens pro aliis confideiussoribus, non potest petere, vt creditor contra eos sibi cedat: benè tamen sibi cedenda sunt, si in actu solutionis fuit expressè reseruatum, vt sibi cedantur.*
20 *Paria sunt fieri aliquid ab initio, vel ex post facto, si ab initio fuit conuentum, quòd illud debeat, vel possit fieri.*
21 *Contrahentes si in instrumento reseruant sibi, vt liceat eis apponere conditiones posteà declarandas, etiam si declaratio ex internallo fiat, haberi debet pro facta tempore confecti instrumenti.*
22 *Pactum de retrouendendo, si ab initio contractus fuit conuentum, vt fiat, dicitur incontinenti, & in ipso actu fieri: etiam si posteà ex interuallo fit.*
23 L. si ita scripsero 38. ff. de condit. & demonstr. *dispositio recitatur.*
24 *Fideicommissarij, quamuis nec nati, nec concepti tempore testamenti, dicuntur habere à fideicommittente, etiam si mille anni transiuerint.*
25 *Pactum in instrumento appositum, informatur ab ipso contractu, vel, vt alij dicunt, informat ipsum contractum principalem.*
26 *Venditio celebrata cum reseruatione aliquid faciendi, censetur facta sub conditione quatenùs fiat id quod fuit reseruatum, & interim donec illud fiat, venditio dicitur imperfecta, & suspensa, nec dominium transfert: Et num. 27.*
28 *Clausula,* quatenùs opus sit, *quid operetur.*
29 *Contrahentium mens ex quibus declaretur.*
30 *Incontinenti, & ipso actu illud fieri dicitur, quod fit, antequam partes habeant contractum pro perfecto, & absoluto.*
31 *Retrahere volenti non nocet declaratio venditoris asserentis se nulliter vendidisse.*

DECISIO LXXXIII.

D. Elizabeth de Mereadinis 6. *May* 1523. & ætatis suæ annorum 13. vendidit Vincentio Bauosio medietatem cuiusdam prædij: sed quia erat pro quodam perpetuo censu pupillis de Grimaldis obligatum; † ipsi propterea vigore Constitutionis Pij V. volentes illud retrahere, obtulerunt adimplere omnia in venditionis instrumento contenta, & cum effectu pecunias, iuxtà d. Constitutionem deposuerunt: Vnde videbatur retractui locum esse, *Cene. de censib. par. 2. quæst. 1. art. 3. numer. primo, & seqq. Rot. decis. 620. part. 2. recent.* & coram *Gregor. XV. decis.* 193. Et pro retractu in prima instantia ad fauorem d.d. pupillorum pronunciauit Auditor generalis Bononiensis. 1

Verùm Bauosius, qui ex alio iure prædium ad se spectare, & retractum excludere prætendebat: Causam in grado appellationis introduxit in Rota Bononien. à qua sententiam fauorabilem, primæ reuocatoriam reportauit: cuius fundamentũ fuit, † Quòd prima venditio, ex qua Grimaldi retrahere volunt, fuit nulla, & sic ex illa eis non competere ius retrahendi, *Bald. in leg. 2. num. 3. prope finem, vers. quia verbum venditionis, C. de Episcop. audien. & in tract. de iur. prothomis, numer. 7. Tiraq. de retract. lignag. §. primo, glos. 2. sub num. 5. vers. cum appellatione venditionis, & numer. 6. post princip. vers. quia verbum vendendi, Cassan. in rub. de retract. rubr. 10 §. primo, glos. 2. num. 5. Carpan. de statut. Mediol. cap. 417. numer. 135. tom. primo, Modern. Roman. discept. forens. cap. 526. num. 15. lib. 3. Franch. decis. 742. num. primo, & sequentibus.* 2

Nullitas venditionis prætendebatur, ex quo per † statutum Bononiæ sub *rubr. de contract. in §. adijcientes*, in alienatione rerum minorum, requiritur inter alias solemnitates, licentia, & decretum Dominorum de Collegiis, siue Tribunorum Plebis, vt exponit, *Monterent. glos.* ibi, *in verb. & dominorum:* hoc etiam in dicto statuto expresso. in *vers. & si*, quòd alienationes aliter factæ, & sic sine prædicta licentia, seu decreto Tribunorum, sint ipso iure nullæ, nulliúsque valoris, & momenti. Vnde cùm † hæc decreti solemnitas non interuenerit, venditio fuit nulla, *cap. cum dilecta ante fin. & ibi Felin. num. 6. vers. gesta contra formam de rescript. Surd. decis.* 144. *numer.* 17. 3 4

Pic.ad statut. Vrb. glos.1 t.num.4. Rot. apud Seraf.decis.
1187.in fin.& fuit sæpiùs decisum.
Nec releuare videbatur, quòd posteà, die 7. Sep-
tembris, eiusdem anni, & sic post menses quatuor à
die venditionis, quæ, vt dictum est, fuit die 6. May,
sequuta fuerit Tribunorum licentia, seu decretum.
5 † Quia cùm illud à statuto requiratur pro forma,
debuit in ipso actu, aut post incontinenti, non ta-
men ex interuallo interponi, iuxtà doctr. Bart. in l. v-
niuersa, C.de precib. Imper.offeren. Bald.in rubr.num.5.
C.de rescind vendit. Alex. Ias. & communiter Doctor.
in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. hæred.Cels.
Vgo cons. 34. num.2. Gabr.cons.2.per tot.lib.1.Lambert,
6 de contract. glos. 7. num. 26. vbi † quòd interponi de-
bet, antequam quis ad alia negotia diuertat, Semon-
cell.de Decret.in præfat.num 33. vers. huic tamen conclu-
7 sioni: † Et ratio est, Quia actus non potuit fieri sine
tali forma, & ideò potentia debet præcedere, aut si-
mul concurrere cum actu, iuxtà ordinem naturæ, vt
dixit Bald. in l.1.num.11.C.qui admitti.
Quæ ratio procedit, & concludit etiam, quòd ver-
bum licentia in dicto statuto vt voluit Monterent. ibi-
dem, interpretetor, idest decretum, Quia licentia in-
terponi debet per viam decreti, & antequam inter-
ponatur, non adest potentia, & etiam est conformis
8 iori communi: quo attento † decretum iudicis in a-
lienatione rerum minoris debet præcedere, aut in alie-
nationis actu interponi, & non subsequi eius perfe-
ctionem, l.prima.& l.magis puto, in princip. ff.de rebus
9 eorum, l.prima, & tot.C de præd. min. Sicut in simili, †
Consensus patris, qui requiritur, vt filius adeat hære-
ditatem, vel possit stare in iudicio, debet præcedere,
d. §. iussum, & ibi glos. ordinaria, & in l. fin. vers. ne-
cessitate, C. de bonis quæ liber. vbi Bart. Bald. & com-
10 muniter Doctor. prout etiam † auctoritas tutoris, &
curatoris debet præcedere actum gestum à pupillo,
vel adulto, aut in ipsómet actu interponi, non verò ex
post facto, l. oblig. §. tutor, ff. de auctor. tut. & §.Tutor.
11 instit. eod. tit. † Nec contrarium probat text. in d. §.
iussum, ibi, quæ interponitur perfecto negotio, Quia hæc
verba intelligenda sunt idest digesto, & per tutorem,
seu curatorem benè, & perfectè negotio viso, audito,
& intellecto, iuxtà doctr. Bart. in l. sed si hac, §. Præ-
12 tor. ait, ff. de in ius vocan. † Consensus enim aliter,
præstitus nihil operatur, Paul.de Castr.cons.432.num.
1. volum. 1.
13 Quòd autem in casu nostro † licentia, seu decre-
tum Tribunorum desideretur pro forma videtur cla-
rum; tum quia hoc in statuto expresse cauetur, ibi,
seruata forma huius statuti, & rursus ibi, contra præfa-
tam formam: Et in puncto huius statuti, Maluas.cons.
86. numer. 7. & seqq. tum etiam, quia trita, & solida
est in hac materia regula, Quòd licentia, decretum,
aut consensus alicuius, tunc dicuntur per statutum
desiderari pro forma in aliquo actu, quando aut eius
non interest actum fieri, aut desiderantur ad integran-
dam personam, & statutum disponit aliter non posse
fieri, & factum nullum esse, cum clausula non aliter
nec alio modo, vt in casu nostro, Bald. in l. cùm ipse, C.
de contrah. empt. Paul. de Castr. in l. si cùm dotem, §.eo
autem tempore, ff. solut. matrim. Alex. Aret. & alij in
d. §. iussum, Roman. cons. 54. per tot. Ias. in l. 2. §. vo-
luntatem, num. 5. ff. solut. & pleniùs, Soccin. cons. 23.
num. 21. lib. 4. adeò vt tunc nullo modo per interpo-
sitionem decreti ex interuallo, actus conualescat, vt
dicunt præcit. Doctor. Benè autem conualidatur,
quando consensus seu licentia non desiderantur ad
integrandam personam, sed ad præiudicium consen-
tientis, l. fin. ff. ad Maced. & l. honores in fin. ff. de
Decur. Bart. in d. §. iussum, num. 4. vers. quandoque,
& in d. §. necessitatem in fin. Cassan. in consuetud. Burg.
rub.4.§.7.verbo peruenient, num.1. Suar.in l.13. num.32.
tit. de las deudas.
Nec etiam releuare dicebatur, quòd in actu vendi-
tionis interuenerit licentia, seu decretum V. Legati
Bononien. itaut per illam, † vti licentia superioris, 14
suppleatur licentia Tribunorum, qui sunt inferiores;
vt fuit de mente Bald. in d. l. cùm ipse, num. 11. &
in puncto, Franch. decis. 242. num. 6. in fin. & Rot.a-
pud Mantic. decis. 344. num. 6. Quia benè responde-
batur, Quòd licèt † V. Legatus habeat illam auctori- 15
tatem: quam habet Legatus, Modern. Roman. discept.
forens. cap 166.num.1.& seqq.& Rot.apud Verall.decis.
341.n.4.& 5.p.3. tamen licentia V.Legati fuit restricta
litigiosi ad vitium, & sic solùm operatur, vt vitium
hoc non impediat venditionem, non autem, vt per
eam suppleantur solemnitates statuti: † Cùm enim 16
hoc non fuerint petitum, nec aliter V. Legato expo-
situm, non fuit eius intentio supplere dictas solemni-
tates, cap.inter, in fin. de fid. instrum. l si defensor, §.1.ff.
de interrog. act. Paris. cons.3.num.56. lib.4. Bellam. de-
cis. 333. Rot. decis. 114. num. 4. decis. 555. num. 2. &
decis. 687. numer. 6 vers. concessio enim, part. 2.recent.
Et quamuis minor ætas fuerit narrata; † quia tamen 17
in licentia non adest clausula, super quibus omnibus,
& singulis, illa non trahitur ad enunciata, Ruin.cons.
157. num. 6.lib.1. Pic.ad stat.Vrb.glos.21.numer.20. &
Rot.diuers.decis.316.num.17.par.2.
Cæterùm (etiam omnibus suprà ex aduerso dictis
veris existentibus) vnanimi Dominorum voto fuit
conclusum, Venditionem fuisse validam, & ideò ex
ea Dominis de Grimaldis competere ius retrahendi,
& consequenter sententiam Rutæ.Bononien. esse in-
firmandam: Fuit enim venditio facta cum omnibus
statuti solemnitatibus: Et licentia, seu Decretum
Tribunorum etiam, quòd post quatuor menses à
die stipolati instrumenti, in actu ipso interpositum,
† ex quo illud fuit expresse tunc in instrumento re- 18
seruatum, ibi saluo tamen, quatenùs opus sit, iure peten-
di, & obtinendi Decretum a Tribunis plebis, &c. vnde
intrat dispositio, tex. in l. Modestinus 76.ff.de solution.
† vbi si vnus fideiussorum soluit pro aliis confideius- 19
soribus, non potest petere, vt creditor sibi contra eos
cedat actiones, quæ per solutionem simpliciter fa-
ctam, fuerunt iam extinctæ: benè tamen sibi ceden-
dæ sunt, si in actu solutionis expresse fuit reseruatum,
vt sibi actiones cedantur; quasi cessio, quæ posteà fit,
censeatur vigore reseruationis facta in actu solutio-
nis: ex quo tex. Bart. ibi num. 2. deducit regulam, † 20
Quòd paria sunt aliquid ab initio fieri, vel ex post
facto, si ab initio conuentum fuit quòd illud debeat,
vel possit fieri; Et ex eod. tex. resoluit. Anchar.
consil. 7. numer. 2. in fin. † Quòd si in instrumento 21
reseruant sibi contrahentes, vt liceat eis appo-
nere conditiones posteà declarandas, quòd etiam
si declaratio ex interuallo fiat, haberi debet pro
facta tempore confecti instrumenti, & perinde,
ac si conditiones posteà declaratæ, in eo essent spe-
cificatæ: Et Crauett. cons. 156. num. 19. † quòd si ab 22
initio contractus conuentum est, quòd fiat pactum
de retrouendendo, dicitur incontinenti, & in ipso a-
ctu fieri, etiam si posteà ex interuallo fiat: Et facit † 23
text. optimus, in l. si ita scripsero 38. ff.de condit. & de-
monstr. vbi si in testamento dictum fuerit, quantum co-
dicillis Titio legauero, &c. licet codicillis legatum ex-
plicetur, tamen ex testamento valet: Hinc etiam vi-
demus, quòd † venientes ex fideicommisso, quamuis nec 24
nati, nec concepti tempore testamenti, dicuntur tamē
habere à fide committente, etiam si mille anni trāsie-
rint, l. vnum ex Familia in princ. ff. de legat. 2. Et demùm
conducunt, quæ in similibus terminis tradunt, Soccin.
consil. 61. num. 6. vers. quia res sic assignata, vol. primo.
Mandell.

15 *Mandell. consil. 408. num. 7. & consil. 599. num. 6.*
Præterea † pactum illud, quo fuit reseruatum Decretum Tribunorum, appositum iuxta contractum venditionis, & in dicto instrumento, informatur ab ipso contractu; aut, vt alij dicunt, informat ipsum cō-
26 tractum principalem, *l. iurisgentium, §. quinimò*; & ibi *Bartol. Paul. Ias.* & communiter *Doctor. ff. de pact.* † ita vt venditio censeatur celebrata sub conditione, si Decretum Tribunorum interponatur, & non aliter: vnde interim venditio fuit imperfecta, & sospensa sub
27 dicta conditione, *Osasc. decis. 164. num. 7.* † & dominium non fuit translatum, *Put. decis. 2. de transact.* &
28 illa † clausula, *quatenus opus sit*; importat, vt Decretū Tribunorum omnino interponatur, ex quo opus erat
29 interponi pro actus validitate; *Bald. in l. edita, nu. 98. C. de eden. Seraf. decis. 687. num. 2.* † Et sine dubio fuit contrahentium mens, vt interim venditio non esset perfecta, prout etiam ex Decreti petitione postea factā, & illius interpositione subsequutâ, satis declaratur, hanc ab initio fuisse eorum intentionem, ad *l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Maced.* Vnde succedit doctri-
30 na *Bart.* communiter approbata in *l. lecta num. 18. ff. si cert. petat.* vbi † quòd Omne illud fieri dicitur incontinenti, & in acto ipso, quod fit, antequam partes habeant contractum pro perfecto, & absoluto; *idem Bart. in l. Iurisgentium, §. quinimò num. 21. ff. de pact.* Aut, vt exponit ibidem *Ias. num. 21.* donec contractus ambolat; & est in fieri: Et ita in similibus terminis resoluit, *Paris. consil. 31. n. 17. li. 4.* & in puncto, *Simonc. de Decret. in præfat. num. 37. vers. non obstat ratio, Menoch. cons. 767. per tot. Put. A. decis. 2. de transact. Rot. apud*
31 *Seraf. decis. 805. n. 8.*

Neque obstat, † quòd D. Elisabeth post Decretum Tribunorum, & ideò post perfectam, & absolutam venditionem, ac post declarationem Grimaldorum, quòd volebant vti retractu declarauerit, se nulliter vendidisse, & nolle venditioni stare. Quia hæc declaratio non potuit præiudicare Dominis de Grimaldis, quibus fuerat iam ius quæsitum, *Alber. de statut. par. 1. quæst. 87. vers. si autem agnati, Dec. cons. 160. num. 6. vers. quarto, & vltimo*; & in puncto, *Mandell. cons. 107. n. 8. & Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss. 7. n. 18.*

Et ita vtraque, &c.

Ariminen. Bonorum.

Merc. 26. Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Donatio omnium bonorum cum clausula Constituti, & reseruatione vsusfructus, facta cum hoc, quòd petitio, & possessio rerum donatarum, illicò post mortem donantis, pleno iure competat donatario, & non antea, nec alio modo, transfert ciuilem possessionem, & dominium in donatarium: ita vt si ipse donatarius prædecedat donanti, superstitibus hæredibus, dicti eius hæredes succedere debeant post mortem donantis, non obstante qualibet dispositione per ipsum donantem postea facta: & d. d. hæredibus donatarij danda est manutentio in concursu hæredum donantis, &c.

SVMMARIVM.

1 Constitutum *transfert veram possessionem. Amplia, vt transferat etiam dominium, si concurrit titulus habilis ad illud transferendum, nu. 16. & 18.*
2 *Possessio transfertur ex reseruatione vsusfructus. Item ex illa dominium transfertur, n. 19.*
3 *Possessio habens horam certam, præsumitur anterior, in concursu alterius possessionis, quæ non habet horam certam, licèt capta fuerit eadem die.*
4 *Possessio posterior præsumitur clandestina.*
5 *Donans potest in actu donandi apponere conditiones sibi benè visas.*
6 Constitutum *collatum post mortem constituentis, nihil operatur, & vide rationem, ibidem.*
7 *Possessio capta, dum erat per Colonos occupata, non suffragatur.*
8 *Et vt ritè capta dicatur, sunt eiiciendi Coloni, vel ab eis est habenda recognitio.*
9 *Hæreditatis iacentis bona, dicuntur malè occupata, si non fuerit illi datus curator.*
10 *Clausula* sine præiudicio habentium meliora iura, *posita à Iudice in traditione possessionis, quid operetur.*
11 *Hæres habet intentionem fundatam, donec, & quousque alter non probat habere meliora iura.*
12 *Donatio collata post tempus mortis, non transmittitur per donatarium ad suum hæredem, si ipse donatarius prædecessit donanti. Secùs est in donatione inter viuos, num. 14. & num. 21. præsertim si fuerit facta mentio de hæredibus, n. 22.*
13 *Contractus conditionales ad hæredes transmittuntur, si sint vltrò, citróque obligatorij: quod non procedit in donatione.*
14 *Donatio, ex quibus dicatur inter viuos, etiam si fuerit facta mentio mortis, remissiuè, vbi multis exornatur, & num. 23.*
15 *Donatio inter viuos simplex, & pura, & facta præsenti, & acceptanti, dicitur à principio pura, & irreuocabilis.*
16 *Donatio cum clausula* Constituti, *transfert ius, & dominium in donatarium, adeò vt donans non possit ampliùs disponere de rebus donatis, nec illas in alium transferre, & num. 17.*
Donatarius vigore clausulæ Constituti, *præfertur cuilibet alij possessori, cui posteà fiat realis traditio rei donatæ, n. 20.*
23 *Donatio cum clausula* Constituti, *cum hoc, quòd possessio non acquiratur, nisi post mortem donantis, intelligitur de possessione naturali, non autem ciuili.*
24 *Possessio naturalis est penes vsufructuarium.*
25 *Proprietarius fit dominus pleno iure ex consolidatione vsusfructus.*
26 *Insinuatio non est necessaria stante iuramento.*
27 *Aegidiaria in contractibus minorum, requirens iuramentum, & insinuationem, fuit extensa ad omnes contractus mulierum ex Constitutione Cardinalis Carpensis.*
28 *Constitutio Marchiæ Cardinalis Carpensis confirmata à Papa, non ligat eos, qui sunt extra d. Prouinciam.*
29 *Possessio constitutarij suffragatur eius hæredi, ad effectum manutentionis.*
30 *Constituens se possidere nomine constitutarij, & eius hæredum efficit, vt continuetur possessio in d. d. hæredes etiam mortuo constitutario.*
31 *Possessio naturalis vsufructuarij extinguitur eius morte.*
32 *Interdictum* vti possideris, *non datur hæredibus vsufructuarij, sed hæredibus proprietarij.*

DECISIO LXXXIV.


AVINIA Casarossia de anno 1600. de-
dit Margaritæ eius filiæ iam nuptui tra-
ditæ Francisco Carossio, præsenti, & ac-
ceptanti pro se, & eius hæredibus om-
nia, & quæcunque eius bona, & iura
præsentia, cum clausulâ *Constituti*, & reseruatione
vsusfructus, durante donatricis vitâ, & scutis cen-
tum auri ad testandum: *volens etiam*, (verba sunt do-
nationis) *quòd incontinenti, sequuta eius morte, petitio,
exactio, recuperatio, & possessio rerum donatarum, illicò
ipsi Margaritæ pleno iure competat, & non anteà, nec
alio modo*. Prædecessit donataria donatrici, superstite
Pompeio eius filio, & hærede, qui virtute dictæ do-
nationis, necnon Ginebria Panetteria vti filia, & hæ-
res donatricis, immissi fuerunt in possessionem bono-
rum, de quibus agitur, per Gubernatorem Arimini;
& cum fuerit inter eos disceptatum, cuius possessio
esset manutenenda: tàm coram dicto Gubernatore,
quàm cameræ Auditore: obtinuit prædicta Ginebria,
Quorum sententiæ ob non reuersionem pro Aposto-
lis, fecerunt transitum in rem iudicatam: Vndè cum
Signatura mihi commiserit causam restitutionis in
integram: Dubitaui: An præsupposita re iudicatâ,
constet de causis restitutionis.

Et pro Pompeio dicebatur, quòd eius possessio
1 erat prior virtute Constituti, † per quod transfertur
vera possessio, *l. quadam mulier, ff. de rei vendicat. Tira-*
2 *quell. de iur. constit. par. 2. ampl. prima, num. 2.* & † ex re-
seruatione vsusfructus, *l. quisquis, & l. si quis argentum
§. sed si quidem, C. de donat, Alex. in l. 3. in princ. num. 14.
ff. de acq. poss.* nec non ex actuali immissione post mor-
3 tem donatricis, virtute eiusdem donationis, † quæ
fuit anterior immissione Ginebriæ; quia quàuis vtrá-
que fuerit eadem die, nempe 4. Iulij; tamen illa Pom-
peij fuit cum expressione horæ, quæ propterea præsu-
mitur prior in concursu alterius possessionis, quæ non
habet horam, licet capta eadem die, *Rot. decis. 19. nu. 2.
cum seqq. p. 2. diuers. & in recent. decis. 135 n. 1. vers. quod-
que sufficit, & decis. 312. n. 2 post med. vers. & sufficit p.
1. & decis. 514. n. 1. p. 2. & in Romana Quartæ 27. Apri-
lis 1620. coram me.* Vnde videbatur constare de cau-
sis restitutionis in integrum, & sic Pompeio, potiùs
dandum esse mandatum de manutenendo, quàm Ge-
4 nebriæ; cuius † possessio tanquam posterior præsumi-
tur Clandestina, *cap. licet causam*, vbi *Felin. nu. 8. vers. 3.
causa de probat. Caputaq. decis. 334. n. 2. p. 2. Seraf. decis.
1106. n. 2. Greg. XV. decis. 6. n. 3.*

Sed Domini contrarium resoluerunt, & resolutio-
nis ratio fuit, quòd Pompeius nec se iuuare potest
possessione virtute Constituti, nec aliâ captâ dictâ die
4 Iulij post mortem donatricis. In Primis non pos-
sessione Constituti, quia donatio fuit collata post
mortem donatricis constituentis, ex prædictis verbis
donationis, ibi, *volens ipsa donatrix quòd, &c.* vnde
versamur in claris, quòd in vitâ donatricis possessio
non fuit translata per Constitutum; quia ne transiret,
5 fuit expressè conuentum: & clarum est quòd † dona-
trix in actu donandi potuit apponere conditiones si-
bi benè visas, *l. legem. C. de donat. & l. prima C. de donat.
quæ sub mod. Bald. cons. 145. lib. 4. & Castrens. cons. 367.
6 lib. 1.* † Post mortem autem donatricis, Constitutum
nihil operatur; quia confertur in tempus, in quo nó
est possessio penes constituentem, imò extincta per
eius mortem, *Bald. in cap. 1. de confirm. vtil. vel inutil.
num. 13. Angel. Perus. in l. quamuis, §. si Conductor, nu. 1.
ff. de acquir. poss.* & ibi *Cuman. num. 2. Tiraq. de iur. con-
stit. par. 3. limit. 2.* & dixit *Rot. in Florentina Subdeca-
natus 27. Ianuarij, currentis anni coram me.*

Deinde nec Pompeius se iuuare potest possessione,
iudicis auctoritate capta dicta die 4. Iulij, tum quia
† cùm esset occupata per colonos, erat plena. *Seraf.* 7
decis. 71. num. 4. Vnde † vel coloni erant eiiciendi, vel 8
ab eis erat habenda recognitio, *l. peregrè, §. quibus ff. de
acquir. poss. Gozad. cons. 86. num. 10. Afflict. decis. 325. n. 3.
& Seraf. decis. 342.* tum etiam quia † tunc hæreditas 9
donatricis erat iacens; cui cùm curator datus non
fuerit, bona in ea reperta, fuerunt malè occupata,
Rol. cons. 78. n. 20. lib. 5. Greg. XV. decis. 106. num. 7. Et
demùm, ac potissimum: Quia Iudex tradidit Pompeio
possessionem cum † clausula, *sine præiudicio habentiũ* 10
meliora iura, quæ præseruat iura hæredis, & nihil ope-
ratur, nisi purificata conditione, *Ioseph. Ludouic. decis.
Perus. 47. num. 22. & Surd. decis. 333. nu. 10. & seqq. post
cons.* vbi quòd dicta clausola facit, vt habeatur pro nó
possessore quoad interesse hæredis, *Rot. decis. 325. n. 1.
p. 1. diuers. & decis. 513. num. 3. p. 1. recent.*

Quòd autem iura Ginebriæ vti hæredis sint potio-
ra, inde desumebatur: quòd † ipsa vti hæres habet in- 11
tentionem fundatam, donec, & quovsque alter non
probat habere meliora iura, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr.
test.* Pompeij autem ius, solùm in dicta donatione fun-
datur, quæ ei non suffragatur, quia fuit post mortem
collata, ex prædictis verbis donationis, ibi *volens ipsa
donatrix, &c.* † vnde cùm Margarita donataria eius 12
mater prædecesserit donatrici, donatio non transmit-
titur ad Pompeium filium, & hæredem, quia † tex. *in* 13
*§. ex condit. Instit. de verb. oblig. & l. necessario, §. 1. ff. de
peric. & commod. re. vend.* qui dicunt, contractus condi-
tionales ad hæredes transmitti, loquuntur in contra-
ctibus vltrò, citróque obligatoriis, non autem in do-
natione; vt declarat *glos. in d. §. ex conditionali*: & ibi
Doctor. Et rationem differentiæ assignat *Menoch.
cons. 388 n. 55.*

Verùm in extensione Decisionis † fecit mihi dif- 14
ficultatem, quam etiam vnus Dominorum agnouit,
quòd hæc donatio fuit inter viuos, etiam quòd fuerit
facta mentio mortis, ex quo expressè dictum, fuit, vt
esset donatio pura, simplex, & inter viuos, *Craueтт.
cons. 85. num. 3. Roder. Suarez alleg. 20. num. 3. & seqq.
Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 1. tit. 13. num. 1. & seqq.*
Et ex retentione vsusfructus, qui morte finitur, *Alex.
consil. 14. lib. 1. num. 3. vers. hac etiam:* Nec non ex clau-
sula *Constituti*, quæ esset superflua, & nihil operatur
post mortem constituentis, vt supra dictum est: Tum
etiam, quia donatrix promisit donationem perpetuò
firmam habere, & eam non reuocare, vulg. *tex. in l. vbi
ita donatur, ff. de donat. mort. caus. Suar. vbi supra, Mar-
zar. cons. 65. n. 4. Anton. Gomez. de donat. cap. 4.* Præterea
quia donatrix iurauit obseruàtiam donationis, *Clar.
in §. Donatio, quæst. 41.* Et quia donataria fuit stipulata
etiam pro hæredibus: cùm tamen donatio inter viuos
ad hæredes transmittitur, non autem donatio causa
mortis, *Alex. cons. 14. n. 4. vol. 1.* Vlterius quia adhibi-
ti fuerunt solùm duo testes, qui sufficiunt in dona-
tione inter viuos; *Alex. in l. quæ dotis, num. 13. vers. vl-
timò fallit. ff. solut. matrim. Paul. de Castr. cons. 76. vol. 2.*
Et demùm, ex quo donatio facta fuit coniunctæ per-
sonæ, nempe filiæ, *Imol. & Roman. in d. l. quæ dotis*: &
latè, *Riminald. iun. consil. 274. n. 70. vol. 3.*

Vndè cùm dicta † donatio fuerit inter viuos sim- 15
plex, & pura, facta præsenti, & acceptanti, fuit à prin-
cipio perfecta. & irreuocabilis, *§. alia Instit. de donat.*
Et † per traditionem, virtute Constituti, fuit ius in 16
persona donatariæ radicatum, & ei dominium acqui-
situm, *l. prima ff. de donat. & l. Senatus, §. donatio ff. de
donat. caus. mort. Capra. cons. 14. num. 5. Ioseph. Ludou.
decis. Perus. 29. num. 6. cum seqq.* adeò quod † donatrix 17
non potuit ampliùs de rebus donatis disponere, nec
eas in alium transferre, seu alteri obligare: *Bartol. in*

l 1.C de iur. fisc. lib. 11. Corsett. sing. 82. verb. Donatio,
Cels. Vgo cons. 53. num. 2. & cons. 58. n. 6. & 8. Viu. decis.
421. n. 20. & Ludou. Peguer. decis. crim. 48. num. 6. Et ra-
18 tio est, † quia clausula *Constituti*, non solùm posses-
sionis, sed est etiam domini translatiua, si vt hic con-
currit titulus habilis ad transferendum dominium,
gloss. communiter approbata *in l. ab emptione ff. de pact.*
19 *& cap. cum venissent de restit spoliat.* provt † etiam idē
dicendum est de retentione vsusfructus rei donatæ,
d. l. quisquis; & ibi, *Salic. post gloss. & d. l. quis argentum,*
§. sed siquidem, C. de donat. Guid. Pap. decis. 46. & 101.
20 † quo casu donatarius præfertur alij cuilibet posses-
sori, cui postea fit realis traditio rei donatæ, vt notant
communiter *Doctores in l. quoties, C. de rei vendic. Ioan.*
Andr. in Addit. ad Specul. tit. de empt & vendic. §. 1. in
add. quæ incipit, nota, quòd si res. Bertrand. cons. 173. nu.
11. in fin. lib. 1. & Guid Pap. vbi supra.
21 Vnde † cùm per d. donationem in casu nostro
fuerit donatariæ ius quæsitum, & dominium in eius
persona radicatum, consequenter eius morte, super-
stite donatrice, donatio non fuit extincta, sed transiuit
ad Pompeium eius filium, & hæredem, *d. l. si quis ar-*
gentum, §. fin. in fin. C. de donat. ibi, *non solùm eos, dum su-*
persunt, sed etiam eorum successores reddere compelli non
tantùm his, in quos donatio facta est, sed etiam eorum hæ-
redibus. Bart. in l. ita stipulatus 115. num. 41. in fin. ff. de
verb. oblig. Rebuff. in l. alienatum 67. §. donationis verbum,
vers. 4. donatio, ff. de verb. signif. Thesaur. decis. 70. num. 5.
22 *vers. dico autem Viu. d. decis. 421. per tot.* † Et quando,
vt hîc hæredum facta est mentio, nulla est dubitatio,
Menoch. d. cons. 388. num. 53. Borgn. Caualcan. decis. 41.
per tot. Raudens. de Analog. cap. 37. n. 702. Anton. Fab. in
suo Codic. in tit. de reuocan. donat. diffin. 21.

Neque obstant prædicta verba ibi, *volens ipsa dona-*
trix quòd petitio, &c. quia non important conditionē,
ita vt sint posita in substantia donationis, quæ iam
erat perfectè concepta, iuxta omnes suas partes sub-
stantiales, sed solùm respiciunt donationis executio-
nem; quòd clarè patet. Primò, quia dicta verba, de se
executionem, & effectum donationis respiciunt; quā-
doquidem, vt de iure locus esse possit, petitioni, ex-
actioni, seu possessioni necessariò præsupponi debet
perfectio donationis a. ea clausulis Constituti, & re-
tentionis vsusfructus quæ alioquin essent inutiles, &
nihil operarentur, & donatria sibi ipsi contradiceret.
23 Tertiò, & tandem, † quia mentio mortis non fit per
modum causæ finalis, sed solùm ad demonstrandum,
& limitandum tempus, quo donatarius debet gaude-
re bonis sibi iam donatis, & acquisitis: provt in pun-
cto, *Oldrad. cons. 114. Alex. cons. 78. per tot. vol. 4. Me-*
noch. d. cons. 388. num. 28. & fusiùs *Borgn. Caualcan. in*
d. decis. 42. num. 11. Rot. in Romana de Incoronatis 29.
Aprilis 1616. coram b. m. Vbaldo. Vnde quòd posses-
sio donatariæ non acquiratur, nisi post mortem dona-
tricis, non est intelligendum de possessione ciuili, quæ
iam translata fuit per Constitutum, & vsusfructus
24 retentionem; sed de possessione naturali, † quæ re-
mansit penes donantem, ratione vsusfructus, *l. natu-*
raliter in princ. ff. de acq. possess. provt in terminis *Rot.*
in dicta Rom. de Incoronatis, vers. rursus nec videbatur;
provt in simili, vt euitetur contrarietas, distinguit
Alex. d. cons. 78. n. 21. vers. & quod d. donatio; & innuunt
verba donationis ibi, *sequuta dicta morte, pleno iure*
25 *conuertant & non anteà:* itávt in dicto casu † ea con-
solidatione vsusfructus cum proprietate per mortem
donatricis, donataria, quæ anteà erat nuda proprieta-
ria fiat domina pleno iure, *§. fin. Inst. de vsufructu.*
26 Non obstat defectus insinuationis, Quia † non est
necessaria staure iuramento, quod supplet defectum
insinuationis, iuxta opinionem, quam pluries tenuit
Rota, *Caputaq. decis. 286. par. 1. Seraf. decis. 472. nu. 14.*
& decis. 746. num. 5. & in recent. decis. 588. num. 1. versic.
3. instrumentum, par. 1. & apud *Greg. XV. decis. 391. n. 5.*
& ibi *Add. n. 10.* Nec Constitutio Marchiæ Cardina-
lis Carpensis, per quam † Aegidiana, quæ in contra- 27
ctibus minorum requirit vtrumque, nempe iuramen-
tum, & insinuationem extensa fuit ad omnes contra-
ctus mulierum, applicatur casui nostro. Quia Cardi-
nalis Carpensis erat Legatus in dicta Prouincia Mar-
chiæ; cuius iurisdictio vltra dictam Prouinciam non
se extendebat. Et licèt dicta Constitutio fuerit per
Papam confirmata, † tamen confirmatio non ligat 28
eos, qui non comprehenduntur in dicta constitutione
confirmata: provt in terminis tradunt, *Add. ad Gre-*
gor. XV. decis. 260. n. 17.

Ex quibus videntur, iura Pompeij esse potiora; &
ideò † quòd ei vti hæredi suffragetur possessio virtu- 29
te Constituti ad effectum manutentionis, vt in pun-
cto *Menoch. cons. 139. per totum.* Non autem Ginebriæ
possessio Lauiniæ vsufructuariæ eius matris; † ea quò 30
enim Lauinia constituit se possidere etiam pro hære-
dibus donatariæ continuatur in eos possessio, etiam
mortua donataria, *Tiraq. in tract. de iur. constit. par. 2.*
ampl. 12. Menoch. vbi supra, *num. 9.* & clariùs *num. 30.*
† Possessio verò naturalis Lauiniæ vsufructuariæ, eius 31
morte fuit extincta: sicut finita etiam fuit causa pos-
sidendi, nempe vsusfructus, *Tiraq. in tract. le mort sai-*
sit. declar. prima in princ. Menoch. vbi suprà, *n. 14. versic.*
2. admisso: quæ propterea non transit ad hæredes,
Quia nec causa possidendi erat ad eos transitoria,
† Quibus propterea non datur interdictum vti possi- 32
detis, sed datur hæredibus proprietariæ, vt in termi-
nis. *Natt. cons. 419. & Menoch. ibidem.* Vnde cum Pom-
peius benè legitimauerit suam personam, & de iden-
titate rerum donatarum clarè constet, ea datis in
summario: volui Dominos super his iterum con-
sulere.

Et ita, &c.

Tullen. Parochialis.

Ven. 28. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Clausula,* vt prætenditur, *quid operetur.*
2 *Beneficium in dubio censetur simplex, & non Cura-*
tum, incumbitque onus probandi contrarium asse-
renti.
3 *Vacatio per obitum qualiter probetur.*
4 *Valor beneficij probatur per testes deponentes de pu-*
blica voce, & fama.

DECISIO LXXXV.

DOMINI steterunt in decisis *die 5. Iunij*
1626. vltimam gratiam si neutri Nico-
lai Picron esse omnibus iustificatam,
ex eisdem rati[illegible]us, & motiuis Deci-
sionis, quæ Dom[illegible]i placuerunt.

Non obstat, quòd non sit iustificata narratiua,
quòd Nicolaus Sellier aduersarius fuerit prouisus au-
ctoritate ordinaria: Quia fuit cum † clausula, *vt præ-* 1
tenditur, quæ operatur: vt narratiua non sit partis,
nec impetrans affirmare videatur: & sic non tenetur
ad illius iustificationem, *Rot, decis. 60. de rescript. in*
antiq.

DECISIO LXXXIV.



LAVINIA Casarossia de anno 1600. dedit Margatitæ eius filiæ iam nuptui traditæ Francisco Carossio, præsenti, & acceptanti pro se, & eius hæredibus omnia, & quæcumque eius bona, & iura præsentia, cum clausulâ *Constituti*, & reseruatione vsusfructus, durante donatricis vitâ, & scutia centum auri ad testandum: *volens etiam*, (verba sunt donationis) *quòd incontinenti, sequuta eius morte, petitio, exactio, recuperatio, & possessio rerum donatarum, illicò ipsi Margaritæ pleno iure competat, & non anteà, nec alio modo*. Prædecessit donatatia donatrici, superstite Pompeio eius filio, & hærede, qui virtute dictæ donationis, necnon Ginebria Paneteria vti filia, & hæres donatricis, immissi fuerunt in possessionem bonorum, de quibus agitur, per Gubernatorem Ariminí; & cum fuerit inter eos disceptatum, cuius possessio esset manutenenda: tàm coram dicto Gubernatore, quàm cameræ Auditore: obtinuit prædicta Ginebria, Quorum sententiæ ob non reuersionem pro Apostolis, fecerunt transitum in rem iudicatam: Vndè cum Signatura mihi commiserit causam restitutionis in integrum: Dubitaui: An præsupposita re iudicatâ, constet de causis restitutionis.

Et pro Pompeio dicebatur, quòd eius possessio
1 erat prior virtute Constituti, † per quod transfertur
vera possessio, *l. quædam mulier, ff. de rei vendicat. Tira-*
2 *quell. de iur. constit. par. 2. ampl. prima, num. 2.* & † ex reseruatione vsusfructus, *l. quisquis, & l. si quis argentum §. sed si quidem, C. de donat. Alex. in l. 3. in princ. num. 14. ff. de acq. poss.* nec non ex actuali immissione post mor-
3 tem donatricis, virtute eiusdem donationis, † quæ fuit anterior immissione Ginebriæ; quia quamuis vtráque fuerit eadem die, nempe 4. Iulij; tamen illa Pompeij fuit cum expressione horæ, quæ propterea præsumitur prior in concursu alterius possessionis, quæ non habet horam, licet capta eadem die, *Rot. decis. 19. nu. 2. cum seqq. p. 2. diuers. & in recent. decis. 135. n. 1. vers. quodque sufficit, & decis. 312. n. 2. post med. vers. & sufficit p. 2. & decis. 514. n. 1. p. 2. & in Romana Quarta 27. Aprilis 1620. coram me.* Vnde videbatur constare de causis restitutionis in integrum, & sic Pompeio, potiùs dandum esse mandatum de manutenendo, quàm Ge-
4 nebriæ; cuius † possessio tanquam posterior præsumitur Clandestina, *cap. licet causam*, vbi *Felin. nu. 8. vers. 3. causa de probat. Caputaq. decis. 334. n. 2. p. 2. Seraf. decis. 1106. n. 2. Greg. XV. decis. 6. n. 3.*

Sed Domini contrarium resoluerunt, & resolutionis ratio fuit, quòd Pompeius nec se iuuare potest possessione virtute Constituti, nec aliâ captâ dictâ die 4. Iulij post mortem donatricis. In Primis non possessione Constituti, quia donatio fuit collata post mortem donatricis constituentis, ex prædictis verbis donationis, ibi, *volens ipsa donatrix quòd, &c.* vnde versamur in claris, quòd in vitâ donatricis possessio non fuit translata per Constitutum; quia ne transiret,
5 fuit expressè conuentum: & clarum est quòd † donatrix in actu donandi potuit apponere conditiones sibi benè visas, *l. legem. C. de donat. & l. prima C. de donat. quæ sub mod. Bald. cons. 143. lib. 4. & Castrens. cons. 367.*
6 *lib. 1.* † Post mortem autem donatricis, Constitutum nihil operatur, quia confertur in tempus, in quo nõ est possessio penes constituentem, imò extincta per eius mortem, *Bald. in cap. 1. de confirm. vtil. vel inutil. num. 13. Angel. Perus. in l. quamuis, §. si Conductor, nu. 1. ff. de acquir. poss.* & ibi *Cuman. num. 2. Tiraq. de iur. constit. par. 3. limit. 2.* & dixit *Rot. in Florentina Subdecanatus 27. Ianuary, currentis anni coram me.*

Deinde nec Pompeius se iuuare potest possessione, iudicis auctoritate capta dicta die 4. Iulij, tum quia
† cùm esset occupata per colonos, erat plena, *Seraf.* 7
decis. 71. num. 4. Vnde † vel coloni erant eiiciendi, vel 8
ab eis erat habenda recognitio, *l. peregrè, §. quibus ff. de acquir. poss. Gozad. cons. 86. num. 10. Afflict. decis. 325. n. 3.*
& Seraf. decis. 342. tum etiam quia † tunc hæreditas 9
donatricis erat iacens; cui cùm curator datus non fuerit, bona in ea reperta, fuerunt malè occupata, *Rol. cons. 78. n. 20. lib. 5. Greg. XV. decis. 206. num. 7.* Et demùm, ac potissimum: Quia Iudex tradidit Pompeio
possessionem cum † clausula, *sine præiudicio habentiũ* 10
meliora iura, quæ præseruat iura hæredis, & nihil operatur, nisi purificata conditione, *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 47. num. 22. & Surd. decis. 333. nu. 10. & seqq. post cons.* vbi quòd dicta clausula facit, vt habeatur pro nõ possessore quoad interesse hæredis. *Rot. decis. 325. n. 1. p. 1. diuers. & decis. 513. num. 3. p. 1. recent.*

Quòd autem iura Ginebriæ vti hæredis sint potio-
ra, inde desumebatur: quòd † ipsa vti hæres habet in- 11
tentionem fundatam, donec, & quousque alter non probat habere meliora iura, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. test.* Pompeij autem ius, solùm in dicta donatione fundatur, quæ ei non suffragatur, quia fuit post mortem collata, ex prædictis verbis donationis. ibi *volens ipsa*
donatrix, &c. † vnde cùm Margarita donataria eius 12
mater prædecesserit donatrici, donatio non transmit-
titur ad Pompeium filium, & hæredem, quia † tex. *in* 13
§. ex condit. Instit. de verb. oblig. & l. necessario, §. 1. ff. de peric. & commod. re. vend. qui dicunt, contractus conditionales ad hæredes transmitti, loquuntur in contractibus vltrò, citróque obligatoriis, non autem in donatione; vt declarat *glos. in d. §. ex conditionali*: & ibi Doctor. Et rationem differentiæ assignat *Menoch. cons. 388. n. 55.*

Verùm in extensione Decisionis † fecit mihi dif- 14
ficultatem, quam etiam vnus Dominorum agnouit, quòd hæc donatio fuit inter viuos, etiam quòd fuerit facta mentio mortis, ex quo expressè dictum, fuit, vt esset donatio pura, simplex, & inter viuos, *Cranett. cons. 85. num. 3. Roder. Suarez. alleg. 20. num. 3. & seqq. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 1. tit. 13. num. 1. & seqq.* Et ex retentione vsusfructus, qui morte finitur, *Alex. consil. 14. lib. 1. num. 3. vers. hac etiam:* Nec non ex clausula *Constituti*, quæ esset superflua, & nihil operatur post mortem constituentis, vt supra dictum est: Tum etiam, quia donatrix promisit donationem perpetuò firmam habere, & eam non reuocare, vulg. *tex. in l. vbi ita donatur, ff. de donat. mort. caus. Suar. vbi supra, Marzar. cons. 61. n. 4. Anton. Gomez. de donat. cap. 4.* Præterea quia donatrix iurauit obseruãtiam donationis, *Clar. in §. Donatio, quæst. 4.* Et quia donataria fuit stipolata etiam pro hæredibus: cùm tamen donatio inter viuos ad hæredes transmittitur, non autem donatio causa mortis, *Alex. cons. 14. n. 4. vol. 1.* Vlterius quia adhibiti fuerunt solùm duo testes, qui sufficiunt in donatione inter viuos, *Alex. in l. quæ dotis, num. 13. vers. vltimò fallit. ff. solut. matrim. Paul. de Castr. cons. 76. vol. 2.* Et demùm, ex quo donatio facta fuit coniunctæ personæ, nempe filiæ, *Imol. & Roman. in d. l. quæ dotis:* & latè, *Riminald. iun. consil. 274. n. 70. vol. 3.*

Vndè cùm dicta † donatio fuerit inter viuos sim- 15
plex, & pura, facta præsenti, & acceptanti, fuit à principio perfecta, & irreuocabilis, *§. alia Instit. de donat.*
Et † per traditionem, virtute Constituti, fuit ius in 16
persona donatariæ radicatum, & ei dominium acquisitum, *l. prima ff. de donat. & l. Senatus, §. donatio ff. de donat. caus. mort. Capra. cons. 14. num. 5. Ioseph. Ludou.*
decis. Perus. 29. num. 6. cum seqq. adeò quod † donatrix 17
non potuit ampliùs de rebus donatis disponere, nec eas in alium transferre, seu alteri obligare: *Bartol. in*

l. 1. C. de

l.1.C.de iur. fisc.lib.15. Corsett. sing. 82. verb. Donatio, Cels.Vgo cons.53.num.2. & cons.58.n.6. & 8.Vin. decis. 411.n.20.& Ludou.Peguer.decis.crim.48.num.6. Et ta-
18 tio est, † quia clausula Constituti, non solùm possessionis, sed est etiam domini translatiua, si vt hic concurrit titulus habilis ad transferendum dominium, gloss.communiter approbata in l.ab emptione ff.de pact.
19 & cap.cum venissent de restit.spoliat. prout † etiam idē dicendum est de retentione vsusfructus rei donatæ, d.l.quisquis; & ibi, Salic.post gloss.& d.l.quis argentum, §.sed siquidem, C.de donat. Guid.Pap. decis.46. & 101.
20 † quo casu donatarius præfertur alij cuilibet possessori, cui postea fit realis traditio rei donatæ, vt notant communiter Doctores in l.quoties,C.de rei vendic. Ioan. Andr.in Addit.ad Specul.tit.de empt & vendic.§.1.in add.quæ incipit, nota, quòd si res. Bertrand.cons.173.nu. 11.in fin.lib.1.& Guid Pap.vbi supra.
21 Vnde † cùm per d. donationem in casu nostro fuerit donatariæ ius quæsitum, & dominium in eius persona radicatum, consequenter eius morte, superstite donatrice, donatio non fuit extincta, sed transiuit ad Pompeium eius filium, & hæredem, d.l. si quis argentum, §.fin.in fin.C.de donat.ibi, non solum eos, dum superstint, sed etiam eorum successores reddere compelli non tantum hu,in quos donatio facta est, sed etiam eorum hæredibus Bart.in l.ita stipulatus 115.num.41.in fin. ff de verb.oblig. Rebuff.in l.alienatum 67.§.donationis verbum, vers.4.donatio, ff.de verb.signif.Thesaur.decis.70. num.5.
22 vers.dico autem V iu.d.decis.421.per tot. † Et quando, vt hic hæredum facta est mentio, nulla est dubitatio, Menoch.d.cons.388. num. 53. Borgn.Caualcan. decis.42. per tot. Randens.de Analog.cap.37.n.702. Anton.Fab.in suo Codic.in tit.de reuocan.donat.diffin.21.

Neque obstant prædicta verba ibi, volens ipsa donatrix quòd petitio, &c. quia non important conditionē, ita vt sint posita in substantia donationis, quæ iam erat perfectè concepta, iuxta omnes suas partes substantiales, sed solùm respiciunt donationis executionem; quòd clarè patet. Primò, quia dicta verba, de se executionem, & effectum donationis respiciunt; quādoquidem, vt de iure locus esse possit, petitioni, exactioni, seu possessioni necessariò præsupponi debet perfectio donationis a.ex clausulis Constituti, & retentionis vsusfructus quæ alioquin essent inutiles, & nihil operarentur, & donatrix sibi ipsi contradiceret.
23 Tertiò, & tandem, † quia mentio mortis non fit per modum causæ finalis, sed solùm ad demonstrandum, & limitandum tempus, quo donatarius debet gaudere bonis sibi iam donatis, & acquisitis: prout in puncto, Oldrad.cons.114. Alex.cons.78.per tot.vol.4. Menoch.d.cons.388.num.28. & fusius Brogn.Caualcan. in d.decis. 42. num.11. Rot. in Romana de Incoronatis 29. Aprilis 1616.coram b.m.Vbaldo. Vnde quòd possessio donatariæ non acquiratur, nisi post mortem donatricis, non est intelligendum de possessione ciuili, quæ iam translata fuit per Constitutum, & vsusfructus
24 retentionem; sed de possessionē naturali, † quæ remansit penes donantem, ratione vsusfructus, l. naturaliter in princ.ff.de acq. poss. prout in terminis Rot. in dicta Rom.de Incoronatis, vers. rursus nec videbatur, prout in simili, vt euitetur contrarietas, distinguit Alex.d.cons.78.n.21.vers.& quòd d.donatio; & innuunt verba donationis ibi, sequuta dicta morte, pleno iure
25 consertant & non antea: itàvt in dicto casu † ex consolidatione vsusfructus cum proprietate per mortem donatricis, donataria, quæ antea erat nuda proprietaria fiat domina pleno iure, §. fin. Instit. de vsufructu.
26 Non obstat defectus insinuationis, Quia † non est necessaria stante iuramento, quòd supplet defectum insinuationis, iuxta opinionem, quam pluries tenuit Rota, Caputaq.decis.286.par.1.Seraf. decis.471. nu.14. & decis.746.num.5.& in recent.decis.588.num.2. versic. 3 instrumentum,par.1. & apud Greg.XV.decis.391. n.5. & ibi Add.n.10. Nec Constitutio Marchiæ Cardinalis Carpensis, per quam † Aegidiana, quæ in contra- 27
ctibus minorum requirit vtrumque, nempe iuramentum, & insinuationem extensa fuit ad omnes contractus mulierum, applicatur casui nostro. Quia Cardinalis Carpensis erat Legatus in dicta Prouincia Marchiæ; cuius iurisdictio vltra dictam Prouinciam non se extendebat. Et licèt dicta Constitutio fuerit per Papam confirmata, † tamen confirmatio non ligat 28
eos, qui non comprehenduntur in dicta constitutione confirmata: prout in terminis tradunt, Add.ad Gregor.XV.decis.160.n.17.

Ex quibus videntur, iura Pompeij esse potiora; & ideò † quòd ei vti hæredi suffragetur possessio virtu- 29
te Constituti ad effectum manutentionis, vt in puncto Menoch.cons.139.per totum. Non autem Ginebriæ possessio Lauiniæ vsufructuariæ eius matris; † ex quò 30
enim Lauinia constituit se possidere etiam pro hæredibus donatariæ continuatur in eos possessio, etiam mortua donataria, Tiraq.in tract.de iur. constit. par. 2. ampl.12.Menoch.vbi supra, num.9. & clariùs num.30.
† Possessio verò naturalis Lauiniæ vsufructuariæ, eius 31
morte fuit extincta: sicut finita etiam fuit causa possidendi, nempe vsusfructus, Tiraq.in tract.le mort saisit.declar.prima in princ.Menoch.vbi suprà, n.14. versic. 2.admisso: quæ propterea non transit ad hæredes, Quia nec causa possidendi erat ad eos transitoria,
† Quibus propterea non datur interdictum vti possi- 32
detis, sed datur hæredibus proprietariæ, vt in terminis. Natt.cons.419.& Menoch.ibidem. Vnde cum Pompeius benè legitimauerit suam personam, & de identitate rerum donatarum clarè constet, ex datis in summario: volui Dominos super his iterum consulere.

Et ita, &c.

Tullen. Parochialis.

Ven. 28. Maij 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1. *Clausula, vt prætenditur, quid operetur.*
2. *Beneficium in dubio censetur simplex, & non Curatum, incumbitque onus probandi contrarium asserenti.*
3. *Vacatio per obitum qualiter probetur.*
4. *Valor beneficij probatur per testes deponentes de publica voce, & fama.*

DECISIO LXXXV.



DOMINI steterunt in decisis die 5. Iunij 1626. vltimam gratiam si neutri Nicolai Piron esset omnibus iustificatam, ex eisdem rati[...]us, & motiuis Decisionis, quæ Dom[...] placuerunt.

Non obstat, quòd non fit iustificata narratiua, quòd Nicolaus Sellier aduersarius fuerit prouisus auctoritate ordinaria: Quia fuit eum † clausula, vt prætenditur, quæ operatur: vt narratiua non sit partis, 1
nec impetrans affirmare videatur: & sic non tenetur ad illius iustificationem, Rot. decis. 60. de rescript. in antiq.

antiq.Cassad.decis.7.num 8. vers. secundo vero casu , de iurepatr. Rot.decis.691.n.6.par.2.recent.

Non obstat,quòd fuerit narratum , Cappellaniam
obtentam esse sine Cura,& residentia, & tamen esse
2 talem non iustificatur : Quia † cùm beneficium in
dubio non censeatur Curatum,sed simplex, asserenti
non esse Curatum non imminet onus probandi di-
ctam narratiuam, vt in puncto *Bellam. decis. 675. & Garz.de benef.sess.1.cap.6.n.8* Non obstat , quòd non
3 probetur per obitum Ioannis Baptistæ,† quia imò
benè probatur, ex quò testes deponunt , illum fuisse
Rectorem, & Pastorem, & obiisse in possessione , vt
latiùs in Decisione in hac causa facta in principio.

4 Demùm non obstat , † quòd valor non probetur ,
Quia imò 5.& 6.testes in tertio articulo,confecto ad
probandum valorem, expresè dicunt per eos depo-
sita in dicto articulo, esse publica, notoria,& manife-
sta:vnde subsistit motiuum dictæ Decisionis, *in vers. quod valor Parochialis.*

Et ita vtraque,&c.

Calaguritana Benef. de Guerenna.

Ven. 28.Maij 1628.

ARGVMENTVM.

Præsentatio, & collatio factæ intra terminum ad appellandum , seu post appellationem interpositam,& illa adhuc pendente,quando causent attentata. Hæc decisio plura alia separata continet , quæ habes in summario.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio, & collatio facta intra tempus ad appellandum, sunt attentata.*

2 *Item si fuerint facta post appellationem interpositam,& illa adhuc pendente.*

3 *Præsentatio,& collatio sunt actus extraiudiciales, & ideò non causant attentata,num.4.*

5 *Fallit, si fuit actum iudicialiter , quia tunc causant attentata: & quando dicatur iudicialiter actum.*

6 *Comparitio extra terminum, quando non noceat.*

7 *Breue Clementis VIII.motu proprio emanatum, dat facultatem prorogandi terminum ad probandum datum oppositoribus contra præsentatum; & quid si prorogatio dicti termini fuerit petita, & denegata, num.9.*

8 *Decretum Iudicis , quòd quis non sit legitimus contradictor, habet vim diffinitiua.*

10 *Apostolorum loco sufficit fuisse petitum testimonium appellationis, ex stylo Hispaniarum.*

11 *Apostoli peti debent intra terminum 30.dierum de iure communi.*

12 *Collatio facta pendente termino ad petendum Apostolos,& ante illorum petitionem,est attentata.*

13 *Attentata reuocari quando debeant per viam nullitatis.*

14 *Appellationis effectus tolli non potest per constitutionem Synodalem.*

DECISIO LXXXVI.

DOMINI dixerunt constare de attentatis; quia Ordinarius die 15.*April.* 1625. declarauit pro legitimo oppositore Ioannem de Oro aduersarium,& die sequenti dedit mandatum de præsentãdo eumdem; qui die 18. vigore dicti mandati fuit præsentatus,& 21.obtinuit collationem: Sebastianus verò ap-
pellauit die 16. eiusdem : † Vnde videtur non posse 1
dubitari, quin hæc omnia, cum inde sequutis fuerint
attentata,tam facta intra tempus datum ad appellan-
dum, *cap. non solùm in princ.* & ibi *gloss. & Franch.de appellat. in 6. Cesar. de Graff. decis.2. n.5.de appellat.*
cum aliis *per Addent.ad Greg.XV.decis.151. num.14.*
† quàm post appellationem interpositam,& sic appel- 2
latione pendente,*l.1.ff.nihil nouan.Rot.decis.78.de appellat.in antiq.* & alibi passim.

Non obstat,quòd prædicta , ex quibus prætendun-
tur attentata, nempe † præsentatio, collatio, & alia 3
sint actus extraiudiciales,*cap.concertationi 8. de appell. in 6.* & ibi *Franch.num.3. Gonzal.in adnot. contra nul-
litat.num.14.cum plurib.seqq.* † qui propterea nõ cau- 4
sant attentata,*Lancell.de attent. 2.cap.4.limit.5.n.29.*
& fuit dictum *in Lunen. Sarzanen. beneficij 13.Iunij 1625.coram me.* Quia licèt regulariter hoc sit verum,
† tamen in casu isto ex publicatione edictorum ; & 5
comparitione plurium oppositorum; qui fuerunt per
Iudicem admissi, cum assignatione , & prorogatione
termini ad probandum: nec non ex productione plurium iurium, ac intimatione decreti circa admissionem oppositorum eiusdem facta in vim motus proprij Clementis VIII. dubiò procul fuit iudicialiter actum,iuxta requisita, *cap. forus,§. in omni quoque negotio,de verb.sign. Gonzal.*vbi suprà.*num.*38.& in puncto *Greg.XV.decis.513.n.1.* & fuit dictum *in Parmen. beneficij,30.Maij 1609.coram b.m.Iusto,& in Calaguritana Benef.de Merilla,11.Febr.1611.coram Reuerendissimo D.meo Decano.*

Non obstat,† quòd Sebastianus comparuerit extra 6
terminum, Quia sufficit, quòd re integra comparue-
rit,& fuerit admissus, eiusque iura recepta, † ex quò 7
in dicto motu proprio datur facultas prorogandi,
*Gonzal.*vbi suprà *num.*180.*cum seqq.*

Non etiam releuat , quòd Sebastianus non docue-
rit de suo iure intra terminum,Quia † sufficit , quòd 8
Iudex declarauerit, illum non esse legitimum opposi-
torem, quòd decretum habet vim diffinitiuæ , vt *in Calaguritana Benef.de Luna. 7.Febr.1608. coram Reuerendissimo D.meo Decano:* quæ est in impressis apud
eumdem *decis.*407.*n.*2. † & in omnem casum sufficit, 9
quòd petierit prorogationem , quæ ei fuit denegata,
*ex Gonzal.*vbi suprà *num.*181.

Non obstat, quòd Apostoli non fuerint petiti,
Quia vltra quod † fuit petitum testimonium appel- 10
lationis , quòd sufficit loco Apostolorum de stylo
Hispaniarum, *Seraf.decis.*1261. *num.*2. † cùm de iure 11
communi dentur 30.dies ad illos petendum *l.Iudicib. C.de appell.Granat.ad Vestr.lib.7.cap.3.num.63.*† Suf- 12
ficit ad effectum attentatorum , quòd pendente di-
cto termino, & ante petitionem fuerit facta collatio,
*Lancell de attent.*2.*par.cap.*13.*num.*19. † & in omnem 13
casum intrat reuocatio per viam nullitatis,*Greg.XV. decis.*339.*n* 6. & ibi *Addictio.*

Non obstat demum Constitutio Synodalis , Quia
† non est verum,quòd illa tollat effectum appellatio- 14
nis , prout prætenditur ex aduerso, vt dixit Rota *in Calagurit.quartæ portionis de Zurbano,24.Maij 1604. corã b.m.Pena:* & apud *Greg.XV.decis.*339 *in fine,*&c.
Et ita vtraque, &c.

Lunen.

Lunen. Sarzanen. Benef.

Lun. 31. May 1627.

ARGVMENTVM.

Institutio debetur præsentato à maiori parte patronorum existentium in quasi possessione præsentandi. Iuspatronatus ex quibus probetur: Et plura alia notanda, quæ habes in summario.

SVMMARIVM.

1 *Ad institutionem obtinendam, quæ requirantur.*
2 *Vacatio beneficij probatur ex confessione aduersarij.*
3 *Clericatus, & literatura præsentati probantur ex literis patentibus Ordinarij.*
4 *Iuspatronatus ex quibus probetur.*
5 *Capitulum Sarzanen. habet ius conferendi.*
6 *Capitulum habens ius conferendi, non præsumitur instituere præsentatos, nisi prius sibi constito de iurepatronatus.*
7 *Ad probandum iuspatronatus, leniores sufficiunt probationes, vbi Ordinarius non est in causa.*
8 *Præsentandi quasi possessio acquiritur ex vnica præsentatione effectum sortita.*
9 *Constito de effectuatione vltimarum præsentationum, præsumitur effectuatio antecedentium.*
10 *Refertur casus ad probandum vnum ex patronis habere maiorem partem vocum.*
11 *Institutio debetur præsentato à maiori parte patronorum, existentium in quasi possessione præsentandi.*
12 *Ex duobus præsentatis, in dubio, cui sit magis fauendum.*
23 *Patroni non tenentur probare descendentiam à fundatore, si sunt in quasi possessione præsentandi; sed solum tenentur probare d. quasi possessionem.*
14 *In donatione Iuspatronatus, vt valeat non sufficit auctoritas Vicarij, sed requiritur ipsius Episcopi.*
15 *Fallit si donatio facta fuerit inter compatronos, quia tunc non requiritur auctoritas Episcopi.*
16 *Gratia Apostolica est iustificanda.*
17 *Narrans, quòd iuspatronatus spectat ad aliquam familiam ex dotatione, & fundatione, debet talem narratiuam iustificare.*
18 *Clausula,* verificato iurepatronatus, *reddit gratiam conditionalem.*
19 *Gratia conditionalis requirit præcisam, & concludentem probationem.*
20 *Præsentandi quasi possessio non transit in successorem sine nouo vsu, & exercitio iurispræsentandi.*
21 *Ex quasi possessione præsentandi centum annorum, præsumitur melior titulus de mundo.*
22 *Amplia etiam si aliquando fuerint alij admissi ad præsentandum, quia hoc præsumitur fuisse per vsurpationem, si non constet de eorum legitimo titulo.*
23 *Iuspatronatus non probatur ex sententia, quæ non iustificatur ex actis.*
24 *Præsentatio facta per Procuratorem, requirit exhibitionem mandati intra quadrimestre.*
25 *Sed sufficit productio verbalis intra terminum, vt sustineatur productio realis facta extra terminum.*
26 *Mandatum patroni, si est rogatum per notarium actuarium Capituli, ad quod spectat institutio, non est necesse illud produci.*
27 *Patronus ratificasse censetur præsentationem eius nomine factam, si intra quadrimestre obtinuit literas à Papa vulgò* pro præsentato *nuncupatas.*
28 *Præsentationis ratificatio sufficit, vt fiat à patrono intra quadrimestre.*

DECISIO LXXXVII.



HIERONYMVS Furlanus, & Lancellotus Cataneus obtinuerunt à Papa prouideri sub eadem data in forma dignum de hoc beneficio, vacante per obitum M. Antonij de Cataneis vltimi possessoris, cum narratiua, quòd ipsi fuerunt præsentati à medietate Patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, & cum derogatione iurispatronatus pro alia medietate: sed Hieronymus narrauit simpliciter, beneficium esse de iurepatronatus laicorum, qui nihilominus suspenso petitorio, circumscripta dicta gratia Apostolica, petit institui, vti præsentatus à maiori parte patronorum existentium in quasi possessione præsentandi. Lancellotus verò innititur gratiæ, in qua in specie narrauit, hoc beneficium esse de iurepatronatus Familiæ de Cataneis, ex fundatione, & dotatione: Et quia ipse præuenit in executione suarum literarum, fuit illi datum mandatum de manutenendo, vt in Decis. *sub die 13. Iunij 1625. coram me.* Vnde hodie dubitaui, Quis eorum sit instituendus: † Et Domini resoluerunt, Hieronymum esse instituendum: 1
Quia iustificauit quatuor requisita ad continendum institutionem de iure necessaria, nempe vacationem beneficij, existentiam iurispatronatus, eius habilitatem, & præsentationem intra legitima tempora factam à maiori parte patronorum, existentium in quasi possessione præsentandi: vnde ei debetur institutio, *c. decernimus & cap. Monasterium 16. q. 7. Abb. in cap. cum Bertoldus, num. 12. de re iud. Rot. decis. 337. n. 1. par. 2. recent.*

Vacatio beneficij per obitum M. Antonij probatur ex fide obitus, & † ex confessione aduersarij facta in 2
sua gratia, cuius vigore obtinuit manutentionem, qua nulla maior, probatio, *l. cum precum, C. de liber. caus.* † habilitas etiam benè probatur tam quoad Cle- 3
ricatum, ex literis patentibus Ordinarij, quàm quoad literaturam, ex eodem Clericatu, & ex testibus desuper examinatis.

Existentia † iurispatronatus, vltra quòd hinc inde admittitur, quia vtérque venit vti præsentatus: probatur in primis ex enunciatiua Capituli Sarzanen. facta in prima institutione ad præsentationem Ioannis Francisci de Figasecchis de Anno 1457. vbi narratur dictum Ioannem Franciscum fuisse constitutum patronum huius beneficij à Francisco de Figasecchis fundatore patruo suo: vbi etiã expressè legitur, quod de dicta fundatione constabat ex publico testamento prædicti Francisci. Deinde ex alia simili enunciatiua de anno 1460. Et demùm ex aliis pluribus enunciatiuis eiusdem Capituli subsequentibus, factis in institutionibus continuatis, & effectum sortitis per spatiũ centum annorum, & vltra, ad præsentationem successorum prædicti Ioannis Francisci primi patroni: Ex quibus sufficienter probatur iuspatronatus, iuxta vulgar. *cons. Oldrad. 229. Feder. de Sen. cons. 234. num. 3. ad fin. Ferret. cons. 293. n. 6. Achil. decis. 7. nu. 1. de Iurepatr. Cassad. decis. 7. eod. tit. Rot. decis. 312. nu. 4. par. 1. & decis. 541. & 674. n. 2. par. 2. recent.* cùm enim † Capitulum 5
Sarzanen. habeat ius conferendi, vt dixit *Rot. in Lunen. Sarzanen. Cappellæ 5. Decemb. 1601. coram Cardinali Sacrato: & decis. in hac causa facta coram me,* † non 6
instituisset ad præsentationem prædictorum, nisi clarè sibi constitisset de existentia iurispatronatus ad eorum fauorem *Put. decis. 237. lib. 2. Seraf. decis. 1232. num. 2. & Rot. in dicta decis. 674. num. 1. & in Tuden.*

Parochia

Parochialis 21. Maij 1610. coram b.m. Cardinali Sacrato
7 *apud Marches. de Commiss. par. 1. §. 1. fol. 477.* † Et tantò
magis, quia cum non agatur contra Ordinarium, sed
lis sit inter tertios, leuiores probationes admittuntur
ad probandam existentiam iurispatronatus, *Cassad.*
decis. 1 in fin. de probat. Gonzal. ad reg. 8. glos. 18. num. 59.
Mantic. decis. 244. n. 5.

Demùm quòd Hieronymus fuerit præsentatus à
patronis existentibus in quasi possessione præsentan-
di, clarè patet, Quia fuit præsentatus a Maximiliano
eius patre, & à Francisco de Garzolis, qui sunt in qua-
si possessione præsentandi, ex quò beneficium vacauit
per mortem dicti M. Antonij, qui fuit ab eis præsen-
tatus cum institutione Capituli subsequuta, summa-
8 rio, *num. 13.* † Ad constituendum autem in quasi pos-
sessione sufficit vnica præsentatio effectum sortita,
Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 53. de caus. poss. &
propr. Roman. cons. 311. in fin. Rot. decis. 17. num. 1. par. 2. di-
uers. Gonz. gloss. 45. §. 2. num. 29. & latè, *Garz. de benefic.*
par. 5. cap. 5. n 59.

Quòd autem Maximilianus, & Franciscus, qui præ-
sentarunt M. Antonium, & nunc Hieronymum, ha-
beant nedum medietatem dicti iurispatronatus, narra-
tam in litteris Hieronymi, sed etiam maiorem par-
tem requisitam ad obtinendam institutionem, iuxta
iuris dispositionem, videtur clarum: Quia, vt dictum
est, & partes concordant, hoc beneficium fuit funda-
tum, & dotatum, per Franciscum de Figasecchis in
eius testamento de anno 1457. in quo instituit sibi
hæredem Mariam eius filiam, cui decedenti sine libe-
ris substituit prædictum Ioannem Franciscum de Fi-
gasecchis nepotem suum ex Petro fratre, cui Ioanni
Francisco testator dedit facultatem priuandi Cappel-
lanos, casu quo non obseruauerint conditiones ibi
appositas; & deinde idem Ioannes Franciscus, dum
vixit, vti verus patronus, fecit quinque præsentatio-
9 nes à dicto anno 1457. vsque ad annum 1496. † Ex
quibus tres vltimæ probantur effectuatæ; vnde etiam
duæ præcedentes tales censeri debent iuxta *d. cons.*
Oldrad. 229. Menoch. præs. 66. per tot. lib. 6.

10 Mortuo † Ioanne Francisco, relictis ex Ludouico
filio prædefuncto, Ioanne Baptista nepote, nec non
quatuor neptibus nempè Augustina, Antonia, Fran-
cisca, & Lucretia; & vacante hoc beneficio de anno
1530. per obitum Antonij Gandulphij vltimi ex præ-
sentatis à dicto Ioanne Francisco: fuit de eo institu-
tus dictus Ioannes Baptista, vti præsentatus per suum
procuratorem. Et cùm de anno 1548. vacaret per eius
obitum, Augustina, & Antonia sorores eiusdem, ac
neptes Ioannis Francisci, fecerunt tres præsentationes
continuatas, & effectuatas vnam post aliam: Primam
de Dominico de Mercatoribus de dicto anno 1548.
per obitum prædicti Ioannis Baptistæ earum fratris:
Secundam de Iosepho Cencio de anno 1551. per re-
signationem Dominici: Et tertiam de Leonardo Mar-
tino, per resignationem prædicti Iosephi; qui Leo-
nardus Martinus vixit vsque ad annum 1561. & per
eius obitum vacauit hoc beneficium. Et propterea
ab anno 1457. quo hoc beneficium fuit fundatum, vs-
que ad annum 1561. & sic per centum, & quatuor an-
nos Ioannes Franciscus de Figasecchis primus patro-
nus, & eius hæredes, & descendentes fuerunt in paci-
fica possessione præsentandi. Vnde patet, quod Hiero-
nymus fuit præsentatus à maiori parte patronorum
existentium in quasi possessione præsentandi, quia di-
ctum iurispatronatus per mortem Ioannis Baptistæ
fuit diuisum in quatuor voces, iuxta numerum dicta-
rum quatuor suarum sororum: ex quibus quatuor vo-
cibus, Maximilianus, qui præsentauit Hieronymum
filium suum, habet duas, nempe vnam vti nepos, dictæ
Antoniæ ex filia Catharina, & aliam ex persona dictæ
Catherinæ matris suæ, vti donatariæ dictæ Augusti-
næ suæ amitæ: quæ donatio fuit facta 18. *Octobris* 1562.
fuit etiam præsentatus à Francisco nepote ex filio
Ambrosio præfatæ Lucretiæ alterius ex dictis qua-
tuor sororibus, & ab aliis eiusdem Lucretiæ descen-
dentibus, qui Franciscus est etiam in quasi possessione
præsentandi; vt supra dictum est, prout etiam in qua-
si possessione præsentandi fuit Ambrosius eius pater
summario, *num. 8. & 11.* quò fit, vt etiam circumscri-
ptis Literis Apostolicis, † Hieronymo vti præsenta- 11
to à maiori parte patronorum existentium in quasi
possessione præsentandi, debeatur de iure institutio,
cap. consultationibus de iurepatronatus Ferrett. cons. 33.
num. 4. cum seqq. lib. 1. Et † quando res esset dubia, di- 12
cebat vnus ex Dominis, esse magis ad eius fauorem
inclinandum, quia est pauper, de familia testatoris,
maior ætate & benè litteris eruditus: Lancellotus au-
tem diues, extraneus, & ætate minor.

Demùm descendentia Maximiliani, & Francisci ex
prædictis duabus sororibus, Antonia, & Lucretia, vl-
tra quod non controuertitur, & benè probatur ex ar-
bore, & testibus † cum ipsi sint in quasi possessione 13
præsentandi, non tenentur probare descendentiam à
fundatore, sed solùm, quòd sint in quasi possessione
præsentandi, *Seraf. decis. 1334. in fin. Rot. decis. 224. parte*
prima recent. & in Baren. benefic. prima Iunij 1621. co-
ram b.m. Vbaldo.

Non obstat, † quòd in donatione facta per Augu- 14
stinam Catharinæ eius nepti, & matri Maximiliani
de hoc iurepatronatus, non adsit auctoritas Episcopi,
sed Vicarij, quæ non sufficit, vt sæpiùs resoluit Rota,
Quia † cùm versemur in donatione inter compatro- 15
nos, Episcopi auctoritas non fuit necessaria, *gloss. in*
cap. nemini in princ. vers. sed potest dici; & ibi *Bellam.*
16. quest. 7. Paris. de confid. quæst. 28. nu. 184. Achill. de-
cis. 10. n. 2. de iurepatr. Verall. decisione 284. num. primo,
par. 1. & Rot. decis. 707. n. 4. par. 1. recent. Et quando va-
liditas donationis esset dubia, adhuc Hieronymus es-
set præsentatus à patronis habentibus maiorem par-
tem patronatus, & existentibus, vt sic in quasi posses-
sione; quia Maximilianus ex quatuor vocibus habet
vnam, vti descendens ab Antonia, Franciscus & alij
descendentes à Lucretia habent aliam. Remanent aliæ
duæ voces, quarum vnam habet Lucas Contardus,
qui præsentauit Lancellotum, vti descendens à Fran-
cisca; quarta verò vox, quæ spectabat ad Augustinam,
fuit diuisa inter descendentes prædictarum aliarum
trium sororum, & sic inter Maximilianum, Lucam,
& Franciscum æqualiter: & per consequens semper
est verum, quòd Hieronymus vti præsentatus à Maxi-
miliano, & Francisco, præsentatus existat à maiori
parte patronorum, & in omnem casum sat illi est,
quòd sit absolutè præsentatus à maiori parte eorum,
qui sunt in quasi possessione præsentandi.

Non obstat Gratia Apostolica Lancelloti, & quòd
possideat: † quia ipse quoad tria non iustificauit suam 16
gratiam vti debuit: Nam in primis † narrauit, quòd 17
hoc iuspatronatus est familiæ de Cataneis ex funda-
tione, & dotatione, quod ideò debuit iustificare, *Rota*
decisione 531 numero primo, parte prima diuers. & † præ- 18
sertim stante clausula ibi, *verificato dicto iurepatrona-*
tus, quòd ex fundatione, & dotatione dicta familia de Ca-
taneis existat; quæ facit gratiam conditionalem, *arg.*
text. in l. Lucius 82. ff de cond. & demonstr. † quæ pro- 19
pterea requirit præcisam, & concludentem probatio-
nem, *Alex cons. 59. num. 8. lib 2. Mart. de claus. parte 1.*
claus. 190. Rot. decis 573. numero primo, & 701. num. 5.
par. 1. recent. quòd tantùm abest, quòd Lancellotus
probauerit, quod imò est improbabile: quia, vt supra
demonstratum est, hoc iuspatronatus est familiæ de
Figasecchis ex fundatione, & dotatione.

Præterea

Præterea Lancellotus narrauit, quòd ipse fuit præ-
sentatus à patronis existentibus in quasi possessione
præsentandi, quod oon est verum: quia quamuis illi
20 de Cataneis quandóque præsentauerint, † tamen co-
rum possessio non fuit translata in eorum filios, &
successores, qui Lancellotum præsentarunt sine noua
apprehensione, id est sine nouo vsu, & exercitio iuris-
præsentandi, *Menoch. de retin. rem. 3. num. 57. vers. ex-
tenditur*, *Gonzal. gloss. 34. n. 108. Garz. de benef. parte 5.
cap. 5. num. 35. cum seqq.* & reprobatn Lambertino, qui
contrarium tenuit, *Achill. decis. 5. de caus. poss. & pro-
priet. Caputaquen. decis. 135. par. 2. Rot. decis. 260. num. 4.
par. 2. recent. & in Florentina Subdecanatus, 27. January
1627. coram me.* Demùm exposuit, quòd fuit præsen-
tatus à medietate patronorum, & tamen ex superiùs
dictis constat oon esse verum.

Non obstat quòd Lancellotus prætendat totum
iuspatronatus spectare ad dictos de Cataneis vti hæ-
redes, & successores Lauræ, quæ fuit neptis Francisci
fundatoris ex Maria filia eius hærede vniuersali, ad
quam propterea cum vniuersa hæreditate prætendi-
tur transiisse hoc iuspatronatus, & non ad Ioannem
Franciscum, à quo descendunt Auctores Hieronymi:
quamuis Testator ei legauerit ius priuandi cappella-
nos: ex qua legato non infertur ad legatum iurispa-
21 tronatus: † Nam respondetur, Quòd ex obseruantia
subsequuta per plus centum annorum quæ habuit
initium immediatum post mortem fundatoris, resul-
tat clara probatio iurispatronatus, ad fauorem Maxi-
miliani, & Francisci; & aliorum descendẽtium à præ-
dicto Ioanne Francisco primo patrono, itavt absque
alia probatione præsumatur melior titulus de mun-
do, non limitatus ad dictum testamentum, sed aliun-
dè iuxta iura, & decisiones supra alleg. Et quidquid
sit, Hieronymo sufficit esse præsentatum à maiori
parte eorum, qui sunt in quasi possessione præsen-
tandi.

Non obstat, quòd isti de Cataneis quandóque
fuerint admissi ad præsentandum cum prædictis de
Figasecchis, & quòd de anno 1562. Capitulum
Sarzanens. per suam sententiam declarauit hoc ius-
patronatus spectare pro medietate Figasecchis, &
22 pro alia medietate Cataneis: Quia † quòd Catanei
etiam præsentauerint cum dictis de Figasecchis, fuit
per vsurpationem, cùm non appareat de aliquo eo-
rum legitimo titulo, sed potiùs in contrarium, quòd
totum iuspatronatus per vltra centum annos fuit pe-
23 nes dictos de Figasecchis in solidum: † Et dicta sen-
tentia cùm non iustificetur ex actis non est habenda
io consideratione, vt sæpiùs Rota resoluit.

24 Noo etiam releuat, quòd † præsentatio Maximi-
liani, & Francisci, de Hieronymo fuerit facta per
procuratorem, cuius maodatum non fuit intra qua-
drimestre exhibitum, quæ ideò videtur non posse
suffragari, *Lap. allegat. 22. & Rot. decis. 443. num. 3.
25 par. 2. recent.* † Quia ex quò in termino fuit facta
productio verbalis cum clausula *animo exhibendi, &c.*
potuit productio realis posteà fieri extra terminum,
*Vestr. in prax. lib. 4. titul. de dol. & contum. numer. 6.
vers. quòd si verbo tantum. Decian. respons. 41. numer.
14. cum sequentib. lib. 3.* Et cessat penitus difficultas.
26 Tum quia † mandatum fuit rogatum per Notarium
actuarium Capituli, coram quo fuit facta præsenta-
tio: & ideò productio non fuit necessaria, *Fulgos.
cons. 195. vers. cum itaque.* Tum etiam quia, vt dici-
27 tur, † Maximilianus pater, apud quem residet dimi-
dia pars iurispatronatus, intra quadrimestre, visus
fuit ratificare dum interim accessit ad Vrbem, &
impetrauit literas Apostolicas, vulgò *pro præsentato*
28 nuncupatas: † Ratificatio autem intra quadrimestre
sufficit, *Lambert. de Iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæst. pri-
ma, art. 21. num. 7.*

Demùm non obstat defectus transportationis, quia tollitur ex facto. Alia verò, quæ opponebantur, aut sunt nullius consideratioois, aut ex supradictis fuerunt sublata. Ex quibus Domini resoluerunt, Hieronymum esse instituendum, siue veniat ex sua gratia Apostolica, quia illam iustificauit, non autem Lancellotus suam: siue ex possessorio, circumscripta dicta gratia; quia probauit requisita ad obtinendam institutionem necessaria, &c.

Et ita vtraque, &c.

Ciuitatis Castelli Fideicommissum.

Lun. 31. May 1627.

ARGVMENTVM.

Litigiosa quando res effecta dicatur ad hoc, vt si illa postea alienetur, sententia lata contra alienantem, vel contra eius auctorem, cum quo lis cœpta fuit, possit executioni demandari, absque alio processu contra illum, in quem fuit dicta res alienata. Et an, & quando melioramenta facta per possessorem rei litigiosæ, impediant sententiæ executionem.

SVMMARIVM.

1 *Petitio hereditatis est actio realis.*
2 *Litigiosa efficitur res, quando agitur iudicio reali.*
3 *Alienatio rei litigiosæ est nulla, & dicta res transfertur cum suo vitio, in quem alienatur.*
4 *Et contra illum potest mandari executioni absque nouo processu, & recta via sententia lata contra alienantem, vel eius auctorem.*
5 *Amplia etiamsi ille, in quem fuit translata res litigiosa bona fide, & litis ignarus rem acquisiuerit, quia licèt ignorantia excuset à pœna statuta contra acquirentes res litigiosas, tamen non excusat, quin sententia contra illos sit exequenda, n. 6.*
7 *Possessor rei litigiosæ potest impedire executionem sententiæ, ratione melioramentorum.*
8 *Intruso lite pendente competunt illæ exceptiones, quæ principali condemnato conceduntur ad impetrandam executionem.*
9 *Melioramenta non præsumuntur si saltem in genere non sint probata.*
10 *Melioramenta refici non debent, quæ consistunt in arborum plantatione, & fossatorum reparatione.*
11 *In executione sententiæ, sufficit, quod tertius possessor fuerit citatus.*
12 *Immissio impediri nequit ex prætensa detractione legitimæ, quæ fuit iam consumpta.*

DECISIO LXXXVIII.

FVIT resolutum, sententiam Rotalem, latam super iudicio petitionis hæreditatis ad fauorem Bartholomæi de Albizinis vocati ad fideicommissum Bartholomæi senioris, cùm immissione inde secuta in prædium de S. Anastasio, contra hæredes Alexandri Fuccij esse exequendam contra Tiburtiam Fucciam, quoad duo corpora nuncupata, *il Campo della Noce*, seu *della Fornace*, *e la casa noua*, de pertinentiis dicti prædij de S. Anastasio per illam nunc detenta, & possessa. Ratio resolutionis fuit, quòd lis fuit cœpta contra Virginiam, & fratres de Fuccis de Anno 1585. tunc totius prædij possessores, & postea de Anno 1601. dicta duo corpora fuerunt alienata ab habentibus ab eis causam in dictam Tiburtiam *Summario, n.3. & 4.* Vnde † cùm actum fuerit petitione hæreditatis, & sic iudicio reali, *l.1. in princ. ff. de rei vendic.* † fuerunt effecta litigiosa, *Auth. litigiosa, C. de litigios. Alberic. Bald. & Ang. in l.2. C. eod. tit. Speculat. in tit. de appell. §. nunc summè, n.17. Innoc. & Ioan. Andr. in cap. cum M. F. de Constit. glos. in cap. fin. ex q.1. Rom. cons. 270. circa princ. Guid. Pap. decis. 337. Crauett. 279. n.1.* & latè *Cenau. pract. lib.2. c.15. n.7.* † Vnde alienatio fuit nulla, & res fuit translata in Tiburtiam cum suo vitio, *l. fin. C. de litig. c. Ecclesia, ut lit. pend.*

1
2
3

4 Quo fit vt † stante dicto vitio litigiosi, sententia lata contra dictam Virginiam, & fratres, potest mandari executioni absque nouo processu, & recta via contra dictam Tiburtiam, in quam res hæc litigiosa translata fuit, *d.l. fin.* vbi *Bart.* & communiter Doctor. *idem Bart. in repetit. l. credit. n. 23. C. de pignor. Ang. in Auth. de litigios. in princ. C. de litigios. Menoch. cons. 319. n.11. lib.4. Canalcan. decis. 16. num.7 par. 1. & Rot. in Rom. Domus de Cinciis, 26. Iunij 1616. coram Illustrissimo Patriarcha Hierosolymitano.*

5 Non obstat si dicatur, quòd Tiburtia bona fide, & litis ignara, rem acquisiuit: Quia † licèt ignorantia excuset à pœna contra acquirentes res litigiosas statuta, *Couarr. d. cap.5. n.7.* † Tamen non excusat; quin sententia contra illos sit exequenda, vt expressè cauetur in *d.l. fin. Bart. l.1. §. ff. de litig. & in d.l. credit. n.23. & Butr. in cap. quia G. de Iudic. n.13. & Couar. vbi supr.*

6

Non etiam releuat, quòd non videatur constare de identitate, quia quoad corpus nuncupatum *il Campo della Noce*, seu *della Fornace*, identitas est clara, quia constat *Summario, n.1.* illud esse de pertinentiis dicti prædij, & quòd possidebatur à dictis Virginia, & fratribus tempore litis motæ; quodque fuit postea alienatum 10. Ianuar. 1601. *Summario, n.3.* Quo verò ad aliud corpus nuncupatum *la Casa noua*, ex quo in instrumento venditionis dicti prædij, quæ per Antonium fratrem Iacobi patris dicti Bartholomæi, facta fuit dicto Alexandro *Summ. n.1.* fit mentio de quodam corpore, vti de pertinentiis dicti prædij nominato *il tenimento di terra lauoratiua, vocabolo Candeto, e Fratischi, e Scanpaolo, con casa in esso*, videtur satis probata identitas, & maximè, quia Tiburtia solùm opponit de melioramentis.

7 Nun obstant † etiam dicta melioramenta, ratione quorum possessor rei litigiosæ potest impedire executionem, iuxta *not. per Bart. in l. in fundo, nu.16. ff. de rei vendic. Paul. in l. fide eo, §. fin. nu.4. in fin. ff. de acquirend.*
8 *poss. Natt. cons. 350. num. 4.* † Inniusu, n. lite pendente competunt illæ exceptiones, quæ principali condemnato conceduntur ad impediendam executionem, & sic illæ, quæ sententiam non impugnant, iuxta *not.*
9 *in l. Nesennius, §. fin. ff. de neg. gest.* Quia vltra quòd † melioramenta non sunt iustificata, nec in genere probata, quæ ideò non præsumuntur, *Bursatt. cons. 551. nu. 140. post princ. lib.2. Rot. in recent. decis. 26t. sub n.1. par. 2.* † Cùm consistant in arborum plantatione, & fossatorum reparatione, & sic pro vbertiori fructuum recollatione non sunt reficienda, *l. diuortio, §. impendia;* & ibi omnes *ff. solut. matrim. Ioseph. Lndeu. decis. Perus. 24. n.12. Pacif. de Saluanterd. inspect. 2. cap.2. num. 182. vers. melioramenta enim, & Rot. decis. 398. sub numero 6. par.1. diuers.* Et in omnem casum, ex quò † Tiburtia fuit citata, satis dicitur contra eam vti possessorem rei litigiosæ pronissum, iuxta *doctrin. Alex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, n.34. ff. de re iud. Capic. decis. 30. n.24. Mantic. decis. 7. n.4.* 10 11

Demùm non obstat detractio legitimæ venditoris in bonis testatoris, quia iam 17. *Maij* 1623. coram b.m. Remboldo, fuit resolutum, † illam fuisse consumptam, & ideò eius detractioni non esse locum, & consequenter non impedire immissionem. 12

Et ita, &c.

Romana Vineæ.

Merc. 2. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Spolium quomodo probetur, quando possessio capta fuit auctoritate iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Spolium probatur ex duobus extremis, videlicet ex antiquiori possessione spoliati, & ex minori possessione spoliantis.*
Primum extremum in iudicio spolij probatur ex instrumento venditionis cum clausula Constituti.
2 *Secundum verò extremum probatur ex Commissione, & ex litis sustentatione.*
3 *Spolium non intrat probatis duobus extremis, quando possessio fuit capta vigore sententia, nisi etiam probetur, quòd index iniustè, aut non seruato iuris ordine processerit.*
4 *Declara procedere, si sententia fuit executa de mandato iudicis, secus si fuit capta possessio propria auctoritate, quia tunc spolium committitur, & num.5.*
6 *Licentia capiendi possessionem nomine proprio non suffragatur, quando possessio est plena.*

DECISIO LXXXIX.

OMNES vna tantùm parte informante † resoluerunt intrare spolium ad fauorem Francisci, Quia constat de duobus extremis de iure requisitis, nempe de anteriori possessione Francisci ex instrumento venditionis dictæ vineæ sibi factæ per Stephanum de Dominicis, de Anno 1616. cum clausula *Constituti, Summario, n.1.* nec non ex testibus datis: *Summario, n.2.* Ex quibus benè probatur possessio, *l. qui vniuersa, §. quod per colonum;* & ibi *Bart. ff. de acquir. poss. Caputaq. decis. 328. n.6. par.2. & Rot. in Rom. Silne, 13. Iunij 1616. coram me:* † De possessione verò Laurentij, & Angelæ de Dominicis eius vxoris constat ex litis sustentatione, *Lap. alleg. 65. in fin. Greg. XV. decis. 362. n.3.* & sæpius Rota resoluit. 1 2

Non obstat, quòd Laurentius acceperit possessionē vigore sententiæ; † quo casu spoliū non probatur per dicta duo extrema, sed etiam probari debet, quòd 3

iudex iniustè, aut non seruato iuris ordine processe-
rit, *l. meminerint. C. vnde vi, c. conquerente*, & ibi cómu-
niter Doctor. *de restit. spoliat. Menoch. de recup. rem* 8.
n.3. cum seqq. & Greg. XV. decis. 45. n.1. & decis. 105. n.4.
Quia licèt verum sit, quòd præcessit sententia in Sal-
4 uiano ad fauorem Laurentij, † illa tamen debuit de
mandato iudicis exequi, non tamen idem Laurentius
potuit, vt fecit, capere possessionem propria auctorita-
te: vnde commisit spolium, itavt reintegrationi locus
sit, *l. extat. ff. quod met. caus. Bartol. in l. credit. nu.1. C. de
pignor. Innoc. in c. cum nostris, n.4. de concess. preben. Surd.
cons. 189. n.31.*

Non etiam obstat, quòd Laurentius prætēdat pos-
sidere vigore cessioois sibi factæ per Camillam Aga-
zariam creditricem Stephani de Dominicis anterio-
rem d. Francisco, quia quicquid sit de prædicta antè-
5 rioritate, hoc vnum est, † quòd dum Laurentius cœ-
pit possessionem propria auctoritate, siue vigore dictæ
cessionis, siue dictæ sententiæ, semper commisit spoliū
d. l. meminerint, C. vnde vi, & d. l. extat. ff. quod met. caus.

Non obstat, quòd Angela de Dominicis vxor Lau-
rentij, contra quam etiam prætenditur spolium, possi-
deat vigore cuiusdam asserti fideicommissi; cum fa-
cultate capiendi possessionem propria auctoritate, sibi
in testamento data, quia vltra quòd non apparet de
dicto fideicommisso, & adest præsumptio collusionis
6 inter ipsam, & Laurentium eius maritum, † licētia ca-
piendi possessionem propria auctoritate non suffraga-
tur, quando possessio, vt hic, est plena, ex quò dicta vi-
nea detinebatur à Laurentio eius marito; qui propter-
eà litē pendente super spolio, non potuit in præiudi-
cium Francisci transferre possessionem in eius vxo-
rem, nisi cum dicto vitio spolij.
Et ita vna tantum, &c.

Romana Societatis.

Merc. 2. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Societas ex quibus probetur: Et an & quando sententia non conformis libello valeat.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* deducens omne ius suum, omnémque actionem, *apposita in libello operatur, vt eo non attento, possit ferri sententia super omnibus in discursu causa probatis.*
2 *Articuli succedunt loco libelli: & sufficit, quod sententia sit illis conformis.*
3 *Societatis lucra, & damna spectant aqualiter ad socios, nisi aliter sit conuentum.*
4 *Societas non probatur per testes, qui non deponunt illam fuisse nomine sociali factam.*
5 *Confessio extraiudicialis partium multum facit ad probandam societatem.*
6 *Societas probatur præsumptionibus, & coniecturis.*
7 *Testes debent ad concordiam reduci, vt euitetur contrarietas.*
8 *Confessio partium praualet mille testibus contrarium asserentibus.*
9 *Scriptura probat contra illum, qui eam subscripsit.*
10 *Creditum si sit probatum in genere, tunc quantum probatur iuramento.*

DECISIO XC.



DVas extra Rotam fuerunt in hac cau-
sa latæ sententiæ: Prima ad fauorem Ia-
cobi Galli, in qua fuit declaratum: Cre-
dita societatis initæ inter ipsum, & Ni-
colaum Venturam in depingēdis, & in-
aurandis insignibus domus, & currus Sereniss. Princi-
pis Cardinalis à Sabaudia, esse inter eos æqualiter di-
uidenda: deductis tamen per Gallam scutis 224 & b.
50. quæ dictæ societatis occasione de proprio expen-
derat: Secunda verò primæ reuocatoria ad fauorem
dicti Nicolai. Sed causa in Rota cōmissa die 19. Iunij,
anni præteriti coram b. m. Vbaldo, fuit resolutum. Pri-
mam sententiam ad fauorem Iacobi latam, esse con-
firmandam: Et Domini hodie steterunt in decisis, ex
eisdem motiuis Decisionis.

Non obstat prætensa nullitas, quòd sententia non
fuerit conformis libello, seu monitorio, ex quò fuerit
à Gallo solùm intentata actio negociorum gestorum;
& tamen sententia lata fuit super diuisione societatis,
cuius in dicto libello nulla fit mentio: Quia fuit benè
responsum, † Quòd in libello, seu monitorio adest 1
clausula *deducens omne ius suum, omnemque actionē, &c.*
ex qua non attento libello, potuit ferri sententia super
omnibus à Gallo in discursu causæ probatis, *Innoc. &
Bald. in c. 2. de ord. cognit. Mart. de claus. 192. nu. 6. lib. 1.
Rot. decis. 256. n.1. & seq. p.1. diuers.* † vltra quòd articuli 2
à Gallo dati ad effectum probandi societatem, expen-
sas, & alia, succedunt loco libelli: & ideò sufficit, sen-
tentiam esse illis conformem, *Oldrad. cons. 290. num. 2.
vers. sed hic Domina.*

Iustitia verò visa fuit clara, Quia, † lucra & damna 3
societatis, nisi aliter sit cōuentum, æqualiter ad socios
spectant *§. illud, Instit. de societ. Salicet. in l. 1. q.1. C. pro
socio, Surd. cons. 389. n.7. & 8.* De societate verò inaurādi,
& pingendi, & præsertim in construendis dictis curru,
& insigniis, vltra duos testes, de quibus in d. Decis. in
hac causa facta, cōstitit per plures alios testes nouiter
examinatos: Quibus accedit instrumentū compromis-
si inter easdem partes super operibus per ipsus com-
muniter factis, inter quæ ponitur, *tutti li lauori fatti
fino ad hoggi per seruitio del Sig. Prencipe Cardinal de Sa-
uoia*, ex quibus verbis resultat clara societatis cōfessio.

Non obstat, quòd † testes solum dicant, quòd dicta 4
fuerunt cōmuni labore constructa: & sic nō concludāt
societatē, dum non deponunt fuisse sociali nomine fa-
cta, *Bald. cōs. 125. n.1. & 2. l.5.* Quia in casu nostro adsūt
vlterius suprascriptum instrumentum cōpromissi, &
plures alij testes, qui deponūt, se sæpius à partibus au-
diuisse, quòd prætérita opera sociali nomine cōstrue-
bant; † Quæ partium confessio, licèt extraiudicialis 5
plurimum facit, vt in punct. *Soccin. cons. 160. n.8. l.2. v.
sed quid plura, & Mod. Rom. disc. for c 36. n.12.* Et accedit
etiam calculus expensarum, quæ Gallus fecit ea causa
dictæ societatis, ab eodem Venturā aduersario con-
scriptus, ex quibus resultare videtur plena societatis
probatio, † cum tamen sufficiat leuior, etiam per con- 6
iecturas, & præsumptiones, *Bald. cons. 304. l.1. Men. præs.
56. n.4. l.3. Felic. de societ. c.11. n.12. & 13.*

Non obstant etiā testes per Venturā nouiter exami-
nati, dum deponunt, currum, & insignia fuisse in eius
apotheca, & eiusdem studio elaborata: quia præter
quòd Domini ex quibusdam circunstantiis causæ,
maiorem fidem adhibuerunt testibus Galli; possunt
vtriusque partis testes benè ad concordiam reduci,
licèt prima facie videantur inuicem contrarij: Nam
circa insignā, testes Galli deponunt fuisse incepta, &
vt dicunt *imbrunita, & indorata* in apotheca Galli ab
operariis eiusdem; depicta verò, & ad perfectionem
redacta in apotheca Venturæ; vnde testes Venturæ de-
ponentes insignia fuisse ab eo, & eius operariis facta,

fuit

fuit intelligendi de pictura, & aliis ad opus perfectè
9 absoluendum: † Vt sic inter dictos testes euitetur cõtrarietas, & ad concordiam reducantur, iuxta tradita *per gloss. in cap. cum tu, de testibus, Farinac. de test. q. 56. n. 2. & seqq. Greg. XV. decis. 351. n. 38.* Et eò maximè, quia sic sunt conformes instrumento compromissi, vbi, vt
10 dictum est, partes expressè fatentur dicta insignia, & currum fuisse communiter constructa: † quæ partium confessio non solùm est attendenda, sed præualeret mille testibus, si tot essent contrarium asserentes, *Cæsar de Graff. decis. 6. n. 2. de testib. Seraph. decis. 433. nu. 7. & decis. 1318. n. 1. Greg. XV. decis. 337. n. 3.* & ibi Addit.

Præterea etiam quò ad currum conueniunt vtriusque partis testes, quòd duodecim orbes, seu pilæ, fuerunt integrè à Gallo inauratæ, nec non currus ab eodem dealbatus, seu, vt vulgo dicitur *ingessato*, & capsa, & medietas arcus posterioris, & pars, quam vocant *della fianceaata* inauratæ.

Demum etiam prædicta prima sententia visa fuit iusta in eo, quòd declarat ex creditis communibus societatis priùs esse deducenda per Gallum ex causa supradicta scuta 224. & b. 8. Quia constat, quòd ipse illa
11 expendit de proprio in causam societatis, † nempe ex calculo expensarum, cõscripto manu ipsius Venturæ, qui propterea contra illum probat, *l. fideiussor, §. pater, ff. de pignor. l. cum antiquitas, §. finali, C. de testamentis, Roman. cons. 303. n. 1.* Secundò, quia dicunt testes, quòd Gallus ex dicto calculo prætendebat se grauatum. Et demum, quia ex pluribus testibus probatur in genere Gallum impendisse pecunias in depingendis insignis, & currum, & licet certam quantitatem non concludant; tamen ex quo de expensis in genere constat per dictos testes, & de certa quantitate, ex dicto calculo,
12 resultare videtur inde sufficiens probatio, † aut saltem standum esset iuramento ipsius Galli, iuxta theoricam, *Rayner. de Forliuio in l. 2. ff. de iur. iur. Seraph. de priuil. iurata priuil. 36. n. 2. Surd. cons. 94. n. 27.*
Et ità vtraque, &c.

Sulmonen. Beneficij.

Lun. 7. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Donatio Ecclesiæ ex quibus præsumatur effectuata: & quid si in ea deficiant solemnitates necessariæ, an illæ præsumantur interuenisse ex obseruantia longissimi temporis. Pragmatica Regni Neapolis tradens certam formam conficiendi instrumenta, an liget Clericos.

SVMMARIVM.

1 *Probationes imperfectæ, tendentes ad eundem finem iunguntur simul, ad faciendam vnam perfectam probationem.*
2 *Donatio Ecclesiæ, ex quibus probetur effectuata.*
3 *Partita extractæ in præsentia partis aduersæ nullam admittunt oppositionem.*
4 *Identitas probatur per duas demonstrationes.*
5 *Possessio de præsenti arguit possessionem de præterito, stante titulo præambulo.*
6 *Solemnitates præsumuntur omnes interuenisse in donatione Ecclesiæ, si illa fuit effectuata per longissimum spatium temporis; etiam si dictæ solemnitates non fuerint in donatione enunciatæ.*
7 *Amplia etiam si ex facie donationis appareret de illius inualiditate, quia ex obseruantia longissimi temporis præsumitur superuenientia tituli validi, & legitimi.*
8 *Pragmatica Regni Neapolis coarctans probationes, respicit decisoria litis, quæ ideo non ligat Clericos, nec Ecclesiam ex defectu potestatis, & quid si tradat certam formam conficiendi instrumenta, n. 12.*
9 *Statutum requirens plures testes ad probationem actus alienationis, quàm requirit ius commune, non ligat Clericos.*
10 *Statutum prohibens Clericis contrahere, vel probare aliter, quam de iure communi, dicitur contra libertatem Ecclesiasticam.*
11 *Contra libertatem Ecclesiasticam magis dicuntur ea, quæ tollunt iuris communis beneficium, quàm ea, quæ priuilegium auferunt.*

DECISIO XCI.


LLVSTRISSIMVS D. Cardinalis Perettus prætendit beneficiũ rurale sanctæ Mariæ, de quo agitur, esse de pertinentiis Monasterij de Arabona, atque ideò ad ipsum vti Protectorem Collegij S. Bonauenturæ, cui dictum Monasterium fuit vnitum, spectare omnimodam eius prouisionem, & collationem. Ex aduerso fratres Carmelitæ prætendent dictũ beneficium fuisse eis vnitum per S. m. Paulum V. Vnde difficultas in eo posita fuit. An dictum beneficium esset de pertinentiis dicti Monasterij de Arabona: Et Domini *die prima Martij* 1621. coram b. m. Selene. dixerunt. Non probari pertinentiam: sed iterũ causa proposita *die 9. Iunij* 1623. coram Danneo Nauaro, fuit recessum à decisis: Quapropter hodie dubitaui, cui resolutioni standum sit: Et fuit resolutum standum esse in vltimo loco decisis, & sic cõstare de pertinentia. Nam de anno 1250. d. Ecclesia S. Mariæ fuit donata per Capitulum S. Pamphili dicto Monasterio sub annua responsione vnius libræ ceræ: † quæ donatio ex pluribus simul iunctis, quæ concurrunt ad eundem finem, probatur effectuata: itavt illis deueniendum sit ad vnum perfectum conceptum mentis pro dicta pertinentia, iuxta doctrinam *glos. in l. 2. in princ. in verb. legitimis,* & ibi *Bald. ff. de excusat. tutor. Iaf. in l. admonendi, n. 57. cum seqq. ff. de iur. iur. Francisc. Marc. q. 96. p. 14. & Rot. Ianuen. decis. 208.* 1

In primis † probatur obseruantia, seu effectuatio dictæ donationis ex solutione dictæ annuæ respõsionis vnius libræ ceræ, ab anno 1427. vsque ad an. 1551. vt ex partitis, quæ dantur *summario, n. 7.* Quæ † cum fuerint extractæ in præsentia partis aduersæ, non potest contra eos opponi, quòd non sint benè extractæ, *Varal. decis. 5. a. 5. p. 3. Rot. decis. 581. n. 1. p. 2. in recent.* 2 3

Secundò ex quo dicta Ecclesia S. Mariæ fuit possessa per Abbates dicti Monasterij, vti grancia, seu membrum Abbatiæ de Arabona, in eaque degebant Monachi nuncupati Grancerij: nam de anno 1266. & sic paulò post dictam donationem, quidam Thomasius donauit quoddam prædium cuidam fratri Romano nuncupato, vti Grancerio dictæ Ecclesiæ B. Mariæ de Arabona de Sulmona. † Quæ Ecclesia videtur non esse alia, quam hæc, de qua agitur. Quia concurrunt duæ demonstrationes, nempe S. Mariæ: & de Sulmona, iuxta doctr. *Bart. in l. demonstr. falsa, ff. de cond. & demonstr.* quæ licèt sint generales, & possint aliis conuenire, quia tamen concurrit etiam, quòd ibi dicta Ecclesia appellatur de Arabona, & dicta donatio fuit de recenti: negari non potest, quin sit vrgens adminiculum, itavt ex illa mens inducatur ad verisimiliter credendum, quòd ecclesia illa S. Mariæ donata priùs d. Monast. de anno 1250. quæ ideò erat ab eo possidenda vti grancia, sit eadẽ, de qua, vti de grancia fit mentio in dicta donatione 4

tione de anno 1206. Cui accedit instrumentum de
anno 1492. vbi apparet, quòd Abbas dicti Monasterij
inuestiuit de dicta Ecclesia frat. Francisc. de Tornero.
Tertiò, & vltimò tollit omne dubium, Quòd cum
de anno 1560. Monasterium de Arabona fuisset com-
mendatum Cardinali de Gaddis, & vacatei hæc Ec-
clesia, Cardinalis eam contulit Pompeio Marinaccio,
qui per Procuratorem ad hoc specialiter deputatum
adeptus fuit possessionem, & in ea continuauit vsque
ad annum 1575. quo illam resignauit ad fauorem Ni-
5 colai Siconcelli; † vnde ex ista possessione stante ti-
tulo præambulo, præsumitur possessio in præteritum,
*Salic. in l. ex persona, C. de prob. Menoch. lib. 6. præsumpt.
65. Garz. de benef. p. 1. cap. 5. n. 480. Rot. decis. 766. nu. 6.
par. 1. diuers.* & fuit dictum *in Perusina Pecuniaria* 22.
May 1626. coram me.
Non obstat, quòd donatio de anno 1250. in qua stat
præcipuum fundamentum, fuerit nulla ex defectu so-
6 lemnitatum. Quia † ex quo fuit effectuata per longis-
simum tempus, ex actibus supradictis, & præsertim ex
collatione Cardinalis, præsumitur omnes solemnita-
tes necessarias interuenisse, quamuis non enunciatas,
gloss. in c. peruenit, vbi *l. mol. n. 13. de empt. & vend. Gabr.
concl. 1. de prus. Seraf. decis. 432. n. 4. Rot. coram Greg. XV.
decis. 354.* vbi plenè *Addictio, num.* 18.
7 Non obstat; † quod præsumptio præfata locum nó
habeat, quãdo clarè apparet de inualiditate tituli, pro-
vt ea inspectione dictæ donationis, in qua deficiunt
solemnitates intrinsecæ: nempe nomina Canonicorũ,
& quòd illi fuerint conuocati ad sonum campanæ, &
consensus Episcopi: Quia quicquid sit de inualiditate
ab initio, ex obseruantia diuturni, & longissimi tem-
poris præsumitur superuenientia tituli validi, & legi-
timi, siue per confirmationem Apostolicam, siue per
nouam concessionem, *Gabr. cons. 88. n. 17. & seqq. lib. 1.*
Non obstat, quòd instrumentum captæ possessionis,
virtute collationis, Cardinalis de Gaddis, per quod
præcipuè effectuatio prætenditur, non sit in forma
probanti ex defectu numeri, & subscriptionis triũ te-
8 stium, iuxta Pragmaticam Regni Neapolis. Quia † di-
cta Pragmatica, dum coarctat probationes, respicit de-
cisoria litis, quia à probationibus victoria dependet,
quæ ideò nõ ligat Clericos, nec Ecclesiam, ex defectu
potestatis, *Calder. in sua quæst. quæ incipit statuto Ciuit.
Bononiæ; Auchar. cons. 258. nu. 3. vers. & quod statutum.*
9 † Et in puncto de statuto plures testes requirente ad
probationem actus alienationis, quàm requirit ius cõ-
mune, *Carol. de Graff. de Effect. cleric. effect. 2. q. 8t. n. 451.
10 & seqq.* & ratio est, quia † statutum prohibens Cleri-
cis contrahere, vel probare aliter, quàm de iure com-
muni, dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, & Cle-
ricorum, attenta diffinitione, de qua in *l. libertas, ff. de
stat. homin. Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ, n. 7. & 8. de Con-
11 stit.* vbi *Butr.* quòd † magis dicuntur contra liberta-
tem Ecclesiasticam, ea, quæ tollunt iuris communis
beneficium, quàm ea, quæ priuilegium auferunt, per
*text. in cap. fin. vers. non solum de reb. Eccles. non alien.
Surd. cons. 1. n. 12. & seqq.*
12 Nec releuat, si dicatur, † quòd in dicta pragmatica
traditor forma conficiendi instrumenta, quo casu sta-
tutum, ligare Clericos voluerunt *Barb. cons. 65. num. 7.
vol. 4. Henz. cons. 39. n. 15.* Quia quidquid sit de hac
conclusione, illa non procedit, quando, vt hîc, agitur
de actu solius Clerici, & de re Ecclesiæ, in ordine ad
solam Ecclesiam, seu Clericos, & in foro Ecclesiastico,
vt in puncto *Alex. cons. 110. n. 11. & seqq. vol. 2.*
Cætera, quæ dicuntur circa fidem scripturarum Il-
lustr. Cardinalis, fuerunt iam sublata per duas Deci-
siones b. m. Andreæ in hac causa factas 5. *Iunij* 1619.
& 7. *Februarij* 1620.
Et ita vtraque, &c.

Vrbeuetana Beneficij.

Merc. 9. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Immissio vigore subrogationis gratiosæ, concedi non potest deficiente reseruatione. Vnio Ecclesiæ vnius Diœcesis cum iuribus, & pertinentiis suis, facta Ecclesiæ alterius Diœcesis, non comprehendit beneficia sita in Ecclesia vnita, sed illa remanent sub primæua collatione Episcopi Diœcesani, sine cuius præiudicio vnio facta intelligitur.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio est vnum ex requisitis subrogationis gratiosæ.*
2 *Reseruatio resultat ex Protonotariatu defuncti.*
3 *Indultum tollit obstaculum reseruationis.*
Ordinarius habet intentionem fundatam de iure in conferendo; & ideò legitimè confert, ante prouisionem Apostolicam, cessante reseruatione.
4 *Vnio Ecclesiæ cum suis iuribus, & pertinentiis, an comprehendat ius conferendi beneficium in ea existens: declara, vt num. 5.*
6 *Aliud est disponere de Ecclesia, aliud de beneficio in ea existente, quod constituit corpus distinctum ab ipsa Ecclesia.*
7 *Vnio Ecclesiæ sitæ in vna Diœcesi, facta Ecclesiæ alterius Diœcesis, censetur facta sine præiudicio iurium Episcopi Diœcesani: & num. 9. vbi multis modis exornatur.*
8 *Ecclesia vnita non mutat suam primæuam naturã.*
10 *Literæ vnionis sunt strictè interpretandæ: & declaratur quomodo hoc procedat.*
11 *Vnio Ecclesiæ comprehendit Cappellas inexistentes.*
12 *Hoc procedit, quando Cappellæ sunt de mensa, & annexæ Ecclesiæ vnitæ, aliàs secus.*
13 *Rector Ecclesiæ non habet fundatam intentionem de iure in prouisione beneficiorum existentium in sua Ecclesia, sed solùm Episcopus: & respondetur Doctoribus, & Decisionibus in contrarium allegatis.*
14 *Iuspatronatus acquiritur Rectori Ecclesiæ simul cum fundatore: si beneficium situm est in ipsa Ecclesia, quæ fundum dedit.*
15 *Fallit de consuetudine, qua attenta totum iuspatronatus acquiritur illi, qui erexit, & dotauit.*
16 *Collatio beneficiorum sitorum in Ecclesia Regulari non spectat ad Episcopum.*
Intellige hoc verum esse in beneficiis spectantibus pleno iure ad dispositionem Ecclesiæ Regularis, n. 19.
17 *Beneficia sæcularia spectantia ad collationem Episcopi possunt esse in Ecclesia Regulari.*
18 *Exemptio Ecclesiæ non arguit exemptionem beneficij in ista existentis.*

DECISIO XCII.

DOMINI persistendo in decisis 15. *Decembris* 1625. Resoluerunt D. Angelo
Luciano non esse dandam immissionem
in vim gratiosæ subrogationis: Quia
non probauit reseruationem, † quæ est 1
vnum ex requisitis subrogationis gratiosæ: † Licèt 2
enim ex Prothonotariatu vltimi possessoris resultet
reseruatio clarà: Tamen † indultum Illustrissimi D. 3
Cardinalis Crescentij, qui prouidit D. Cæsarem Tor-

 fellum

siellum de hoc beneficio, vel Ordinarij Vrbeuetani,
tollit obstaculum huius reseruationis: vnde cùm D.
Cardinalis habeat intentionem fundatam de iure
communi, legitimè contulit ante prouisionem Apo-
stolicam, *Gonzal.gloss.24.num.42. Cassad. decis. 8. de
prebend. & decis.3. de promul. Put decisione 140. lib.3.
in non.*

4 Non obstat si dicatur, † hoc beneficium situm es-
se in Ecclesia sancti Sepulcri vnita mensæ Episcopa-
li Castrensi cum suis iuribus, & pertinentiis, & pro-
pterea ius conferendi fuisse translatum in Episco-
5 pum Castrensem, *Put. decis. 443. lib.2.* † Quia obie-
ctum procederet, si etiam hoc beneficium fuisset
vnitum Ecclesiæ Castrensi; In quibus terminis lo-
quitur Decisio *Putei*; quod tamen non fuit vnitum,
sed duntaxat Ecclesia sancti Sepolcri cum illius
Prioratu: ex qua vnione quamuis cum Iuribus, &
pertinentiis, non infertur ad istud beneficium, si-
6 tum in eadem Ecclesia: Tum quia † aliud est dispo-
nere de ipsa Ecclesia: aliud verò disponere de bene-
ficio in Ecclesia, quod constituit corpus distinctum
ab ipso Prioratu, *cap.fin.* vbi *Abb. notab. 1. de pre-
bend. glos. in Clem.prima in verb. inserta vers. & sit
eadem ratio, eodem titul.* cum aliis in d. Decisione in
7 hac causa facta allegatis. Tum etiam quia † quando
Papa vnit Ecclesiam sitam in vna Diœcesi, Ecclesiæ
alterius Diœcesis, vnio censetur facta sine præiudicio
iurium Episcopi Diœcesani, *cap. quia Monasterium
de Religios.domib.* vbi *glos. in verb.est Diœcesis*: & ra-
8 tio est, Quia † Ecclesia vnita non mutat suam pri-
mæuam naturam, *Innocent. in d.cap. quia Monasterium
super verb. terminus*: & ibidem, *Host.n.2 sub verb.dispo-
9 nimus, Card. in prin. & n.5.* vbi † quòd Diœcesanus ni-
hil perdit de iure primæuo, *Anchar.num.3.* vbi quòd
retinet iurisdictionem in omnibus tanquam ius rea-
le cohærens ipsi Ecclesiæ, *Abb.n.5.* vbi quòd intentio
Diœcesani in Ecclesia vnita remanet post vnionem
fundata eodem modo, prout erat fundata priùs, *Ioan.
de Anan.n.1. &* 2. vbi quòd retinet primæuam iuris-
dictionem etiam in auctorizanda alienatione bono-
rum eiusdem Ecclesiæ: *& Vicalin.in clem.fin. num.45.
de rescriptis.* Quibus Domini prout in dicta prima
10 Decisione addebant, quòd † literæ vnionis sunt stri-
ctè interpretandæ, *Mohed.decis.1.de offic. Vicar.* quæ
propterea debent restringi, aut extendi à ratione
concessionis; quæ ideò facta fuit, vt subueniretur
tenuitati fructuum Ecclesiæ Castrensis: vnde Papa
non fuit visus illi applicare Ius conferendi etiam be-
neficia sita in dicta Ecclesia; quia per illud non sub-
ueniebatur tenuitati fructuum Ecclesiæ Castrensis.

Non obstat, † quòd vbi Ecclesia vnita habet Cap-
pellas, illæ transeunt sub proprietate Ecclesiæ alte-
11 rius Diœcesis, cui fit vnio, *Anton.de Butr.in d.cap.
quia Monasterium, num. 8.* † Quia hoc procedit,
quando Cappellæ sunt de mensa, & annexæ Eccle-
12 siæ vnitæ, quo casu, sicut in Ecclesiam, cui fit vnio,
transeunt omnia bona Ecclesiæ, quæ vnitur: ita et-
iam transeunt Cappellæ, quæ sunt membra, & per-
tinentiæ eiusdem Ecclesiæ vnitæ: Et in his termi-
nis loquitur *Anton.de Butr.Cardin.ibid. num.7. An-
char.num.2. & Ioan. Andr.num.3.* Vnde si ante vnio-
nem, ius conferendi istud beneficium spectasset ad
Priorem Ecclesiæ sancti Sepulcri, proculdubio vnito
dicto Prioratu Ecclesiæ Castrensi, cum suis iuribus,
& pertinentiis, transiret in Episcopum istud ius con-
ferendi; sed quia non erat de pertinentiis Prioratus,
sed spectabat ad Episcopum Vrbeuetanum, vt supra-
dictum est, propterea argumentum cessat.

Minus releuat noua prætensio, quòd ius confe-
rendi istud beneficium, non spectabat ad Episcopum,
13 sed ad Priorem, qui vti † Rector Ecclesiæ, vt exad-
uerso dicebatur, habet fundatam intentionem de
iure in prouisione beneficiorum existentium in sua
Ecclesia; Quia omnes Domini in hoc erant concor-
des, quòd Rector de iure non habet in hoc intentio-
nem fundatam, sed solus Episcopus, *cap. ex frequenti-
bus de instiut. Innocent.in cap.2.num.4.de Cappell. Mo-
nach.* vbi quòd nullibi hoc in iure reperitur, *Card.in
cap.cum venerabilis, in fin.vers.oppono quòd etiam quo-
ad temporalia, de except. Abb.* ibid. *num.46. & in cap.
cum Ecclesia 32.num.8 in fin.vers.tertio, & vlt. casu de
elect. Felin.in d.cap.cùm venerabilis, num.37.vers.sed ad-
uerte, Rot.decis.4.in princ.de concess. preben. in nou. cum
aliis per Gonzal.§.1.proœm.num.21. & glos.11. num.37.
cum seqq.*

Nec Doctores, & Rotæ decisiones in contrarium
allegatæ; nempe *Felin.in d.cap. cùm venerabilis, n.30.
Lambert.de Iur.patr.par.prima, lib.2.art.15.quæst.2. nu.
2. Rot.decis.15 & 16.de iure patr.in antiq. & apud Se-
raf decis.1120. num.3. & decis. 393. apud Reuerendiss.
D.meum Decanum, & decis 691.num.3. par.1. & 374.
num. 6.p.2.recent. & in Neapolitana Iuris conferendi
26.Iunij 1620.coram Illustriss. Patriarcha Hierosolymi-
tano,* hoc probant, sed aliud longè diuersum, scilicet,
† Quòd in beneficiis iurispatronatus sitis in ipsa Ec- 14
clesia, Rector, ex quò Ecclesia dedit fundum, & con-
currit in dotatione, acquirit de iure iuspatronatus
simul cum fundatore; † quamuis etiam in hoc casu 15
aliud seruetur de consuetudine, qua attenta, totum
iuspatronatus acquiritur illi qui erexit, & dotauit:
vbi Rector Ecclesiæ aliter non concurrit in dotatio-
ne, *Abb.in cap.ad audientiam el primero, num. 10. & 11.
de Eccles.ædific. Lambert.de iurepat par.1.lib.1.q.8.n.6.*
Vnde cum hîc non versemur in beneficio iurispa-
tronatus, sed in beneficio libero, & collatiuo, sito in
eadem Ecclesia: eius collatio tam de iure, quàm con-
suetudine ad Episcopum spectat, *ex Innoc.Cardin.&
Felin.in loc.cit.*

Non obstat demùm, † quòd Ecclesia huius Prio- 16
ratus vnita, esset regularis, & sic exempta, & ideò,
quòd ius conferendi beneficia in ea non spectaret ad
Episcopatum, sed ad Priorem, *Abb. in cap.conque-
rente §.non tibi de offic. Ordin Gonz. glos.23. num.22.
& Mohed. decis. 22. num. 2. de preben.* Quia vltra
quòd in facto ex enunciatiuis exaduerso datis, vide-
batur Dominis non satis iustificati, quòd dicta Ec-
clesia esset regularis, & contrarium videtur verius,
ex prouisione Ordinarij, quæ datur de anno 1528.
Et quia exercuit iurisdictionem Episcopalem in di-
cto Prioratu, illum visitando, & imponendo colle-
ctas pro seminario, vt fuit iam dictum in dicta Deci-
sione: data etiam dicta regularitate, cessat difficul-
tas, dum non probatur hoc beneficium esse etiam re-
gulare; cùm etiam † in Ecclesia regulari possint esse 17
beneficia secularia spectantia ad collationem Episco-
pi, *Abb.cons.56.num.3.vers.quarto, &c.lib.2. Lambert.
de Iusp.p.1.lib.1.quæst.11. art.7. num.4.* † Vnde etiam 18
quamuis Ecclesia esset exempta, non propterea se-
queretur, quòd hoc beneficium esset exemptum, *cap.
per exemptionem de priuileg.in 6.* cùm, vt dictum est,
aliud sit Ecclesia, aliud beneficium in Ecclesia, prout
etiam consequenter † non intrat text. *in cap.1.de Cap- 19
pell.Monac.in 6.* Quia loquitur in beneficiis spectan-
tibus pleno iure ad dispositionem Monachorum.

Cætera autem, aut non obstant, aut fuit illis plenè
responsum in dicta decisione in hac causa facta.

Et ita vtraque, &c.

Romana

Romana Fideicommissi.

Ven. 15. Iunij, 1627.

ARGVMENTVM.

Testator grauatus post mortem bona alteri restituere, an & quando de eisdem bonis disponere voluisse censeatur ad fauorem sui hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Testator potest disponere de re fideicommisso supposita, sicut de quauis re aliena.*

2 *Item disponere potest de rebus heredis, sicut de propriis.*

3 *Bona antiqua fideicommissi non comprehenduntur sub dispositione testatoris.*

4 *Testari de bonis alienis nemo præsumitur.*

5 *Bonæ fideicommisso subiecta possessa per heredem grauatum, an dicantur esse de bonis ipsius, & numer. 6.*

7 *Bona fideicommisso supposita dicuntur aliena, & possunt ab herede vti æs alienum deduci, & separari.*

8 *Institutio heredis facta per testatorem in bonis suis, videtur restricta ad bona propria eiusdem testatoris, & ideò non comprehendit bona fideicommisso subiecta.*

9 *Fallit vbi ex coniecturis constat de contraria voluntate testatoris, volentis etiam disponere de bonis fideicommisso suppositis: quæ coniectura debent esse efficaces, & concludentes; & plures numerantur; & singulis respondetur, num 12. & seqq.*

10 *Testator in dubio præsumitur voluisse grauare heredem, minùs quàm fieri possit.*

11 *Amplia etiam si agatur de fauore vxoris, ipsius testatoris.*

12 *Institutio heredis hæc verba vltima,* in tutti gl'altri, e singuli miei beni, existeoti in quasiuoglia luogo, *non comprehendit bona fideicommisso subiecta si dicta verba possunt intelligi, & verificari in bonis propriis testatoris.*

Et an hoc procedat, si testator priùs legauerit aliqua bona fideicommissi, & postea instituerit in tutti gl' altri, &c. *saluis legatis, dicto numer. 12. & 14.*

Et quid si bona testatoris sint confusa cum bonis fideicommisso subiectis, num 16.

13 *Alijs, dictio est respectiua similium.*

15 *Legatum rei heredis, aut communis cum herede, valet in totum, siue testator sciat, siue ignoret heredis esse.*

17 *Cautio an peti possit per fideicommissarium ab herede grauato.*

18 *Onus impossibile iniunctum à testatore, habetur, ac si non esset scriptum.*

DECISIO XCIII.

DOMINI non dubitarunt, quin bona Ioannis Angeli Cuccini, de quibus nunc agitur, sint iux. seriem suæ vltimæ voluntatis supposita fideicommisso in casu secuto, nempe deficientiæ suorum filiorum masculorum, & eorom descendentium ad fauorem Francisci Capoccij eiusdem testatoris ex filia Paoiasilea nepotis; Sed quia Alexander vnus ex prædictis filiis masculis Liciniam eius vxorem, quam in suo testamento instituit hæredem vniuersalem, grauauit post eios mortem, vt hæreditatem restitueret prædicto Francisco Capoccio; Dubitaui, An bona Ioannis Angeli (præsupposito dicto fideicommisso) sint comprehensa in dispositione Alexandri; si enim sunt comprehensa, Licinia durante vita sua, & agnito per Franciscum fideicommisso, frueretur dictis bonis: sin autem, non erit statim restitutioni locus. Et quidem non dubitatur de potestate testatoris, quia clarum est,
Quòd † testator potest de re fideicommisso supposita 1
disponere, sicut de quauis re aliena, *l. vnum ex familia, §. sed & si fundum, l. Imperator 72. §. si centum, l. cum pater, ff. de legat. 2. glos. in d. §. sed & si fundum vers. tantundem,* vbi etiam *Bart. Paul. & Cuman. & communiter Doct. in l. vlt. §. sin autem sub conditione, C. comm. de legat.* Et eò magis, quando vt hic, res subiecta fideicommisso debuit hæredi restitui. Quia † testator de 2
rebus hæredis potest disponere, sicut de propriis, *d. l. vnum ex familia, §. si rem tuam, ff. de leg. 2. & Rot. in Romana restitutionis hæreditatis de Naris 17. Nouembr. 1625. coram me.*

Versatur itaque difficultas circa voluntatem: Et † 3
regula est in dubio, Bona antiqua fideicommissi non comprehendi sub dispositione testatoris, *l. sequens, qu. 70. ff. de leg. 2.* & ibi communiter Doctores, *Cephal. conf. 516. lib. 4. Mantic. de coniect. vltim. volun. 9 tit. 6. num. 8. in fin. Surd. decis. 93. num. 17. & num. 19. cum sequentibus, Peregr. de fideicomm. art. 6. numer. 8. Fusar. de substit. quæst. 648. num. 1. & 2. Rot. decis. 84. num 4. in fin. par. 2. recent. & in Ferrarien. de Tassonibus, 7. Febr. 1627. coram Illustrissimo Patriarcha Pamphilio:* Et ratio est, † 4
Quia nemo præsumitur testari de alienis bonis, *glos. in l. conficiuntur, §. si post factum in verb. testatur in fin. ff. de iur. Codicill. & in l. 1. C. qui testam. fac. poss.* † Bona 5
autem fideicommisso subiecta, per testatorem possessa, non dicuntur esse de eius bonis, *d. l. vnum ex familia, §. si de falcidia,* ibi, *quod enim est, quod de suo videatur reliquisse, quid quod reliquit omnino reddere debuit, & l. fin. §. sed quia, C. commun. de legat.* ibi, *sed scias hoc, quod alienum est, non exlicere, vtpote sui patrimonij existens, aliena iuri applicare.* † Et quamuis res subiecta fi- 6
deicommisso sit testatoris, tempore facti testamenti; tamen cùm testamentum post mortem dirigatur, ius testatoris in dictis bonis, morte extinguitur, ex iuribus suprascriptis.

Non obstat, quòd dicta bona sint subiecta fideicommisso ad fauorem hæredis, de cuios bonis vti de
propriis testator potest disponere; Quia etiam † bo- 7
na fideicommisso supposita ad fauorem hæredis dicuntur aliena, & possunt ab eo vti æs alienum deduci, & separari, *l. irritum 8. C. ad l. Falcid.* & moltò ma-
gis in casu nostro, in quo † testator expresse Lici- 8
niam hæredem instituit in suis bonis, qui propterea visus fuit ad bona propria se restringere, vt excludere voluerit, quæ non dicuntur esse propria, sed aliena: Et consequenter hæc bona fideicommissò supposita etiam ad fauorem hæredis, *Surd. d. decis. 93. num. 20. Rot. apud Seraph. decis. 963. numer. 6. & decis. 969. num. 8. & apud Greg. XV. decis. 102. num. 10 & in puncto Pereg. vbi supra num. 12. & Peguer. decis. 115.*

Non obstat, † quòd à suprascripta sententia rece- 9
ditur, vbi per coniecturas constat de contraria voluntate testatoris, volentis disponere etiam de rebus alienis, aut fideicommisso suppositis, *l. Serui electione, §. 1. & §. fin. de leg. 1. Bart. in l. Iulianus ff. de legat. 3. Alc. resp. 135. in princ. lib. 9 Marzar. in epitom. fideicom. 2. quæst. 4 per tot. Canalc. in tract. vsufruct. relict. sub num. 107. Petr. de fideic. quæst. 8. num. 278. Menoch præsumpt. 197. num. 16. & seqq. lib. 4. & admisit Rot. in Bononien.*

vsusfructus 1. Decembr. 1598. coram Cardinal. Pamphil.
Quia coniecturæ debent esse efficaces, & concluden-
10 tes, stante iuris præsumptione in contrarium, & †
quòd in dubio testator videtur minùs voluisse graua-
re hæredem, quàm fieri posset, *l. si seruus, §. qui Marga-*
11 *ritam, ff. de legat. 1. & d. §. si rem,* † Etiam in fauorem
vxoris, cui testator, vt hîc, alia bona reliquit, *Dec. cons.*
92. num. 5. Crauet. cons. 25. num. 24. & Surd. cons. 112.
numer. 15. Coniecturæ autem, quæ ex aduerso ponde-
rantur facillimè euadūtur, vt per eas singulas dis-
currendo patebit.

12 Non obstat † prima coniectura, quæ deducitur,
ex quo Alexander vsus fuit dictionibus vniuersali-
bus, & geminatis ibi, *in tutti gl'altri, e singuli miei*
beni esistenti in qualsiuoglia, &c. quam ad hoc ponde-
rat, *Decian. resp. 57. numer. 12.* Quia dicta verba exten-
di non debent ad bona hæredis; dùm intelligi pos-
sunt iuxta subiectam materiam de bonis propriis, in
quibus benè verificantur, *Petr. de fideicomm. q. 8. num.*
276. Cephal. cons. 516. lib. 4. Crauet. cons. 714. & alij plu-
res, quos refert, & sequitur, *Peregr. vbi supra numer. 8.*
& 14. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 6. num. 8. in fin.
Rot. in recent. decis. 375. num. 8. par. 1. & in Nullius Vinea
11. May 1610. coram R. P. D. meo Pirouano, Addit.
ad Greg. XV. decis. 502. num. 10.

Non obstat secunda coniectura, nempe quòd te-
stator de bonis fideicommisso subiectis fecit plura le-
gata, concedendo diuersis personis habitationem in
paterna domo, quæ indubitanter erat fideicommisso
subiecta; & deinde processit ad institutionem vxoris,
his verbis, *in tutti gl'altri, e singuli miei beni, salui li le-*
gati come di sopra: quæ institutio videtur propterea
intelligenda de bonis fideicommisso suppositis: Tùm
13 ex natura † dictionis, *gl'altri,* quæ est repetitiua simi-
liū, *l. 4. vbi gl. & Doct. C. de seru. fug.* quàm ad hoc pon-
derant, *Surd. cons. 357. num. 20. & Menoch. de præsumpt.*
14 *197. num. 21.* † Tùm etiam propter exceptionem, ibi,
salui li legati, quæ cùm sit de regula, videtur importa-
re, vt institutio intelligi debeat de bonis fideicommis-
so subiectis, *Natt. cons. 159. num. 30.* Quia hæc conie-
ctura procederet, & quidem esset efficacissima, si te-
stator in bonis fideicommisso suppositis, nullum ius
haberet, de quo valeret disponere; sed quia in di-
ctis bonis habebat legitimam, ex propria persona, &
Clementis sui fratris, & iura dotis maternæ, legata
debent intelligi facta in dictis bonis ex suis propriis
iuribus, *d. l. vnum ex familia, § si rem,* Et sic dictio *gl'al-*
tri, quæ est repetitiua similium, stat in suo proprio si-
gnificatu; itaut sicut legata habitationum cēsentur fa-
cta de iuribus propriis; ita etiam institutio; Et sic
exceptio, ibi, *salui li legati,* est etiam de regula; licèt
sit verum, quòd si legata prætetita habitationum ex-
cederent iura testatoris, teneretur Licinia vti hæres
vsufructuaria, & Franciscus vti proprietarius respe-
ctiuè ratione vsusfructus, & proprietatis supplere de
15 proprio vsque ad integrum legatum, Quia † legatum
rei hæredis, aut communis cum hærede valet in to-
tum, siue testator sciat, siue ignoret hæredis esse, *d. §.*
si rem, vbi, *Bart. & idem Bart. in l. cum filius 78. §. do-*
minus, ff. de leg. 2. Corn. cons. 95. vol. 1. Ias. in l. si seruus 73.
ff. de leg. 1.

Non obstat tertia coniectura, quæ desumitur ex
16 eo, † quòd iura, & bona libera Alexandri erant pro
magna parte indiuisa, seu confusa cum bonis fidei-
commissi, ratione legitimæ, & dotis, de quibus supra,
ex Mandell. cons. 73. numer. 6. Menoch. cons. 688. nu-
mer. 53. vers. 3. est coniectura: Quia vltrà quòd hæc
coniectura esset vnica, ex quo, vt dictum est, a-
liæ non procedunt, quæ propterea etiam iuxta præ-
citatos Doctores non sufficeret; Dominis fuit visa
modici momenti, ac iure parum fundata, quia ratio
Mandelli, quòd dum testator loquitur de omnibus
boni suis, credendum est sensisse de omnibus bonis,
quæ tunc possidebat, & quorum tunc cùm loqueba-
tur, erat dominus; cum etiam si vellet, nesciuisset
distinguere partes; retorquetur, ex quo testamentum
confertur post mortem, & sic in tempus, in quo desi-
nit esse dominus bonorum fideicommissi: Et licèt
dum condebat testamentum, nesciret, etiam si vellet
distinguere partes pro diuiso, tamen partes pro indi-
uiso certæ, & determinatæ erant, nempe dotes tantæ
quantitatis, & quarta bonorum pro legitima, iuxta
numerum liberorum; Vnde credendum est, quòd
de his portionibus, & non de aliis disponere
voluerit.

Minùs obstant aliæ coniecturæ, quæ adduceban-
tur; Quia quarta de prohibitione iniuncta Francisco
de nō molestando vxorem etiam ex titulo iustissimo,
intelligi debet quoad bona libera, † super quibus 17
posset alioquin prætendere, sibi esse cauendum, &
notant Doctores post *glos. & Bart. l. nemo potest, ff. de*
leg. 1. & in rubr. ff. & C. vt legat. & fideicomm. nomine ca-
ueatur. Quinta verò, quod fuerit instituta vxor, & sic
persona dilectissima, est minoris considerationis: ma-
ximè, quia Franciscus vti nepos, & hæres proprieta-
rius, non fuit minùs dilectus. † Sexta, & vltima, quæ 18
deducitur, ex quo testator voluit fieri multiplicum
ex fructibus vsque ad 33. milliona annua, etiam data
prætensa comprehensione, est ridicula, & adeò diffi-
cilis, vt debeat tanquam impossibilis reiici, ac si non
esset scripta, ex *reg. text. in l. obtinuit, ff. de cond. &*
demonstr.

Et ita decisum vtraque, &c.

Pamphilonen. Beneficij.

Ven. 21. Iunij 1627.

ARGVMENTVM.

Institutio debetur præsentato à maiori parte patronorum, etiamsi præsentatus à minori habeat maiores qualitates: Et in hoc casu non est locus concursui cùm ille tantum fieri debeat quando plures sunt æqualiter præsentati. Hæc decisio plura alia separata continet quæ habes in summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in rem iudicatam ob non interpositam appellationem intra decennium.*

2 *Restitutio in integrum non datur, non constito de de nullitate, vel iniustitia sententiæ, quæ sunt fundamenta restitutionis.*

3 *Per Contradictas procedi potest, quando præcedit citatio legitimè facta, & citatus non comparet.*

4 *Appellans non tenetur transportare, nisi acta sententiæ, quam prætendit reuocare.*

5 *Transportatio actorum irreleuantium non est necessaria.*

6 *Sententia non faciens mentionem de alia sententia præcedente, non valet, sed debet sententia præcedens confirmari, vel reuocari: [illegible] num. 7.*

8 *Institutio debetur præsentato a maiori parte patronorum.*

9 *Amplia etiam si præsentatus à minori parte habeat maiores qualitates.*

10 *Concursus*

10 *Concursus in Parochiali quae est iurepatron. non est necessarius, nisi quando plures sunt equaliter praesentati; sed sufficit nudum examen.*

11 *Attentata cessant ex diversitate causarum.*

12 *De lite pendentia in Rota si non fuerit oppositum, an sustineatur processus factus coram alio iudice.*

DECISIO XCIV.

MARTINUS de Aldunzin, & Martinus de Valcarlos fuerunt praesentati ad Parochialem de Leyza de qua agitur, per habitatores d. loci assertos patronos: Aldunzin à maiori parte: & Valcarlos à minori; Et nihilominus Episcopus Pamphilonen. eos examinare fecit per concursum; in quo reprobato, vti inhabili Aldunzin, fuit Valcarlos approbatus; cui etiam fuit facta institutio: Sed Aldunzin praetendens sibi fuisse illata duo grauamina; vnum ab Ordinario super negotio principali, ex quo dictos praesentatos votis inaequales posuit ad concursum, & virtute illius Valcarlos instituit; Et alterum ab Examinatoribus, qui illum reprobarunt: Appellauit ab vtroque, nempe à grauamine Ordinarij ad Papam, & commisit causam in Rota: & à grauamine Examinatorum ad Metropolitanum; à quo praetendens etiam grauari, ad Nuncium recursum habuit, & à quodam eius delegato examinatus, fuit habilis repertus; & nihilominus Aldunzin causam appellationis à sententia Ordinarij in Rota per eum introductam, fuit prosequutus coram bon. mem. Buratto, & decreto processu per contradictas *die 3. Iunij* 1626. obtinuit sententiam fauorabilem, in qua reuocata sententia Ordinarij, fuit declaratum, Aldunzin esse instituendum: Valcarlos autem, qui intra terminum iuris non appellauit, obtinuit committi causam restitutionis in integrum: Vnde Dubitatum: An constet de re iudicata, quatenus exequenda, vel potius de causis restitutionis in integrum. Et quoad primum caput fuit resolutum affirmatiue: quoad secundum verò negatiue.

1 Res iudicata † visa fuit clara, quia sententia Rotalis fuit lata, *die 3. Iulij, anni praeteriti*, & Valcarlos appellauit, 21. *Septembris* eiusdem anni, & sic post decendium; Vnde fecit transitum in rem iudicatam, *Auth. hodie, C. de appell. & cap. quoad consultationem, de sententia, & re iudicata.*

2 De causis † restitutionis in integrum non constat, quia non probatur nullitas, vel iniustitia, quae sunt fundamenta restitutionis, *cap. 1. vbi Abb. de restit. in integr. Rot. decis. 1. de restitutio. in integr. in nou. & decis. 427. num. 1. & decis. 532. num. 2. parte prima recent.*

In primis non probatur nullitas, quinimò validitas: quandoquidem de iurisdictione non dubitatur, nec etiam de mandato, & citatione; quia Aldunzin

3 per se ipsum in Rota causam egit, † Valcarlos à principio legitimè citato non comparente, potuit procedi per Contradictas, *Put. decis. 371. in fin. lib. 2. Greg. XV. decis. 430. num. 1.* & ibi *Addict. num. 5.*

Neque obstat praetensa nullitas ex defectu integrae transportationis actorum; tum quia folia, quae praetendunter non esset transportata, fuerunt ablata per Iudices laicos, & Ordinarius Pamphilonen. à quo

4 fuit appellatum, pronunciauit sine illis; † Appellans autem non tenetur transportare, nisi acta sententiae, quam praetendit reuocari, *Rot. decis. 541. num. 1. inter impress. post cons. Farin.* tum etiam quia folia praedicta continent solùm quasdam praesentationes, quae ab hac parte praesupponuntur, & nihilominus illis ad-

5 missis, habet maiorem partem votorum, † quo propterea excusatur à transportatione praedictorum foliorum vti irrelevantium, *Rot. decis. 164. num. 5. par. 2. recent. Gregor. XV. decis. 508. num. 10.*

Minùs obstat alia nullitas deducta, ex quo sententia Rotalis non fecit mentionem de sententia lata in partibus ad fauorem Alduzin per iudicem Synodalem Delegatum Nuntij: cùm tamen † sententia praecedens debeat reuocari, vel infirmari, *Put. decis. 180. nu. 1. cum seq. lib. 2. in nou.* Quia cessat penitus; Quia in 6

Rota † nō fuit cōmissa causa appellationis à sententia dicti iudicis Synodalis, sed à sententia Ordinarij: Et ideò iure optimo sententia Rotalis reuocauit tantùm sententiam Ordinarij, cuius appellatio solummodò fuit commissa, *Rot. decis. 13. in fin. de re iudic. in nou.* 7

De iustitia verò d. sententiae, patet ex Decisione in hac causa facta coram bon. mem. Buratto, quae in eo fundatur, Quòd † Aldunzin fuit praesentatus à maiori parte patronorum laicorum, cui propterea debetur institutio, *cap. ex frequentibus*, & ibi, *glos. extr. de instit.* † Etiam, quòd Valcarlos praesentatus à minori parte habebat maiores qualitates, *glos. in cap. 3. in verbo, qui maioribus de Iurepatron. Lambert. in eod. tract. libr. 2. part. 3. quaestio. 4. artic. 1. Conar. in reg. peccatum, par. 2. §. 7. num. 4. & Rot. decis. 202. part. 2. recent.* † Quia casu sufficit nudum examen, & non est locus concursui, nisi quando plures aequaliter sunt praesentati, iuxta *Concil. Tridentin. sess. 4. capit. 18. Gonzal. ad reg. 8. glos. 7. numer. 138. Garz. de Benef. part. 9. capit. 2. num. 157. & Gregor. XV. decis. 494. num. 2.* & ibi latè *Add. num. 5.* Quod autem Aldunzin haberet maiorem partem votorum apparet ex relatione procuratorum, vulgò in illis partibus verificatores nuncupati, quae datur *summario num. 4.* 8 9 10

Non obstat, quòd Aldunzin in dicta sententia Rotali fuerit habilis declaratus, & tamen examen synodalium, cui innititur dicta sententia, fuit nullum, & attentatum, vti factum pendente lite in Rota: Quia in partibus solùm aderat lis super grauamine examinatorum: in Rota autem fuit commissa causa super negotio principali, nempe institutione Ordinarij ad fauorem Valcarlos. † Vnde ex diuersitate causarum cessant attentata, *Lancell. de attent. 2. par. cap. 4. limit. 2. num. 38.* Et in omnem casum † fat est, quòd non fuerit datum de litis pendentia, vt sustineatur processus, *Put decis. 234. lib. 2 in nou.* 11 12

Et tandem ad tollen omnem difficultatem, Domini ordinarunt, vt praedictus Aldunzin ad hunc effectum ab Examinatoribus Vrbis examinaretur, qui illum praeuio dicto examine, esse habilem, & idoneum retulerunt, vt ex fide eorum, quam in actis inseri fecel, insequendo ordinem Dominorum.

Et ita vtraque, &c.

Romana Alimentorum. 1

Lun. 21. Iunij, 1627.

ARGVMENTVM.

Alimenta praestanda sunt à fratre diuite fratri pauperi, etiam spurio, & quomodo haec alimenta sint taxanda: & vbi praestari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Frater diues tenetur praestare alimenta fratri pauperi etiam naturali.*

Amplia etiam spurio, num. 3.

5 *Milites*

2 *Milites Religionis S.Iacobi de Spatha, an sint verè Religiosi.*

4 *Filij spurij ali debent à parentibus de dignitate Canonica, & parentibus non extantibus, onus alendi transit ad fratres diuites, num.5.*

Amplia primò etiam si bona non proueniant à communi patre, num. 7.

Amplia secundò etiam si alio modo possit sibi victum parare, quia ad hunc effectum solum attenditur, an tot habeat redditus, ex quibus viuere possit, num. 9.

6 Auth. quib. mod. natur. effic. sui, §. si quis igitur, *procedit etiam in filio spurio.*

8 *Legitimatio tollit omnem maculam in filio spurio.*

10 *Frater tenetur alere fratrem pauperem iure sanguinis.*

11 *Alimentis renunciari non potest; nec medio iuramento.*

12 *Filij spurij alendi sunt secundùm qualitatem, & dignitatem personarum, & matrimonij, sicuti naturales.*

13 *Alimenta vbi præstari debent, residet in arbitrio iudicis: & quomodo hoc procedat, num.14.*

DECISIO XCV.



FVIT in hac causa de tribus dubitatum: Primò an D. Marco Bonello debeantur alimenta ab Excellentissimo D.Antonio Pio Bonello moderno Marchione Cassani: Secundò quatenus sic. Ad quam summam sint taxandæ: Et Tertiò vbi sint præstanda.

Ad primum absque difficultate Domini dixerunt, Alimenta deberi, Quia constat ex testibus datis, & est publicum, & notorium, dictum Marcum Bonellum esse filium q. Hieronymi Marchionis Cassani senioris, & sic fratrem ex eodem patre prædicti D.Antonij moderni Marchionis: nec non etiam illum esse
5 pauperem, † qui propterea à dicto D.Antonio fratre diuite ali debet, *l.mutus 71.ff.de iur.dot.l. qui filium 4. ff. vbi pupill. educ. deb. glos. in l.prima, §.sed nonnullos, vers.prætterea ,ff.de tutel.& ration.distrah.* Etiam quod Marcus sit filius naturalis, *Bart. in l.siquis a liberis, §. vtrum num.5. ff. de liber. agnosc.Rip.in l.1. numer.85.ff. solut.matrim. Molin.de Hispan.primog.lib.2.cap.15.num. 64.Surd.de alim.tit.1.quæst.25.num.29.cum seqq.Rot.decis.538.numer.1.par.1.recent.*

Nec obstat si dicatur dictum D.Marcum esse filium spurium, ex quo eius pater erat miles Religionis San-
2 cti Iacobi de Spatha: Quia † quamuis, *Nauar.Couar. Bellug. Mott.*& alij quos citat, *Garz.de benef.par.1.cap. 4.num.15.*affirment Milites Sancti Iacobi esse verè religiosos; Tamen, *Sot. Molin. Theol. Sarment. Ioann. Guttier.* & alij multi adducti per eundem *Garz.* vbi supra, *num.* 16. tenent non esse verè Religiosos: Et hanc secundam sententiam Rota fuit sæpiùs sequuta, vt ibidem refert, *idem Garz. Seraf.decis.* 587. quo fit, vt secundùm Rotæ opinionem eorum filij nati ex soluta, cum qua de licentia Magni Magistri poterant contrahere matrimonium, prout ex tali natus fuit D. Marcus, vt benè concludunt testes, non sint spurij dicendi, sed filij naturales.

3 Sed quicquid sit de prædictis, etiam † frater spurius est à fratre alendus, *Cordub. in repet. leg. si quis à liberis. §. idem rescripsit, num. 89. vers.sed hanc sententiam,ff.de liber.agnosc.Surd.d.quæst.25 num.33.* Et ratio
4 est: † Quia filij spurij de benignitate Canonica debent etiam à parentibus ali, *cap. cum haberet de eo,qui duxit in matrim.&c.Paris.cons.14.num.27.lib.2.Couar. de matrim.par.2.cap.8.§.6.num.8.Surd.de aliment.tit.4. quæst.18.num.* 55. † Vnde parentibus non extantibus 5
onus alendi transit ad fratres diuites, *§. si quis igitur habens,in auth. quib.mod.natur.effic.sui circa finem,* quis † tex. licèt loquatur in filio naturali, eius tamen ratio 6
cùm sit vna,& eadem; etiam in filio spurio procedit, *Surd.d.quæst.25.tit.1. num.* 28. Et † etiam quòd bona non prouenerint à communi patre, *Rot.d.decis.538.nu. 4 par.1. recent.* Si verò ab eo prouenerunt clarum est, quòd onus alendi annexum dictis bonis, transit cum illis: Et cessat difficultas, ex quo † D. Marcus fuit 8
legitimatus de consensu, & voluntate dicti D. Marchionis Antonij; Vnde cessat etiam in eo omnis macula, *Alciat. consil. 14. numer. 6. lib. 9. iuxta nouiss. impress.*

Non † obstat, etiam quòd D. Marcus possit mili- 9
tare, aut alio modo victum sibi parare, Quia hæc potentia non excusat à debito alimentorum prouenientе à iure naturali propter fragilitatem humanæ potentiæ, quæ variatur ex tempore, sed solùm attenditur, an ille, cui debentur alimenta, tot habeat redditus, ex quibus viuere possit, vt *ex Bald.& Salic.* dixit *Aldobrand.cons.28 num.26. Cranet.cons. 199. num. 1. vers. tamen diligentius, & Rot.in Bononien. alimentorum 24. Nouembr.1604. coram bon.mem.Iusto,* quam allegat, & sequitur, *Rot decis.224.num.5.par.2.recent.*

Minùs releuat transactio inter D.Marchionem, & Abbatem Ludouicum eius fratrem, in qua dictus Abbas suscepit in se onus alẽdi D.Marcum, Quia fuit res inter alios acta, & ex ea nullum præiudicium D.Marco inferri potuit, † cui dicta alimenta à D.Marchione 10
debentur iure sanguinis, *Molin.de Hispan.primog.lib. 2.cap.13.num.59.& Rot.d.decis.538.* † Quibus propte- 11
rea nec potuisset renunciare, *Specul.in tit.qui filij sint legitim.§.1.num. 12. Bart.in l.si quis à liberis, §.parens, n.2.ff de liber.agnosc.* Etiam medio iuramento, *Rot.decis.31.num.2.par.1.recent.*

Ad secundum, ad quam summam alimenta sint præstanda, † communis, & recepta opinio est, Filios 12
etiam spurios, secundùm qualitatem, ac dignitatem personarum, & patrimonij alendos esse, sicuti naturales, *d. cap. cum haberet in fin. Paris. Couar.* vbi supra, *Molin. de Hispan. primog. d. cap.15. num.55.lib.2. Surd. de aliment* 4. *quæst.18.num.51.vers.sed etiam spurij:* Vnde siue D. Marcus sit filius naturalis, prout talis esse videtur, siue spurius, Domini, attenta qualitate patris, & fratris, & quòd D. Marcus fuit à natiuitate vsque huc nobiliter educatus, tam à patre suo in infantia, quàm posteà apud claræ mem. Cardinalem Alexandrinum eius patruum, taxarunt ei pro nũnc alimenta ad rationem scutorum ae.monetæ pro quolibet mense.

Quoad tertium, & vltimum † vbi dicta alimenta 13
sint præstanda, cùm etiam hoc resideat in iudicis arbitrio, *l. prima, §. & solet, ff. vbi pupill.educ.vel morar. &c.* † Dominis stantibus lite, & aliis prudenter con- 14
sideratis, visum fuit, illa esse soluenda hìc in Vrbe, vbi Marcus natus fuit, & nunc degit, iuxtà *cons. Corn. 281.num.4.lib.3. Molin.vbi supra num.74.Surd.d.tit.4. quæst. 15. num. 28. Menoch. de præsumpt. 157. num. 52. libr. 4. & de arbitr. cas. 170. numer. 15.& sequent. libr. 2.*

Et ita, vtraque, &c.

Leodien.

Leodien. Dominij de Hollona.

Ven. 25. Iunij, 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum pendente termino ad appellandum, est attentatum.*
2 *Executio facta appellatione pendente, est attentata.*
3 *Sententia continens mixturam admittit appellationem, non obstante, quòd causa fuerit commissa* appellatione remota.
4 *Attentata sunt, gesta medio tempore post appellationem interpositam, dum fuit habitus recursus ad Signaturam, & discutiebatur, an appellatio esset admittenda nec ne.*

DECISIO XCVI.

1 DOMINI dixerunt † constare de atten-
tatis, & apponen. esse sequestrum: ex
quo mandatum non solùm fuit relaxa-
tum pendente termino ad appellan-
dum, *cap. non solùm, in princ.* & ibi *glos.*
& Franch. de appellat. in 6. glos. in l. 1. ff. nihil in nou. ap-
pell. pend. Alex. cons. 99. num. 3. lib. 5. Guido Pap. decis. 74.
2 *Cæsar. de Graff. decis. 2. num. 5. de appell.* † Sed etiam
executio facta post appellationem interpositam, & sic
appellatione pendente, *d. l. 1. nihil in nou. Bero. cons. 116.*
num. 10. lib. 3. Rot. decis. 78. de appell. in antiq. Lancellot.
de attentat. par. 3. cap. 16. de probat. attent. num. 15.

Neque obstat, quòd in Commissione, vigore cu-
ius prætenditur sententiam fuisse latam, adsit clausu-
la *appellatione remota*, quia Commissio fuit restricta
ad spolium; quæ ideò non suffragatur in casu nostro,
in quo fuerunt etiam reuocatæ tres aliæ sententiæ su-
3 per petitorio latæ; † Vnde ratione mixturæ datur ap-
pellatio; non obstante dicta clausula, *Bald. in l. vnic.*
n. 8. C. de moment. poss. & cons. 141. num. 7. lib. 1. Henric.
Boich. in cap. cum ad sedem, & ibi *Bellam. de restit. spoliat.*
Bero. cons. 52. num. 7. & cons. 110. num. 8. lib. 3. Contard. de
moment. poss. limit. 2. ratione mixturæ, num. 27. & 29. &
fuit dictum *in Mediolan. Parochialis, 10. Maij 1624.*
coram R. P. D. meo Merlino.

4 Et cessat difficultas, Quia † ex quo Papa commisit
causam appellationis simpliciter, omnia medio tempo-
re gesta, nempe dum habitus fuit recursus ad Signatu-
ram, & discutiebatur, an appellatio esset admittenda
nec ne, sunt censenda attentata; perindè ac si ab initio
fuisset appellatio admissa, *glos. in leg. appellatione in*
verb. deliberationis, & ibi Bald. C. de appellat. Ioann.
Andr. in cap. si à Iudice de appellat. in 6. Ias. in leg. 1.
numer. 1. C. de bonor. possess. secund. tabul. & in ter-
minis *Rot. in Romana domorum de Lanonis, 27. Maij*
1621. coram bon. mem. Vbaldo, & in Vrbeuetana Bono-
rum 26. Ianuarij, & 27. Martij 1624. coram eodem, &
in Romana Domus 27. Octobris 1625. coram Reuerendiss.
D. meo Decano.

Et ita vtraque, &c.

Romana Domus.

Ven. 25. Iunij, 1627.

ARGVMENTVM.

Habes ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta in vim sententiarum, & executorialium, est manutenibilis, & aliis præferenda.*
2 *Possessio instrumentalis capta, alio existente in possessione, non est manutenibilis.*
3 *Exceptio de iure tertij admittitur ad tuendam propriam possessionem.*
4 *Licentia capiendi possessionem propria auctoritate, quando non suffragetur.*

DECISIO XCVII.

FVIT resolutum, Iulium Procobellum esse
manutenendum in possessione Domus, de
qua agitur, † capta in vim trium sententia- 1
rum Rotalium conformium, & literarum exequu-
torialium; quæ propterea est manutenibilis, & aliis
præferenda, *Angel. in l. clam. possidere, §. qui ad nundi-*
nas, numer. 2. in fin. ff. de acquir. possession. vbi Imol. num. 1.
& Roman. numer. 3. Rot. decis. 802. num. 6. par. 1. diuers. &
decis. 582. num. 5. vbi Additio, num. 8. apud Greg. XV.

Non obstat possessio anterior, quam Capitulum, &
Canonici Sanctæ Mariæ ad Rotundam habere præ-
tendunt, † Quia fuit merè instrumentalis, quæ ideò 2
cùm capta fuerit possidente Cæsare Magnolo, non
est manutenibilis, *Gregor. XV. decis. 69. num. 1. & de-*
cis. 159. num. 1.

Non obstat, si dicatur, quòd possessio Capituli
non sit merè instrumentalis, cùm habeat quietantias
solutionum pensionis; Quia vltrà quòd sunt quietan-
tiæ factæ à Canonicis, quæ potuerunt ab ipsis quan-
documque fieri ad proprium commodum, hoc non
tollit, quin illa possessio fuerit merè instrumentalis,
nec quòd Magnolus non possideret.

Non obstat, quòd † Procobellus non possit dare 3
de iure tertij; quia imò potest ad tuendam suam pos-
sessionem, *Surd. cons. 415. num. 16. Rot. decis. 21. de restit.*
spoliat. in nouis, & in Maceraten. hæreditatis, 27. No-
uembr. 1589. coram bon. mem. Cardinali Serafino, quæ est
decis. 412. par. 4. diuers.

Demùm non obstat, quòd Capitulum vti Dominus
directus potuerit capere possessionem propria aucto-
ritate ob finitam lineam illorum de Mancinis, à qui-
bus causam habere dicitur Procobellus, † Quia cùm 4
dicta deuolutio esset turbida, licentia capiendi posses-
sionem propria auctoritate non suffragatur, *Seraf. de-*
cis. 807. num. 2. & Mantic. decis. 194. num. 2. & 3. Quòd
autem deuolutio fuerit turbida, est clarum, ex quo pen-
debat lis super dicta deuolutione inter Capitulum, &
Procobellum.

Et ita vtraque, &c.

Romana Commutationis Voluntatis.

Ven. 25. Iunij, 1627.

ARGVMENTVM.

Agitur de iustificatione gratiæ Apostolicæ in qua legatum annuum à testatore relictum pro nubendis puellis fuit pro certis annis applicatum pro maritandis filiabus vnius de familia ipsius testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium intelligitur prout de iure.*
2 *Breuis executio non retardatur, si sit iustificatum.*
3 *Mariti decipi non debent auferendo illis dotes, cum quibus contraxerunt.*
4 *Testator præsumitur voluisse præferre illos de suo genere, extraneis.*
5 *Arbitrium intrat pro executione gratiæ, qua nulli infert præiudicium.*
6 *Testamenti tenor narratus in gratia Apostolica, iustificatur ex ipso testamento.*
7 *Aliquem esse de familia testatoris, ex quibus probetur.*
8 *Narrata quando dicantur iustificata.*
9 *Paupertas ex quibus probetur.*
10 *Pauper dicitur, cuius bona non sufficiunt pro effectu, de quo agitur.*
11 *Veritas attendi potius debet, quàm confessio.*
12 *Dotis promissio quòd non fuerit facta in fraudem, ex testibus probatur.*
13 *Dotis promissio in quantitate repugnanti paupertati promittentis, præsumitur simulata.*
14 *Dotes maiores quandóque fictè, & simulatè pro honorificentia constituuntur.*
15 *Contemplatione alterius, quando quid factum censetur.*

DECISIO XCVIII.



OANNES Antonius de Sancto Petro in testamento; quo decessit, reliquit pro subsidio dotali quatuor puellarum, iuxta formam dicti testamenti nominandarum, Confraternitati Caritatis S. Hieronymi, vnum annuum legatum scutorum 160. quo defuncto D. Cæsar de S. Petro, narrato tenore dicti testamenti, & quòd ipse erat de familia dicti testatoris, & pauper ac cum duabus puellis nubilibus, quibus propterea ob eius paupertatem dotem eam petentem elargiri non poterat: narrato etiam, sibi iam aliàs fuisse concessam à fel. recor. Paulo V. vnam annatam pro subsidio dotis vtriúsque ex dictis suis duabus filiabus, obtinuit à S. m. Greg. X V. alias decem annatas pro qualibet earum, sed quia Breue dictæ gratiæ erat facultatiuum & Confraternitas assignationem dictarum decem annatarum facere recusauit; de nouo ad eumdem Greg. X V. recursum habuit; & narrata dicti facti serie, æqualiter ipse Cæsar, confisus in dicta prima gratia, dictas suas filias cum promissione dictæ assignationis maritauit; idémque Pontifex per aliud Breue Illustriss. Vrbis Vicario mandauit, vt constito de narratis, Confraternitatem ad assignandum dictum legatum cogeret: Cuius vigore dictus executor per suam sententiam executioni locum esse declarauit: Sed causa commissa in Rota cum clausula, *partito Breui arbitrio Rotæ*, & illa sepiùs proposita super dicto arbitrio fuit tandem hodie resolutum. Non intrare arbitrium ad retardandam executionem Breuis. Resolutionis ratio fuit, † Quia arbitrium intelligitur, prout de iure, *Bart. in extrauag. ad reprimen. in verb. videbitur, num. 10. & in l. ambitiosa num. 1. ff. de decret. ab Ord. facien. Cæsar de Graff. decis. 8. num. 2. de re iud.* De iure autem † executio Breuis iustificati non retardatur, *cap. si Capitulo, & cap. si solidè concess. præben. in 6. Mohed. decis. 13. vt lit. pend. Rot. decis. 558. num. 2. par. 1. recent.* Vndè cùm dictum Breue sit iustificatum, consequenter est exequendum. 1 2

Accedit, quòd æquitas suadet, vt Breue exequatur, ex quo iam istæ filiæ nuptæ reperiuntur cum dicta dote, & † æquum non esset, vt mariti, qui cum tali dote contraxerunt, deciperentur: *Surd. cons. 143. n. 33. vers. sexto aduerten. est, Menoch. cons. 261. n. 14.* Et eo magis, quia si executioni non esset locus, Cæsar cogeretur ita de proprio adimplere promissionem, vt, & vnico contentu tota eius familia esset mendicitati exposita, quod nedum esset contra æquitatem, sed etiam contra testatoris voluntatem, † qui si voluit præferri puellas pauperes diœcesis Mediolanen. & Comen. ei non notas; multò magis istas de genere suo, & quarum pater fuit ei notus, & dilectus, & ab eo ad suam successionem vocatus, *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 11. num. 3.* vnde stante hac æquitate, † & quòd ea dicta gratia nulli infertur præiudicium, ex quo puellæ nubendæ sunt quotannis, eligendæ ad sortem, *Seraf. decis. 351. numer. 29. & Rot. decis. 966. lib. 3. par. 3. diuers.* potiùs arbitrium intrare debet, pro executione ad fauorem Cæsaris, *Cæsar. de Graff. decis. 8. num. 2. de re iud. & in Tarraconen. Canonicatus, 12. Nouemb. 1607. coram b. m. Scoto,* quæ est apud *Marchesf. fol. 343. parte prima.* 3 4 5

Quòd autem Breue sit in narratis iustificatum, patet à sufficienti enumeratione. In primis † tenor testamenti, seu legati pro pauperibus puellis maritandis in forma narrata, iustificatur ex præfato testamento, quod fuit datum in antiquo *summario, num. 1. Bar. in leg. Tertia textores, ff. de legat. 1. & in l. 2. in princ. n. 8. ff. de oper. nou. nunc. Surd. cons. 192. nu. 23. Natt. cons. 177. numer. 1.* 6

Quòd † Cæsar præfatus sit de familia de Sancto Petro, & sic de familia testatoris, patet ex eod. testam. vbi testator illum vti talem nominat, & substituit: & ex confessione de qua in quodam decreto Confraternitatis aduersariæ, dato in nouo *sum. num. 2. Put. decis. 36. numer. 1. libr. 3. Rot. decis. 523. numer. 7. part. 1. recent.* 7

Gratia † præcedens vnius annatæ pro qualibet ex filiabus, probatur ex eodem decreto Confraternitatis, alia verò gratia facultatiua Greg. X V. ex Breui dato in *sum. num. 2.* quæ ideò benè iustificatur, *Rot. coram Gregor. X V. decis. 89. nu. 5. & in recent. decis. 699. nu. 1. part. 1.* 8

Paupertas † Cæsaris de eo tempore, benè probatur ex testibus deponentibus, illum habere tantùm bona, redditus scutorum 302. & grauatum esse vxore, & quatuor filiis, & non posse absque hac Gratia filias in matrimonium collocare, & se sustentare, *Bald. in l. si quis ad declinandum, num. 5. vers. circa tertium, C. de Episcop. & Cleric. Alba cons. 69. num. 7.* † vbi enim agitur de paupertate probanda ad certum, & determinatum effectum, pauper dicitur, cuius bona non sufficiunt pro illo effectu, *Menoch. de arbitrar. cas. 65. nu. 8. Alba* vbi supra *num. 6. Rot. decis. 48. num. 3. & 4. par. 2. diuersar.* 9 10

Neque

Neque obstat, quod Cæsar præfatus vni ex dictis
filiabus coostituerit dotem scutotum triummillium,
Quia ex apoca declarationis tunc per virum facta, &
à testibus subscripta; & ex eisdem testibus desuper e-
xaminatis clarè constat, quòd huiusmodi promissio
fuit ad ostentationem,& quòd realiter solùm soluen-
dæ erant dictæ decem annatæ,importantes scuta 1760.
11 † vnde non assertio Cæsaris, sed veritas, de qua con-
stat,attendi debet, *Rot. decis.806.num.3. cum seqq par.*
12 *1. diuersar.* præsertim quià † ex testibus apparet, quòd
dicta apoca non fuit facta in fraudem gratiæ, de
qua agitur,iuxtà *cons. Soccin.129. numer. 12. cum seqq.*
13 *lib.* 4. & eo faciliùs; † Quia dicta dotis coostitutio
repugnat eius paupertati,vt supra probatæ,iuxtà tra-
dita per *Decian. cons.61.num.73.lib.3. Farin. de falsit.*
quæst.162.num.215. cum seqq. Nec est verisimile, quòd
maritus si ita non se haberet veritas, confiteretur di-
ctam simulationem in sui præiudicium: Et non est
14 nouum, † quòd dotes quandoque maiores, fictè, &
simulatè per honorificentiam constituantur,arg.*te.in*
l.3.§.fi.cum l.seq.ff.cõmod. & quotidiè fieri experimur.

Quòd Cæsar confisus de prima gratia, obtenta à
Greg. X V. eius filias,eum assignatione decem anna-
tarum matrimonio collocauerit, probatur ex data
gratiæ, quæ fuit die 26. *May*, 1621. & matrimonio
subsequuto 24. *Iunij & 20. Iuly* eiusdem anni,*l.quedam*
mulier ff.de re vendic.Menoch.præsumpt.12.lib.6. num.
28. *Gsurb.decis.28.num.*19.& maximè cùm dicta con-
fidentia sit valdè verisimilis,& non constat,quod Cæ-
sar antea tractasset de illis nubeodis.

Neque obstat, quòd prætendatur,Cæsarem narras-
se se esse nobilem,quòd non iustificatur,Quia non est
verum, quòd hoc narrauerit, sed solùm se esse de fa-
milia de Sancto Petro Comen, quæ est familia testa-
toris,quòd benè iustificauit: Et illud quòd etiam nar-
rauit, secundùm suam qualitatem non posse filias nu-
ptui tradere, satis iustificatum remanet ex probatione
paupertatis, de qua supra,attenta qualitate testatoris,
de cuius erat familia, & ab eo vocatus.

Et ita, vtraque, &c.

Aucnionen. Pecuniaria.

Lun. 28. Iunij, 1627.

ARGVMENTVM.

Cessio nominis debitoris quando importet da-
tionem in solutum, itaut actio quæ com-
petebat cedenti contra debitorem ces-
sum, dicatur extincta, & transfusa in ces-
sionariorum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor liberatur à creditore qui nomen illius alteri in solutum dedit.*

2 *Cessio simplex non habetur pro solutione, nec liberat debitorem cessum,nisi concurrant requisita,* l. 3. C. de nouat.

Hoc procedit, quando cessio fit tantùm ad commodum cedentis, secus si cessio fiat ad commodum cessionarij, num. 5.

3 *Cessio nominis debitoris, quando importet dationem insolutum.*

4 *Acceptans insolutum nomen debitoris, liberat dantem insolutum d. nomen.*

6 *Periculum nominis cessi statim transit in cessionarium.*

7 Remisit, *verbum quid importet.*

8 *Remittentibus iura sua non datur regressus ad illa.*

9 *Obligatio reinuestiendi pretium, facta à venditore, ad fauorem emptoris, importat venditionem, & non modum.*

10 Reinuestire, *verbum supponit exactionem, & contractus perfectionem.*

DECISIO XCIX.

IMON Rigaut emit à Gaspare Dauid
quandam vineam pretio scutorum 2000.
qui pro octingentis scutis restantibus
dicti pretij, cessit, & remisit Gaspari
venditori præsenti, & acceptanti credi-
tum quoddam similis summæ 800. scutorum, sibi
debitorum per Guglielmum de Sauona; & nihilomi-
nus Simon præfatus egit contra dictum Guglielmum
pro dicto debito 800. scutorum: Guglielmus verò
contendit se esse ab eo liberatum; itaut debitum quo-
ad Simonem fuerit extinctum, & in Gasparem trans-
latum: Et Rota per duas decisiones conformes; pri-
mam 26. *Ianuarij*, 1626. & secundam 10. *Iuny*, eiusdem
anni coram b.m. Buratto,resoluit,Guglielmum fuisse
liberatum à dicto Simone, † ex quo Gaspar venditor, 1
sucipiendo dictum debitum in solutum pretij, visus
fuit soluisse Simoni pro dicto Guglielmo,quem pro-
pterea liberauit, *l.soluendo,ff.de negot. gest. & l.solutio-*
nem, ff.de solut.§.1.Instit quib.mod. toll. oblig. & præser-
tim, quia dictum debitum scutorum 800. principali-
ter spectabat ad Gasparem,qui receperat frumentum,
vnde illud fuit originatum.

Neque obstat noua prætensio, quòd dictum debi-
tum non fuerit datum in solutum, † sed fuerit so- 2
lùm simplex cessio, quæ non habetur pro solutione,
nec liberat debitorem,cessum,nisi concurrentibus re-
quisitis,*l.3.C.de nou.glos.in l.legaui in glos.mag.ad fin.ff.*
de liber.leg. Quia † cum dicta cessio facta fuerit in in- 3
strumento venditionis vineæ pro satisfactione residui
pretij similis quantitatis: clarum est, quòd dicta ver-
ba *cessit, remisit*, important dationem insolutum pro
residuo pretij: & quòd ad istum finem & non alium,
cessio facta fuit,*l pup.§.Soror,ff.de solut.l.inter causas,§.*
abesse,ff.mand & l.deleg.ff.de nou. adeò quòd † ex quo 4
Gaspar debitor dictum nomen recepit, eo ipso visus
fuit liberare Simonem emptorem,*d.§.Soror.Bald.in l.*
pro debito,C.de bon.auct.Iud.possid.Goz.cons.38.Par.cons.
19.nu.60.li.3.Rot.Ianu.decis.2.n.26.apud Bell. Eug.cons.
73.per tot.li.1. Et sic non † versamur in terminis sim- 5
plicis cessionis, factæ tantùm ad commodum ceden-
tis; in quibus terminis loquuntur, *tex.in d.l.3.& glos.*
vbi supra,sed in cessione ad commodum cessionarij,† 6
ad quem propterea periculum nominis statim transit;
Rot Ianuen.& Paris.vbi supra. Quibus accedit, quòd
non solùm dictum fuit *cessit*,sed etiam *remisit*,† quod 7
verbum est latissimum, & aptum comprehendere da-
tionem in solutum, prout illam comprehendit, iux-
ta subiectam materiam, & ex suo proprio significatu,
importat absolutam liberationem: Quia † remitten- 8
tibus iura sua non datur regressus ad illa, *l.queritur,§.*
si venditor,ff.de ædil.edict.& l pactis,ff.de pact.

Non obstat, † quòd Dauid promiserit reinuestire
pecunias; vel dare cautionem, Quia benè stant 9
simul,quòd fuerit datio in solutum, cum obligatione
dandi cautionem, vel reinuestiendi; Quinimò ex o-
bligatione reinuestiendi apparet,quòd onus istud fuit
modus,& non conditio,quia † reinuestire supponit e- 10
xactionem,& sic contractus perfectionem,ad *l quibus*
diebus,§.Termilius,ff.de cond.& dem. Nec etiam hoc o-
nus adiectum fuit ad effectum resolutionis cõtractus,
sed vt pretiũ soluendũ,vel cautio staret pro euictione

11 vineæ venditæ; quæ † euictio non probatur sequuta ex sententia graduatoria, vt dicitur in decisione secunda bon. mem. Butatti.

Cætera verò, quæ adducebantur, aut non obstant, aut fuit illis plenissimè satisfactum in prædictis Decisionibus bon. mem. Butatti, &c.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Elnen. Beneficij.

Lun. 28. Iunij, 1627.

ARGVMENTVM.

Institutio, siue adiudicatio beneficij debetur præsentato intra legitima tempora. Existentia, & pertinentia iurispatronatus ex quibus probentur: Et aliqua de obreptione, & subreptione gratiæ Apostolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Institutio, siue adiudicatio beneficij debetur præsentari intra legitima tempora.*
Institutio, siue adiudicatio beneficij sunt actus iustitiæ.
2 *Iuspatronatus probatur ex instrumento fundationis, & dotationis.*
3 *Iuspatronatus probatur ex pluribus præsentationibus continuatis, & effectum sortitis per obitum, vel cessionem vnius, & præsentationem, cum institutione alterius.*
4 *Iurispatronatus pertinentia probatur, ex quo præsentans est hæres, & descendens illius, qui erat in quasi possessione præsentandi.*
5 *Clausula, dummodo de tempore datæ non sit alterius quæsitum, in litteris Apostolicis apposita, præseruat ius præsentati à vero patrono.*
6 *Gratia est obreptitia, si quis narrauit, se fuisse præsentatum a medietate patronorum, & non constet de tali præsentatione.*
7 *Gratia est subreptitia, si non fuit narratum, beneficium esse de iurepatronatus laicorum.*

DECISIO C.

DOMINI dixerunt, Melchiorì esse adiudicandum beneficium; Nam cùm illud sit de iurepatronatus laicorum, † & ipse
1 fuerit intra legitima tempora præsentatus à Ioanne Readot patrono, ei debetur institutio, siue adiodicatio, qui sunt actus iustitiæ, *cap. si verò de Iurepatr. Ferret. conf. 33. num. 4. Garz. de benef. par. 5. cap. 8. num. 85. Rot. decis. 680. numer. 3. part. 2. recent.*
2 Iuspatronatus † fuit probatum tam ex instrumento fundationis, & dotationis, iux. *S. Concil. Trident. sess. 25.*
3 *cap. 9. de reformat.* † quàm ex pluribus præsentationibus continuatis, & effectum sortitis per obitum, vel cessionem vnius, & præsentationem cum institutione alterius ab anno 1457. vsque ad annum 1610. & sic per spatium 160. annorum, & vltrà, quæ solæ sufficerent probandam existentiam iurispatronatus, iuxtà vulgare, *Oldr. cons. 129. Cassad. decis. 7. de Iurep. Rot. decis. 313. num. 4. par 1. & decis. 541. num 2. par. 2. recent.*
4 De † pertinentia pariter constitit, Quia prædictus Ioannes, qui Melchiorem præsentauit, est hæres, & descendens eorum, qui erant in quasi possessione præsentandi, vt ex actis; quod sufficit, *cap. consultationibus de iurepatr. Greg. XV. decis. 349. n. 1.* & ibi *Add.* quæ plures cumulat Rotæ Decisiones.

Non obstant duæ gratiæ Apostolicæ, quas obtinuit Abdon de Campo aduersarius; † tum quia habeot 5
clausulam *dummodo de tempore data non sit alteri ius quæsitum*, quæ præseruat ius quæsitum Melchiori à vero patrono præsentato, a dnotat per *Abbat. in cap. cum Bartoldus de re iudic. Rot. decis. 17. de praben. in nou.* & apud *Seraf. decis. 1238. n. 4. Marta de clausul. cl. 35. nu. 1. par. 1.* tum etiam quia † prima gratia fuit obreptitia 6
ex quo Abdon narrauit se fuisse præsentatum à medietate patronorum, & de tali præsentatione non constat, *Mantic. decis. 358. num. 4.*

Secunda verò † fuit subreptitia, cùm taceuerit, hoc 7
beneficium esse de iurepatronatus laicorum, *Caputaq. decis. 189. par. 3.*

Et ita, &c.

Perusina Pecuniaria.

Lun. 5. Iulij, 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Hereditatis aditio ex quibus probetur remissiuè.*
2 *Mandatum relaxatum contra bona hereditaria alicuius, non comprehendit bona alterius fideicommisso subiecta.*
3 *Heredes tenentur factum defuncti precisè obseruare, in quantum bona libera illius ad eos peruenerunt.*

DECISIO CI.

FVIT per duas Decisiones coram me resolutum contra Dominos de Veglia, vti hæredes q. Annibalis Vegliæ, Dominis de Balleonibus deberi fructus recompensatiuos pro rata pretij non soluti ad rationem scutorum quatuor pro centenatio post duos annos, & quatuor menses à die venditionis castri Turris Andreæ, vt in dictis decisionibus latiùs habetur: fuit propterea hodie dubitatum, An sit relaxandum mandatum contra dictos Dominos de Veglia, Et quomodo; Et quoad primum Domini dixerunt, Relaxandum esse mandatum contra eos, vti hæredes prædicti q. Annibalis; Quia de obligatione Annibalis non dubitatur, † sicuti nec etiam, quòd ipsi 1
sint eius hæredes, vt ex testamento, in quo sunt nominatim hæredes descripti, *summario, num. primo*, quòd verò adiuerint hæreditatem probatur, ex quo sustinuerunt hucúsque hanc litem in Rota vti tales, & hoc etiam nomine fuerunt semper citati, *Gregor. XV. decis. 136.* ac etiam vti tales intimarunt molestias sibi illatas à Dominis de Balleonibus Marchioni de Lante qui Castrum emerat à dicto Annibale, & susceperat in se onera, & promiserat indemnem releuare eundem Annibalem. Item ex constitutione procuratoris facta per eorum tutores testamentarios ad capiendam possessionem bonorum hæreditariorum; *Modern. de probat. conclus. 49. num. 1. Vinc. Franch. decis. 60. num. 5.* Præterea tutores prædicti appellant Dominos de Veglia filios, & hæredes d. q. Annibalis. Ex quibus saltim simul iunctis, videtur sufficienter probata additio, *Bart. in l. gerit, num. 15. ff. de acq. hered. Mantic de coniect. lib 12. tit. 11. num. 10.* vnde contra eos vti tales debet

debet mandatum relaxari, & maximè, quia ipsi non negant, se esse hæredes, sed solùm dicunt esse separanda bona subiecta prætenso fideicommisso Quintiliani de Veglia eorum aui.

Quoad secundum quomodo sit contra eos mandatum relaxandum, fuit resolutum illud esse restringendum ad bona tantùm hæreditaria Aquibalis, nec illud impediri posse prætextu asserti fideicommissi: tum quia de eo non apparet: tum etiam quia, & si de
2 eo constaret ex relaxatione mandati in forma prædicta † nullum fideicommisso fieret præiudicium, cum illius bona, mandatum sic relaxatum non comprehendat, vt dixit *Rota in Perusina pecuniaria prima Iunij, 1616. coram R. P. D. meo Merlino*, aliter enim mandata executiua nunquam possent contra hæredes relaxari, quia semper hæredes dicerent se possidere bona
3 fideicommisso subiecta, † & quoad bona hæreditaria, & libera in quantùm ad eos peruenit, clarum est, quòd tenentur factum defuncti præcisè obseruare, vt post *Bart. & alios in l. cum à matre, C. de rei vendicat. Pinell. in l. prima, 3. par. num. 81. C. de bon. matern. Aluar. Valasc. consult. 52. num. 44. lib. 1.* &c.

Et ita, &c.

Tullen. Computorum,

Lun. 5. Iulij, 1627.

ARGVMENTVM.

Habes ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *In redditione rationis administrationis bonorum Abbatiæ non admittuntur expensæ, quæ non fuerunt factæ ex causa necessaria.*

DECISIO CII.



Omnes hodie responderunt tres vltimas partitas, quæ ex redditione rationis administrationis factæ per Terellum bonorum Abbatiæ Senonen. superetant discutiendæ, non esse admittendas, Prima enim, quæ continet pecunias, quas Terellus asserit erogasse pro
1 salario, & vestimentis proprijorum famulorum, † non potest referri ad expensas necessarias Abbatiæ, vt patet ad oculum, sed potiùs ad commodum proprium ipsius Terelli: Vnde ex Decreto fel. record. Pauli V. de quo sæpiùs dictum fuit in præcedentibus decisionibus, est omninò reiicienda: Et accedit, quòd fuit iam decisum, Non esse excomputandas pecunias, quas Terellus pro victu proprio expendit: vnde multò minùs accepto ferendæ sunt pecuniæ pro famulis expositæ.

In Secunda partita habentur in genere expensæ, quę asseruntur factę pro manutentione iuris venandi, quæ similiter non sunt deducendæ, quia non fuerunt factæ occasione alicuius litis ortæ, aut quæ timeretur oriri super iure venandi, sed tantùm pro transmittendis venatoribus ad venandum absque vlla necessitate; vt Terellus frueretur venatione, quod ideò nullam continet Abbatiæ vtilitatem, & multò minùs necessitatem.

Demùm in Tertia adnotatur expensa operariorum, qui agros Abbatiæ colucrunt; quæ vtique veniret admittenda, si vera esset: sed talis non probatur; imò deregitur falsa, ex quo Terellus asserit, se locasse omnia Abbatiæ bona: vnde agri fuerunt culti expensis conductorum, & non Terelli.

Et ita, &c.

Romana Salarij,

Lun. 5. Iulij, 1627.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Salarium promissum Aduocato pro vna lite particulari & pro omnibus alijs causis, totum attribui debet dictæ liti particulari, si non constat promittentem alias causas habuisse.*

2 *Et solùm attendi debet, quòd per Aduocatum non steterit, quominus in alijs etiam causis patrocinium præstiterit.*

3 *In alternatiuis sufficit alterum adimplere.*

DECISIO CIII.



Omnes perstiterunt in decisis die 4. Decembris 1626. nempe Fratribus de Pheis deberi salarium promissum Iulio de Pheis eorum patri pro patrocinio litis, siue causæ Vrbeuetanæ fideicommissi, ad rationem scutorum 60. pro quolibet anno, quæ à die promissionis vsque ad obitum dicti Iulij ascendunt ad summam scutorum 555. itaut ad dictum effectum sint eis consignandæ pecuniæ depositæ apud S. Montem Pietatis, excomputatis tamen scutis 60. solutis, ex dicta causa prædicto q. Iulio, vt constat ex quietantijs manu eius firmatis quatenus sint de actis.

Non obstat † quòd salarium fuerit promissum nedùm pro lite, quæ pendebat super dicto fideicommisso, sed etiam pro omnibus alijs causis; Quia vltrà quod non constat Comitem Dulcium habuisse alias causas, & ideò totum attribuendum est huic, *arg. tex. in l. a. & in l. Titius in princ. ff. de liber. & posthu.* † solùm attendi debet, quòd per Iulium non steterit, quominus in alijs etiam causis patrocinium præstiterit, *l. post duos, C. de aduocat. diuers. Iud. & Bart. in l. 1. §. Diuus, num. 7. vers. si verò erat sumenda annua præstatio, ff. de var. & extraor. cognitionib.* Et cessat omnis difficultas, † Quia promissio fuit alternatiuè concepta, ibi, *hauendo condotto il Sig. Giulio Feo in vna causa, che hò con la Signora Giulia Capranica, ò altre cause*, &c. Vnde sufficit vnum fuisse adimpletum, *reg. in alternatiuis de reg. iur. in sexta.*

Cætera autem, aut non obstant, aut illis in decisione in hac causa fuit plenè satisfactum.

Et ita vtraque, &c.

Terulen. Erectionis Beneficij.

Lun. 5. Iulij, 1627.

ARGVMENTVM.

Agitur de attentatis post inhibitionem Rotalem, & de illorum reuocatione.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sunt gesta post inhibitionem Rotalem, & ideò debent reuocari.*

2 *Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta timenda est.*

est, ita in Curia, prout in partibus, & ratio redditur ibidem.

3 *Attentata sunt gesta in executionem sententiæ à qua fuit legitimè appellatum.*

4 *Attentata est executio trium conformium facta post inhibitionem Rotalem.*

DECISIO CIV.

FVIT resolutum ad fauorem Beneficiatorum,
1 † Sententiam Nuntij Hispaniarum, & alia omnia inde sequuta post inhibitionem Rotalem, esse attentata; & ideò reuocanda ad *leg.1.§.2. ff.de oper. nou.nunciat.cap.significantibus extr. de appell. Lancellot. de attent.post Inhib.ampl.6. num.2. Caputaq. decis 93.part.3.*

Neque obstat, quòd per dictos Beneficiatos esset introducta causa appellationis coram Nũtio antequam per eosdem committeretur in Rota, & concederetur inhibitio, nulla etiam facta mentione litis, nec præuia
2 auocatione; Quia † inhibitio Rotalis siue iusta siuè iniusta, est timenda: si enim sumus in Curia, facilè est adire Signaturam pro remedio: si verò in partibus, vt hic, non est aperienda via inferioribus cognoscendi de viribus inhibitionis, *Achil. decis.29. de appellat. Greg. XV. decis.435.* & ibi *Addictio, num.4.*

3 Et in omnem casum, ex quo † à dicta sententia Nuntij, fuit legitimè appellatum, relaxatio executorialium, executio earumdem declaratoria, interdictum, inuocatio Brachij secularis, præceptum cessationis à diuinis, & alia omnia in executionem dictæ sententiæ sequuta, fuerunt attentata, *cap. non solùm, de appellat.in 6. Lancell.de attent.par.2.cap.12. in præfat. in fin.*

Nec obstat, si dicatur, quòd executio non erat retardanda, ex quo Nuntij sententia fuit lata in tertia instantia; Quia vltrà quòd non est verum, quia imò fuit lata in secunda, cum prima Ordinarij Tetulen. fuerit dumtaxat super summariissimo possessorio re-
4 tinendæ; etiam † executio trium conformium post inhibitionem Rotalem est attentata, *Lancell. de att. post inhibitionem ampl.6. num.3. Rot.apud Gregor. XV. d.decis.435.num.3.* & alibi sæpius.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Romana Fideicommissi de Angelis.

Merc. 7. Iulij, 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians fateri videtur, se nullum ius habere in re renunciata.*

2 *Mandatum de associando dandum est vigore clausula constituti precarij, & facultatis capiendi possessionem propria auctoritate.*

3 *Substitutio si facta fuerit filio hæredi instituto de eius filiis masculis, & illis non extantibus, de eius filiabus fœminis, quibus filiabus sine filiis decedentibus fuerit N. substitutus, An si hæres institutus decedat sine filiis masculis, & fœminis caducetur sequens gradus N. substituti, an verò ille succedat hæredi per fideicommissum; itaut videatur dictis filiis, & filiabus per vulgarem substitutus.*

DECISIO CV.

DOMINI hodie in relationibus causarum ordinarunt expediri mandatum de associando ad fauorem Confraternitatis Sanctissimæ Annunciatæ pro duabus ex tribus partibus hæreditatis q. Gaspatis de Angelis contra D. Victoriam Tagliamocam; Quia constitit, quòd prædicta D. Victoria per publicum instrumentum die 30. *Aprilis*, 1626. renunciauit cum clausula Constituti precarij, & facultate capiendi possessionem propria auctoritate, dictas duas tertias partes ad fauorem dictæ Confraternitatis, † quæ re- 1
nunciatio sic facta, quoad D. Victoriam operatur, vt ipsa visa fuerit confiteri nullum ius habere in re renunciata, *Bald. in l.postquam liti, quæst.4.num.11.C. de pact. Surd.cons.133. num.7.* † Quo verò ad Confrater- 2
nitatem, vt ei sit dandum mandatum de associando, *Bart. in l.3.in 2.lectura, in 4.quæst.princ.num. 19. prædicta vero, C.de pignor. Afflict.decis.326.& Rot decis.338. num.1.par.1.recent.& in Bononien.associationis, 20. Nouembr. 1626. coram me.*

Neque obstat prætensio, quòd dicta renunciatio fuit facta sub prætextu, quòd Confraternitas in testamento dicti q. Gaspatis fuerit substituta Iacobo, eius, & dictæ D. Victoriæ communi filio, decedenti sine filiis, cùm tamen veritas sit, quod † dicto Iacobo 3
fuerunt primo loco substituti eius filij masculi, & illis non extantibus filiæ fœminæ, quibus filiabus fœminis sine filiis, aut filiabus descendentibus, fuit Confraternitas substituta, qui casus, vt dicitur videtur non euenisse, ex quo Iacobus nullas vnquam habuit filias; Vnde cessante substitutione de filiabus, videtur etiam cessare substitutio ad fauorem Confraternitatis vti ab ea dependens, Quia vt Domini dicebant, educatis seu habitis pro non scriptis substitutionibus filiorum masculorum, & filiarum; ex quo nunquam fuerunt in rerum natura, Confraternitas succedit Iacobo per fideicommissum, perinde ac si immediatè fuisset illi substituta; ex quo enim filij, & filiæ non fuerunt hæredes, nec esse potuerunt, & sic hæreditas nunquam fuit versata in dictis gradibus substitutionis, Confraternitas in casu sequuto, fuit substituta dictis filiis, & filiabus per vulgarem, & sic immediatè succedit Iacobo, apud quem fuit hæreditas, itaut gradus caducati, & conditiones in illis appositæ, non attendantur, sed perinde habeantur, ac si nunquam fuissent scriptæ: Vnde substitutio Confraternitatis ab illis non regulatur, nec dependet, vt in puncto, *Paul.de Castr.cons.422.vol.2.Dec cons.318.num.8.Cravett.cons.183.per tot.& plenius Ioseph. de Sesse decis. Aragon.50.per tot.*

Et ita, &c.

Tullen. Computorum.

Ven. 5. Nouemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *In redditione rationis administrationis bonorum Abbatia admittuntur solùm partita, sine expensa, facta*

facta ex causa necessaria, & quæ dicantur ex causa necessaria, vel non, remissiuè per tot. decis.

2 *Pro eleemosynis res alienæ dari non possunt.*

3 *Colonis remissio mercedis fieri non debet, nisi ex magna sterilitate.*

DECISIO CVI.



OMINI iuxtà Decietum Papæ, quòd Terello solùm accepto ferantur partitæ necessariæ, non autem aliæ, & præsertim, quæ cantant pro victu, & aliis expensis factis pro persona dicti Terelli, prosequendo discussionem computorum, vt infra resoluerunt.

5 Et primò partitæ 65. datæ *in Summ num.* 1. facientes summam francorum 380. & groff. 190. quæ asseruntur erogatæ pro emendis, & reficiendis calceis, & ocreis, vulgo *stiuali* fuerunt reiectæ, excepta quadragesima in ordine, francorum sex, qui fueruot expensi pro emendis calceis aurigæ currus Abbatiæ, quatenus tamen hoc verum sit, cùm enim calcei prædictarum aliarum partitarum fuerint empti, & refecti pro vsu Terelli, & famulorum illius; propterea non sunt Terello accepto ferendi iuxtà dictum Decretum, & fuit dictum in aliis decisionibus.

Deinde ex partitis 23. in eodem *Summar. num.* 1. quæ continent pecunias solutas sellariis, & faciunt summam francorum 301. & groff. 111. admissæ fuerunt, partitæ quatuordecim facientes summam francorum 598. & groff. 79. Reliquæ autem nouem reiectæ, quia quatuordecim admissæ, si veræ sunt, fuerunt erogatæ pro necessitatibus equorum, & currus Abbatiæ; nouem verò reiectæ pro sellis, & habenis, & similibus equorum Terelli; quæ ideò, vt dictum est, non debent admitti.

Præterea ex partitis 23. facientibus summam francorum centum, & groff. 102. eodem *Summar. num.* 1. expositis pro emendis funibus ad vsum equorum, & domus, & pro indigentiis currus Abbatiæ fuerunt admissæ 21. partitæ, quatenus, vt supra veræ sint; reiectæ verò duæ aliæ superstites vnius franci pro qualibet pro vsu ipsius Terelli.

Secundo loco successit discussio partitarum 61. in *Summar. num.* 2. ex quibus partitæ 48. asseruntur solutæ fabris ferrariis pro diuersis ferris, & pro medendis equis nec non carpentariis; qui currus, & quædam dolia construxerunt, & reaptaruot constituentes summam francorum 732. & groff. 145. & ex istis partitis 48. fueruot admissæ partitæ 26. ascendentes ad francos 444. & groff. 88. quia quatenus veræ sint, prout verisimiliter creditur, ex earum inspectione, constat fuisse expositas pro bona administratione boootum Abbatiæ; reliquæ verò partitæ 22. quæ faciunt francos 288. & groff. 75. cantant pro vsu Terelli, & consequenter fuerunt reiectæ, iuxtà superius dicta. Reliquæ verò partitæ 13. francorum 118. & groff. 34. quæ complent dictum numerum, 61. partitarum; & asseruntor soluta clauariis pro clauibus, & ferris cubiculorum granariorum, & cellæ vinariæ Abbatiæ: fuerunt etiam admissæ, vna dumtaxat dempta, quæ ad Terellum spectat, quia quatenus veræ sint, patet ad oculum fuisse Abbatiæ vtiles.

Tertiò partitæ 28. in *Summar. num.* 3. francorum 94. & groff. 70. fuerunt in totum reiectæ, quia continent strenas datas diuersis personis, nulla suppetente necessitate, nec minus vtilitate Abbatiæ, sed ex sola liberalitate Terelli, & pro donis, & beneficiis ab ipso receptis.

Quartò partitæ 13. francorum 64. & groff. 76. *Summar. num.* 4. expositæ pro custodia porcorum, fuerunt per Dominos admissæ, quatenus tamen porci fuerint Abbatiæ, & ad creditum Abbatis positi: Et idem dixerunt Domini de partitis sex, constituentibus summam francorum 200. & groff. 10. *Summar. num.* 5. pro computis, papyro, & aliis quateous veræ sint, & computa fuerint facta pro calculandis redditibus, & exitibus Abbatiæ.

Quioto loco fuerunt per Dominos discussæ partitæ 119. frumenti ascendentes ad resalia 318. & quarterones 1047. *Summar. num.* 6. & ex istis fuerunt admissæ partitæ quinque quæ faciunt resal. 22. & quart. 7. quia partim pro serendis agris Abbatiæ, & partim quibusdam Abbatiæ ministris asseruntur distributæ; Item partitæ nouem resaliorum 18. & quarter. 53. quæ fueruot distinctim positæ, & asseruntur consumptæ in pluribus conuiuiis, quæ, vt dicitur, Abbates pro tempore consueuerunt facere Religiosis Abbatiæ: Item duæ aliæ partitæ facientes tria resalia, quæ dicuntur datæ pro eleemosynis; nam licèt istæ videantur non admittēdæ, † cùm Terellus non posset alienas res pro eleemosynis distribuere; nihilominus Abbas dabat manus, vt admitterentur; Reliquæ verò partitæ referuntur ad expensas factas à Terello pro victu proprio, & suorum famulorum; & domesticorum Abbatiæ, & pro aliis eleemosynis, & ponuntur in confuso; non enim fuit posita distinctè quantitas pro vnaquaque causa, & ideò fuerunt omnes reiectæ, cùm nec Terellus, nec eius famuli, vt sæpius dictum fuit, ali deberent ex rebus Abbatiæ: asserti verò domestici, ignoratur qui sint, nec apparet, quòd sumptibus Abbatiæ sint alendi, & pro eleemosynis satis fuit quantitas admissa. 2

Sextò fuerunt dispunctæ partitæ 196. siliginis, ascendentes ad resal. 1519. & quarter. 5246. erogatæ pro diuersis causis: nempe partitæ duæ resalior. 27. & quarter. 4. pro serendis agris Abbatiæ; item partitæ septem resal. 307. & quarter. 5. quæ dicuntur venditæ, & pretium positum ad creditum Abbatis: item partita vnica resal. 26. ex qua dicitur emptus vnus equus, & positus ad creditum Abbatis, quæ sine difficultate fuerunt admissæ: quatenus tamen veræ sint, prout etiam Abbas dedit manus, quòd admitterentur partitæ sex resalior. 19. & quarter. 17. quæ distinctim fuerunt positæ, & dicuntur erogatæ pro eleemosynis: reiecerunt tamen Domini partitas 96. facientes summam resaliorum 678. & quarter. 1526. quas Terellus asserit exposuisse pro alendis operariis, & ministris Abbatiæ, & pro eleemosynis, quas, vt ipse dixit, dietim facere consueuerat pauperibus: nam quoad operarios, cùm omnes ferè terræ Abbatiæ, exceptis quibusdam hortis, essent locatæ, vt ipsemet Terellus fatetur, & fuit dictum in decisione 13. *Iuny*, 1615. coram me in hac causa facta, opus non erat operariis; & quatenus duæ aut tres personæ fuerint necessariæ pro bona administratione bonorum: non est verisimile, quòd tam ingentem summam spatio duorum, aut trium anoorum consumpserint: quo verò ad eleemosynas, quicquid sit de earum veritate, non constat, quòd Abbatia habeat onus erogandi aliquid pro eleemosynis: & consequenter admittendæ non sunt: Et ob eandem rationem Domini reiecerunt partitas 58. resal. 351. quar. 82. cantantes pro salariis operariorum non enim iustificantur: imò sunt inuerisimiles ex supradictis: nec etiam admiserunt partitas 20. res. 111. & quart. 29. quas Terellus asserit remisisse colonis ob sterilitatem, vltrà quòd de tali remissione non constat, nec minùs de sterilitate: in omnem casum † remissio non erat facienda, nisi sterilitas fuisset magna, *l. ex conducto*, §. 1. *ff. locat.* Item reiecerunt partitas sex resal. & quart. 17. *di conciatura, di seligine*, quæ asseruntur distributæ pro alendis pipionibus, quia istos pipiones ad creditum Abbatis non posuit, sed in proprios vsus consumpsit. 3

Septimò fuerunt examinatæ partitæ 185. Auenæ, quæ faciunt summam resalior 1936. & quarter. 1933. & ea istis reiecerunt primò Domini partitas 63. resal. 55. & quarter. 426. quæ dicuntur distributæ, *per li Canalli forastieri, e di bande*, non enim apparet, quod equi isti extranei deseruirent Abbatiæ, & pro vsu bonorum illius; Pariter reiecerunt Domini partitas 15. ascendentes ad res. 160. & quarter. 7. quas Terellus asserit remisisse colonis ob sterilitatẽ; quia nec de sterilitate nec de remissione cõstat; sicuti nec de siligine dictum fuit: idem dixerunt de duabus partitis resal. quatuor pro remouendis assertis impedimentis, Quia non constat, quæ fuerint ista impedimenta: item partitas sex resal. 133. & quarter. 24. pro alendis pipionibus: quia vltra quod pipiones non fuerunt venditi, nec ad computum Abbatis positi, sed ab ipso Terello commesi: tanta quantitas auenæ pro dicta causa erat admodum inuerisimilis; Item ex partitis 76. resal. 899. & quarter. 1374. quæ asseruntur expositæ, *per li Canalli del Carrettiero, Canalli di sella del Coadiutore*, idest ipsius Terelli, *& alla serua per Galline à far oua*, demptis resalibus 150. aut 200. ad summum, quæ verisimiliter consumi potuerunt pro vsu trium, aut quatuor equorum Abbatiæ, tota alia quantitas fuit reiecta, cùm non concernat vtilitatem Abbatiæ. Item reiecerunt partitas 16. resal. 285. quæ cantant pro salariis operariorum: nam qui fuerint isti operarij, & ad quid deseruierint, nullibi constat; Et admiserunt dumtaxat partitas quinque resal. 165. pro alendis suibus Abbatiæ; & partitas duas resal. 55. quæ asseruntur datæ colonis pro serendis agris, quatenus tamen veræ sint.

Octauò se obtulerunt partitæ quatuor fabarum quartarum 23. *Summario* 9. & partitas quatuor pisonum, quæ non fuerunt admissæ, qua cantant pro vsu mensæ Terelli, & domesticorum Abbatiæ; & tales domestici qui sint, prorsus ignoratur.

Nono partitæ capponum 11. facientes cappones 301. & partitæ decem gallinarum 221. *Summario, num.* 12. *&* 13. fuerunt pariter reiectæ, Quia leguntur pro vsu mensæ Terelli, & eius Religiosorum, ad quæ non tenetur Abbas: Et eamdem rationem habuerunt Domini de Castratis 84. & agnis 13. ad vsum Terelli.

Decimo partitæ salis 30. *summario, num.* 11. quarum quinque rubri vnius, & modiorum quatuor, asseruntur datæ Conuentui, & Religiosis Abbatiæ, vigore concordiæ, quam Terellus dicit illos habere cum Abbate; si concordia vera est, sunt admittendæ; sin minùs reiiciendæ; Deindè partitæ quinque rubri vnius, & modiorum quinque, dicuntur datæ Gubernatoribus Mesuil, & Leomont vigore concordiæ initæ cum Abbate, quarum admissio pendet à veritate concordiæ: partitæ verò resaliorum sex, & quarter. 8. distributæ pro eleemosynis, fuerunt reiectæ: quia vltrà quòd Abbatia non habet onus harum eleemosynarum; sunt inuerisimiles: Partita vnica rubri vnius *resal.* vnius, & quarter. 4. dicit hoc modo, *dato per l'Abbatia*, nec asseritur cui, & quare, ideò fuit reiecta, sicut alia partita resal. Vnius, & quarter. quatuor, quæ cantant pro vsu Terelli: Item fuerunt reiectæ partitæ tres modiorum duorum resal. quatuor, & quarter. 12. pro vsu domus Abbatiæ: Nam que sint retinebantur in domo Abbatiæ, notum non est, quia Abbas, & eius famuli Romæ morabantur, & cum bona Abbatiæ, vt dictum est, fuissent locata, non erat necesse retinere operarios, nisi duos, aut tres ad summum, quos non est, verisimile, tantam salis quantitatem consumpsisse: Vnde satis videtur, quod ex hac causa admittantur dicta 4. resalia; admiserunt tamen partitas quatuor resaliorum sex & quarter. datas affictuariis bonorum Abbatiæ, vigore pacti cum illis initi, quatenus tamen pactum verum sit.

Et tandem admiserunt Domini partitas 19. ferri facientes libras 10166. ferri, quia partitæ quinque librarum 900. asseruntur consignatæ Religiosis Abbatię in vim concordiæ; vnde si concordia vera est, fuerunt expositæ in causam necessariam: aliæ partitæ quinq; librarum 2975. asseruntur venditæ, & pretium positum ad Creditum Abbatis: aliæ partitæ nouem leguntur erogatæ pro vsu Abbatiæ, & cùm verisimiles sint, censuerunt Domini esse admittendas.

Et ita, &c.

Caietana Olei.

Ven. 21. *Nouemb.* 1627.

ARGVMENTVM.

Habes ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Testes conuenientes omnes in certa summa, illam probant, licèt aliqui de maiori summa deponant.*

DECISIO CVII.

DIE 12 *Ianuarij*, 1626. fuit decisum, D. Episcopum Caietanum teneri cõsignare D. Antonio Salazar 500. sextarios olei, vel pretium illius, vti emptum per dictum Episcopum ea pecuniis prædicti Antonij: Deinde *die* 6. *Februarij*, 1623. Domini reformando dictam Decisionem, dixerunt Dominum Episcopum non teneri ad pretium olei prætensum; sed ad oleum. Et moti fuerunt, quia ex testibus tunc dictis non probatur concludenter, quòd d. Episcopus vendiderit d. oleum, Sed hodie iterum causa proposita. Fuit recessum ab vltimo loco Decisis, ex nouiter deductis: & resolutum D. Episcopum teneri ad pretium olei; & illud esse taxandum ad rationem carolenorum 40. pro quolibet sextario; Quia quoad primum, nempe, vt teneatur ad pretium, fuit concludenter probatum ex testibus remissorialibus, *Sum. num.* 3. & ea interpellatione de tradendo oleum, legitimè d. Episcopo de ordine Rotæ intimata; & ex aliis inde sequutis, *Sum. num.* 5. vsque *ad n.* 12. eiusdem summarij d. oleum non extare: quo fit, vt ad pretium teneatur, ex deductis in d. prima Decisione: Quo verò ad quãtitatem pretij, visum fuit illud esse taxandum ad d. rationem Carolenorum 40. quolibet sextario, † ea quo omnes testes conueniunt in hac summa quamuis multi ex illis de maiori quantitate deponant, *Alex. in l.* 1 *§. si stipulanti, n.* 12. *ff. de verb. obl. Gabr. cons.* 168. *n.* 103. *lib.* 1. *Afflict. decis.* 240. *nu.* 3. *in* 2. *dub. Greg. XV.* 558. *n.* 2. 1

Et ita, &c.

Romana Domus.

Lun. 15. *Nouemb.* 1627.

ARGVMENTVM.

Habes ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Venditiones plures censetur, si vendantur diuersæ res in eodem instrumento cum distinctis pretiis.*

2 *Et*

1 *Et hoc casu si in vna re deceptus fuerit emptor, vel venditor, in illa tantum habebit locum rescissio, & non in alia.*

3 *Item si hoc casu fuerit factum pactum de retrouendendo, poterit vna res redimi sine alia.*

4 *Oblatio verbalis, quando sufficiat.*

5 *Emptor dicitur recusare retrouendere, & pretium recipere si litem sustineat.*

6 *Depositum factum alibi, quàm apud iudicem, an, & quando valeat.*

DECISIO CVIII.

POSTQVAM per tres sententias Rotales conformes, præuiis quatuor Decisionibus fuit dealaratum, Iulium Procobellum potuisse redimere domum per eum venditam Cæsari Magnolo sine Aromataria, quam in eodem instrumento eidem Magnolo vendiderat, fuit mihi commissa causa restitutionis in integrum: Vnde dubitaui. An, constet de causis restitutionis: Et fuit negatiuè resolutum; Quia de validitate dictarum sententiarum non dubitabatur: prætensa autem iniustitia ad duo potissimùm capita reducitur: nempe, quòd non potuit Procobellus redimere domum sine Aromataria, & dato, quòd potuerit redimi domus sola, quòd depositum pretij, non fuit legitimè factum.

Primum fuit sublatum per dictas quatuor Deci-
1 siones conformes, quibus fuit decisum † Fuisse duas venditiones, vnam domus, & alteram Aromatariæ; sicut & duo fuerunt distincta pretia, *l. cum eiusdem, & l. si plura, ff. de edil. edict. Bald. in l. fin. §. præterea, C. de*
2 *iur. dot.* † vbi, quòd si in hoc casu in vna re deceptus sit emptor, vel venditor, in illa tantùm habebit locum rescissio, non in alia, *Boer. decis. 253. & Dec. cons. 421.*
3 *n. 3.* † vnde potuit redimi domus sine Aromataria: Et quamuis circa hoc fuerint pro parte Magnoli plura facta obiecta, illa fuerunt plenè sublata in dictis decisionibus: vnde cùm hodie nihil fuerit de nouo deductum, sed solùm sæpiùs dictum repetitum, opus non est vlteriori discussione.

Secundum verò de prætensa nullitate depositi, fuit
4 etiam sublatum, † Quia stante recusatione Magnoli, oblatio verbalis fuit sufficiens, *Bald. in l. 1. in fin. C. de lib. 3. pronoc. Boer. decis. 124. n. 25. cum seqq. Ioseph. Lu-*
5 *don. decis. Perusin. 105. num. 6. cum seqq.* † Quod autem Magnolus recusauerit, patet ad sensum, ex litis substentatione: vt in puncto *Natt. cons. 631. n. 4. Bertazz.*
6 *cons. 13. num. 9. cum seqq.* Et accedit, † quòd constat de reali deposito facto eadem die oblationis apud Montem pietatis, quòd propterea videtur sufficiens; quamuis factum non fuerit apud iudicem *l. acceptam*; & ibi *Bald. q. 9. n. 33. C. de vsuris, Bart. in l. si soluturus, nu. 1. ff. solut.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

Bononien. Pecuniaria.

Lun. 15. Nouemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Collige ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria, seu Saluiano agenti, non potest dari immissio nisi ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus, non autem ad effectum distractionis, seu adiudicationis bonorum.*

2 *Sententia alternatiuè loquens, valet in ea parte alternatiuè, quæ conuenit actioni intentatæ,*

3 *Declara hoc verum esse, quando libellus fuit alternatiuè conceptus; aut alternatiua in sententia non est posita inter contraria, sed inter diuersa: & n. 4.*

5 *Sententia incerta est nulla.*

DECISIO CIX.

CVM D. Andreas de Fortis vigore cuiusdam apocæ cùm hypotheca omnium bonorum, prætenderet esse sibi obligatos Dominos de Negrinis, occasione Corbarum 211. frumenti, egit contra D. Paulum de Zanio tertium possessorem quorumdam bonorum per ipsum emptorum à dictis de Negrinis: Et in illorum obtinuit immitti ad effectum (vt cantat sententia) illa vendendi, & subhastandi, vel illis vtendi, & fruendi: & de fructibus sibi satisfaciendi, vel alias in solutum accipiendi, prout magis meliùs & vtiliùs sibi videbitur. A qua fuit appellatum: Et causa mihi commissa; Fuit hodie
resolutum, dictam sententiam esse nullam, Quia † fuit 1
actum hypothecaria, seu Saluiano, vnde non potuit dari immissio, nisi ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus, non autem ad effectum distractionis, seu adiudicationis, *Negusant. de pignor. part. vlt. memb. vlt. n. 24. Rot. decis. 759. num. 3. cum sequenti, par. 2. recent.*

Non obstat, † quòd sententia loquatur alternati- 2
uè, & quòd propterea debeat valere in ea parte alternatiuè, quæ conuenit actioni intentatæ, *Crauett. cons.*
186. num. 5. Rot. Iannen. decis. 103. num. 3. † Quia hoc est 3
verum, quando libellus fuit alternatiuè conceptus:
Crauett. cons. 64. n. 9. Gramatic. decis. 68. in princ. † aut 4
alternatiua in sententia non est posita inter contraria, vt hìc, sed inter diuersa, vt v.g. quando ponitur inter genus, & speciem, *Alex. cons. 96. per tot. lib. 4.* Quod autem in casu nostro alternatiua sit posita inter contraria, patet, quia retinere pro fructibus, & distrahere,
contraria sunt: † Vnde sententia fuit incerta, quæ ide- 5
ò fuit nulla, *Alex. ibid. post gloss. in l. si pupillorum, §. si prætor. vers. quid ergo, ff. de reb. eorum.*

Et ita vtraque, &c.

Ianuen. Parochialis.

Ven. 29. Nouemb. 1627.

Non indiget Argumento, cùm pateat ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *In possessorio quando deduci possint etiam tangentia petitorium.*

2 *Possessio clara, & non dependens à petitorio, est manutenibilis*

DECISIO CX.

FVIT per duas Decisiones conformes resolutum, Constare de bono iure Monialium ad effectum, vt debeant manuteneri in quasi possessione nominandi Vicarium, sed Rectorem Ecclesiæ Parochialis sancti Andreæ de Porta Ciuitatis Ianuen. Sed quia Illustrissimus Patriarcha Hierosolymitanus, Archiepi-

chiepiscopus Ianuen.pars aduersa acquieuit: Rota ex solita sua benignitate,voluit iterum eum audire: vndè hodie fuit causa proposita super eisdem,& resolutum, Standum esse in decisis: placuerunt enim Dominis rationes,& motiua Decisionum.

7 Neque obstat, † quòd in dictis Decisionibus dictū fuerit,dictam Ecclesiam esse regularem, & Vicarium ad nutum Monialium amouibilem, & alia huiusmodi,quæ ad petitorium videntur pertinere. Quia cùm de ordine Rotæ videretur de bono iure ad effectum manutentionis, & pro parte Domini Archiepiscopi ad fundandum ius suum, ad dictum effectum incidenter prætenderetur, quòd dicta Ecclesia esset Regularis, & Vicarius perpetuus; illa fuerunt incidenter etiam dicta,& ad colorandum possessorium, non autem ad definiendum petitorium, quod per vtramque partem suspensum fuit: Et in omnem casum et-
8 iam, quòd non constaret de regularitate Ecclesiæ, † ex quo possessio Monialium est clara, & sic possessorium non dependet à petitorio,competetet eis manutentio *Rot.in Neapolitana Iuris conferendi, 19. Decemb. 1614.& 23.Febr.1615.coram bon. m. Patriarcha Manzanedo*; & in puncto *Greg.XV.decis.370.*

Cætera autem,quæ exaduerso adducebantur,dicebant Domini, quòd aut respiciunt petitorium, aut fuit eis plenissimè satisfactum in prædictis Decisionibus:aut demùm visum fuit non indigere responsione.

Et ita, vtraque, &c.

Bononien. successionis.

Ven.19. Nouembr. 1617.

ARGVMENTVM.

Agitur de interpretatione Statuti Bononiæ de successi.ab intest.lib.4. videlicet an illud præferre censeatur fratrem consanguineum, sororibus vtrinque coniunctis, vel vterinis tantùm,in bonis, quæ ex dote, seu linea materna ad defunctum fratrem peruenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Statuti Bononiensis tenor de success. ab intest. lib.4. recitatur,& quomodo interpretari debeat, num.6. 11.15.& seqq.*
2 *Sorores vtrinque coniunctæ succedunt fratri ab intestato defuncto, excluso altero fratre coniuncto ex vno tantùm latere.*
3 *Filia semel exclusa per statutum à dote materna ob existentiam filij masculi,censetur exclusa,etiam eo defuncto; Et vide rationem ibidem,& num.4.*
5 *Bona dotis maternæ quæ perueniunt ad filium, desinunt esse dotalia,& efficiuntur de patrimonio, & hæreditate ipsius filij.*
7 *Ex,dictio denotat causam proximam, & immediatam.*
Quandoque etiam denotat causam remotam, n.17.
Et præsertim quando causa proxima habet connexitatem cum remota,num.18.
8 *Statutum vocans ad successionem proximiores ex illa parte,vnde bona descendunt, censetur vocare proximiores ex illa parte, vnde bona immediatè descendunt.*
In successionibus attendi debet causa immediata, & proxima.
9 *Sorores vterinæ præferuntur fratri consanguineo in successione fratris ab intestato defuncti tam in bonis, qua ad eum peruenerunt à communi matre, quàm vndecumque ex linea materna.*
10 *Amplia,vt non solùm sint præferendæ dictæ sorores vterinæ,sed etiam earum filij,licèt non alij vlterioris gradus.*
12 *Statuti vna pars per aliam declaratur potiùs, quàm à iure communi.*
13 *Mulieres non solent habere aliud patrimonium vltra dotem.*
14 *Dos materna,in qua filius successit iure hæreditario, ad eum peruenisse dicitur titulo lucratiuo.*
15 *Persona appellatione tam masculi, quam fœminæ veniunt.*
16 *Mater non tenetur dotare filias,sed pater.*
19 *Immediatum est, quidquid continuatiuè ab altero procedit.*
20 *Origo,& radix vniuscuiusque rei sunt, quæ magis attendi debent.*

DECISIO CXI.

FRANCISCVS de Leonibus in vim cuiusdam Statuti Bononiensis,titul.de success.liber.lib.4.& alterius Statuti, tit. de dotib restit. eiusdem libri, successit Lauræ matri suæ, etiam in dote materna, exclusis Catharina, & Lucretia sororibus suis vtrinque coniunctis,& de hoc nulla erat dubitatio: mortuo autem dicto Francisco ab intestato superstitibus prædictis sororibus,nec non Alphonso fratre suo consanguineo,id est ex parte patris tantùm,prætendebant dictæ sorores ad ipsas vti vtrinque coniunctas,excluso dicto Alphonso, spectare bona, quæ ad dictum Franciscum peruenerunt ex dicta dote materna, & hoc vigore alterius Statuti de success.ab intest. eodem lib.4 quo sic disponitur.

Statuimus, † quod si quis intestatus, vel intestata decesserit,quòd in succedendo seruentur sibi iura communia, salutis infrascriptis. Descendentes masculi,& per masculum etiam præferantur sororibus defunctæ personæ, exceptis bonis,quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote,vel titulo lucratiuo à matre,vel coniuncta per matrem defunctæ personæ,in quibus inter eos ius commune seruetur: dicti verò fratres mares ex vtroque parente, vel ex patre tantum coniuncti, præferantur sororibus defunctæ personæ,etiam vtrinque coniunctis exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo,vt supra à matre vel coniuncta persona per materem dictarum sororum, in quibus talibus ius commune seruetur: Agnati namque masculi transuersales vsque ad quartum gradum præferantur omnibus fœminis transuersalibus agnatis,præterquam sororibus personæ defunctæ vtrinque coniunctis,vel patre tantum, saluis dispositis in hoc statuto,& saluo,si ipsa vel aliqua earum concurrerent cum patruo,quo casu cum eo pariter admittantur, nisi in bonis peruenit, vt supra ad defunctam personam à matre,vel à coniuncta persona per matrem dictarum sororum etiam filiarum,in quibus ius commune seruetur. 1

Vnde cùm iuxta ordinem successionis ab intestato † de iure communi Catharina, & Lucretia, vti sorores vtrinque coniunctæ in successione Francisci intestato defuncti præferantur Alphonso coniuncto tantùm ex altero latere,*auth.defuncto,C.ad Tertull.§.si igitur defunctus in auth.de hared. ab intest.veniente*. Consequenter verba Statuti videntur clara ad fauorem prædictarum sororum quoad dictam dotem maternam, in qua disponit statutum seruandum esse ius commune. 2

Exaduerso Alphonsus prætendebat ipsum tam in

dote

dote, quàm in aliis præferendum, eo præcipuè, quia sorores prædictæ fuerunt iam quoad dotem maternã semel exclusæ per Franciscum, tam ex dicto statuto de successione liberorum, ibi *in bonis paternis & maternis amplius non petant, nec petere possint*; quàm ex alio statuto suprascripto de dotibus restituendis, ibi *omnino à dote prædicta, & eius augmento, & legitima sibi debita à*
3 *iure naturali excludimus.* Vnde cùm † exclusio fuerit perpetua, nullo tempore, vel casu possunt sorores in dicta dote succedere stantibus masculis, iuxta doctrinam *Bart. in l. fin. ff. ad Tertull. Ias. in l. 1. §. veteres, n. 14.*
4 *ff. de acq. poss. Cappell. Tolos. decis. 460.* Et præsertim, † Quia cùm illæ exclusæ fuerint tempore, quo fuit delata successio matris, quæ eis erat magis debita, vt ii dicto statuto de dotibus restituendis, multò magis a eisdem bonis excludi debent; quando illa deferuntu vti iam de patrimonio, & hæreditate fratris, *Rot. ap*
5 *Put. decis. 127. lib. 3.* † Desierunt enim dicta bona e dotalia, & de hæreditate matris, & fuerunt effecta patrimonio & hæreditate Francisci, *l. sed si plures, § lio impuberi, ff. de vulg. & pupill. §. 1. Instit. de hæ qualit. & diff. Afflict. decis. 178. n. 4.*

6 Nec † obstare dictum statutum de success. ab intest. Quòd in bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt de dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel coniuncta persona per matrem, vult ius commune attendi. Quia, vt dicebatur non versamur in terminis dicti statuti, quod dum loquitur de bonis, quæ à matre peruenerunt ex dote, debet intelligi de his bonis quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote ei à matre data; & sic de successione mulieris, cui tradita sit dos à matre, vel à persona matri coniuncta: Et ideò non comprehendere casum nostrum, in quo agitur de succedendo fratri in bonis, quæ habuit à matre iure hæreditario, non de dote sorori à matre data: vt in puncto sic dictam statutum intellexit *Alex. cons. 144. ex num. 9. vers. 3. principaliter, vsque ad fin. & cons. 198. nu. 11. lib. 6.* Vbi eò etiam mouetur, quòd Statutum vult,
7 vt bona perueniant ex dote: † Dictio autem, Ex, denotat causam proximam, & immediatam, *l. eo tempore in fin. ff. de pecul.* & latè comprobat *Surd. cons. 573. n. 31. & Rot. decis. 507. nu. 10. par. 2. recent.* Vnde quamuis quoad matrem dicta bona proueniebant immediatè ex dote sibi data, quia tamen ad Franciscum peruenerunt immediatè à matre iure hæreditario, & non ex dote; propterea casus iste non videtur in dicto statuto comprehensus.

Pro qua *Alexandri* interpretatione, benè etiam
8 conducere videtur, quòd † statutum vocans ad successionem proximiores, ex illa parte, vnde bona descenderint, censetur vocare proximiores ex illa parte, vnde bona immediatè descendunt: Cùm in successionibus causa immediata, & proxima sit attendenda, *Paul. de Castr. in l. quod scitis ad fin. C. de bon. quæ liber. Salicet. in auth. in testamento, C. de secundis nuptiis per text. in l. si Auia, C. de donat. Barbos. in l. post mortem, n. 75. ff. solut. matrim. Anchar. cons. 50. num. 2. Afflict. decis. 127. Boer. decis. 192. & Ioseph. Sesse decis. 52. par. 1.* Ex quibus Alphonsus in prima instantia coram V. Legato Bononiens. sententiam fauorabilem contra dictas personas reportauit.

Sed causa per appellationem deuoluta ad Rotam, fuit hodie resolutum; Dictam sententiam V. Legati esse iniustam, & sic reuocandam, & ratio resolutionis fuit; Quia de iure communi, quod dictum statutum
9 mandat seruari: † dictæ sorores etiam quòd non essent vtrinque coniunctæ, sed vterinæ tantùm, præferri deberent Alphonso fratri consanguineo in successione Francisci fratris intestato defuncti: tam in bonis, quæ ad eum peruenerunt immediatè à communi matre: quam vndecumque ex linea materna, iuxta

verò extremum, ex quibus probetur re-
... *datur hæredibus, & contra hæredes,*
... *uenerunt.*
... *stante quòd executio facta fuit* ... *si consensus fuit erroneè præ-*
... *datur contra factum In-* ... *dentis.*
... *m debitoris, donec* ... *non sit liqui-* ... *quando* ... *in dies cre-* ... *do.*

142 Decisio
tio dicti statuti in verbo exceptis esset
Quia quòd matres dotent filias, ra
quia vt plurimum non habent
supra dictum est, quas si daret
16 manerent: Tum etiam qui
tate filias, sed pater, l. fin
Tandem, & in om
quin verba dicti st
ibi, exceptis bonis
ctatur de intell
rend. est ad i
nat dictur
dictis fr
in dies
do.

solùm habetur ... functam personam peruenerunt; vt ... mente *Bartol. in d. l. quod scitis, §. 1. in princ.* vt benè declarat *Gamm. decis. Lusitan. 9. per totum.*

Quæ † ratio inde magis vrget, quòd idem statutũ, 11
de quo nunc agitur infra in *§. agnati*, id, quod superius excipit; ibi, *exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel coniuncta persona per matrem*: & ibi, *nisi in bonis peruentis, vt supra ad defunctam personam à matre, vel à coniuncta persona per matrem.* Vnde cùm *in dicto §. agnati* statuentes se referant ad suprascripta, in eodem statuto: ibi *vt supra*, & † vna pars statuti per aliam de- 12
claretur potiùs quàm à iure communi *Dec. cons. 65. n. 4. Hond. cons. 1. num. 63. & 64. lib. 1. Rot. Bononiens. decis. 150. num. 101.* dicendum est, verba dicti statuti in dicto *§. dicti* verò fratres ibi *ex dote à matre, &c.* non esse restringenda ad dotem à matre datam defunctæ personæ, sed generaliter intelligi debere de bonis ad defunctam personam vndecumque à matre prouentis; vel à coniuncta persona per matrem: mentio autem dotis ideò facta fuit, quia † mulieres à communiter 13
accidentibus non solent habere aliud patrimonium vltra dotem, *Angel. cons. 81. n. 2. post med. Greg. XV. decis. 398. num. 5.* quod apertiùs statuentes sentire visi sunt, in verbis immediatè sequentibus, ibi, *vel titulo lucratiuo*; ita vt hoc solùm attendi debeat, quòd bona ad personam defunctam, de cuius successione agitur, peruenerint à matre, vel à coniuncta persona per matrem, ex titulo lucratiuo, & sic siue ex dote, siue ex qualibet alia causa: † Dos enim materna, in qua fi- 14
lius successit iure hæreditario, ad eum etiam peruenisse dicitur titulo lucratiuo, *Alex. in l. inter stipulantem 83. §. si rem. n. 2. ff. de verb. oblig. & cons. 149. num. 4. lib. 6. Crauett. cons. 225. n. 11. vers. quòd autem, & in puncto Rot. Bononien. super statutis Bononiæ, decis. 84. post alios, num. 6.*

Præterea dictum statutum tam à principio, quàm in dicto *§. dicti verò fratres*, loquitur de defuncta persona, & sic de masculo, & fœmina: cùm † personæ ap- 15
pellatione tam masculi, quàm fœminæ veniant, *Rot. decis. 125. nu. 36. & 37. par. 2 diuers.* Quo fit, vt exceptio, de qua in eodem §. ibi, *exceptis bonis*, nõ possit restringi ad dotem dumtaxat, quæ tantùm conuenit fœminis, non autem masculis, sed potius est dicta exceptio simpliciter, & generaliter intelligenda de bonis peruentis ad defunctam personam titulo lucratiuo ex linea materna, seruata iuris communis dispositione; alioquin vt benè aduertit vnus ex Dominis, disposi-
tio

ebiepiscopus Ianuen.pars aduersa acquieuit: Rota ex solita sua benignitate,voluit iterum eum audire: vndè hodie fuit causa proposita super eisdem, & resolutum, Standum esse in decisis: placuerunt enim Dominis rationes,& motiua Decisionum.

7 Neque obstat, † quòd in dictis Decisionibus dictũ fuerit,dictam Ecclesiam esse regularem, & Vicarium ad nutum Monialium amouibilem, & alia huiusmodi,quæ ad petitorium videntur pertinere. Quia cùm de ordine Rotæ videretur de bono iure ad effectum manutentionis, & pro parte Domini Archiepiscopi ad fundandum ius suum, ad dictum effectum incidenter prætenderetur, quòd dicta Ecclesia esset Regularis, & Vicarius perpetuus; illa fuerunt incidenter etiam dicta,& ad colorandum possessorium, non autem ad definiendum petitorium, quod per vtramque partem suspensum fuit: Et in omnem casum et-
8 iam, quòd non constaret de regularitate Ecclesiæ, † ex quò possessio Monialium est clara, & sic possessorium non dependet à petitorio,competeret eis manutentio *Rot.in Neapolitana Iuris conferendi,29.Decemb. 1614.& 23.Febr.1615.coram bon. m. Patriarcha Manzanedo*; & in puncto *Greg.XV.decis.370.*

Cætera autem,quæ exaduerso adducebantur,dicebant Domini, quòd aut respiciunt petitorium, aut fuit eis plenissimè satisfactum in prædictis Decisionibus:aut demùm visum fuit non indigere responsione.

Et ita, vtraque, &c.

Bononien. successionis.

Ven.19. Nouembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Agitur de interpretatione Statuti Bononiæ de successſ.ab intest.lib.4. videlicet an illud præferre censeatur fratrem consanguineum, sororibus vtrinque coniunctis, vel vterinis tantùm,in bonis, quæ ex dote, seu linea materna ad defunctum fratrem peruenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Statuti Bononiensis tenor de success. ab intest. lib.4. recitatur,& quomodo interpretari debeat, num.6. 11.15.& seqq.*

2 *Sorores vtrinque coniuncta succedunt fratri ab intestato defuncto, excluso altero fratre coniuncto ex vno tantum latere.*

3 *Filia semel exclusa per statutum à dote materna ob existentiam filij masculi,censetur exclusa,etiam eo defuncto; Et vide rationem ibidem,& num.4.*

5 *Bona dotis materna que peruenerunt ad filium, desinunt esse dotalia,& efficiuntur de patrimonio, & hereditate ipsius filij.*

7 *Ex,dictio denotat causam proximam, & immediatam.*

Quandoque etiam denotat causam remotam, n.17.

Et præsertim quando causa proxima habet connexitatem cum remota,num.18.

8 *Statutum vocans ad successionem proximiores ex illa parte,vnde bona descendunt, censetur vocare proximiores ex illa parte, vnde bona immediatè descendunt.*

In successionibus attendi debet causa immediata, & proxima.

9 *Sorores vterina preferuntur fratri consanguineo in successione fratris ab intestato defuncti tam in bonis, qua ad eum peruenerunt à communi matre, quam vndecumque ex linea materna.*

10 *Amplia, vt non solum sint preferenda dicta sorores vterina,sed etiam earum filij,licèt non alij vlterioris gradus.*

12 *Statuti vna pars per aliam declaratur potiùs, quàm à iure communi.*

13 *Mulieres non solent habere aliud patrimonium vltra dotem.*

14 *Dos materna,in qua filius successit iure hæreditario, ad eum peruenisse dicitur titulo lucratiuo.*

15 *Persona appellatione tam masculi, quam fœmina veniunt.*

16 *Mater non tenetur dotare filias,sed pater.*

19 *Immediatum est, quidquid continuatiuè ab altero procedit.*

20 *Origo,& radix vniuscuiusque rei sunt, qua magis attendi debent.*

DECISIO CXI.


RANCISCVS de Leonibus in vim cuiusdam Statuti Bononiensis,titul.de success.liber.lib.4.& alterius Statuti, tit. de dotib.restit.eiusdem libri, successit Lauræ matri suæ, etiam in dote materna, exclusis Catharina, & Lucretia sororibus suis vtrioque coniunctis,& de hoc nulla erat dubitatio: mortuo autem dicto Francisco ab intestato superstitibus prædictis sororibus,nec non Alphonso fratre suo consanguineo,id est ex parte patris tantùm,prætendebant dictæ sorores ad ipsas vti vtrinque coniunctas,excluso dicto Alphonso, spectare bona, quæ ad dictum Franciscum peruenerunt ex dicta dote materna, & hoc vigore alterius Statuti de success.ab intest. eodem lib.4 quo sic disponitur.

Statuimus, † quòd si quis intestatus, vel intestata decesserit,quòd in succedendo seruentur sibi iura communia, saluis infrascriptis. Descendentes masculi,& per masculum etiam præferantur sororibus defuncta persone,exceptis bonis,qua ad defunctam personam peruenerunt ex dote,vel titulo lucratiuo à matre,vel coniuncta per matrem defuncta persona,in quibus inter eos ius commune seruetur: dicti verò fratres mares ex vtroque parente, vel ex patre tantùm coniuncti, preferantur sororibus defuncta persona,etiam vtrinque coniunctis exceptis bonis, qua ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo,vt supra à matre vel coniuncta persona per matrem dictarum sororum, in quibus talibus ius commune seruetur: Agnati namque masculi transuersales vsque ad quartum gradum præferantur omnibus fœminis transuersalibus agnatis,preterquam sororibus persone defuncta vtrinque coniunctis,vel patre tantùm, saluis dispositis in hoc statuto,& saluo si ipse vel aliqua earum concurrerent cum patruo,quo casu cum eo pariter admittantur, nisi in bonis peruentis, vt supra ad defunctam personam à matre,vel à coniuncta persona per matrem dictarum sororum etiam filiarum,in quibus ius commune seruetur. 1

Vnde cùm iuxta ordinem successionis ab intestato † de iure communi Catharina, & Lucretia, vti sorores vtrinque coniunctæ in successione Francisci intestato defuncti præferantur Alphonso coniuncto tantùm ex altero latere,*auth.defuncto,C.ad Tertull.§.si igitur defunctus in auth.de hered. ab intest.venient.* Consequenter verba Statuti videntur clara ad fauorem prædictarum sororum quoad dictam dotem maternam, in qua disponit statutum seruandum esse ius commune. 2

Exaduerso Alphonsus prætendebat ipsum tam in dote

dote, quàm in aliis præferendum, eo præcipuè, quia
sorores prædictæ fuerunt iam quoad dotem maternã
semel exclusæ per Franciscum, tam ex dicto statuto de
successione liberorum, ibi *in bonis paternis & maternis*
amplius non petant, nec petere possint; quàm ex alio sta-
tuto suprascripto de dotibus restituendis, ibi *omnino à*
dote prædicta, & eius augmento, & legitima sibi debita à
3 *iure naturali excludimus*. Vnde cùm † exclusio fuerit
perpetua, nullo tempore, vel casu possunt sorores in
dicta dote succedere stantibus masculis, iuxta doctri-
nam *Bart. in l. fin. ff. ad Tertull. Ias. in l. 1. §. veteres, n. 14.*
4 *ff. de acq. poss. Cappell. Tolos. decis. 460.* Et præsertim, †
Quia cùm illæ exclusæ fuerint tempore, quo fuit de-
lata successio matris, quæ eis erat magis debita, vt in
dicto statuto de dotibus restituendis, multò magis ab
eisdem bonis excludi debent; quando illa deferuntur,
vti iam de patrimonio, & hæreditate fratris, *Rot. apud*
5 *Put. decis. 127. lib. 3.* † Desierunt enim dicta bona esse
dotalia, & de hæreditate matris, & fuerunt effecta de
patrimonio & hæreditate Francisci, *l. sed si plures, §. fi-*
lio impuberi, ff. de vulg. & pupill. §. 1. Instit. de hæred.
qualit. & diff. Afflict. decis. 178. n. 4.

6 Nec † obstare dictum statutum de success. ab intest.
Quòd in bonis, quæ ad defunctam personam perue-
nerunt de dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel con-
iuncta persona per matrem, vult ius commune atten-
di. Quia, vt dicebatur non versamur in terminis dicti
statuti, quod dum loquitur de bonis, quæ à matre per-
uenerunt ex dote, debet intelligi de his bonis quæ ad
defunctam personam peruenerunt ex dote ei à matre
data; & sic de successione mulieris, cui tradita sit dos
à matre, vel à persona matri coniuncta: Et ideò non
comprehendere casum nostrum, in quo agitur de suc-
cedendo fratri in bonis, quæ habuit à matre iure hæ-
reditario, non de dote sorori à matre data: vt in pun-
cto sic dictum statutum intellexit *Alex. cons. 144. ex*
num. 9. vers. 3. principaliter, vsque ad fin. & cons. 198. nu.
11. lib. 6. Vbi eò etiam mouetur, quod Statutum vult,
7 vt bona perueniant ex dote: † Dictio autem, Ex, de-
notat causam proximam, & immediatam, *l. eo tempo-*
re in fin. ff. de pecul. & latè comprobat *Surd. cons. 573.*
n. 31. & Rot. decis. 507. nu. 10. par. 2. recent. Vnde quam-
uis quoad matrem dicta bona prouenicbant imme-
diatè ex dote sibi data, quia tamen ad Franciscum
peruenerunt immediatè à matre iure hæreditario, &
non ex dote; propterea casus iste non videtur in di-
cto statuto comprehensus.

Pro qua *Alexandri* interpretatione, benè etiam
8 conducere videtur, quòd † statutum vocans ad suc-
cessionem proximiores, ex illa parte, vnde bona des-
cenderint, censetur vocare proximiores ex illa parte,
vnde bona immediatè descendunt: Cùm in successio-
nibus causa immediata, & proxima sit attendenda,
Paul. de Castr. in l. quod scitis ad fin. C. de bon. quæ liber.
Salicet. in auth. in testamento, C. de secundis nuptiis per
text. in l. si Auia, C. de donat. Barbos. in l. post mortem, n.
75. ff. solut. matrim. Anchar. cons. 50. num. 2. Afflict. decis.
127. Boer. decis. 192. & Ioseph. Sesse decis. 52. par. 1. Ex
quibus Alphonsus in prima instantia coram V. Legato
Bononiens. sententiam fauorabilem contra dictas
personas reportauit.

Sed causa per appellationem deuoluta ad Rotam,
fuit hodie resolutum; Dictam sententiam V. Legati
esse iniustam, & sic reuocandam, & ratio resolutionis
fuit; Quia de iure communi, quod dictum statutum
9 mandat seruari. † dictæ sorores etiam quòd non es-
sent vtrinque coniunctæ, sed vterinæ tantùm, præfer-
ri deberent Alphonso fratri consanguineo in succes-
sione Francisci fratris intestato defuncti: tam in bo-
nis, quæ ad eum peruenerunt immediatè à communi
matre: quàm vndecumque ex linea materna, iuxta
gloss. communiter approbatam *in auth. post fratres,*
verb. filij, C. de legit. hæred. Bart. in d. l. quòd scitis, §. 1. C.
de bon. quæ liber. & in tract. de success. ab intest. num. 18.
ad fin. Rom. cons. 4. n. 6. Couarr. in epitom. success. ab intest.
num. 8. ad fin. Boer. decis. 185. nu. 3. & est de mente dicti
statuti in dicto §. *dicti vero fratres*, ibi. *præferantur so-*
roribus defunctæ personæ etiam vtrinque coniunctis exce-
ptis bonis, &c. Quòd propterea in dicta exceptione nõ
solùm sorores vtrinque coniunctas, sed etiam vteri-
nas tantùm præferendas esse voluit; prout etiam di-
cto iure communi attento, † iuxta magis communem 10
Doctorum opinionem non solùm dictæ sorores essent
in dictis bonis præferendæ, sed etiam earum filij; li-
cèt non alij vlterioris gradus: vt reprobata opinione
Mathesilani, & aliorum, quos refert *Tiraquell. de re-*
tract. lignag. §. 14. gloss. 2. num. 7. resoluit *Couarr. vbi su-*
pra, vers. tertiò est aduertendum, Bertrand. cons. 84. vol. 3.
Gabr. de success. ab intest. conclus. 3. n. 4. & fuit dictum *in*
Vrbeuetana hæreditatis, 25. Maij 1616. coram me. Pro-
pterea de iure communi, & sic ex mente dicti statuti
ad exclusionem Alphonsi in casu nostro non procedit
distinctio causæ dotalis mediatæ, vel immediatæ, sed
solùm habetur respectus ad lineam, vnde bona ad de-
functam personam peruenerunt; vt fuit etiam de
mente *Bartol. in d. l. quod scitis, §. 1. in princ.* vt benè de-
clarat *Gamm. decis. Lusitan. 9. per totum.*

Quæ † ratio inde magis viget, quòd idem statutũ, 11
de quo nunc agitur infra in §. *agnati*, id, quod supe-
rius excipit; ibi, *exceptis bonis, quæ ad defunctam perso-*
nam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel
coniuncta persona per matrem: & ibi, *nisi in bonis peruen-*
tis, vt supra ad defunctam personam a matre, vel à con-
iuncta persona per matrem. Vnde cùm *in dicto §. agna-*
ti statuentes se referant ad suprascripta, in eodem sta-
tuto: ibi *vt supra*, & † vna pars statuti per aliam de- 12
claretur potiùs quàm à iure communi *Dec. cons. 65. n.*
4. Hond. cons. 1. num. 63. & 64. lib. 1. Rot. Bononiens. decis.
150. num. 101. dicendum est, verba dicti statuti in dicto
§. dicti verò fratres ibi *ex dote à matre, &c.* non esse
restringenda ad dotem à matre datam defunctæ per-
sonæ, sed generaliter intelligi debere de bonis ad de-
functam personam vndecumque a matre prouentis;
vel à coniuncta persona per matrem: mentio autem
dotis ideò facta fuit, quia † mulieres à communiter 13
accidentibus non solent habere aliud patrimonium
vltra dotem, *Angel. cons. 81. n. 2. post med. Greg. XV. de-*
cis. 398. num. 5. quod apertiùs statuentes sentire visi
sunt, in verbis immediatè sequentibus, ibi, *vel titulo*
lucratiuo; ita vt hoc solùm attendi debeat, quòd bona
ad personam defunctam, de cuius successione agitur,
peruenerint à matre, vel à coniuncta persona per ma-
trem, ex titulo lucratiuo, & sic siue ex dote, siue ex
qualibet alia causa: † Dos enim materna, in qua fi- 14
lius successit iure hæreditario, ad eum etiam perue-
nisse dicitur titulo lucratiuo, *Alex. in l. inter stipulan-*
tem 83. § si rem. n. 2. ff. de verb. oblig. & cons. 149. num. 4.
lib. 6. Crauett. cons. 225. n. 11. vers. quòd autem, & in pun-
cto Rot. Bononien. super statutis Bononiæ, decis. 84. post
alios, num. 6.

Præterea dictum statutum tam à principio, quàm
in dicto §. *dicti verò fratres*; loquitur de defuncta per-
sona, & sic de masculo, & fœmina: cùm † personæ ap- 15
pellatione tam masculi, quàm fœminæ veniant, *Rot.*
decis. 125. nu. 36. & 37. par. 2. diuers. Quo fit, vt exceptio,
de qua in eodem §. ibi, *exceptis bonis*, nõ possit restrin-
gi ad dotem dumtaxat, quæ tantùm conuenit fœmi-
nis, non autem masculis, sed potius est dicta exceptio
simpliciter, & generaliter intelligenda de bonis per-
uentis ad defunctam personam titulo lucratiuo ex li-
nea materna, seruata iuris communis dispositione;
alioquin vt benè aduertit vnus ex Dominis, disposi-
tio

chiepiscopus Ianuen.pars aduersa acquieuit: Rota ex solita sua benignitate, voluit iterum eum audire: vndè hodie fuit causa proposita super eisdem, & resolotum, Standum esse in decisis: placuerunt enim Dominis rationes, & motiua Decisionum.

1 Neque obstat, † quòd in dictis Decisionibus dictũ fuerit, dictam Ecclesiam esse regularem, & Vicarium ad nutum Monialium amouibilem, & alia huiusmodi, quæ ad petitorium videntur pertinere. Quia cùm de ordine Rotæ videretur de bono iure ad effectum manutentionis, & pro parte Domini Archiepiscopi ad fundandum ius suum, ad dictum effectum incidenter prætenderetur, quòd dicta Ecclesia esset Regularis, & Vicarius perpetuus; illa fuerunt incidenter etiam dicta, & ad colorandum possessorium, non autem ad definiendum petitorium, quod per vtramque partem suspensum fuit: Et in omnem casum etiam, quòd non constaret de regularitate Ecclesiæ, †
2 ex quò possessio Monialium est clara, & sic possessorium non dependet à petitorio, competeret eis manutentio *Rot. in Neapolitana Iuris conferendi, 29. Decemb. 1614. & 23. Febr. 1615. coram bon. m. Patriarcha Manzanedo*; & in puncto *Greg. XV. decis. 370.*

Cætera autem, quæ exaduerso adducebantur, dicebant Domini, quòd aut respiciunt petitorium, aut fuit eis plenissimè satisfactum in prædictis Decisionibus: aut demùm visum fuit non indigere responsione.

Et ita, vtraque, &c.

Bononien. successionis.

Ven. 19. Nouembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Agitur de interpretatione Statuti Bononiæ de successi. ab intest. lib. 4. videlicet an illud præferre censeatur fratrem consanguineum, sororibus vtrinque coniunctis, vel vterinis tantùm, in bonis, quæ ex dote, seu linea materna ad defunctum fratrem peruenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Statuti Bononiensis tenor de successi. ab intest. lib. 4. recitatur, & quomodo interpretari debeat, num. 6. 11. 15. & seqq.*
2 *Sorores vtrinque coniunctæ succedunt fratri ab intestato defuncto, excluso altero fratre coniuncto ex vno tantùm latere.*
3 *Filia semel exclusa per statutum à dote materna ob existentiam filij masculi, censetur exclusa, etiam eo defuncto; Et vide rationem ibidem, & num. 4.*
5 *Bona dotis materna quæ peruenerunt ad filium, desinunt esse dotalia, & efficiuntur de patrimonio, & hæreditate ipsius filij.*
7 *Ex, dictio denotat causam proximam, & immediatam.*
Quandoque etiam denotat causam remotam, n. 17.
Et præsertim quando causa proxima habet connexitatem cum remota, num. 18.
8 *Statutum vocans ad successionem proximiores ex illa parte, vnde bona descendunt, censetur vocare proximiores ex illa parte, vnde bona immediatè descendunt.*
In successionibus attendi debet causa immediata, & proxima.
9 *Sorores vterinæ præferuntur fratri consanguineo in successione fratris ab intestato defuncti tam in bonis, quæ ad eum peruenerunt à communi matre, quam vndecumque ex linea materna.*
10 *Amplia, vt non solùm sint præferendæ dictæ sorores vterinæ, sed etiam earum filij, licèt non alij vlterioris gradus.*
12 *Statuti vna pars per aliam declaratur potiùs, quàm à iure communi.*
13 *Mulieres non solent habere aliud patrimonium vltra dotem.*
14 *Dos materna, in qua filius successit iure hæreditario, ad eum peruenisse dicitur titulo lucratiuo.*
15 *Personæ appellatione tam masculi, quam fœminæ veniunt.*
16 *Mater non tenetur dotare filias, sed pater.*
19 *Immediatum est, quidquid continuatiuè ab altero procedit.*
20 *Origo, & radix vniuscuiusque rei sunt, quæ magis attendi debent.*

DECISIO CXI.

FRANCISCVS de Leonibus in vim cuiusdam Statuti Bononiensis, titul. de success. liber. lib. 4. & alterius Statuti, tit. de dotib. restit. eiusdem libri, successit Lauræ matri suæ, etiam in dote materna, exclusis Catharina, & Lucretia sororibus suis vtrinque coniunctis, & de hoc nulla erat dubitatio: mortuo autem dicto Francisco ab intestato superstitibus prædictis sororibus, nec non Alphonso fratre suo consanguineo, id est ex parte patris tantùm, prætendebant dictæ sorores ad ipsas vti vtrinque coniunctas, excluso dicto Alphonso, spectare bona, quæ ad dictum Franciscum peruenerunt ex dicta dote materna, & hoc vigore alterius Statuti de successi. ab intest. eodem lib. 4 quo sic disponitur.

Statuimus, † quòd si quis intestatus, vel intestata decesserit, quòd in succedendo seruentur sibi infra communia, saluis infrascriptis. Descendentes masculi, & per masculum etiam præferantur sororibus defunctæ personæ, exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel coniuncta per matrem defuncta persona, in quibus inter eos ius commune seruetur: dicti verò fratres mares ex vtroque parente, vel ex patre tantùm coniuncti, præferantur sororibus defunctæ personæ, etiam vtrinque coniunctis exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo, vt supra à matre vel coniuncta persona per matrem dictarum sororum, in quibus talibus ius commune seruetur: Agnati namque masculi transuersales vsque ad quartum gradum præferantur omnibus fœminis transuersalibus agnatis, præterquam sororibus personæ defunctæ vtrinque coniunctis, vel patre tantùm, saluis dispositis in hoc statuto, & saluo, si ipsæ vel aliquæ earum concurrerent cum patruo, quo casu cum eo pariter admittantur, nisi in bonis peruentis, vt supra ad defunctam personam à matre, vel à coniuncta persona per matrem dictarum sororum etiam filiarum, in quibus ius commune seruetur. 1

Vnde cùm iuxta ordinem successionis ab intestato † de iure communi Catharina, & Lucretia, vti sorores vtrinque coniunctæ in successione Francisci intestato defuncti præferantur Alphonso coniuncto tantùm ex altero latere, *auth. defuncto, C. ad Tertull. §. si igitur defunctus in auth. de hæred. ab intest. venient.* Consequenter verba Statuti videntur clara ad fauorem prædictarum sororum quoad dictam dotem maternam, in qua disponit statutum seruandum esse ius commune. 2

Exaduerso Alphonsus prætendebat ipsum tam in

dote

dote, quàm in aliis præferendum, eo præcipuè, quia
sorores prædictæ fuerunt iam quoad dotem maternã
semel exclusæ per Franciscum, tam ex dicto statuto de
successione liberorum, ibi in bonis paternis & maternis
amplius non petant, nec petere possint; quàm ex alio sta-
tuto suprascripto de dotibus restituendis, ibi omnino à
dote prædicta, & eius augmento, & legitima sibi debita à
3 iure naturali excludimus. Vnde cùm † exclusio fuerit
perpetua, nullo tempore, vel casu possunt sorores in
dicta dote succedere stantibus masculis, iuxta doctri-
nam Bart. in l. fin. ff. ad Tertull. Ias. in l. 1. §. veteres, n. 14.
4 ff. de acq. poss. Cappell. Tolos. decis. 460. Et præsertim, †
Quia cùm illæ exclusæ fuerint tempore, quo fuit de-
lata successio matris, quæ eis erat magis debita, vt in
dicto statuto de dotibus restituendis, multò magis ab
eisdem bonis excludi debent; quando illa deferuntur,
vti iam de patrimonio, & hæreditate fratris, Rot. apud
5 Put. decis. 127. lib. 3. † Desierant enim dicta bona esse
dotalia, & de hæreditate matris, & fuerunt effecta de
patrimonio & hæreditate Francisci, l. sed si plures, §. fi-
lio impuberi, ff. de vulg. & pupill. §. 1. Instit. de hæred.
qualit. & diff. Afflict. decis. 178. n. 4.
6 Nec † obstare dictum statutum de success. ab intest.
Quòd in bonis, quæ ad defunctam personam peruene-
runt de dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel con-
iuncta persona per matrem, vult ius commune atten-
di. Quia, vt dicebatur non versamur in terminis dicti
statuti, quod dum loquitur de bonis, quæ à matre per-
uenerunt ex dote, debet intelligi de his bonis quæ ad
defunctam personam peruenerunt ex dote ei à matre
data; & sic de successione mulieris, cui tradita sit dos
à matre, vel à persona matri coniuncta: Et ideò non
comprehendere casum nostrum, in quo agitur de suc-
cedendo fratri in bonis, quæ habuit à matre iure hæ-
reditario, non de dote sorori à matre data: vt in pun-
cto sic dictum statutum intellexit Alex. cons. 144. ex
num. 9. vers. 3. principaliter, vsque ad fin. & cons. 198. nu.
11. lib. 6. Vbi eò etiam mouetur, quòd Statutum vult,
7 vt bona perueniant ex dote: † Dictio autem, Ex, de-
notat causam proximam, & immediatam, l. eo tempo-
re in fin. ff. de pecul. & latè comprobat Surd. cons. 573.
n. 31. & Rot. decis. 507. nu. 10. par. 2. recent. Vnde quam-
uis quoad matrem dicta bona prouenirebant imme-
diatè ex dote sibi data, quia tamen ad Franciscum
peruenerunt immediatè à matre iure hæreditario, &
non ex dote; propterea casus iste non videtur in di-
cto statuto comprehensus.
Pro qua Alexandri interpretatione, benè etiam
8 conducere videtur, quòd † statutum vocans ad suc-
cessionem proximiores, ex illa parte, vnde bona des-
cenderint, censetur vocare proximiores ex illa parte,
vnde bona immediatè descendunt: Cùm in successio-
nibus causa immediata, & proxima sit attendenda,
Paul. de Castr. in l. quod scitis ad fin. C. de bon. quæ liber.
Salicet. in auth. in testamento, C. de secundis nuptiis per
text. in l. si Auia, C. de donat. Barbos. in l. post mortem, n.
75. ff. solut. matrim. Auchar. cons. 50. num. 2. Afflict. decis.
127. Boer. decis. 192. & Ioseph. Sesse decis. 52, par. 1. Ex
quibus Alphonsus in prima instantia coram V. Legato
Bononiens. sententiam fauorabilem contra dictas
personas reportauit.
Sed causa per appellationem deuoluta ad Rotam,
fuit hodie resolutum; Dictam sententiam V. Legati
esse iniustam, & sic reuocandam, & ratio resolutionis
fuit; Quia de iure communi, quod dictum statutum
9 mandat seruari: † dictæ sorores etiam quòd non es-
sent vtrinque coniunctæ, sed vterinæ tantùm, præfer-
ri deberent Alphonso fratri consanguineo in succes-
sione Francisci fratris intestato defuncti: tam in bo-
nis, quæ ad eum peruenerunt immediatè à communi
matre: quam vndecumque ex linea materna, iuxta
gloss. communiter approbatam in auth. post fratres,
verb. filij, C. de legit. hæred. Bart. in d. l. quod scitis, §. 1. C.
de bon. quæ liber. & in tract. de success. ab intest. num. 18.
ad fin. Rom. cons. 4. n. 6. Couarr. in epitom. success. ab intest.
num. 8. ad fin. Boer. decis. 185. nu. 3. & est de mente dicti
statuti in dicto §. dicti vero fratres, ibi præferantur so-
roribus defunctæ personæ etiam vtrinque coniunctis exce-
ptis bonis, &c. Quòd propterea in dicta exceptione nõ
solùm sorores vtrinque coniunctas, sed etiam vteri-
nas tantùm præferendas esse voluit; prout etiam di-
cto iure communi attento, † iuxta magis communem 10
Doctorum opinionem non solùm dictæ sorores essent
in dictis bonis præferendæ, sed etiam earum filij; li-
cèt non alij vlterioris gradus: vt reprobata opinione
Mathesilani, & aliorum, quos refert Tiraquell. de re-
tract. lignag. §. 14. gloss. 2. num. 7. resoluit Couarr. vbi su-
pra, vers. tertiò est aduertendum, Bertrand. cons. 84. vol. 3.
Gabr. de success. ab intest. conclus. 3. n. 4. & fuit dictum in
Vrbeuetana hæreditatis, 25. Maij 1626. coram me. Pro-
pterea de iure communi, & sic ex mente dicti statuti
ad exclusionem Alphonsi in casu nostro non procedit
distinctio causæ dotalis mediatæ, vel immediatæ, sed
solùm habetur respectus ad lineam, vnde bona ad de-
functam personam peruenerunt; vt fuit etiam de
mente Bartol. in d. l. quod scitis, §. 1. in princ. vt benè de-
clarat Gamm. decis. Lusitan. 9. per totum.
Quæ † ratio inde magis vrget, quòd idem statutũ, 11
de quo nunc agitur infra in §. agnati, id, quod supe-
rius excipit; ibi, exceptis bonis, quæ ad defunctam perso-
nam peruenerint ex dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel
coniuncta persona per matrem: & ibi, nisi in bonis peruen-
tis, vt supra ad defunctam personam à matre, vel à con-
iuncta persona per matrem. Vnde cùm in dicto §. agna-
ti statuentes se referant ad suprascripta, in eodem sta-
tuto: ibi vt supra, & † vna pars statuti per aliam de- 12
claretur potiùs quàm à iure communi Dec. cons. 65. n.
4. Hond. cons. 1. num. 63. & 64. lib. 1. Rot. Bononiens. decis.
150. num. 101. dicendum est, verba dicti statuti in dicto
§. dicti verò fratres ibi ex dote à matre, &c. non esse
restringenda ad dotem à matre datam defunctæ per-
sonæ, sed generaliter intelligi debere de bonis ad de-
functam personam vndecumque à matre prouentis;
vel à coniuncta persona per matrem: mentio autem
dotis ideò facta fuit, quia † mulieres à communiter 13
accidentibus non solent habere aliud patrimonium
vltra dotem, Angel. cons. 81. n. 2. post med. Greg. XV. de-
cis. 398. num. 5. quod apertiùs statuentes sentire visi
sunt, in verbis immediatè sequentibus, ibi, vel titulo
lucratiuo; itavt hoc solùm attendi debeat, quòd bona
ad personam defunctam, de cuius successione agitur,
peruenerint à matre, vel à coniuncta persona per ma-
trem, ex titulo lucratiuo, & sic siue ex dote, siue ex
qualibet alia causa: † Dos enim materna, in qua fi- 14
lius successit iure hæreditario, ad eum etiam perue-
nisse dicitur titulo lucratiuo, Alex. in l. inter stipulan-
tem 83. §. si rem. n. 2. ff. de verb. oblig. & cons. 149. num. 4.
lib. 6. Crauett. cons. 225. n. 11. vers. quòd autem, & in pun-
cto Rot. Bononien. super statutis Bononiæ, decis. 84. post
alios, num. 6.
Præterea dictum statutum tam à principio, quàm
in dicto §. dicti verò fratres, loquitur de defuncta per-
sona, & sic de masculo, & fœmina: cùm † personæ ap- 15
pellatione tam masculi, quàm fœminæ veniant, Rot.
decis. 125. nu. 36. & 37. par. 2. diuers. Quo fit, vt exceptio,
de qua in eodem §. ibi, exceptis bonis, nõ possit restrin-
gi ad dotem dumtaxat, quæ tantùm conuenit fœmi-
nis, non autem masculis, sed potius est dicta exceptio
simpliciter, & generaliter intelligenda de bonis per-
uentis ad defunctam personam titulo lucratiuo ex li-
nea materna, seruata iuris communis dispositione;
alioquin vt benè aduertit vnus ex Dominis, dispositio

ebiepiscopus Ianuen.pats aduersa acquieuit: Rota ex solita sua benignitate,voluit iterum eum audire: vndè hodie fuit causa proposita super eisdem, & tesolutum, Standum esse in decisis: placuerunt enim Dominis rationes,& motiua Decisionum.

1 Neque obstat, † quòd in dictis Decisionibus dictũ fuetit,dictam Eeclesiam esse regularem, & Vicarium ad nutum Monialium amouibilem, & alia huiusmodi,quæ ad petirorium videntur pertinere. Quia cùm de ordine Rotæ videretur de bono iure ad effectum manutentionis, & pro parte Domini Archiepiscopi ad fundaodum ius suum, ad dictum effectum incidenter prætenderetur, quòd dicta Eeclesia esset Regularis, & Vicarius perpetuus; illa fuerunt incidenter etiam dicta,& ad colorandum possessotium, non autem ad definiendum petitorium, quod per vtramque partem suspeosum fuit: Et in omnem casum et-
2 iam, quòd non constaret de regulatitate Ecclesiæ, † ex quò possessio Monialium est clara, & sic possessorium non dependet à petitorio,competeret eis manutentio *Rot.in Neapolitana Iuris conferendi*, 29.*Decemb.* 1614.& 23.*Febr.*1615.*coram bon. m. Patriarcha Manzanedo*; & in puncto *Greg.XV.decis.*370.

Cætera autem,quæ exaduerso adducebantur,dicebant Domini, quòd aut respiciunt petitorium, aut fuit eis plenissimè satisfactum in prædictis Decisionibus:aut demùm visum fuit non indigere responsione.

Et ita, vtraque, &c.

Bononien. successionis.

*Ven.*19. *Nouembr.* 1627.

ARGVMENTVM.

Agitur de interpretatione Statuti Bononiæ de successi.ab intest.lib.4. videlicet an illud præferre censeatur fratrem consanguineum, sororibus vtrinque coniunctis, vel vterinis tantùm,in bonis, quæ ex dote, seu linea materna ad defunctum fratrem peruenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Statuti Bononiensis tenor de success. ab intest. lib.4. recitatur,& quomodo interpretari debeat, num.6. 11.15.& seqq.*

2 *Sorores vtrinque coniunctæ succedunt fratri ab intestato defuncto, excluso altero fratre coniuncto ex vno tantùm latere.*

3 *Filia semel exclusa per statutum à dote materna ob existentiam filij masculi,censetur exclusa,etiam eo defuncto; Et vide rationem ibidem,& num.4.*

5 *Bona dotis maternæ quæ peruenerunt ad filium, desinunt esse dotalia,& efficiuntur de patrimonio, & hereditate ipsius filij.*

7 *Ex,dictio denotat causam proximam, & immediatam.*

Quandoque etiam denotat causam remotam, n.17.

Et præsertim quando causa proxima habet connexitatem cum remota,num.18.

8 *Statutum vocans ad successionem proximiores ex illa parte,vnde bona descendunt, censetur vocare proximiores ex illa parte, vnde bona immediatè descendunt.*

In successionibus attendi debet causa immediata, & proxima.

9 *Sorores vterinæ præferuntur fratri consanguineo in successione fratris ab intestato defuncti tam in bonis, quæ ad eum peruenerunt à communi matre, quam vndecumque ex linea materna.*

10 *Amplia, vt non solùm sint præferendæ dictæ sorores vterinæ,sed etiam earum filij,licèt non alij vlterioris gradus.*

12 *Statuti vna pars per aliam declaratur potiùs, quàm à iure communi.*

13 *Mulieres non solent habere aliud patrimonium vltra dotem.*

14 *Dos materna,in qua filius successit iure hereditario, ad eum peruenisse dicitur titulo lucratiuo.*

15 *Personæ appellatione tam masculi, quam fœminæ veniunt.*

16 *Mater non tenetur dotare filias,sed pater.*

19 *Immediatum est, quidquid continuatiuè ab altero procedit.*

20 *Origo,& radix vniuscuiusque rei sunt, quæ magis attendi debent.*

DECISIO CXI.

FRANCISCVS de Leonibus in vim cuiusdam Statuti Bononiensis,titul.de success. liber.lib.4.& alterius Statuti, tit. de dotib restit. eiusdem libri, successit Lauræ matri suæ, etiam in dote materna, exclusis Catharina, & Lucretia sororibus suis vtrinque coniunctis,& de hoc nulla erat dubitatio: mortuo autem dicto Francisco ab intestaro superstitibus prædictis sororibus,nec non Alphonso fratre suo consanguineo,id est ex parte patris tantùm,prætendebant dictæ sorores ad ipsas vti vtrinque coniunctas,excluso dicto Alphonso, spectare bona, quæ ad dictum Franciscum peruenerunt ex dicta dote materna, & hoc vigore alterius Statuti de success.ab intest. eodem lib.4 quo sic disponitur.

Statuimus, † quòd si quis intestatus, vel intestata decesserit,quòd in succedendo seruentur sibi iura communia, saluis infrascriptis. Descendentes masculi,& per masculum etiam præferantur sororibus defunctæ personæ,exceptis bonis,quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote,vel titulo lucratiuo à matre,vel coniuncta per matrem defuncta personæ,in quibus inter eos ius commune seruetur: dicti verò fratres mares ex vtroque parente, vel ex patre tantùm coniuncti, præferantur sororibus defunctæ personæ,etiam vtrinque coniunctis exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo,vt supra à matre vel coniuncta persona per matrem dictarum sororum, in quibus talibus ius commune seruetur: Agnati namque masculi transuersales vsque ad quartum gradum præferantur omnibus fœminis transuersalibus agnatis,præterquam sororibus personæ defunctæ vtrinque coniunctis,vel patre tantùm, saluis dispositis in hoc statuto,& saluo,si ipsa vel aliquæ earum concurrerent cum patruo,quo casu cum eo pariter admittantur, nisi in bonis peruentis, vt supra ad defunctam personam à matre,vel à coniuncta persona per matrem dictarum sororum etiam filiarum,in quibus ius commune seruetur. 1

Vnde cùm iuxta ordinem successionis ab intestato † de iure communi Catharina, & Lucretia, vti sorores vtrinque coniunctæ in successione Francisci intestato defuncti præferantur Alphonso coniuncto tantùm ex altero latere,*auth.defuncto,C.ad Tertull.§.si igitur defunctus in auth.de hered. ab intest.venient.* Consequenter verba Statuti videntur clara ad fauorem prædictarum sororum quoad dictam dotem maternam, in qua disponit statutum seruandum esse ius commune. 2

Exaduerso Alphonsus prætendebat ipsum tam in dote

dote, quàm in aliis præferendum, eo præcipuè, quia
sorores prædictæ fuerunt iam quoad dotem maternā
semel exclusæ per Franciscum, tam ex dicto statuto de
successione liberorum, ibi *in bonis paternis & maternis
amplius non petant, nec petere possint*; quàm ex alio sta-
tuto suprascripto de dotibus restituendis, ibi *omnino à
dote prædicta, & eius augmento, & legitima sibi debita à
3 iure naturali excludimus.* Vnde cùm † exclusio fuerit
perpetua, nullo tempore, vel casu possunt sorores in
dicta dote succedere stantibus masculis, iuxta doctri-
nam *Bart. in l. fin. ff. ad Tertull. Ias. in l. 1. §. veteres, n. 14.
4 ff. de acq. poss. Cappell. Tolos. decis.* 460. Et præsertim, †
Quia cùm illæ exclusæ fuerint tempore, quo fuit de-
lata successio matris, quæ eis erat magis debita, vt in
dicto statuto de dotibus restituendis, multò magis ab
eisdem bonis excludi debent; quando illa deferuntur,
vti iam de patrimonio, & hæreditate fratris, *Rot. apud
5 Put. decis. 127. lib. 3.* † Desierunt enim dicta bona esse
dotalia, & de hæreditate matris, & fuerunt effecta de
patrimonio & hæreditate Francisci, *l. sed si plures, §. fi-
lio impuberi, ff. de vulg. & pupill. §. 1. Instit. de hæred.
qualit. & diff. Afflict. decis. 178. n. 4.*
6 Nec † obstare dictum statutum de success. ab intest.
Quòd in bonis, quæ ad defunctam personam perue-
nerunt de dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel con-
iuncta persona per matrem, vult ius commune atten-
di. Quia, vt dicebatur non versamur in terminis dicti
statuti, quod dum loqoitur de bonis, quæ à matre per-
uenerunt ex dote, debet intelligi de his bonis quæ ad
defunctam personam peruenerunt ex dote ei à matre
data; & sic de successione mulieris, cui tradita sit dos
à matre vel à persona matri coniuncta: Et ideò non
comprebendere casum nostrum, in quo agitur de suc-
cedendo fratri in bonis, quæ babuit à matre iure hæ-
reditario, non de dote sorori à matre data: vt in pun-
cto sic dictam statutum intellexit *Alex. cons. 144. ex
num. 9. vers. 3. principaliter, vsque ad fin. & cons. 198. nu.
11. lib. 6.* Vbi cò etiam mouetur, quòd Statutum vult,
7 vt bona perueniant ex dote: † Dictio autem, Ex, de-
notat causam proximam. & immediatam, *l. eo tempo-
re in fin. ff. de pecul.* & latè comprobat *Surd. cons. 573.
n. 31. & Rot. decis. 507. nu. 10. par. 2. recent.* Vnde quam-
uis quoad matrem dicta bona proueniebant imme-
diatè ex dote sibi data, quia tamen ad Franciscum
peruenerunt immediatè à matre iure hæreditario, &
non ex dote; propterea casus iste non videtur in di-
cto statuto comprehensus.

Pro qua *Alexandri* interpretatione, benè etiam
8 conducere videtur, quòd † statutum vocans ad suc-
cessionem proximiores, ex illa parte, vnde bona des-
cenderint, censetur vocare proximiores ex illa parte,
vnde bona immediatè descendunt: Cùm in successio-
nibus causa immediata, & proxima sit attendenda,
*Paul. de Castr. in l. quod scitis ad fin. C. de bon. quæ liber.
Salicet. in auth. in testamento, C. de secundis nuptiis per
text. in l. si Auia, C. de donat. Barbos. in l. post mortem, n.
75. ff. solut. matrim. Anchar. cons. 50. num. 2. Afflict. decis.
127. Boer. decis. 192. & Ioseph. Sesse decis. 52. par. 1.* Ex
quibus Alphonsus in prima instantia coram V. Legato
Bononiens. sententiam fauorabilem contra dictas
personas reportauit.

Sed causa per appellationem deuoluta ad Rotam,
fuit hodie resolutum; Dictam sententiam V. Legati
esse iniustam, & sic reuocandam, & ratio resolutionis
fuit; Quia de iure communi, quod dictum statutum
9 mandat seruari: † dictæ sorores etiam quòd non es-
sent vtrinque coniunctæ, sed vterinæ tantùm, præfer-
ri deberent Alphonso fratri consanguineo in succes-
sione Francisci fratris intestato defuncti: tam in bo-
nis, quæ ad eum peruenerunt immediatè à communi
matre: quàm vndecumque ex linea materna, iuxta
gloss. communiter approbatam *in auth. post fratres,
verb. filij, C. de legit. hæred. Bart. in d. l. quòd scitis, §. 1. C.
de bon. quæ liber. & in tract. de success. ab intest. num. 18.
ad fin. Rom. cons. 4. n. 6. Couarr. in epitom. success. ab intest.
num. 8 ad fin. Boer. decis. 185. nu. 3.* & est de mente dicti
statuti in dicto §. *dicti vero fratres*, ibi. *præferantur so-
roribus defunctæ personæ etiam vtrinque coniunctis exce-
ptis bonis, &c.* Quòd propterea in dicta exceptione nō
solùm sorores vtrinque coniunctas, sed etiam vteri-
nas tantùm præferendas esse voluit; prout etiam di-
cto iure communi attento, † iuxta magis communem 10
Doctorum opinionem non solùm dictæ sorores essent
in dictis bonis præferendæ, sed etiam earum filij; li-
cèt non alij vlterioris gradus: vt reprobata opinione
Mathesilani, & aliorum, quos refert *Tiraquell. de re-
tract. lignag. §. 14. gloss. 2. num. 7.* resoluit *Couarr. vbi su-
pra, vers. tertio est aduertendum, Bertrand. cons. 84. vol. 3.
Gabr. de success. ab intest. conclus. 3. n. 4.* & fuit dictum *in
Vrbeuetana hæreditatis, 25. Maij* 1626 *coram me.* Pro-
pterea de iure communi, & sic ex mente dicti statuti
ad exclusionem Alphonsi in caso nostro non procedit
distinctio causæ dotalis mediatæ, vel immediatæ, sed
solùm habetur respectus ad lineam, vnde bona ad de-
functam personam peruenerunt; vt fuit etiam de
mente *Bartol. in d. l. quod scitis, § 1. in princ.* vt bene de-
clarat *Gamm. decis. Lusitan. 9. per totum.*

Quæ † ratio inde magis vrget, quòd idem statutū, 11
de quo nunc agitur infra in §. *agnati*, id, quod supe-
rius excipit; ibi, *exceptis bonis, quæ ad defunctam perso-
nam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel
coniuncta persona per matrem*: & ibi, *nisi in bonis peruen-
tis, vt supra ad defunctam personam à matre, vel à con-
iuncta persona per matrem.* Vnde cùm *in dicto §. agna-
ti* statuentes se referant ad suprascripta, in eodem sta-
tuto: ibi *vt supra*, & † vna pars statuti per aliam de- 12
claretur potiùs quàm à iure communi *Dec. cons. 65. n.
4. Hond. cons. 1. num. 63. & 64. lib. 1. Rot. Bononiens. decis.
150. num.* 101. dicendum est, verba dicti statuti in dicto
§. dicti verò fratres ibi *ex dote à matre, &c.* non esse
restringenda ad dotem à matre datam defunctæ per-
sonæ, sed generaliter intelligi debere de bonis ad de-
functam personam vndecumque à matre prouentis;
vel à coniuncta persona per matrem: mentio autem
doris ideò facta fuit, quia † mulieres à communiter 13
accidentibus non solent habere aliud patrimonium
vltra dotem, *Angel. cons. 81. n. 2. post med. Greg. XV. de-
cis. 398. num. 5.* quod apertiùs statuentes sentire visi
sunt, in verbis immediatè sequentibus, ibi, *vel titulo
lucratiuo*; itavt hoc solùm attendi debeat, quòd bona
ad personam defunctam, de cuius soccessione agitur,
peruenerint à matre, vel à coniuncta persona per ma-
trem, ex titulo lucratiuo, & sic siue ex dote, siue ex
qualibet alia causa: † Dos enim materna, in qua fi- 14
lius successit iure hæreditario, ad eum etiam perue-
nisse dicitur titulo lucratiuo, *Alex. in l. inter stipulan-
tem 83. § si rem. n. 2. ff. de verb. oblig. & cons. 149. num. 4.
lib. 6. Cranett. cons. 225. n. 11. vers. quòd autem, & in pun-
cto Rot. Bononien. super statutis Bononiæ, decis. 84. post
alios, num. 6.*

Præterea dictum statutum tam à principio, quàm
in dicto §. *dicti verò fratres*; loquitur de defuncta per-
sona, & sic de masculo, & fœmina: cùm † personæ ap- 15
pellatione tam masculi, quàm fœminæ veniant. *Rot.
decis. 125. nu. 36. & 37. par. 2 diuers.* Quo fit, vt exceptio,
de qua in eodem §. ibi, *exceptis bonis*, nō possit restrin-
gi ad dotem duntaxat, quæ tantùm conuenit fœmi-
nis, non autem masculis, sed potius est dicta exceptio
simpliciter, & generaliter intelligenda de bonis per-
uentis ad defunctam personam titulo lucratiuo ex li-
nea materna, seruata iuris communis dispositione;
alioquin vt benè aduertit vnus ex Dominis, disposi-
tio

chiepiscopus Ianuen.pats aduersa acquieuit: Rota ex solita sua benignitate, voluit iterum cum audire: vndè hodie fuit causa proposita super eisdem, & resolutum, Standum esse in decisis: placuerunt enim Dominis rationes, & motiua Decisionum.

3 Neque obstat, † quòd in dictis Decisionibus dictũ fuerit, dictam Ecclesiam esse regularem, & Vicarium ad nutum Monialium amouibilem, & alia huiusmodi, quæ ad petitorium videntur pertinere. Quia cùm de ordine Rotæ videretur de bono iure ad effectum manutentionis, & pro parte Domini Archiepiscopi ad fundandum ius suum, ad dictum effectum incidenter prætenderetur, quòd dicta Ecclesia esset Regularis, & Vicarius perpetuus; illa fuerunt incidenter etiam dicta, & ad colorandum possessorium, non autem ad definiendum petitorium, quod per vtramque partem suspensum fuit: Et in omnem casum etiam, quòd non constaret de regularitate Ecclesiæ, †
4 ex quò possessio Monialium est clara, & sic possessorium non dependet à petitorio, competeret eis manutentio *Rot. in Neapolitana Iuris conferendi, 29. Decemb. 1614. & 23. Febr. 1615. coram bon. m. Patriarcha Manzanedo*; & in puncto *Greg. XV decis. 370*.

Cætera autem, quæ exaduerso adducebantur, dicebant Domini, quòd aut respiciunt petitorium, aut fuit eis plenissimè satisfactum in prædictis Decisionibus: aut demùm visum fuit non indigere responsione.

Et ita, vtraque, &c.

Bononien. successionis.

Ven. 19. Nouembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Agitur de interpretatione Statuti Bononiæ de successi. ab intest. lib. 4. videlicet an illud præferre censeatur fratrem consanguineum, sororibus vtrinque coniunctis, vel vterinis tantùm, in bonis, quæ ex dote, seu linea materna ad defunctum fratrem peruenerunt.

SVMMARIVM.

1 *Statuti Bononiensis tenor de success. ab intest. lib. 4. recitatur, & quomodo interpretari debeat, num. 6. 11. 15. & seqq.*
2 *Sorores vtrinque coniunctæ succedunt fratri ab intestato defuncto, excluso altero fratre coniuncto ex vno tantùm latere.*
3 *Filia semel exclusa per statutum à dote materna ob existentiam filij masculi, censetur exclusa, etiam eo defuncto; Et vide rationem ibidem, & num. 4.*
5 *Bona dotis maternæ quæ peruenerunt ad filium, desinunt esse dotalia, & efficiuntur de patrimonio, & hereditate ipsius filij.*
7 *Ex, dictio denotat causam proximam, & immediatam.*
Quandoque etiam denotat causam remotam, n. 17.
Et præsertim quando causa proxima habet connexitatem cum remota, num. 18.
8 *Statutum vocans ad successionem proximiores ex illa parte, vnde bona descendunt, censetur vocare proximiores ex illa parte, vnde bona immediatè descendunt.*
In successionibus attendi debet causa immediata, & proxima.
9 *Sorores vterinæ præferuntur fratri consanguineo in successione fratris ab intestato defuncti tam in bonis, quæ ad eum peruenerunt à communi matre, quàm vndecumque ex linea materna.*
10 *Amplia, vt non solùm sint præferendæ dictæ sorores vterinæ, sed etiam earum filij, licèt non alij vlterioris gradus.*
12 *Statuti vna pars per aliam declaratur potiùs, quàm à iure communi.*
13 *Mulieres non solent habere aliud patrimonium vltra dotem.*
14 *Dos materna, in qua filius successit iure hæreditario, ad eum peruenisse dicitur titulo lucratiuo.*
15 *Personæ appellatione tam masculi, quam fœminæ veniunt.*
16 *Mater non tenetur dotare filias, sed pater.*
19 *Immediatum est, quidquid continuatiuè ab altero procedit.*
20 *Origo, & radix vniuscuiusque rei sunt, quæ magis attendi debent.*

DECISIO CXI.



RANCISCVS de Leonibus in vim cuiusdam Statuti Bononiensis, titul. de success. liber. lib. 4. & alterius Statuti, tit. de dotib restit. eiusdem libri, successit Lauræ matri suæ, etiam in dote materna, exclusis Catharina, & Lucretia sororibus suis vtrinque coniunctis, & de hoc nulla erat dubitatio: mortuo autem dicto Francisco ab intestato superstitibus prædictis sororibus, nec non Alphonso fratre suo consanguineo, id est ex parte patris tantùm, prætendebant dictæ sorores ad ipsas vti vtrinque coniunctas, excluso dicto Alphonso, spectare bona, quæ ad dictum Franciscum peruenerunt ex dicta dote materna, & hoc vigore alterius Statuti de success. ab intest. eodem lib. 4 quo sic disponitur.

Statuimus, † quòd si quis intestatus, vel intestata decesserit, quòd in succedendo seruentur sibi iura communia, saluis infrascriptis. Descendentes masculi, & per masculum etiam præferantur sororibus defunctæ personæ, exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel coniuncta per matrem defunctæ personæ, in quibus inter eos ius commune seruetur: dicti verò fratres mares ex vtroque parente, vel ex patre tantùm coniuncti, præferantur sororibus defunctæ personæ, etiam vtrinque coniunctis exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo, vt supra à matre vel coniuncta persona per matrem dictarum sororum, in quibus talibus ius commune seruetur: Agnati namque masculi transuersales vsque ad quartum gradum præferantur omnibus fœminis transuersalibus agnatis, præterquam sororibus personæ defunctæ vtrinque coniunctis, vel patre tantùm, saluis dispositis in hoc statuto, & saluo si ipsæ vel aliqua earum concurrerent cum patruo, quo casu cum eo pariter admittantur, nisi in bonis peruentis, vt supra ad defunctam personam à matre, vel à coniuncta persona per matrem dictarum sororum etiam filiarum, in quibus ius commune seruetur. 1

Vnde cùm iuxta ordinem successionis ab intestato † de iure communi Catharina, & Lucretia, vti sorores vtrinque coniunctæ in successione Francisci intestato defuncti præferantur Alphonso coniuncto tantùm ex altero latere, *auth. defuncto, C. ad Tertull. §. si igitur defunctus in auth. de hæred. ab intest. venient.* Consequenter verba Statuti videntur clara ad fauorem prædictarum sororum quoad dictam dotem maternam, in qua disponit statutum seruandum esse ius commune. 2

Exaduerso Alphonsus prætendebat ipsum tam in

dote

dote, quàm in aliis præferendum, eo præcipuè, quia sorores prædictæ fuerunt iam quoad dotem maternã semel exclusæ per Franciscum, tam ex dicto statuto de successione liberorum, ibi *in bonis paternis & maternis amplius non petant, nec petere possint*; quàm ex alio statuto suprascripto de dotibus restituendis, ibi *omnino à dote prædicta, & eius augmento, & legitima sibi debita à*
3 *iure naturali excludimus.* Vnde cùm † exclusio fuerit perpetua, nullo tempore, vel casu possunt sorores in dicta dote succedere stantibus masculis, iuxta doctrinam *Bart. in l. fin. ff. ad Tertull. Ias. in l. 1. §. veteres, n. 14.*
4 *ff. de acq. poss. Cappell. Tolos. decis.* 460. Et præsertim, † Quia cùm illæ exclusæ fuerint tempore, quo fuit delata successio matris, quæ eis erat magis debita, vt in dicto statuto de dotibus restituendis, multò magis ab eisdem bonis excludi debent; quando illa deferuntur, vti iam de patrimonio, & hæreditate fratris, *Rot. apud*
5 *Put. decis. 127. lib. 3.* † Desierunt enim dicta bona esse dotalia, & de hæreditate matris, & fuerunt effecta de patrimonio & hæreditate Francisci, *l. sed si plures, §. filio impuberi, ff. de vulg. & pupill. §. 1. Instit. de hered. qualit. & diff. Afflict. decis. 178. n. 4.*

6 Nec † obstare dictum statutum de success. ab intest. Quòd in bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt de dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel coniuncta persona per matrem, vult ius commune attendi. Quia, vt dicebatur non versamur in terminis dicti statuti, quod dum loquitur de bonis, quæ à matre peruenerunt ex dote, debet intelligi de his bonis quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote ei à matre data; & sic de successione mulieris, cui tradita sit dos à matre, vel à persona matri coniuncta: Et ideò non comprehendere casum nostrum, in quo agitur de succedendo fratri in bonis, quæ habuit à matre iure hæreditario, non de dote sorori à matre data: vt in puncto sic dictum statutum intellexit *Alex. cons. 144. ex num 9. vers. 3. principaliter, vsque ad fin. & cons. 198. nu. 11. lib. 6.* Vbi cũ etiam mouetur, quòd Statutum vult,
7 vt bona perueniant ex dote: † Dictio autem, Ex, denotat causam proximam, & immediatam, *l. eo tempore in fin. ff. de pecul.* & latè comprobat *Surd. cons. 573. n. 31. & Rot. decis. 507. nu. 10. par. 2. recent.* Vnde quamuis quoad matrem dicta bona proueniebant immediatè ex dote sibi data, quia tamen ad Franciscum peruenerunt immediatè à matre iure hæreditario, & non ex dote; propterea casus iste non videtur in dicto statuto comprehensus.

Pro qua *Alexandri* interpretatione, benè etiam
8 conducere videtur, quòd † statutum vocans ad successionem proximiores, ex illa parte, vnde bona descenderint, censetur vocare proximiores ex illa parte, vnde bona immediatè descendunt: Cùm in successionibus causa immediata, & proxima sit attendenda, *Paul. de Castr. in l. quod scitis ad fin. C. de bon. quæ liber. Salicet. in auth. in testamento, C. de secundis nuptiis per text. in l. si Ania, C. de donat. Barbos. in l. post mortem, n. 75. ff. solut. matrim. Anchar. cons. 50. num. 2. Afflict. decis. 127. Boer. decis. 192. & Ioseph. Sesse decis. 52. par. 1.* Ex quibus Alphonsus in prima instantia coram V. Legato Bononiens. sententiam fauorabilem contra dictas personas reportauit.

Sed causa per appellationem deuoluta ad Rotam, fuit hodie resolutum; Dictam sententiam V. Legati esse iniustam, & sic reuocandam, & ratio resolutionis fuit; Quia de iure communi, quod dictum statutum
9 mandat seruari: † dictæ sorores etiam quòd non essent vtrinque coniunctæ, sed vterinæ tantùm, præferri deberent Alphonso fratri consanguineo in successiune Francisci fratris intestato defuncti: tam in bonis, quæ ad eum peruenerunt immediatè à communi matre: quàm vndecumque ex linea materna, iuxta *gloss.* communiter approbatam *in auth. post fratres, verb. filij, C. de legit. hered. Bart. in d. l. quòd scitis, §. 1. C. de bon. quæ liber. & in tract. de success. ab intest. num. 18. ad fin. Rom. cons. 4. n. 6. Couarr. in epitom. success. ab intest. num. 8. ad fin. Boer. decis. 185. nu. 3.* & est de mente dicti statuti in dicto *§. dicti vero fratres*, ibi. *præferantur sororibus defunctæ personæ etiam vtrinque coniunctis exceptis bonis, &c.* Quòd propterea in dicta exceptiune nõ solùm sorores vtrinque coniunctas, sed etiam vterinas tantùm præferendas esse voluit; prout etiam dicto iure communi attento, † iuxta magis communem 10
Doctorum opinionem non solùm dictæ sorores essent in dictis bonis præferendæ, sed etiam earum filij; licèt non alij vlterioris gradus: vt reprobata opinione *Mathesilani*, & aliorum, quos refert *Tiraquell. de retract. lignag. §. 14. gloss. 2. num. 7.* resoluit *Couarr. vbi supra, vers. tertiò est aduertendum, Bertrand. cons. 84. vol. 3. Gabr. de success. ab intest. conclus. 3. n. 4.* & fuit dictum *in Vrbeuetana hæreditatis, 23. Maij 1616 coram me.* Propterea de iure communi, & sic ex mente dicti statuti ad exclusionem Alphonsi in casu nostro non procedit distinctio causæ dotalis mediatæ, vel immediatæ, sed solùm habetur respectus ad lineam, vnde bona ad defunctam personam peruenerunt; vt fuit etiam de mente *Bartol. in d. l. quod scitis, §. 1. in princ.* vt benè declarat *Gamm. decis. Lusitan. 9. per totum.*

Quæ † ratio inde magis vrget, quòd idem statutũ, 11
de quo nunc agitur infra in *§. agnati*, id, quod superius excipit; ibi, *exceptis bonis, quæ ad defunctam personam peruenerunt ex dote, vel titulo lucratiuo à matre, vel coniuncta persona per matrem*: & ibi, *nisi in bonis peruentis, vt supra ad defunctam personam à matre, vel à coniuncta persona per matrem.* Vnde cùm *in dicto §. agnati* statuentes se referant ad suprascripta, in eodem statuto: ibi *vt supra*, & † vna pars statuti per aliam de- 12
claretur potiùs quàm à iure communi *Dec. cons. 65. n. 4. Hond. cons. 1. num. 63. & 64. lib. 1. Rot. Bononiens. decis. 150. num. 101.* dicendum est, verba dicti statuti in dicto *§. dicti* verò fratres ibi *ex dote à matre, &c.* non esse restringenda ad dotem à matre datam defunctæ personæ, sed generaliter intelligi debere de bonis ad defunctam personam vndecumque à matre prouentis; vel à coniuncta persona per matrem: mentio autem dotis ideò facta fuit, quia † mulieres à communiter 13
accidentibus non solent habere aliud patrimonium vltra dotem, *Angel. cons. 81. n. 2. post med. Greg. XV. decis. 398. num. 5.* quod apertiùs statuentes sentire visi sunt, in verbis immediatè sequentibus, ibi, *vel titulo lucratiuo*; ita vt hoc solùm attendi debeat, quòd bona ad personam defunctam, de cuius successione agitur, peruenerint à matre, vel à coniuncta persona per matrem, ex titulo lucratiuo, & sic siue ex dote, siue ex qualibet alia causa: † Dos enim materna, in qua fi- 54
lius successit iure hæreditariu, ad eũm etiam peruenisse dicitur titulo lucratiuo, *Alex. in l. inter stipulantem 83. §. si rem. n. 2. ff. de verb. oblig. & cons. 249. num. 4. lib. 6. Crauett. cons. 225. n. 11. vers. quod autem, & in puncto Rot. Bononien. super statutis Bononiæ, decis. 84. post alios, num. 6.*

Præterea dictum statutum tam à principio, quàm in dicto *§. dicti verò fratres*; loquitur de defuncta persona, & sic de masculo, & fœmina: cùm † personæ ap- 15
pellatione tam masculi, quàm fœminæ veniant, *Rot. decis. 125. nu. 36. & 37. par. 2 diuers.* Quo fit, vt exceptio, de qua in eodem §. ibi, *exceptis bonis*, nõ possit restringi ad dotem duntaxat, quæ tantùm conuenit fœminis, non autem masculis, sed potius est dicta exceptio simpliciter, & generaliter intelligenda de bonis peruentis ad defunctam personam titulu lucratiuo ex linea materna, seruata iuris communis dispositione; alioquin vt benè aduertit vnus ex Dominis, dispositio

tio dicti statuti in verbo *exceptis* esset penes superflua, Quia quòd mattes dotent filias, rarò contingit: Tum quia vt plurimum non habent nisi ptoprias dotes, vt supra dictum est, quas si darent filiabus, indotatæ re-
16 manereot : Tum etiam quia † ipsæ non tenentur dotate filias, sed pater, *l.fin.C.de dot.promiss.*

Tandem, & in omnem casum oegari non potest, quin verba dicti statuti quoad dictam exceptionem, ibi, *exceptis bonis*, sint multum dubia; ideò dum tractatur de intellectu huius exceptionis, io dubio tecurrend.est ad ius commuoe: & præsertim cùm id disponat dictum statutum. Et in puncto per prædicta pro dictis sorotibus tenet *Monterent. super dicto statuto in dicto §. dicti vero fratres sub litera N, & in verb. de dote, Added.ad dictum cons. Alexand.144.in verb.exceptis, lib.6. Maluas cons.51.num.3.vers. sed etiam Bologn. cons.69.n.18.Rot.Bononien.super statutis Bonon.decis.84. num.2.cum pluribus seq.Loderch.cons.54. num.7. vers.4. est casus.*

Neque obstant supra pro Alphonso adducta, & ponderata, quia consilium *Alexandri* communiter
17 teprobatur, ex Doctor. sopra citatis, † Dictio verò,
Ex, quandoque, iuxta subiectam materiam, etiam denotat causam remotam, *Bart.in l.2.§.ex incendio, nu.1. ff de incend.Rain.& Nauf.Ruin.cons.109.num 8. libr.1.*
18 *& Rot.Bononien.vbi supra num.5.* & † præsertim quādo causa proxima, vt hîc habet connexitatem cum remota, ex quò causa successionis, & causa dotis in eius
19 matre immediatè vna post aliam continuatur, tunc enim in vtraque verificatur dictio, ex: † Cùm immediatum sit, quidquid continoatiuè ab altero procedit, *Decian.cons.9.num.8.& 10. lib.2.Castrens.cons.164. n.4.lib.2.Capr.cons.22.num.12.Phanuc.de lucr.dot. gloss. 4.num.31.Purpur.cons.402.n.93.* & multò magis quan-
20 do causa remota est causa originalis, qoia † origo, & radix vniuscoiusque rei sunt, quæ magis attendi debent, *l.qui id quod 33.in princ.ff.de donat.c.1.§. eadem de leg.Corrad.Bald.in cap. quasia Ecclesiarum, num.43. de constit.* Nec facit, quòd fœminæ fuerint exclusæ per Franciscum à dote, & successione matria, dum per aliud statutum ad illa admittuntur post mortē Francisci: Ex quo etiam tollitur, quòd statutum vocans proximiores ad successionem ex illa parte, vnde bona descendunt, intelligatur de proximioribus, vnde bona immediatè descendunt, quia hoc ad nostrum casum ex mente statuti, de quo agitur, iuxta superiùs dicta, non applicatur.

Et ita vtraque, &c.

Romana Dotis.

Merc. 24. Nouemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Rem tradens alicui, & promittens illam esse liberam ab omni onere, cùmque liberare intra certum tempus, casu quo onus aliquod super ea detectum fuerit: Onus probabitur ex sententia lata super deuolutione dictæ rei ad fauorem Domini directi ob non solutionem canonis: Et recipiens d. rem agere poterit contra tradentem non expectato, vt res cum effectu euincatur, cùm sufficiat, quòd euinci possit. Res emphyteotica ex quibus probetur obnoxia solutioni canonis : Et alia, de quibus in Summario, &c.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè procedi potest vigore promissionis obligatione Camerali vallata.*
2 *Amplia etiam, quòd facta fuerit in apoca priuata.*
3 *Tradita res non censetur, nisi libera tradatur.*
4 *Res tradita alicui sub promissione, quòd sit libera ab omni onere, probabitur oneri obnoxia, ex sententia desuper lata: & qui dictam rem recipit, poterit agere contra tradentem re nondum cum effectu euicta, num.7.*
5 *Inuestitura probat onus soluendi canones ad fauorem inuestientes, & etiam contra tertios, concurrentibus adminiculis; quæ plura numerantur, num.6.*
8 *Iudicium Ordinarium, quando non sit præiudiciale iudicio executiuo.*
9 *De euictione agi non potest, nisi secuta euictione.*
10 *Declara primò, nisi extet expressa promissio de liberando.*
11 *Declara secundò, quia de iure ante rem euictam agi potest, vt res libera tradatur.*
12 *Obligatio conditionalis efficitur pura post impletam conditionem.*
13 *Iudicis incompetentia, quando obijci nea possit.*

DECISIO CXII.

LAVRVS Spinola nuptui tradidit Iustinam eius neptem ex sorore, Annibali de Amatis cum dote cuiusdam Domus, cum expressa promissione, sub obligatione camerali, quòd erat libera ab omni onere : & illam liberandi intra tres menses, casu quo onus aliquod super ea detegeretur: Euenit, quòd Annibal, vti possessor dictæ domus, & Flauius prædictua pro suo interesse fuerunt conuenti coram iudice deputato ab Illustrissimo Cardinali Protectore Confraternitatis Sanctissimæ Annunciatæ: qui Depotatus per suam sententiam declaraoit, dictam domom ob non solutionem canonis 25.scutorum: quibus est grauata ad fauorem dictæ Confraternitatis, à qua habetur in empbiteusim, fuisse deuolutam, indéque mandatum de associando, & immittendo, quatenus opus sit, relaxauit: Vnde cùm Annibal egerit coram eodem Iudice deputato contra dictum Flauium, atque obtinuerit contra eum relaxari maodatum, iuxta formam prædictæ promissionis : & tandem caosa mihi commissa fuerit cum clausula *si quid exequendum*: dubitaui, An mandatum prædictum sit exequendum : Et
fuit affirmatiuè resolutum, Quia † promissio cum ob- 1
ligatione camerali est clara, vnde potuit executiuè
procedi, *Rot.decis.415.n.3.par.1.recent.* † etiam quòd 2
facta fuerit in apoca priuata, *Add.ad Galles, de oblig.*
Camer.q.27. n.1.
Nec obstat, quòd iam domus fuerit tradita; Quia † 3
non censetur tradita, nisi libera tradatur, *l.si in emptione, §.vacua, & §.fin.ff.de act.empt.l.ex his prædit.* & ibi *gloss.C.de euict.Surd.cons.15.& cons.36.n.9.*
Non obstat, si prætendatur, onus non probari, Qoia
† sufficit dicta sententia soper deuolutione, *l.3. C.de* 4
euict. & præterea † oous prædictum ad fauorē Con- 5
fraternitatis probatur ex inuestitura facta de aono 1541. Scipioni Perrotto auctori dicti Flauij, quæ concurrentibus adminiculis probat etiam contra tertios,
Rot.decis.290.n.1.par.1.recent, & decis.193. num.1.& 2. 6
par.2. † Quæ adminicula concurrunt in casu nostto, & quidem vrgentissima, nempe Venditio dictæ domus cum solutione laudemij de consensu Confraternitatis facta per dictum Scipionem, auctoribus dicti Flauij, *Mantic.de tacit. & ambig. lib.22.tit.3. num.15. Rot.decis.400.num.8.par.1.recent.* Rursus confessio Iacobi

cobi patris eiusdem Flauij, tam in reuelatione metu Censuratum, quàm in iudicio, quando fuit citatus ad soluen. canonem, *Gratian. discept. forens. cap. 188. n. 16. Marescot. variar. resolut. lib. 1. cap. 85. nu. 8. Seraf. decis. 869. n. 2. Rot. decis. 193. n. 2. par. 2. recen.* Quibus tandem accedunt plures solutiones canonum factæ per eumdem Iacobum dictæ Societati, quæ ad istum effectum benè probant, *Gratian. vbi supra, Men. cons. 409. nu. 19. & Rot. decis. 195. num. 2. p. 1. recent.*

Non obstat, quòd à dicta sententia lata super deuolutione fuerit appellatum, & causa adhuc pendeat

7 indecisa; quia vt dictum est, † ex vi promissionis, non est expectandum, quòd res cum effectu euincatur, sed sufficit, quòd ex suptadictis constet illam euinci posse, aut esse oneri prædicto obnoxiam: mãdatum enim prædictum non pender à dicta sententia, sed ab aliis

8 probationibus, † nec iudicium ordinatium super deuolutione, in quo sententia lata fuit, est huic iudicio executiuo præiudiciale; quia non concurrunt copulatiuè illa tria iuris requisita, nempe identitas rei, personæ, ac causæ & finis agendi, *l. cum queritur, ff. de exc. pt. rei iudicat. cap. fi.* vbi *gloss. Ioan. Andr.* & alij *de except. in 6.*

9 Non etiam obstat, † quòd ante sequutam euictio-

10 nem regulariter agi non possit de euictione; † tum quia in casu nostro versamur in claris stante expressa

11 promissione de liberando, † tum etiam quia de iure ante rem euictam agi potest, vt res libera tradatur, *gloss. in d. l. ex his prædiis, Rip. in l. 1. §. si heres, num. 31. & seqq. ff. ad Trebell. Decis. cons. 483, n. 18. Ossasc. decis. fin. num.*

Minùs obstat, quòd obligatio de liberando prætendatur conditionalis, nempe sequuto matrimonio,

12 † Quia cùm conditio fuerit adimpleta propter matrimonium subsequutum, & consummatum perinde est, ac si ab initio illa fuisset pura, *l. fin. §. 1. ff. de vulg. Surd cons. 179. n. 10. & Mantic. de tac. & ambig. lib. 14. tit. 46. num. 1.*

Demum cessat defectus iurisdictionis R.P.D. Mangioni, à quo mandatum fuit relaxatum; quia quicquid sit, an ille vti deputatus Illustrissimi Cardinalis pro-

13 tectoris esset iudex competens, † constat, quòd causa fuit reassumpta ab A.C. ad instantiam Flauij aduersarij, qui deputauit eundem D. Mangioonum, vnde non potest nunc Flauius opponere de eius incompetentia *ad l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. Iudic. & l. t. & 2. ff. de Iudic.*

Et ita vtraque, &c.

Bononien. Census.

Merc. 24. Nouemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Spolium ex quibus probetur, & eius actio quibus, & contra quos detur, & præcipuè an contra possidentem Iudieis auctoritate. Creditori nulliter in possessionem bonorum debitoris misso, an, & quando competat retentio, donec fuerit de suo credito satisfactus.

SVMMARIVM.

1 *Primum extremum in spolio, probatur ex executione facta tanquam in bonis debitoris.*

2 *Secundum verò extremum, ex quibus probetur remissiuè.*

3 *Spolij remedium datur heredibus, & contra heredes, ad quos bona peruenerunt.*

4 *Spolium intrat non obstante quòd executio facta fuerit de consensu tutoris, si consensus fuit erronee præstitus.*

5 *Reintegratio per viam spolij datur contra factum Iudicis nulliter, & iniustè procedentis.*

6 *Creditori competit retentio bonorum debitoris, donec fuerit de suo credito satisfactus.*

7 *Fallit, si creditum fuit extinctum, vel non sit liquidum, ex quo creditor fructus percepit.*

8 *Creditori datur retentio bonorum debitoris, quando illa peruenerunt ad eum ex eadem causa illius crediti, pro quo vult retinere, secus si ex diuersa.*

DECISIO CXIII.



PER binas decisiones conformes coram me fuit firmatum mandatum V. Legati Bononiensis relaxatum ad fauorem Comitis Guidonis Antonij de Lambertinis, & cõtra bona hæreditaria Comitis Marci Antonij Lambertini, quæ tunc possidebantur à Diamante illius filia, & hærede, cum inde sequutis, esse reuocandum: Vnde hodie dubitaui, an Comes Marcus Antonius Pepulus filius, & hæres dictæ Diamantis sit reintegrandus ad dicta bona in executione vigore dicti mandati capta, & Domini affirmatiuè resoluerunt: quia † primum extremum, nempe anterior 1 possessio Diamantis, probatur ex confessione alterius partis dum obtinuit fieri executionem pro suo credito contra hæc bona possessa à Diamante vti hærede Comitis M. Antonij, *Tiraqu. de retract. consang. §. 8. gloss. 9. n. 22. Rot. coram Greg. XV. decis. 362. in princ. & decis. 402. num. 2. & in Romana silue; 13. Iuny 1616. coram me.* † De possessione autem Comitum de Lam- 2 bertinis hæredum Comitis Guidonis, & sic de secundo extremo constat non solùm ex dicta executione & ex confessione dictorum Comitum in aditione hæreditatis dicti Comitis Guidonis eorum patris; vbi confessi fuerunt se apprehendisse possessionem omnium bonorum; quæ ille possedit in vita, & in morte, sed etiam ex litis sustentatione, *Ces. de Graff. decis. 4. num. 2. de restit. spoliat. Rot. coram Greg. XV. decis. 541. num. 2. & in Rom. dotis, siue Saluiani, 10. Iuny 1626. coram me.* De iniustitia verò, & sic de tertio requisito satis constat ex latè deductis in his duabus decisionibus.

Neque obstat, quòd Comites de Lambertinis nunc possessores non spoliauerũt, sed eorum patet, & quòd Comes M. Antonius Pepulus non fuit spoliatus, sed Diamantes eius mater, quia † remedium spolij datur 3 hæredi, & contra hæredes, ad quos bona peruenerunt, *cap. significauerunt,* vbi *gloss. in verbo ea ratione de testib. l. 1. §. hoc interdictum heredi, & §. fin. ff. de vi, & vi armat. Rip. in cap. sæpè, num. 8. de restit. spoliat. Rol. cons. 50. num. 6. & 15. lib. 2. & cons. 6. n. 14. lib. 3. Cagnol. in l. hered. num. 16. & 17. ff. de reg. iur. Gabr. conclus. 5. n. 19. & seqq. de restit. spoliat. Cresc. decis. 3. de restit. spoliat.*

Non † obstat si dicatur non esse locum spolio, ex 4 quo exequutio fuit facta de consensu tutoris, & curatoris, quia vt fuit firmatum in prima decisione in hac causa facta, consensus tutoris non nocuit, nec debet attendi, quia fuit adhibitus per errorem, & sine Diamante minore, cùm tamen omnes actus iudiciales præcedentes fuerint facti cum eo, & minore simul: tantò magis, quod curator non tradidit possessionem, sed iudex, † qui cùm nulliter, & iniustè pro- 5 cesserit, datur reintegratio per viam spolij, *Caputaquens.*

quens.decis.186.par.3. & Greg.XV.decis.136,num 2.
6 Noo obstat,† quòd Comites Lambertini sint cre-
ditores;& ideò illis competat reteotio, donec fuerint
satisfacti de eorum credito, *Bald.in l.fundus, qui Lucij
Titij in antiqua lectur.ff.de rescind.vend. per illum text.
glos.in l.si non sortem,§.si centum,ff.de cond.indeb. Surd.*
7 *decis.46.n.7.* quia quicquid sit de hac opinione, † illa
non intrat in casu nostro; cùm enim executio fa-
cta fuerit de anno 1616. & Comes Guido Antonius,
& eius hæredes cœperint fructus vsque hodie, eorum
creditum aut fuit extinctum, aut saltem oon est liqui-
dum: Vnde non intrat dicta opinio, sed cessat reten-
tio, *Rot.decis.433.num.4.par.2.recent.* vbi etiam, quòd
dicta fructuum perceptio facit, vt creditum dicatur il-
liquidum.

Quibus accedit, quòd pretensum creditum est di-
uersum ab eo, ex quo fuit data immissio, vt fuit fir-
8 matum in prima decisione in hac causa facta:† reten-
tio autem in his terminis solùm datur creditori,
quando bona ad eum peruenerunt ex eadem causa il-
lius credió, pro quo vult retinere, secus si ex diuersa,
*Bald.in l.si non sortem,§.si centum in fin.ff.de condit.in-
deb. Idem Castrens.in l.si petenti,n.3. ff.de pignorat.act.
Surd.d.decis.46.num.12.*

Et ita, vtraque, &c.

Barchinonen.Beneficij.

Ven.26. Nouembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis manutenibilis est, alio non exi-
stente in possessione.*
2 *Possessio antiquior est manutenenda, non autem recen-
tior.*
Possessio recentior præsumitur iniusta.
3 *Iudex iniustè procedens, non priuat possessione.*
4 *Rota dat passim manutentionem aduersus factum
iudicis nulliter, & iniustè procedentis.*
5 *Clausula* dummodo non sit alteri ius quæsitum, *subintelligitur etiam non expressa.*
6 *Ee reddit gratia in conditionalem.*
7 *Vacatio in mense reseruato probatur ex testibus desu-
per examinatis, & ex confessione partis.*
*Valor beneficij probatur ex testibus, & partis confes-
sione.*
8 *Nuntius Hispaniarum potest conferre beneficia, quæ
non excedunt valorem 24.ducat.*
9 *Possessio ciuilis non amittitur, si quis metu censura-
rum passus fuerit, vt aduersarius acciperet posses-
sionem.*
*Possessio ciuilis animo retenta sufficit pro manuten-
tione.*

DECISIO CXIV.

FVIT resolutum Petro informanti dan-
dum esse mandatum de maoutenendo,
quia constat de eius possessione instru-
1 mentali, † quæ alio non possidente est
manutenibilis, *l.prædia*, vbi *Bart.ff.de ac-
quir.poss.l.non ideirco*; vbi *Bald.C.de fid.instr. Rot.decis.
202.num.3.par.1.diuers.& decis.92.nu.1. par.1. recent.
& in Lunen.Sarzanen.benef.13.Iunij.1625.coram me.*

Non obstat prætensa possessio Francisci, quia fuit
posterior, cùm Petrus adeptus fuerit possessionem die
30. Iunij 1612. Franciscus autem die 24. Maij 1614.
† Vnde possessio Petri vti antiquior est manutenen- 2
da, non autem possessio Francisci recentior, quæ ideò
præsumitur iniusta, *cap.licet causam:* vbi *D.D.de prob.
Bart.in l.si duo, sub num.4.ff.vti possid. & Rot.in d. Lu-
nen.Sarzan.coram me.*

Non obstat, quòd possessio Francisci videatur iu-
sta, ex quo fuit capta in vim mandati de immittendo
A.C. quia cùm † A.C. iniustè processerit non priua- 3
uit Petrum sua possessione, *Bart.in l.1.§.huiusmodi, n.
1.ff.vti possid. Ang.in l.clam possidere,§. qui ad nundin.
n.2.ff.de acq poss. Abb.in cap.cum causa in 4.notab.de off.
delegat. Caputaq.decis.18.par.3 Rot.decis.802.n.7.par.1.
diuers.Greg.XV.decis. 69. num.3. & in Rom.Domus de
Blanchis, 10.Maij 1619.coram b.m.Buratto,* † vbi quòd 4
passim Rota aduersus huiusmodi factum Iudicis nul-
liter, & iniustè procedentis, dat manutentionem, &
fuit dictum *in Maioricen.benef. 24.Nouemb.1610. co-
ram b.m.Patriarcha Manzanedo.*

Quòd autem A. C. non rite processerit, videtur
clarú, quia gratia Apostolica Francisci fuit cum clau-
sula *dummodo non sit alteri ius quæsitum*, † quæ etiam 5
non expressa semper subintelligitur *cap.cum M.Fer-
rariensis verb.mandamus,* & ibi *Abb.num.5.& Felin.n.
6.de constit.* † & reddit gratiam conditionalem, *Sar-* 6
*nens.in reg.de iure quæsit.q 1.num 41.Rebuff.in form.nou.
prouis.verb.dummodo,num.5.Mandos.in reg.de iur.quæ-
sit.quæst.2.n.8.* Petro autem erat ius quæsitum ex an-
teriori possessione Nuntij Hispaniarum cum posses-
sione inde secuta, quæ ei suffragatur, † cùm ex con- 7
fessione Francisci, & ex testium depositionibus desu-
per examinatorum, benè fuerit iustificata vacatio in
mense reseruato, † & quòd beneficium hoc prout 8
fuit narratum, non excedit valorem 24.ducatorum
iuxta notorias Nuntij facultates, *Garz.de benef.par.5.
cap.3.n.82.Gonzal.ad reg.8. §.2. præm. num. 56.* Non
obstat, † quòd Petrus amiserit possessionem, dum præ- 9
stitit patientiam, quòd illam acciperet Franciscus,
quia cùm illud fecerit ob reuerétiam litterarum Apo-
stolicarum, & metu censurarum, prout ipse expressè
declarauit, & fuit protestatus, non amisit ciuilem pos-
sessionem, sed eam animo retinuit, quæ sufficit ad ef-
fectum manutentionis, *Io. Fab.in §.retinendæ,nu.21.In-
stit.de Interd.Menoch.de retin.remed.3. num.22. Rot.de-
cis.19.n.12 par.2.diuers.* & in puncto *decis.319. num.1.
in fine, par.1.recent.*

Et ita, &c.

Palentina Anniuersarij.

Lun. 29. Nouemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Testator si instituit anniuersaria, & ad illa vo-
cauit proximiores consanguineos, an, &
quando attendi debeat proximitas funda-
toris, vel vltimi possessoris breuiter, sed di-
lucidè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Testator quando non dicatur respexisse ad conserua-
tionem agnationis.*
2 *Proximiorum appellatione veniunt tam agnati, quàm
cognati.*

3 Parentela,

5 *Parentela verbum comprehendit tam descendentes ex masculis, quàm ex fœminis.*
4 *Domus Cippi, & generis appellatione de consuetudine Hispaniæ, veniunt etiam fœmina, & descendentes ab eu, quod declara vt ibidem.*
5 *Proximitas vltimi possessoris attendi debet in fideicommissis, & maioratibus.*
6 *Fallit in successione anniuersariorum, & cappellaniarum, aliorúmque operum piorum, in quibus attenditur proximitas fundatoris, non vltimi Cappellani. Contrarium verò resoluitur in decisione.*
7 *Canal. quæst. 398. declaratur.*
8 *Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 19. explicatur.*

DECISIO CXV.



DOMINI persistendo in decisis 9. Decembris 1626. coram Reuerendissimo D. meo Decano, resoluerunt Alphonso Barbæ cognato, & in gradu remotiori testatori, proximiori tamen vltimo possessori deberi anniuersaria, de quibus agitur, non autem Ioanni Perez, eidem testatori agnato, & in gradu proximiori. Ratio

1 decisionis fuit, quia † testator non habuit ratione ad conseruationis, quia erat Sacerdos, & primo loco vocauit cognatos & nullum fecit verbum in sua dispositione de agnatione, sed post nominatim vocatos,
2 voluit succedere consanguineos proximiores, † quorum appellatione veniunt tam agnati, quàm cognati, *Bald. Tiraq.* & alij plures congesti per *Mierez de maiorat. 2. par. quæst. 6. n. 299. cum pluribus seqq.* vt benè in dicta decisione, quod clarius denotasse videtur idem testator, ibi, *quod si fuerint duo, vel plures consanguinei clerici in equali gradu parentelæ, &c.* † Quod verbum
3 parentela comprehendit tam descendentes ex masculis, quàm ex fœminis, *Soccin. sen. cons. 37. n. 9. & 12. lib. 3. & Mierez vbi supra, par. 1. q. 53. n. 219.*

Neque obstat, quòd non vocauit simpliciter consanguineos proximiores, sed cum qualitate, quòd illi sint de cippo, vulgò *tronco*, quæ verba cùm non possint intelligi de cippo, & trunco effectiuè, ex quo testator erat Sacerdos, videtur, quod intelligi debeant contentiuè, perinde ac si dixisset de linea paterna, seu de suo genere, quia quicquid sit in terminis iuris cõ-
4 munis, † hoc vnum certum est de consuetudine Hispaniæ appellatione domus, cippi, & generis, venire etiam fœminas, & descendentes ab eis, itavt isti non eiudantur propter masculos, seu agnatos, quãdo aliunde, vt hic, non apparet, testatorem agnationem respexisse, *Burgos de Paz. in prœm. legum Tauri, n. 118. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 4. num. 10.* & alij in decisione allegati, *Greg. Lopez in l. 3. tit. 13. in glos. verb. Mugeres, in vers. succedit etiam quæstio:* & accedit quòd licèt testator in principio dixerit de meo cippo, postea tamen se declarat ibi, *qui procedat de cippo*, vulgo tronco, vnde non se restrinxit ad truncum, sed ad descendentes ex eo, quales sunt ex fœminis descendentes, vt benè in dicta decisione.

5 Non obstat, quòd † licèt in fideicommissis, & in maioratibus, sit attendenda proximitas vltimi possessoris iuxta magis communem opinionem, quam Rota
6 sequitur; † non tamen in successione anniuersariorum, & Cappellaniarum, & aliorum operum piorum, in quibus attendi debet proximitas fundatoris, non vltimi Cappellani, *Garz. de benefic. par. 7. cap. 15. num. 19.*
7 vbi allegat *Canall. q. 398.* quia † *Canall.* hoc non dicit, imò contrarium, dum vult, in cappellaniis, & anniuersariis successionem regulari, prout in fideicom-
8 missis; † *Garzias* verò clarè dicit, quòd quando vocationes ad cappellanias, seu ad Anniuersaria sunt ad instar maioratuum, vt, per verba futuri temporis generis, cippi, & aliorum similium, vt in casu nostro attendi etiam debet proximitas vltimi possessoris, sicut in fideicommissis, & maioratibus, sed in casu nostro versamur in claris, ex quo testator expresse dixit, quòd si fuerint duo, aut plures consanguinei, in æquali gradu vltimo possessori, procedentes de cippo, seu tronco, presbyter præferatur diacono, & diaconus subdiacono: Vnde patet, quòd testator voluit, vt attendatur proximitas vltimi possessoris.

Cætera verò aut non obstant, aut fuit illis plenissimè satisfactum in prædicta decisione Reuerendiss. D. mei Decani in hac causa facta.

Et ita vtraque, &c.

Pampilonen. Parochialis.

Ven. 3. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Aliqua de transportatione actorum de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Transportari non debent, nisi acta sententia, de* [r]*ax. de*
fuit appellatum, & que petitur reuocari. [n]*sf. 1. qui*
2 *Acta irreleuantia, non sunt transportanda.* quia hoc
3 *Relationi Verificatorum standum est iuxta*[c]e de dis-
tiones synodales, maximè dum illi sunt [...]atione Or-
electi. [...]mpradictis,
4 *Constitutiones synodales attendi debent,* [...]e Clericatu,
[...]r Vicario at-

DECISIO CXV[I] [...]nsandi, quan-



[...]ius præiudicio
DOMINI persistendo in [...]bet de ipsa dis-
Iunij, 1627. resoluerunt a [...] necessatio, *arg.*
[...]tini Alduzin non co[...] *legat. & l. Procu-*
r[...]stitutionis in integr[...]ntia *Rebuffi*, dixit
[...]arrinum de Valcar[...] *ns coram R. P. D.*
& motiuis de[...]cionis. [...]*aphinus* dicunt cõ-
Neque obstat prætensus defec[...]*one* 625. non loqui-
actorum nempe quatuor foliorum[...]sed de impedimento
voto Regio vota 26. quibus e[...]bi, non est eadem ra-
bat Válcarlos eius vota supera[...]t. non concludit id, ad
placuit responsio decisiunis [...]e dispensatione ad ef-
runt sublata per Iudices laic[...]Ecclesiasticas, & facta à
pilonen. à quo fuit appella[...] non autem ab Episcopu
illis † quæ propterea non [...]quando illegitimus tene-
sed solùm acta sententiæ, [...]ispensatione per literas se-
decis. 341. num. 3. inter impr[...]in Horatio, qui vitta Vicarij 15
Et cessat omnis diffic[...]a quasi possessione, *Add. ad*
transportationis nullo [...]*it. in non.* & præterim, vt su-
releuantia solùm præte[...]idicio executiuo, *Mascard de*
citur, continebant p[...] *& Vincent. de Franch. decis. 18*[...]
etiam admissis ad fau
vota computentur, s[...]ar, † quòd cùm D. Cardinalis sir
verificatorum, seu [...]Horatium actorem ad ed[...]ndum.
sensu electorum, q[...]tas literas Apostolicas a[...] f[...]ndan-
dales standum est [...]ionem, in quibus vt prætenditur,
quia si illa consid[...]d pensiones, non tamen super Ca-
hoc est excussa si[...]*reg. rex. in l. fin. C. de edend.* vbi *Bart.*
vota 71. Valcar[...]*actores*, quia cessat æquitas, in qua fun-
excussa tantùm[...]o dictæ legis, dum dispensatio p[...]o-
rò 21. & claru[...]quiri, & haberi ex libris Cancella-
putatione, s[...] talis editio sic exacta facta non rele-
votorum. † [...] † per eam non tolleretur præsum ptio, 17
vti inutilis[...]r ex assertione Ordinarij, cùm detur
cis. 164. n. 5[...]tio titulorum, itavt Horatius ex dicta

 enuncia

queus.decis.186.par.3. & Greg.XV.decis.136.num 2.

6 Non obstat, † quòd Comites Lambertini sint creditores;& ideò illis competat retentio, donec fuerint satisfacti de eorum credito, *Bald.in l.fundus, qui Lucy Tity in antiqua lectur.ff.de rescind.vend. per illum text. glos.in l.si non fortem,§.si centum ff.de cond.indeb. Surd.*

7 *decis.46.n.7.* quia quicquid sit de hac opinione, † illa non intrat in casu nostro; cùm enim executio facta fuerit de anno 1616. & Comes Guido Antonius, & eius hæredes cœperint fructus vsque hodie, eorum creditum aut fuit extinctum, aut saltem non est liquidum: Vnde non intrat dicta opinio, sed cessat retentio, *Rot.decis.433.num.4.par.2.recent.* vbi etiam, quòd dicta fructuum perceptio facit, vt creditum dicatur illiquidum.

Quibus accedit, quòd pretensum creditum est diuersum ab eo, ex quo fuit data immissio, vt fuit fir-

8 matum in prima decisione in hac causa facta:† retentio autem in his terminis solùm datur creditori, quando bona ad eum peruenerunt ex eadem causa illius crediti, pro quo vult retinere, secus si ex diuersa, *Bald.in l.si non fortem,§.si centum in fin.ff.de condit.indeb. Idem Castrens.in l.si petenti,n.3. ff.de pignerat.act. Surd.d.decis.46.num.12.*

Et ita, vtraque, &c.

Barchinonen. Beneficij.

Ven. 26. Nouembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis manutenibilis est, alio non existente in possessione.*

2 *Possessio antiquior est manutenenda, non autem recentior.*

Possessio recentior præsumitur iniusta.

3 *Iudex iniustè procedens, non priuat possessione.*

4 *Rota dat passim manutentionem aduersus factum iudicis nulliter, & iniustè procedentis.*

5 *Clausula* dummodo non sit alteri ius quæsitum, *subintelligitur etiam non expressa.*

6 *Et reddit gratia in conditionalem.*

7 *Vacatio in mense reseruato probatur ex testibus desuper examinatis, & ex confessione partis.*

Valor beneficij probatur ex testibus, & partis confessione.

8 *Nuntius Hispaniarum potest conferre beneficia, quæ non excedunt valorem 24. ducat.*

9 *Possessio ciuilis non amittitur, si quis metu censurarum passus fuerit, vt aduersarius acciperet possessionem.*

Possessio ciuilis animo retenta sufficit pro manutentione.

DECISIO CXIV.



1 FVIT resolutum Petro informanti dandum esse mandatum de manutenendo, quia constat de eius possessione instrumentali, † quæ alio non possidente est manutenibilis, *l.pradia, vbi Bart.ff.de acquir.poss.l.non idcirco; vbi Bald.C.de fid.instr. Rot.decis.202.num.3.par.1.diuers.& decis.92.nu.1.par.1.recent. & in Lunen.Sarzanen.benef.13.Iunij.1625.coram me.*

Non obstat prætensa possessio Francisci, quia fuit posterior, cùm Petrus adeptus fuerit possessionem die 30. Iunij 1612. Franciscus autem die 24. Maij 1614.

† Vnde possessio Petri vti antiquior est manutenenda, non autem possessio Francisci recentior, quæ ideò 2 præsumitur iniusta, *cap.licet causam:* vbi *D.D.de prob. Bart.in l.si duo, sub num.4.ff.vti possid.& Rot.in d.Lunen.Sarzan.coram me.*

Non obstat, quòd possessio Francisci videatur iusta, ex quo fuit capta in vim mandati de immittendo A.C. quia cùm † A.C. iniustè processerit non priuauit Petrum sua possessione, *Bart.in l.1.§.huiusmodi, n. 1.ff.vti possid.Ang.in l.clam possidere,§. qui ad nundin. n.1.ff.de acq poss. Abb.in cap cum causa in 4.notab.de off. delegat.Caputaq.decis.18.par.3 Rot.decis.802.n.7.par.1. diuers.Greg.XV.decis.69. num.3. & in Rom.Domus de Blanchis,10.Maij 1619.coram b.m.Buratto.*† vbi quòd 3 4 passim Rota aduersus huiusmodi factum Iudicis nulliter,& iniustè procedentis, dat manutentionem, & fuit dictum *in Maioricen.benef.24.Nouemb.1610. coram b.m.Patriarcha Manzanedo.*

Quòd autem A. C. non ritè processerit, videtur clarũ, quia gratia Apostolica Francisci fuit cum clausula *dummodo non sit alteri ius quæsitum,* † quæ etiam 5 non expressa semper subintelligitur *cap cum M. Ferrariensis verb.mandamus,* & ibi *Abb.num.5.& Felin.n. 6.de constit.* † & reddit gratiam conditionalem, *Sarnensis in reg.de iure quæsit.q 1.num 41.Rebuff.in form.nou. promis.verb.dummodo,num.5.Mandos.in reg.de iur.quæsit.quæst.2.n.8.* Petro autem erat ius quæsitum ex anteriori possessione Nuntij Hispaniarum cum possessione inde secuta, quæ ei suffragatur, † cùm ex confessione Francisci,& ex testium depositionibus desuper examinatorum, benè fuerit iustificata vacatio in mense reseruato, † & quòd beneficium hoc prout fuit narratum, non excedit valorem 24.ducatorum iuxta notorias Nuntij facultates, *Garz.de benef.par.5. cap.3.n.82.Gonzal.ad reg.8. §.2. prem. num. 56.* Non obstat,† quòd Petrus amiserit possessionem, dum præstitit patientiam, quòd illam acciperet Franciscus, quia cùm illud fecerit ob reuerẽtiam litterarum Apostolicarum, & metu censurarum, prout ipse expressè declarauit,& fuit protestatus, non amisit ciuilem possessionem, sed eam animo retinuit, quæ sufficit ad effectum manutentionis, *Io.Fab.in §.retinenda,nu.21.Instit.de Interd.Menoch.de retin.remed.3. num.22. Rot.decis.19.n.12 par.2.diuers.*& in puncto *decis.319. num.1. in fine,par.1.recent.* 6 7 8 9

Et ita, &c.

Palentina Anniuersarij.

Lun. 29. Nouemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Testator si instituit anniuersaria,& ad illa vocauit proximiores consanguineos, an, & quando attendi debeat proximitas fundatoris, vel vltimi possessoris breuiter, sed dilucidè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Testator quando non dicatur respexisse ad conseruationem agnationis.*

2 *Proximiorum appellatione veniunt tam agnati, quàm cognati.*

3 Parentela.

3 Parentela, *verbum, comprehendit tam descendentes ex masculis, quam ex fœminis.*
4 *Domus Cippi, & generis appellatione de consuetudine Hispania, veniunt etiam fœmina, & descendentes ab eis, quod declara vt ibidem.*
5 *Proximitas vltimi possessoris attendi debet in fideicommissis, & maioratibus.*
6 *Fallit in successione anniuersariorum, & cappellaniarum, aliorúmque operum piorum, in quibus attenditur proximitas fundatoris, non vltimi Cappellani. Contrarium verò resoluitur in decisione.*
7 *Cenal. quest. 398. declaratur.*
8 *Garz. de benef. par. 7. cap. 5 5. num. 19. explicatur.*

DECISIO CXV.



DOMINI persistendo in decisis 9.
Decembris 1626. coram Reuerendis-
simo D. meo Decano, resoluerunt
Alphonso Barbæ cognato, & in gra-
du remotiori testatori, proximiori
tamen vltimo possessori deberi an-
niuersaria, de quibus agitur, non autem Ioanni Perez,
eidem testatori agnato, & in gradu proximiori. Ratio
1 decisionis fuit, quia † testator non habuit rationē ad
conseruationis, quia erat Sacerdos, & primo loco vo-
cauit cognatos & nullum fecit verbum in sua dispo-
sitione de agnatione, sed post nominatim vocatos,
2 voluit succedere consanguineos proximiores, † quo-
rum appellatione veniunt tam agnati, quàm cognati,
Bald Tiraq & alij plures congesti per *Mierez de ma-
ior. 1. 2. par. quest. 6. n. 299. cum pluribus seqq.* vt benè in
dicta decisione, quod clariùs denotasse videtur idem
testator, ibi, *quòd si fuerint duo, vel plures consanguinei
clerici in equali gradu parentele, &c.* † Quod verbum
3 parentela comprehendit tam descendentes ex mascu-
lis, quàm ex fœminis, *Soccin. sen. cons. 37. n. 9. & 12. lib. 3.
& Mierez. vbi supra, par. 1. q. 53. n. 219.*

Neque obstat, quòd non vocauit simpliciter con-
sanguineos proximiores, sed cum qualitate, quòd illi
sint de cippo, vulgò *tronco*, quæ verba cùm non pos-
sint intelligi de cippo, & trunco effectiuè, ex quo te-
stator erat Sacerdos, videtur, quod intelligi debeant
contentiuè, perinde ac si dixisset de linea paterna, seu
de suo genere, quia quicquid sit in terminis iuris cō-
4 munis, † hoc vnum certum est de consuetudine His-
paniæ appellatione domus, cippi, & generis, venire
etiam fœminas, & descendentes ab eis, itavt isti non
eludantur propter masculos, seu agnatos, quādo aliun-
de, vt hîc, non apparet, testatorem agnationem respe-
xisse, *Burgos de Paz. in proœm. legum Tauri, n. 118. Mo-
lin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 4. num. 10.* & alij in de-
cisione allegati, *Greg. Lopez in l. 3. tit. 13. in glos. verb.
Mugeres, in vers. succedit etiam questio:* & accedit quòd
licèt testator in principio dixerit de meo cippo, post-
ea tamen se declarat ibi, *qui procedat de cippo*, vulgo
tronco, vnde non se restrinxit ad truncum, sed ad des-
cendentes ex eo, quales sunt ex fœminis descenden-
tes, vt benè in dicta decisione.

5 Non obstat, quòd † licèt in fideicommissis, & in
maioratibus, sit attendenda proximitas vltimi posses-
soris iuxta magis communem opinionem, quam Rota
6 sequitur; † non tamen in successione anniuersariu-
rum, & Cappellaniarum, & aliorum operum piorum,
in quibus attendi debet proximitas fundatoris, non vl-
timi Cappellani, *Garz. de benefic. par. 7. cap. 15. num. 19.*
7 vbi allegat *Cauall. q. 398.* quia † *Cauall.* hoc non dicit,
imò contrarium. dum vult; in cappellaniis, & anni-
uersariis successionem regulari, prout in fideicom-
8 missis; † *Garzias* verò clarè dicit, quòd quando voca-
tiones ad cappellanias, seu ad Anniuersaria sunt ad in-
star maioratuum, vt, per verba futuri temporis gene-
ris, cippi, & aliorum similium, vt in casu nostro at-
tendi etiam debet proximitas vltimi possessoris, sicut
in fideicommissis, & maioratibus, sed in casu nostro
versamur in claris, ex quo testator expresè dixit, quòd
si fuerint duo, aut plures consanguinei, in æquali
gradu vltimo possessori, procedentes de cippo, seu
tronco, presbyter præferatur diacono, & diaconus
subdiacono: Vnde patet, quòd testator voluit, vt at-
tendatur proximitas vltimi possessoris.

Cætera verò aut non obstant, aut fuit illis plenis-
simè satisfactum in prædicta decisione Reuerendiss.
D. mei Decani in hac causa facta.

Et ita vtraque, &c.

Pampilonen. Parochialis.

Ven. 3. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Aliqua de transportatione actorum de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Transportari non debent, nisi acta sententia, à qua fuit appellatum, & que petitur reuocari.*
2 *Acta irrelevantia, non sunt transportanda.*
3 *Relationi Verificatorum standum est iuxta constitutiones synodales, maximè dum illi sunt à partibus electi.*
4 *Constitutiones synodales attendi debent, & num. 5.*

DECISIO CXVI.



DOMINI persistendo in decisis die 21.
Iunij, 1627. resoluerunt ad fauorem Mar-
tini Alduzin non constare de causis
restitutionis in integrum prætensis per
partium de Valcarlos ex rationibus,
& motiuis decisionis.

Neque obstat prætensus defectus transportationis
actorum nempe quatuor foliorum continentium cum
voto Regio vota 26. quibus computatis prætende-
bat Valcarlos eius vota superare vota Alduzin, quia
placuit responsio decisionis, quòd dicta folia fue-
runt sublata per Iudices laicos, & Ordinarius Pam-
pilonen. à quo fuit appellatum, pronunciauit sine
illis † quæ propterea non debuerunt transportari, 1
sed solùm acta sententiæ, quæ petitur reuocari, *Rot.
decis. 341. num. 3. inter impress. post cons. Farin.*

Et cessat omnis difficultas, quia prætensus defectus
transportationis nullo modo releuat, quandoquidem
irreleuantia solùm prætenditur, ex quo folia illa, vt di-
citur, continebant prædicta vota 26. & tamen illis
etiam admissis ad fauorem Valcarlos, & vtcúmque
vota computentur, semper Alduzin iuxta relationem
verificatorum, seu præsentatorum de partium con-
sensu electorum, quibus iuxta Constitutiones Syno-
dales standum est, habet maiorem partem votorum,
quia si illa considerentur materialiter, & in confuso,
hoc est excussa simul cum non excussis, Alduzin habet
vota 71. Valcarlos verò 64. Si verò attendantur vota
excussa tantùm, Alduzin habet vota 31. Valcarlos ve-
rò 21. & clarum est, quod in hac Verificatorum com-
putatione, seu relatione, fuit habita ratio omnium
votorum. † Vnde prætensus defectus transportationis 2
vti inutilis, & irreleuans, non est attendendus, *Rot. de-
cis. 164. n. 5 p. 2. recent. & Greg. XV. decis. 508. n. 10.*

quenf.decif.186.par.3. & Greg.XV.decif.136,num 2.
6 Non obstat, † quòd Comites Lambertini sint cre-
ditores;& ideò illis competat retentio, donec fuerint
satisfacti de eorum credito, *Bald.in l.fundus, qui Lucy
Tity in antiqua lectur.ff.de rescind.vend. per illum text.
glos.in l.si non sortem,§.si centum,ff.de cond.indeb. Surd.*
7 *decis.46.n.7.* quia quicquid sit de hac opinione, † illa
non intrat in casu nostro; cùm enim executio fa-
cta fuerit de anno 1616. & Comes Guido Antonius,
& eius hæredes cœperint fructus vsque hodie, eorum
creditum aut fuit extinctum, aut saltem non est liqui-
dum: Vnde non intrat dicta opinio, sed cessat reten-
tio, *Rot.decis.433.num.4.par.2.recent.* vbi etiam, quòd
dicta fructuum perceptio facit, vt creditum dicatur il-
liquidum.

Quibus accedit, qoòd pretensum creditum est di-
uersum ab eo, ex quo fuit data immissio, vt fuit fir-
8 matum in prima decisione in hac causa facta: † reten-
tio autem in his terminis solùm datur creditori,
quando bona ad eum peruenerunt ex eadem causa il-
lius crediti, pro quo vult retinere, secus si ex diuersa,
*Bald.in l.si non sortem,§.si centum in fin.ff.de condit.in-
deb. Idem Castrens.in l.si petens,n.3. ff.de pignorat.act.
Surd.d.decis.46.num.12.*

Et ita, vtraque, &c.

Barchinonen. Beneficij.

Ven. 26. Nouembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis manutenibilis est, alio non exi-
stente in possessione.*
2 *Possessio antiquior est manutenenda, non autem recen-
tior.*
Possessio recentior presumitur iniusta.
3 *Iudex iniustè procedens, non priuat possessione.*
4 *Rota dat passim manutentionem aduersus factum
iudicis nulliter, & iniustè procedentis.*
5 *Clausula* dummodo non sit alteri ius quæsitum,
subintelligitur etiam non expressa.
6 *Et reddit gratia in conditionalem.*
7 *Vacatio in mense reseruato probatur ex testibus desu-
per examinatis, & ex confessione partis.*
*Valor beneficij probatur ex testibus, & partis confes-
sione.*
8 *Nuntius Hispaniarum potest conferre beneficia, quæ
non excedunt valorem 24. ducat.*
9 *Possessio ciuilis non amittitur, si quis metu censura-
rum passus fuerit, vt aduersarius acciperet posses-
sionem.*
*Possessio ciuilis animo retenta sufficit pro manuten-
tione.*

DECISIO CXIV.

FVIT resolutum Petro informanti dan-
dum esse mandatum de manutenendo,
quia constat de eius possessione instru-
1 mentali, † quæ alio non possidente est
manutenibilis, *l.prædia,* vbi *Bart.ff.de ac-
quir poss.l.non idcirco;* vbi *Bald.C.de fid.instr. Rot.decis.
202.num.3.par.1.diuers.& decis.92.nu.1.par.1. recent.
& in Lunen.Sarzanen.benef.13.Iunij,1625.coram me.*

Non obstat prætensa possessio Francisci, quia fuit
posterior, cùm Petrus adeptus fuerit possessionem die
30. Iunij 1612. Franciscus autem die 24. Maij 1624.
† Vnde possessio Petri vti antiquior est manutenen- 2
da, non autem possessio Francisci recentior, quæ ideò
præsumitur iniusta, *cap.licet causam:* vbi *D.D.de prob.
Bart.in l.si duo, sub num 4.ff.vti possid. & Rot.in d.Lu-
nen.Sarzan.coram me.*

Non obstat, quòd possessio Francisci videatur iu-
sta, ex quo fuit capta in vim mandati de immittendo
A.C. quia cùm † A.C. iniustè processerit non priua- 3
uit Petrum sua possessione, *Bart.in l.1.§.huiusmodi, n.
1.ff.vti possid. Ang.in l.clam possidere,§. qui ad nundin.
n.2.ff.de acq poss. Abb.in cap cum causa in 4.notab.de off.
delegat. Capntaq.decis.18.par.3 Rot.decis.802.n.7.par.1.
diuers. Greg.XV.decis. 69. num.3. & in Rom. Domus de
Blanchis, 10. Maij 1619. coram b.m. Buratto,* † vbi quòd 4
passim Rota aduersus huiusmodi factum Iudicis nul-
liter, & iniustè procedentis, dat manutentionem, &
fuit dictum in *Maioricen.benef. 24. Nouemb. 1610. co-
ram b.m. Patriarcha Manzanedo.*

Quòd autem A. C. non ritè processerit, videtur
clarū, quia gratia Apostolica Francisci fuit cum clau-
sula *dummodo non sit alteri ius quæsitum,* † quæ etiam 5
non expressa semper subintelligitur *cap.cum M. Fer-
rariensis verb.mandamus,* & ibi *Abb.num.5.& Felin.n.
6.de constit.* † & reddit gratiam conditionalem, *Sar- 6
nens.in reg.de iure quæsit.q 1.num.41. Rebuff.in form.nou.
prouis.verb.dummodo, num.5. Mandos.in reg.de iur.quæ-
sit.quæst.2.n.8.* Petro autem erat ius quæsitum ex an-
teriori possessione Nuntij Hispaniarum cum posses-
sione inde secuta, quæ ei suffragatur, † cùm ex con- 7
fessione Francisci, & ex testium depositionibus desu-
per examinatorum, benè fuerit iustificata vacatio in
mense reseruato, † & quòd beneficium hoc prout 8
fuit narratum, non excedit valorem 24. ducatorum
iuxta notorias Nuntij facultates, *Garz.de benef.par.5.
cap.3.n.82. Gonzal.ad reg.8. §.2. prœm. num. 56.* Non
obstat, † quòd Petrus amiserit possessionem, dum præ- 9
stitit patientiam, qoòd illam acciperet Franciscus,
quia cùm illud fecerit ob reuerētiam litterarum Apo-
stolicarum, & metu censurarum, prout ipse expressè
declarauit, & fuit protestatus, non amisit ciuilem pos-
sessionem, sed eam animo retinuit, quæ sufficit ad ef-
fectum manutentionis, *Io.Fab.in §.retinendæ, nu.21. In-
stit.de Interd. Menoch.de retin.remed.3. num 22. Rot.de-
cis.19.n.12 par.2.diuers.* & in puncto *decis.319. num.1.
in fine, par.1.recent.*

Et ita, &c.

Palentina Anniuersarij.

Lun. 29. Nouemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Testator si instituit anniuersaria, & ad illa vo-
cauit proximiores consanguineos, an, &
quando attendi debeat proximitas funda-
toris, vel vltimi possessoris breuiter, sed di-
lucidè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Testator quando non dicatur respexisse ad conserua-
tionem agnationis.*
2 *Proximiorum appellatione veniunt tam agnati, quàm
cognati.*

3 Parentela,

3 Parentela, *verbum, comprehendit tam descendentes ex masculis, quàm ex fœminis.*
4 *Domus Cippi, & generis appellatione de consuetudine Hispaniæ, veniunt etiam fœmina, & descendentes ab eis, quod declara vt ibidem.*
5 *Proximitas vltimi possessoris attendi debet in fideicommissis, & maioratibus.*
6 *Fallit in successione anniuersariorum, & cappellaniarum, aliorúmque operum piorum, in quibus attenditur proximitas fundatoris, non vltimi Cappellani. Contrarium verò resoluitur in decisione.*
7 *Cenal. quest. 398. declaratur.*
8 *Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 19. explicatur.*

DECISIO CXV.

DOMINI persistendo in decisis 9.
Decembris 1626. coram Reuerendissimo D. meo Decano, resoluerunt
Alphonso Barbæ cognato, & in gradu remotiori testatori, proximiori
tamen vltimo possessori deberi anniuersaria, de quibus agitur, non autem Ioanni Perez,
eidem testatori agnato, & in gradu proximiori. Ratio
1 decisionis fuit, quia † testator non habuit rationẽ ad
conseruationis, quia erat Sacerdos, & primo loco vocauit cognatos & nullum fecit verbum in sua dispo-
sitione de agnatione, sed post nominatim vocatos,
2 voluit succedere consanguineos proximiores, † quo-
rum appellatione veniunt tam agnati, quàm cognati,
Bald Tiraq & alij plures congesti per *Mierez. de maiorat. 2. par. quæst. 6. n. 299. cum pluribus seqq.* vt benè in
dicta decisione, quod clariùs denotasse videtur idem
testator, ibi, *quòd si fuerint duo, vel plures consanguinei
clerici in æquali gradu parentelæ, &c.* † Quod verbum
3 parentela comprehendit tam descendentes ex mascu-
lis, quàm ex fœminis, *Soccin. sen. cons. 37. n. 9. & 12. lib. 3.
& Mierez. vbi supra, par. 1. q. 54. n. 219.*

Neque obstat, quòd non vocauit simpliciter consanguineos proximiores, sed cum qualitate, quòd illi
sint de cippo, vulgò *troneo*, quæ verba cùm non possint intelligi de cippo, & trunco effectiuè, ex quo testator erat Sacerdos, videtur, quod intelligi debeant
contentiuè, perinde ac si dixisset de linea paterna, seu
de suo genere, quia quicquid sit in terminis iuris cõ-
4 munis, † hoc vnum certum est de consuetudine Hispaniæ appellatione domus, cippi, & generis, venire
etiam fœminas, & descendentes ab eis, itavt isti non
eludantur propter masculos, seu agnatos, quãdo aliunde, vt hic, non apparet, testatorem agnationem respexisse, *Burgos de Paz. in proœm. legum Tauri, n. 118. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 4. num. 10.* & alij in decisione allegati, *Greg. Lopez in l. 3. tit. 13. in glos. verb.
Mugeres, in vers. succedit etiam quæstio:* & accedit quòd
licèt testator in principio dixerit de meo cippo, postea tamen se declarat ibi, *qui procedat de cippo*, vulgo
troneo, vnde non se restrinxit ad truncum, sed ad descendentes ex eo, quales sunt ex fœminis descendentes, vt benè in dicta decisione.

5 Non obstat, quòd † licèt in fideicommissis, & in
maioratibus, sit attendenda proximitas vltimi possessoris iuxta magis communem opinionem, quam Rota
6 sequitur; † non tamen in successione anniuersariorum, & Cappellaniarum, & aliorum operum piorum,
in quibus attendi debet proximitas fundatoris, non vltimi Cappellani, *Garz. de benefic. par. 7. cap. 15. num. 19.*
7 vbi allegat *Canall. q. 398.* quia † *Canall.* hoc non dicit,
imò contrarium, dum vult; in cappellaniis, & anniuersariis successionem regulari, prout in fideicom-
8 missis, † *Garzias* verò clarè dicit, quòd quando vocationes ad cappellanias, seu ad Anniuersaria sunt ad instar maioratuum, vt, per verba futuri temporis generis, cippi, & aliorum similium, vt in casu nostro attendi etiam debet proximitas vltimi possessoris, sicut
in fideicommissis, & maioratibus, sed in casu nostro
versamur in claris, ex quo testator expressè dixit, quòd
si fuerint duo, aut plures consanguinei, in æquali
gradu vltimo possessori, procedentes de cippo, seu
tronco, presbyter præferatur diacono, & diaconus
subdiacono: Vnde patet, quòd testator voluit, vt attendatur proximitas vltimi possessoris.

Cætera verò aut non obstant, aut fuit illis plenissimè satisfactum in prædicta decisione Reuerendiss. D. mei Decani in hac causa facta.

Et ita vtraque, &c.

Pampilonen. Parochialis.

Ven. 3. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Aliqua de transportatione actorum de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Transportari non debent, nisi acta sententiæ, à qua fuit appellatum, & quæ petitur reuocari.*
2 *Acta irreleuantia, non sunt transportanda.*
3 *Relationi Verificatorum standum est iuxta constitutiones synodales, maximè dum illi sunt à partibus electi.*
4 *Constitutiones synodales attendi debent, & num. 5.*

DECISIO CXVI.

DOMINI persistendo in decisis die 21.
Iunij, 1627. resoluerunt ad fauorem Martini Alduzin non constare de causis
restitutionis in integrum prætensis per
Martinum de Valcarlos ex rationibus,
& motiuis decisionis.

Neque obstat prætensus defectus transportationis
actorum nempe quatuor foliorum continentium cum
voto Regio vota 26. quibus computatis prætendebat Valcarlos eius vota superare vota Alduzin, quia
placuit responsio decisionis, quòd dicta folia fuerunt sublata per Iudices laicos, & Ordinarius Pampilonen. à quo fuit appellatum, pronunciauit sine
illis † quæ propterea non debuerunt transportari, 1
sed solùm acta sententiæ, quæ petitur reuocari, *Rot.
decis. 341. num. 3. inter impress. post cons. Farin.*

Et cessat omnis difficultas, quia prætensus defectus
transportationis nullo modo releuat, quandoquidem
irreleuantia solùm prætenditur, ex quo folia illa, vt dicitur, continebant prædicta vota 26. & tamen illis
etiam admissis ad fauorem Valcarlos, & vtcùmque
vota computentur, semper Alduzin iuxta relationem
verificatorum, seu præsentatorum de partium consensu electorum, quibus iuxta Constitutiones Synodales standum est, habet maiorem partem votorum,
quia si illa considerentur materialiter, & in confuso,
hoc est excussa simul cum non excussis, Alduzin habet
vota 71. Valcarlos verò 64. Si verò attendantur vota
excussa tantùm, Alduzin habet vota 31. Valcarlos verò 21. & clarum est, quod in hac Verificatorum computatione, seu relatione, fuit habita ratio omnium
votorum. † Vnde prætensus defectus transportationis 2
vti inutilis, & irreleuans, non est attendendus, *Rot. decis. 164. n. 5 p. 2. recent. & Greg. XV. decis. 508. n. 10.*

quen∫.deci∫.186.par.3. & Greg.XV.deci∫.136.num 2.
6 Non obstat, † quòd Comites Lambertini ∫int creditores; & ideò illis competat retentio, donec fuerint ∫atisfacti de eorum credito, *Bald.in l.fundus, qui Lucy Titij in antiqua lectur.ff.de re∫cind.vend. per illum text. glo∫.in l.∫i non ∫ortem,§.∫i centum,ff.de cond.indeb. Surd.*
7 *deci∫.46.n.7.* quia quicquid ∫it de hac opinione, † illa non intrat in ca∫u no∫tro; cùm enim executio facta fuerit de anno 1616. & Comes Guido Antonius, & eius hæredes cœperint fructus v∫que hodie, eorum creditum aut fuit extinctum, aut ∫altem non e∫t liquidum: Vnde non intrat dicta opinio, ∫ed ce∫∫at retentio, *Rot.deci∫.433.num.4.par.2.recent.* vbi etiam, quòd dicta fructuum perceptio facit, vt creditum dicatur illiquidum.

Quibus accedit, quòd prætensum creditum e∫t diuer∫um ab eo, ex quo fuit data immi∫∫io, vt fuit fir-
8 matum in prima deci∫ione in hac cau∫a facta: † retentio autem in his terminis ∫olùm datur creditori, quando bona ad eum peruenerunt ex eadem cau∫a illius crediti, pro quo vult retinere, ∫ecus ∫i ex diuer∫a, *Bald.in l.∫i non ∫ortem,§.∫i centum in ∫in.ff.de condit.indeb. Idem Ca∫tren∫.in l.∫i petenti,n.3. ff.de pignorat.act. Surd.d.deci∫.46.num.12.*

Et ita, vtraque, &c.

Barchinonen. Beneficij.

Ven.26. Nouembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Po∫∫e∫∫io in∫trumentalis manutenibilis e∫t, alio non exi∫tente in po∫∫e∫∫ione.*
2 *Po∫∫e∫∫io antiquior e∫t manutenenda, non autem recentior.*
Po∫∫e∫∫io recentior præ∫umitur iniu∫ta.
3 *Iudex iniu∫tè procedens, non priuat po∫∫e∫∫ione.*
4 *Rota dat pa∫∫im manutentionem aduer∫us factum iudicis nulliter, & iniu∫tè procedentis.*
5 *Clau∫ula dummodo non ∫it alteri ius quæ∫itum, ∫ubintelligitur etiam non expre∫∫a.*
6 *Et reddit gratia in conditionalem.*
7 *Vacatio in men∫e re∫eruato probatur ex te∫tibus de∫uper examinatis, & ex confe∫∫ione partis.*
Valor beneficij probatur ex te∫tibus, & partis confe∫∫ione.
8 *Nuntius Hi∫paniarum pote∫t conferre beneficia, quæ non excedunt valorem 24.ducat.*
9 *Po∫∫e∫∫io ciuilis non amittitur, ∫i quis metu cen∫urarum pa∫∫us fuerit, vt aduer∫arius acciperet po∫∫e∫∫ionem.*
Po∫∫e∫∫io ciuilis animo retenta ∫ufficit pro manutentione.

DECISIO CXIV.



FVIT re∫olutum Petro informanti dandum e∫∫e mandatum de manutenendo, quia con∫tat de eius po∫∫e∫∫ione in∫tru-
1 mentali, † quæ alio non po∫∫idente e∫t manutenibilis, *l.prædia, vbi Bart.ff.de acquir.po∫∫.l.non idcirco, vbi Bald.C.de fid.in∫tr. Rot.deci∫.202.num.3.par.1.diuer∫. & deci∫.92.nu.1.par.1. recent. & in Lunen. Sarzanen.bene∫.13.Iunij.1625.coram me.*

Non ob∫tat prætensa po∫∫e∫∫io Franci∫ci, quia fuit po∫terior, cùm Petrus adeptus fuerit po∫∫e∫∫ionem die 30. Iunij 1612. Franci∫cus autem die 24. Maij 1614.
† Vnde po∫∫e∫∫io Petri vti antiquior e∫t manutenenda, non autem po∫∫e∫∫io Franci∫ci recentior, quæ ideò 2
præ∫umitur iniu∫ta, *cap.licet cau∫am:* vbi *D.D.de prob. Bart.in l.∫i duo, ∫ub num 4.ff.vti po∫∫id. & Rot.in d.Lunen.Sarzan.coram me.*

Non ob∫tat, quòd po∫∫e∫∫io Franci∫ci videatur iu∫ta, ex quo fuit capta in vim mandati de immittendo A.C. quia cùm † A.C. iniu∫tè proce∫∫erit non priua- 3
uit Petrum ∫ua po∫∫e∫∫ione, *Bart.in l.1.§.huiu∫modi, n. 1.ff.vti po∫∫id. Aug.in l.clam po∫∫idere,§. qui ad nundin. n.1.ff.de acq po∫∫. Abb.in cap cum cau∫a in 4.notab.de off. delegat.Caputaq.deci∫.18.par.3 Rot.deci∫.802.n.7.par.1. diuer∫.Greg.XV.deci∫. 69. num.3. & in Rom.Domus de Blanchis, 10.Maij 1619.coram b.m.Buratto,* † vbi quòd 4
pa∫∫im Rota aduer∫us huiu∫modi factum Iudicis nulliter, & iniu∫tè procedentis, dat manutentionem, & fuit dictum *in Maioricen.benef. 24.Nouemb.1610. coram b.m.Patriarcha Manzanedo.*

Quòd autem A. C. non ritè proce∫∫erit, videtur clarũ, quia gratia Apo∫tolicæ Franci∫ci fuit cum clau∫ula *dummodo non ∫it alteri ius quæ∫itum*, † quæ etiam 5
non expre∫∫a ∫emper ∫ubintelligitur *cap.eum M. Ferrarien∫is verb.mandamus*, & ibi *Abb.num.5.& Felin.n. 6.de con∫tit.* † & reddit gratiam conditionalem, *Sar-* 6
nen∫.in reg.de iure quæ∫it.q 1.num.41. Rebuff.in form.nou. prouis∫.verb.dummodo, num.5. Mando∫.in reg.de iur.quæ∫it.quæ∫t.2.n.8. Petro autem erat ius quæ∫itum ex anteriori po∫∫e∫∫ione Nuntij Hi∫paniarum cum po∫∫e∫∫ione inde ∫ecuta, quæ ei ∫uffragatur, † cùm ex con- 7
fe∫∫ione Franci∫ci, & ex te∫tium depo∫itionibus de∫uper examinatorum, benè fuerit iu∫tificata vacatio in men∫e re∫eruato, † & quòd beneficium hoc prout 8
fuit narratum, non excedit valorem 24.ducatorum iuxta notorias Nuntij facultates, *Garz.de benef.par.5. cap.3.n.82.Gonzal.ad reg 8. §.2. proem. num. 56.* Non ob∫tat, † quòd Petrus amiferit po∫∫e∫∫ionem, dum præ- 9
∫titit patientiam, quòd illam acciperet Franci∫cus, quia cùm illud fecerit ob reuerẽtiam litterarum Apo∫tolicarum, & metu cen∫urarum, prout ip∫e expre∫sè declarauit, & fuit prote∫tatus, non amifit ciuilem po∫∫e∫∫ionem, ∫ed eam animo retinuit, quæ ∫ufficit ad effectum manutentionis, *Io.Fab.in §.retinendæ, nu.21.In∫tit de Interd. Menoch.de retin.remed.3. num.22. Rot.deci∫.19.n.12 par.2.diuer∫.* & in puncto *deci∫.319. num.1. in fine, par.1.recent.*

Et ita, &c.

Palentina Anniuer∫arij.

Lun. 29. Nouemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Te∫tator ∫i in∫tituit anniuer∫aria, & ad illa vocauit proximiores con∫anguineos, an, & quando attendi debeat proximitas fundatoris, vel vltimi po∫∫e∫∫oris breuiter, ∫ed dilucidè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Te∫tator quando non dicatur re∫pexi∫∫e ad con∫eruationem agnationis.*
2 *Proximiorum appellatione veniunt tam agnati, quàm cognati.*

3 Parentela.

3 *Parentela, verbum, comprehendit tam descendentes ex masculis, quàm ex fœminis.*

4 *Domus Cippi, & generis appellatione de consuetudine Hispania, veniunt etiam fœminæ, & descendentes ab eis, quod declara vt ibidem.*

5 *Proximitas vltimi possessoris attendi debet in fideicommissis, & maioratibus.*

6 *Fallit in successione anniuersariorum, & cappellaniarum, aliorúmque operum piorum, in quibus attenditur proximitas fundatoris, non vltimi Cappellani. Contrarium verò resoluitur in decisione.*

7 *Cenal. quæst. 398. declaratur.*

8 *Garz. de benef. par. 7. cap. 5 5. num. 19. explicatur.*

DECISIO CXV.



DOMINI persistendo in decisis 9. Decembris 1626. coram Reuerendissimo D. meo Decano, resoluerunt Alphonso Barbæ cognato, & in gradu remotiori testatori, proximiori tamen vltimo possessori deberi anniuersaria, de quibus agitur, non autem Ioanni Perez, eidem testatori agnato, & in gradu proximiori. Ratio
1 decisionis fuit, quia † testator non habuit rationē ad conseruationis, quia erat Sacerdos, & primo loco vocauit cognatos & nullum fecit verbum in sua dispositione de agnatione, sed post nominatim vocatos,
2 voluit succedere consanguineos proximiores, † quorum appellatione veniunt tam agnati, quàm cognati, *Bald Tiraq* & alij plures congesti per *Mierez. de maiorat. 2. par. quæst. 6. n. 299. cum pluribus seqq.* vt benè in dicta decisione, quod clariùs denotasse videtur idem testator, ibi, *quòd si fuerint duo, vel plures consanguinei clerici in æquali gradu parentelæ, &c.* † Quod verbum
3 parentela comprehendit tam descendentes ex masculis, quàm ex fœminis, *Soccin. sen. cons. 37. n. 9. & ca. lib. 3. & Mierez. vbi supra, par. 1. q. 53. n. 219.*

Neque obstat, quòd non vocauit simpliciter consanguineos proximiores, sed cum qualitate, quòd illi sint de cippo, vulgò *tronco*, quæ verba cùm non possint intelligi de cippo, & trunco effectiuè, ex quo testator erat Sacerdos, videtur, quod intelligi debeant contentiuè, perinde ac si dixisset de linea paterna, seu de suo genere, quia quicquid sit in terminis iuris cō-
4 munis, † hoc vnum certum est de consuetudine Hispaniæ appellatione domus, cippi, & generis, venire etiam fœminas, & descendentes ab eis, itavt isti non eludantur propter masculos, seu agnatos, quādo aliunde, vt hîc, non apparet, testatorem agnationem respexisse, *Burgos de Paz. in prœm. legum Tauri, n. 118. Molin. de Hispan. primeg. lib. 3. cap. 4. num. 10.* & alij in decisione allegati, *Greg. Lopez in l. 3. tit. 13. in glos. verb. Mugeres, in vers succedit etiam quæstio:* & accedit quòd licèt testator in principio dixerit de meo cippo, postea tamen se declarat ibi, *qui procedat de cippo*, vulgo tronco, vnde non se restrinxit ad truncum, sed ad descendentes ex eo, quales sunt ex fœminis descendentes, vt benè in dicta decisione.

5 Non obstat, quòd † licèt in fideicommissis, & in maioratibus, sit attendenda proximitas vltimi possessoris iuxta magis communem opinionem, quam Rota
6 sequitur; † non tamen in successione anniuersariorum, & Cappellaniarum, & aliorum operum piorum, in quibus attendi debet proximitas fundatoris, non vltimi Cappellani, *Garz. de benefic. par. 7. cap. 15. num. 19.*
7 vbi allegat *Canall. q. 398.* quia † *Canall.* hoc non dicit, imò contrarium, dum vult; in cappellaniis, & anniuersariis successionem regulari, prout in fideicom-
8 missis, † *Garzias* verò clarè dicit, quòd quando vocationes ad cappellanias, seu ad Anniuersaria sunt ad instar maioratuum, vt, per verba futuri temporis generis, cippi, & aliorum similium, vt in casu nostro attendi etiam debet proximitas vltimi possessoris, sicut in fideicommissis, & maioratibus, sed in casu nostro versamur in claris, ex quo testator expresè dixit, quòd si fuerint duo, aut plures consanguinei, in æquali gradu vltimo possessori, procedentes de cippo, seu tronco, presbyter præferatur diacono, & diaconus subdiacono: Vnde patet, quòd testator voluit, vt attendatur proximitas vltimi possessoris.

Cætera verò aut non obstant, aut fuit illis plenissimè satisfactum in prædicta decisione Reuerendiss. D. mei Decani in hac causa facta.

Et ita vtraque, &c.

Pampilonen. Parochialis.

Ven. 3. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Aliqua de transportatione actorum de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Transportari non debent, nisi acta sententia, à qua fuit appellatum, & quæ petitur reuocari.*

2 *Acta irreleuantia, non sunt transportanda.*

3 *Relationi Verificatorum standum est iuxta constitutiones synodales, maximè dum illi sunt à partibus electi.*

4 *Constitutiones synodales attendi debent, & num. 5.*

DECISIO CXVI.



DOMINI persistendo in decisis die 21. *Iunij*, 1627. resoluerunt ad fauorem Martini Alduzin non constare de caussis restitutionis in integrum prætensis per Martinum de Valcarlos ex rationibus, & motiuis decisionis.

Neque obstat prætensus defectus transportationis actorum nempe quatuor foliorum continentium cum voto Regio vota 26. quibus computatis prætendebar Válcarlos eius vota superare vota Alduzin, quia placuit responsio decisionis, quòd dicta folia fuerunt sublata per Iudices laicos, & Ordinarius Pampilonen. à quo fuit appellatum, pronunciauit sine
illis † quæ propterea non debuerunt transportari, 1
sed solùm acta sententiæ, quæ petitur reuocari, *Rot. decis. 341. num. 3. inter impress. post cons. Farin.*

Et cessat omnis difficultas, quia prætensus defectus transportationis nullo modo releuat, quandoquidem releuantia solùm prætenditur, ex quo folia illa, vt dicitur, continebant prædicta vota 26. & tamen illis etiam admissis ad fauorem Valcarlos, & vtcúmque vota computentur, semper Alduxin iuxta relationem verificatorum, seu præsentatorum de partium consensu electorum, quibus iuxta Constitutiones Synodales standum est, habet maiorem partem votorum, quia si illa considerentur materialiter, & in confuso, hoc est excussa simul cum non excussi, Alduzin habet vota 71. Valcarlos verò 64. Si verò attendantur vota excussa tantùm, Alduxin habet vota 31. Valcarlos verò 21. & clarum est, quod in hac Verificatorem computatione, seu relatione, fuit habita ratio omnium
votorum. † Vnde prætensus defectus transportationis 2
vt inutilis, & irreleuans, non est attendendus, *Rot. decis. 164. n. 5 p. 2. recent. & Greg. XV. decis. 508. n. 10.*

N Neque

quenſ.deciſ.186.par 3. & Greg.XV.deciſ.136,num 2.
6 Non obſtat, † quòd Comites Lambertini ſint creditores;& ideò illis competat retentio, donec fuerint ſatisfacti de eorum credito,*Bald.in l.fundus, qui Lucy Tity in antiqua lectur.ff.de reſcind.vend. per illum text. gloſ.in l.ſi non fortem,§.ſi centum,ff.de cond.indeb. Surd.*
7 *deciſ.46.n.7.*quia quicquid ſit de hac opinione, † illa non intrat in caſu noſtro; cùm enim executio facta fuerit de anno 1616. & Comes Guido Antonius, & eius hæredes cœperint fructus vſque hodie,eorum creditum aut fuit extinctum,aut ſaltem non eſt liquidum: Vnde non intrat dicta opinio, ſed ceſſat retentio,*Rot.deciſ.433. num.4.par.2.recent.* vbi etiam, quòd dicta fructuum perceptio facit,vt creditum dicatur illiquidum.

Quibus accedit, quòd pretenſum creditum eſt diuerſum ab eo,ex quo fuit data immiſſio, vt fuit fir-
8 matum in prima deciſione in hac cauſa facta:† retentio autem in his terminis ſolùm datur creditori, quando bona ad eum peruenerunt ex eadem cauſa illius crediti,pro quo vult retinere, ſecus ſi ex diuerſa, *Bald.in l.ſi non fortem,§.ſi centum in fin ff.de condit.indeb. Idem Caſtrenſ.in l.ſi petentis,n.3. ff.de pignerat.act. Surd.d.deciſ.46.num.12.*

Et ita, vtraque, &c.

Barchinonen.Beneficij.

Ven.26. Nouembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis manutenibilis eſt,alio non exiſtente in poſſeſſione.*
2 *Poſſeſſio antiquior eſt manutenenda, non autem recentior.*
Poſſeſſio recentior præſumitur iniuſta.
3 *Iudex iniuſtè procedens,non priuat poſſeſſione.*
4 *Rota dat paſſim manutentionem aduerſus factum iudicis nulliter,& iniuſtè procedentis,*
5 *Clauſula* dummodo non ſit alteri ius quæſitum, *ſubintelligitur etiam non expreſſa.*
6 *Et reddit gratia in conditionalem.*
7 *Vacatio in menſe reſeruato probatur ex teſtibus deſuper examinatis,& ex confeſſione partis,*
Valor beneficij probatur ex teſtibus , & partis confeſſione.
8 *Nuntius Hiſpaniarum poteſt conferre beneficia, quæ non excedunt valorem 24.ducat.*
9 *Poſſeſsio ciuilis non amittitur, ſi quis metu cenſurarum paſſus fuerit, vt aduerſarius acciperet poſſeſſionem.*
Poſſeſsio ciuilis animo retenta ſufficit pro manutentione.

DECISIO CXIV.



VIt reſolutum Petro informanti dandum eſſe mandatum de manutenendo, quia conſtat de eius poſſeſſione inſtru-
1 mentali, † quæ alio non poſſidente eſt manutenibilis, *l.prædia*,vbi *Bart.ff.de acquir.poſſ.l.non ideirco;* vbi *Bald.C.de fid.inſtr. Rot.deciſ. 102.num.3.par.1.diuerſ.& deciſ.92.nu.2.par.1. recent. & in Lunen.Sarzanen.benef.13.Iunij.1625.coram me.*

Non obſtat prætenſa poſſeſſio Franciſci, quia fuit poſterior,cùm Petrus adeptus fuerit poſſeſſionem die 30. Iunij 1612. Franciſcus autem die 24. Maij 1614.
† Vnde poſſeſſio Petri vti antiquior eſt manutenenda,non autem poſſeſſio Franciſci recentior,quæ ideò 2
præſumitur iniuſta,*cap.licet cauſam:* vbi *D.D.de prob. Bart.in l.ſi duo,ſub num 4.ff.vti poſſid. & Rot.in d. Lunen. Sarzan.coram me.*

Non obſtat, quòd poſſeſſio Franciſci videatur iuſta,ex quo fuit capta in vim mandati de immittendo A.C. quia cùm † A.C. iniuſtè proceſſerit non priua- 3
uit Petrum ſua poſſeſſione,*Bart.in l.1.§.huiuſmodi, n. 1.ff.vti poſſid.Ang.in l.clam poſsidere,§. qui ad nundin. n.1.ff.de acq poſſ. Abb.in cap cum cauſa in 4.notab. de off. delegat.Caputaq.deciſ.18.par.3 Rot.deciſ.802.n.7.par.1. diuerſ.Greg.XV.deciſ.69. num.3. & in Rom.Domus de Blanchis,10.Maij 1619.coram b.m.Buratto,*† vbi quòd 4
paſſim Rota aduerſus huiuſmodi factum Iudicis nulliter,& iniuſtè procedentis, dat manutentionem , & fuit dictum *in Maioricen.benef. 24.Nouemb.1610. coram b.m. Patriarcha Manzanedo.*

Quòd autem A. C. non ritè proceſſerit , videtur clarū,quia gratia Apoſtolica Franciſci fuit cum clauſula *dummodo non ſit alteri ius quæſitum*, † quæ etiam 5
non expreſſa ſemper ſubintelligitur *cap cum M.Ferrarienſis verb.mandamus*, & ibi *Abb.num.5.& Felin.n. 6.de conſtit.* † & reddit gratiam conditionalem , *Sar-* 6
nenſ.in reg.de iure quæſit.q 1.num 41.Rebuff.in form.nou. prouiſ.verb.dummodo,num.5.Mandoſ.in reg.de iur.quæſit.quæſt.2.n.8. Petro autem erat ius quæſitum ex anteriori poſſeſſione Nuntij Hiſpaniarum cum poſſeſſione inde ſecuta,quæ ei ſuffragatur , † cùm ex con- 7
feſſione Franciſci,& ex teſtium depoſitionibus deſuper examinatorum, benè fuerit iuſtificata vacatio in menſe reſeruato, † & quòd beneficium hoc prout 8
fuit narratum , non excedit valorem 24.ducatorum iuxta notorias Nuntij facultates, *Garz.de benef.par.5. cap 3.n.82.Gonzal.ad reg 8. §.2. prœm. num. 56.* Non obſtat,† quòd Petrus amiſerit poſſeſſionem,dum præ- 9
ſtitit patientiam, quòd illam acciperet Franciſcus, quia cùm illud fecerit ob reuerētiam litterarum Apoſtolicarum, & metu cenſurarum , prout ipſe expreſsè declarauit,& fuit proteſtatus,non amiſit ciuilem poſſeſſionem,ſed eam animo retinuit, quæ ſufficit ad effectum manutentionis,*Io.Fab.in §.retinendæ,nu.21.Inſtit de Interd.Menoch.de retin.remed.3. num. 22. Rot.deciſ.19.n.12 par.2.diuerſ.* & in puncto *deciſ.319. num.1. in fine,par.1.recent.*

Et ita, &c.

Palentina Anniuerſarij.

Lun. 29. Nouemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Teſtator ſi inſtituit anniuerſaria,& ad illa vocauit proximiores conſanguineos , an , & quando attendi debeat proximitas fundatoris,vel vltimi poſſeſſoris breuiter, ſed dilucidè explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator quando non dicatur reſpexiſſe ad conſeruationem agnationis.*
2 *Proximiorum appellatione veniunt tam agnati, quàm cognati.*

3 Parentela.

3 Parentela, *verbum, comprehendit tam descendentes ex masculis, quàm ex fœminis.*
4 *Domus Cippi, & generis appellatione de consuetudine Hispaniæ, veniunt etiam fœmina, & descendentes ab eis, quod declara ve ibidem.*
5 *Proximitas vltimi possessoris attendi debet in fideicommissis, & maioratibus.*
6 *Fallit in successione anniuersariorum, & cappellaniarum, aliorúmque operum piorum, in quibus attenditur proximitas fundatoris, non vltimi Cappellani. Contrarium verò resoluitur in decisione.*
7 *Cenal. quest. 398. declaratur.*
8 *Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 19. explicatur.*

DECISIO CXV.

DOMINI persistendo in decisis 9. Decembris 1626. coram Reuerendissimo D. meo Decano, resoluerunt Alphonso Barbæ cognato, & in gradu remotiori testatori, proximiori tamen vltimo possessori deberi anniuersaria, de quibus agitur, non autem Ioanni Perez, eidem testatori agnato, & in gradu proximiori. Ratio
1 decisionis fuit, quia † testator non habuit rationē ad
conseruationis, quia erat Sacerdos, & primo loco vocauit cognatos & nullum fecit verbum in sua dispositione de agnatione, sed post nominatim vocatos,
2 voluit succedere consanguineos proximiores, † quorum appellatione veniunt tam agnati, quàm cognati, *Bald. Tiraq.* & alij plures congesti per *Mierez. de maiorat. 2. par. quæst. 6. n. 299. cum pluribus seqq.* vt benè in dicta decisione, quod clariùs denotasse videtur idem testator, ibi, *quòd si fuerint duo, vel plures consanguinei clerici in æquali gradu parentelæ, &c.* † Quod verbum
3 parentela comprehendit tam descendentes ex masculis, quàm ex fœminis, *Soccin. sen. cons. 37. n. 9. & 12. lib. 3. & Mierez. vbi supra, par. 1. q. 53. n. 119.*

Neque obstat, quòd non vocauit simpliciter consanguineos proximiores, sed cum qualitate, quòd illi sint de cippo, vulgò *tronco*, quæ verba cùm non possint intelligi de cippo, & trunco effectiuè, ex quo testator erat Sacerdos, videtur, quod intelligi debeant contentiuè, perinde ac si dixisset de linea paterna, seu de suo genere, quia quicquid sit in terminis iuris cō-
4 munis, † hoc vnum certum est de consuetudine Hispaniæ appellatione domus, cippi, & generis, venire etiam fœminas, & descendentes ab eis, itavt isti non eludantur propter masculos, seu agnatos, quādo aliunde, vt hîc, non apparet, testatorem agnationem respexisse, *Burgos de Paz. in proœm. legum Tauri, n. 118. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 4. num. 10.* & alij in decisione allegati, *Greg. Lopez. in l. 3. tit. 13. in glos. verb. Mugeres, in vers. succedit etiam quæstio:* & accedit quòd licèt testator in principio dixerit de meo cippo, postea tamen se declarat ibi, *qui procedat de cippo*, vulgo tronco, vnde non se restrinxit ad truncum, sed ad descendentes ex eo, quales sunt ex fœminis descendentes, vt benè in dicta decisione.

5 Non obstat, quòd † licèt in fideicommissis, & in
maioratibus, sit attendenda proximitas vltimi possessoris iuxta magis communem opinionem, quam Rota
6 sequitur; † non tamen in successione anniuersariorum, & Cappellaniarum, & aliorum operum piorum, in quibus attendi debet proximitas fundatoris, non vltimi Cappellani, *Garz. de benefic. par. 7. cap. 15. num. 19.*
7 vbi allegat *Canall. q. 398.* quia † *Cauall.* hoc non dicit, imò contrarium, dum vult; in cappellaniis, & anniuersariis successionem regulari, prout in fideicom-
8 missis; † *Garzias* verò clarè dicit, quòd quando vocationes ad cappellanias, seu ad Anniuersaria sunt ad instar maioratuum, vt, per verba futuri temporis generis, cippi, & aliorum similium, vt in casu nostro attendi etiam debet proximitas vltimi possessoris, sicut in fideicommissis, & maioratibus, sed in casu nostro versamur in claris, ex quo testator expressè dixit, quòd si fuerint duo, aut plures consanguinei, in æquali gradu vltimo possessori, procedentes de cippo, seu tronco, presbyter præferatur diacono, & diaconus subdiacono: Vnde patet, quòd testator voluit, vt attendatur proximitas vltimi possessoris.

Cætera verò aut non obstant, aut fuit illis plenissimè satisfactum in prædicta decisione Reuerendiss. D. mei Decani in hac causa facta.

Et ita vtraque, &c.

Pampilonen. Parochialis.

Ven. 3. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Aliqua de transportatione actorum de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Transportari non debent, nisi acta sententia, à qua fuit appellatum, & quæ petitur renocari.*
2 *Acta irreleuantia, non sunt transporeanda.*
3 *Relationi Verificatorum standum est iuxta constitutiones synodales, maximè dum illi sunt à partibus electi.*
4 *Constitutiones synodales attendi debent, & num. 5.*

DECISIO CXVI.

DOMINI persistendo in decisis die 21. *Iunij*, 1627. resoluerunt ad fauorem Martini Alduzin non constare de caussis restitutionis in integrum prætensis per Martinum de Valcarlos ex rationibus, & motiuis decisionis.

Neque obstat prætensus defectus transportationis actorum nempe quatuor foliorum continentium cum voto Regio vota 26. quibus computatis prætendebat Válcarlos eius vota superare vota Alduzin, quia placuit responsio decisionis, quòd dicta folia fuerunt sublata per Iudices laicus, & Ordinarius Pampilonen. à quo fuit appellatum, pronunciauit sine
illis † quæ propterea non debuerunt transportari, 1
sed solùm acta sententiæ, quæ petitur reuocari, *Rot. decis. 341. num. 3. inter impress. post cons. Farin.*

Et cessat omnis difficultas, quia prætensus defectus transportationis nullo modo releuat, quandoquidem releuantia solùm prætenditur, ex quo folia illa, vt dicitur, continebant prædicta vota 26. & tamen illis etiam admissis ad fauorem Valcarlos, & vtcúmque vota computentur, semper Alduzin iuxta relationem verificatorum, seu præsentatorum de partium consensu electorum, quibus iuxta Constitutiones Synodales standum est, habet maiorem partem votorum, quia si illa considerentur materialiter, & in confuso, hoc est excussa simul cum non excussi, Alduzin habet vota 71. Valcarlos verò 64. Si verò attendantur vota excussa tantùm, Alduzin habet vota 31. Valcarlos verò 21. & clarum est, quod in hac Verificatorum computatione, seu relatione, fuit habita ratio omnium
votorum. † Vnde prætensus defectus transportationis 2
vti inutilis, & irreleuans, non est attendendus, *Rot. decis. 164. n. 5 p. 2. recent. & Greg. XV. decis. 508. n. 10.*

Neque obstar prætensio, quòd septem vota fuerũt
3 translata ad fauorem Valearlos, † quia iuxta Consti-
tutiones synodales standum est relationi verificato-
rum maximè, cùm illi fuerint à partibus electi *Gre-*
gor.XV.decis.161 num.7.& decis.336.nu.1. nam si dictis
Verificatoribus non esser standum, nec Constitutio-
nibus synodalibus, dum disponunt illis standum esse-
4 † quæ tamen attendi debent *Rot.in Pampdonen.de Gi-*
uembre, 16. Nouemb.1625. coram Reuerendissimo D. meo
Decano, & sequeretur ineonueniens, quòd si singu-
lorum vototum approbationes, & reprobationes, ac
translationes præter Verificatores eligendos iuxta
Constitutiones synodales, essent singulariter in Rota
examinandæ processus fieret infinirus, & inexplica-
bilis; maximè attenta qoalitate votorum, cùm non
ad omnes incolas spectet Iuspatronatus, sed ad eos
tantùm, qui habẽt certas qualitates, quæ à d.d. Verifi-
catoribus medio iuramento faciliùs discernuntur, de
quibus propterea iustè pronidit Constitutio synoda-
lis ad euitandum dictum infinitum progressum in ani-
5 marum, & diuini cultus detrimentum, † quæ propte-
rea est seruanda, *Rot.decis.757.n.1.p.1.recent.*

Et ita, vtraque, &c.

Firmana Pensionis.

Merc. 15. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Illegitimus effectus Clericus est capax pensionum etiam super Cathedralibus. Vicarius Vrbis potest promouere ad Clericatum forensem absque licentia sui Ordinarij. Et si attestetur se ordinasse, & dispensasse illegitimum super defectu natalium in vim facultatum, & literarum Apostolicarum, ei plenè creditur, etiam dictis facultatibus, & literis non exhibitis, quòd procedit etiam si sit attestatio Vicegerentis, cui creditur sicut Vicario, cum vnum sit vtriusque Tribunal.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus non est capax pensionum.*
Clericus forensis, qui sine licentia sui Ordinarij suscepit Clericatum a Vicario Vrbis, an sit legitimè promotus, & an possit in eum pensio transferri, & nu.2. & 7. ac per tot.
3 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*
4 *Illegitimus effectus Clericus est capax pensionis, & ratio redditur ibidem.*
5 *Vicario Vrbis attestanti in literis Clericatus, se aliquem ordinasse & dispensasse in vim facultatum Apostolicarum, creditur, etiam si ille sit forensis, & ordinatus fuerit sine licentia sui Episcopi. Declara tamen vt ibidem, & num.10.*
6 *Cardinali in Curia attestanti de commissione sibi à Papa data creditur.*
8 *Vicario attestanti de facultatibus sibi competentibus ratione sui officij plenè credendum est, etiam sine speciali mandato.*
9 *Initiatus prima tonsura absque licentia sui Ordinarij, mortaliter peccat, sed non ideò est suspensus.*
10 *Illegitimus potest dispensari etiam ab Ordinario in ordinibus minoribus.*
11 *Vicario attestanti de facultate sibi data absoluendi, & dispensandi, creditur.*
12 *Vicegerenti attestanti de facultate dispensandi creditur, prout Vicario Vrbis cùm vnum sit vtriusque Tribunal.*
Commissiones Apostolicæ directæ Vicario Vrbis, & omnia spectantia ad officium Vicarij sub eius nomine per Vicegerentem expediuntur sine alio speciali mandato.
13 *Præiudicium non attenditur, si non adest de tempore, quo actus fit.*
Præsens status, & non qui esse potest, attendi debet.
14 *Clericus illegitimus dispensatus super defectu natalium, non tenetur docere de separata dispensatione per literas separatas, sed sufficit, vt de illa simpliciter doceat ex attestatione Ordinarii, & reiicitur sententia* Rebuf. *& declarantur* Seraph. & Nauarr.
15 *Quasi possessio Clericatus quid operetur.*
16 *Reus quando possit cogere actorem ad edendum, & quando secus.*
17 *Exhibitio tituli coactè facta non tollit præsumptionem alterius tituli.*
18 *Promotus ad ordines minores est eo ipso capax omnium, & quarumcumque pensionum etiam super Cathedralibus.*
19 *Clausula irritans si non fuit apposita in speciali forma procedendi præscripta a Superiore, forma est accidentalis, & omissio illius non vitiat actum, quando adest potestas in inferiore.*

DECISIO CXVII.

FIRMATO iam coram b. m. Remboldo
& coram me, translationem pensionis,
de qua agitur, factã per clar. memor.
Cardinalem Mont. Altum, fuisse validã,
& literas reseruationis vnà cum instru-
mento translationis, esse exequendas nec non relaxa-
to iam mandato ad fauorem translatariorum, fuit
nihilominus de nouo prætensum pro parte Illustris-
simi Domini Cardinalis reseruatarij dictum manda-
tum † non posse exequi quoad Horatium vnum ex 2
translatariis vti incapacem ex defectu illegitimatis;
& quia cùm sit forensis, & Clericatum susceperit, ab
Illustrissimo Vicario Vrbis sine licentia sui Ordina-
rij, non fuit legitimè promotus *cap.1. & 3. vbi, Do-*
ctor. de temp. ordin in 6. Conc. Trident. sess. 14. cap.2. de
reformat. & sess. 23. cap.8. & ex Constitutione Pij II.
quæ incipit cum ex Sacrorum in Bullar. 1. Tom. in ord.7.
fol.319. Rot. decis.731. par.1. diuers. † quo fit, vt videa- 2
tur in eum non potuisse pensionem transferri, *Paris.*
de resign. lib.4. q.2. sub nu.60. Gabr. cons.181. n.3. & seqq.
vol.1. Cæsar de Graff. decis. vnic. de præsumpt. numer.3.
Garz. de benef. par.1. cap.5. n.143. vbi in terminis trans-
lationis refert duas Rotæ decisiones.

Vnde hodie dubitaui. An constet de tali habilita-
te Horatij, quæ suffragetur ad effectum prædictum,
& omnes Domini vnanimiter affirmatiuè responde-
runt; quia † constat de eius Clericatu per literas pa- 3
tentes Illustrissimi Vicarij Vrbis, qui cùm sit Ordi-
narius loci, benè per illas Clericatus probatur, *Gra-*
mat. decis.81. num.1. Rot. decis. 16. de probat. in antiq.
& coram Greg. XV. decis.78. num.5. & decis.490. num.6.
† Illegitimus autem, eo ipso, quod est Clericus est 4
capax pensionis etiam super Cathedralibus, quia in
tantum est pensionis incapax, quando illa non da-
tur in titulum, in quantum Clericus esse non po-
test, *Gomez. super regul. de Annalib. quæst.21. circa*
fin. Paleott. de noth. & spur. cap.58. numer.4. Garz.
de benefic. parte 1, cap.5. numer.116. cum sequentib.

Rot.

Rot.decis.425.p.1.diuers.& in Burgen.Pensionis,19.Febr.
1596. coram b. m. Cardinali Blanchetto relata apud
Garz. vbi supra,num.116. & coram Reuerendissimo D.
meo Decano,decis.31.num.8.& in Melisen pensionis apud
Marches.par.2.fol.528.nu.2.& apud Seraf.decis.1264.
nu.2.& in Regien. translationis pensionis, 14.May 1627.
coram R.P.D.meo Merlino.

5 Neque † obstat, quòd Horatius sit forensis, & or-
dinatus sine licentia sui Episcopi,quia dum Illustris-
simus Vicarius Vrbis in literis Clericatus attestatur
eum ordinasse in vim facultatum Apostolicatum , &
tempore ordinis suscepti non agebatur de alicuius
præiudicio , nec processus desuper erat necessarius,
standum est eius attestationi, *Put.decis.349. l.1. & de*
140.& 347. l.2.in correctis, quæ loquuntur in his ter-
minis, *Mohed.decis.21.num.2.de renunc. Achil. decis.2.*
6 *num.5.de fil.presb & Rot.decis.321.par.1.recen.*& † tan-
to magis, quia est attestatio Illustrissimi D.Cardina-
lis,& versamur in Curia, vbi propter præsentiam Pa-
pæ creditur Cardinali de commissione sibi data *Gabr.*
conclus.3.num.9. de probat.Caputaq. decis.95. par.1. &
Rota in Lauretana Iurisdictionis, 5.Marty 1618. coram
b.m.Cardinali Sarrato,& in terminis dictæ facultatis,
7 *Seraf.d.decis.1291. num.2.* Et † cessare videtur omnis
difficultas,quia clarè constat,Illustrissimum Vicarium
habere dictam facultatem ratione sui officij ex atte-
statione b.m.Cardinalis Rusticutij data in summatio,
8 *num.5.* † Vnde cùm Illustrissimus Vicarius attestetur
de facultatibus ei competentibus ratione sui officij
etiam sine aliquo speciali mandato quoad Clerica-
tum Horatij ei plenè credendum est , *cap.nobilissimus*
97.distinct. vbi *Prapos.Zabarell. in cap. quoad transla-*
tionem,num.2.de probat.Gabr.d.conclus.3.n.14.Menoch.
de arbitr.q.66.num.10.Guttier.Canon.quæst.lib 2.quæst.
17.num.30. Rot.decis.11. de Iurepatr. in nou. Caputaq.
decis.87.par.3. & fuit plenè dictum *in Iannen. Paro-*
chialis,19.Aprilis 4627.coram me.

9 Prætendebatur etiam, quòd † initiatus prima ton-
sura absque licentia sui Ordinarij , licèt mortaliter
peccet, non tamen est suspensus secundùm *Prapos. ad*
Monach.in cap.1. de temp. ordin. Suar. de Censur. disp.
31. sect.1. num.19. Tolet. Instit. Sacerd. lib.1. cap. 49.
num.5. in impress. Roma Zerol.par.1.verbo admissoria,
Guid.Papa decis.449. quam opinionem licèt Rota at-
tentis declarationibus Sacræ Congregationis ad quã
dubia Concilij declarare spectat approbare noluerit,
tamen dicebant Domini,quòd in omnem casum stan-
te quasi possessione Clericatus Horatij quoad alias
pensiones, & quod tam facultas transferendi , quàm
pensio translata sunt motu proprio , executio non
esset retardanda ex latè dictis in decisione in hac
causa facta 23.Ianuarij præteriti coram me. Non ob-
10 stat etiam, † quod Illustrissimus Vicarius attestetur
dispensasse super defectu natalium in vim literarum
Apostolicarum , & quòd de dictis literis non con-
stet , quia quicquid sit an possit nihilominus dicta
dispensatio sustineri ex iurisdictione ordinaria , cùm
etiam Ordinatius possit in minoribus cum illegiti-
mis dispensare *cap.1.de fil.presb. in 6. Azor. Institut.*
moral.par.2.lib.6.cap.3.quæst.3. semper , & omni casu
procedit eadem ratio , de qua supra, videlicet, quod
cùm non agerent tunc de alicuius præiudicio , nec
processus iudicialis esset necessarius , Vicario atte-
stanti de facultate sibi data, credendum est iuxta Do-
11 ctores, & decisiones supra allegatas , & in puncto †
de facultate absoluendi, & dispensandi ; ex quo illa
non ordinatur , nec principaliter tendit in præiu-
dicium tertij *Ang. consil.182. numer.1. Iason.in l. ad-*
monendi, numer.189. ad med. ff. de Iure iurando , Gut-
tier. canon. quæst. cap.17. num.31. lib.1. Sanchez de ma-
trimonio, lib.8. disputat.17.numer.21. Gabriel. de pro-
bat. conclus.3. numer.18. † quæ tamen pariter proce- 12
dit etiam quod reuera sit assertio Vice Gerentis ; cùm
enim vnum sit vtriusque Tribunal , ita vt omnia spe-
ctantia ad officium Vicarij , & commissiones Apo-
stolicæ illi directæ sub eius nomine per V.Gerentem
expediantur sine alio speciali mandato , militat sem-
per eadem ratio supra tradita. ac ideò nulla inter eos
est in hoc constituenda differentia , alioquin ferè
nunquam assertioni Cardinalis Vicarij , seu cuiusuis
alterius Cardinalis deferendum esset , cùm ipsi , vt
plurimum , medio & opera ministrorum , vt notum
est,soleant negotia expedire.

Minùs obstat, si dicatur † imò agi de magno præ- 13
iudicio D.Cardinalis reseruatarij, nam ex quo,quan-
do emanauit dicta assertio Vicarij , pensio non erat
adhuc translata , præiudicium D.Cardinalis non de-
bet in consideratione haberi , quia præsens status,
& non qui esse potest , debet attendi iuxta doctrin.
Bartol.in l.Iulianus verum debitorem in fin. ff. de condit.
indebit Paulus de Castro,consil.433. n.3.vol.1. Decius,
cons 618.num.5. & facit *tex.opt in l.2. §.vbi igitur, &*
ibi glos.& Bart. ff. de in diem addict.& in simili *Gabr.*
cons.181.numer.14.lib.2.& Paris.de resignat.lib.4. qu.2
num.69.

Minùs obstat, † quòd quando Vicario credendum 14
sit de facultate dispensandi sibi data , debet tamen
constare de dispensatione natalium in vim dictarum
facultatum separata , & distincta *Rebuff. in prax. de*
dispensat.super defect.natal.num.9. Nauarr. cons.1. qui
fil.sint legitimi,num.4.Seraf.decis.625.num.7. quia hoc
non est verum, sed sufficit simpliciter docere de dis-
pensatione, prout docet Horatius ex attestatione Or-
dinarij ; repugnat enim conclusionibus supradictis,
nempe, quòd illegitimo sufficit docere de Clericatu,
Seraf.d.decis.1264.nu.2. Et quòd creditur Vicario at-
testanti de facultate absoluendi,& dispensandi, quan-
do tempore attestationis,vt hîc de nullius præiudicio
agebatur,cui propterea etiam credi debet de ipsa dis-
pensatione tanquam de antecedente necessario,*arg.*
text.in l.denique,§.interdum,ff.de pecul.legat. & l.Procu-
lus,ff.de vsufruct. & reprobata sententia *Rebuffi*, dixit
Rot.in d. Regien. translationis pensionis coram R. P. D.
meo Merlino, nec *Nauarrus,& Seraphinus* dicunt cõ-
trarium, quia *Seraf.in dictis decisione 625.* non loqui-
tur de impedimento natalium , sed de impedimento
mutilationis membri cuius, vt ibi, non est eadem ra-
tio, *Nauarr.*verò *in dicto cons.1.*non concludit id, ad
quod allegarunt , & loquitur de dispensatione ad ef-
fectum obtinendi dignitates Ecclesiasticas, & facta à
Regularibus Superioribus , non autem ab Episcopo
Ordinario,& accedit , quòd quando illegitimus tene-
retur docere de separata dispensatione per literas se-
paratas † non procederet in Horatio,qui vltra Vicarij 15
attestationem est in dicta quasi possessione, *Add.ad*
decis.2.num.14.de fil.presbit.in nou. & præterea, vt su-
pra dictum est,in hoc iudicio executiuo, *Mascard. de*
probat.conclus.302.n.19.& Vincent.de Franch,decis.189.
n.3.cum seqq.

Tandem non obstat, † quòd cùm D.Cardinalis sit 16
Reus,potest cogere Horatium actorem ad edendum,
& exhibendum dictas literas Apostolicas ad funden-
dam suam intentionem , in quibus vt prætenditur,
fuit dispensatus ad pensiones , non tamen super Ca-
thedralibus *iux.reg.tex.in l.fin. C.de edend.* vbi *Bart.*
& communiter Doctores,quia cessat æquitas,in qua fun-
datur dispositio dictæ legis , dum dispensatio po-
test facilè perquiri, & haberi ex libris Cancella-
riæ; & quia talis editio sic coacta facta non rele-
naret , quia † per eam non tolleretur præsumptio, 17
quæ oritur ex assertione Ordinarij , cùm detur
multiplicatio titulorum , itavt Horatius ex dicta

enunciatiua Vicarij possit iuuari alia dispensatione, vt in puncto fuit resolutum *in Valentina illegitimatatu 16. Mart 1612. coram Illustrissimo Patriarcha Pamphilio*, & millies dixit Rota,

Et in omnem casum, vt benè, & accuratè vnus ex Dominis aduertebat etiam quod exhiberentur dictæ literæ Apostolicæ, & in eis adesset prætensa clausula, *non tamen super Cathedralibus*, dum non adest etiam clausula *irritans*, nihil releuarent ad effectum, de quo agitur contra Horatium, dum ille ordinatus fuit à Vicario Vrbis qui aliunde habebat facultatem illum
18 ordinandi, & dispensandi quoad ordines minores, † quibus obtentis erat eo ipso capax omnium, & quaruncúmque pensionum etiam super Cathedralibus iuxta doctrinam *gloss.* communiter approbatam *in*
19 *Clem. 1. in verb. inhibentes de iur. pat.* † vbi quòd quando supponitur potestas in inferiore, vt hic, & a Superiore præscribitur specialis modus, seu forma procedendi, non tamen additur clausula *irritans*; forma est accidentalis, & omissio illius non irritat actum, *Anchar. in cap statutam, §. fin. per tot. de rescript. in 6. & in Clem. 2. num. 11. vers. & hoc enim videtur de sequestr. possess. & fructib. Felin. in cap. ex parte limit. 2. de constit. Suarez de leg. lib. 5. cap. 31. n. 10. Ioez. de Zalas de legib. q. 96. tractat. 14. disput. 10. sect. 8. nn. 33.* quorum sententia benè casui nostro applicatur quia credendum non est, quòd Papa, qui in dictis literis voluit Horatio gratiam facere minus ei dederit, quàm poterat ab Ordinario circumscriptis literis impetrare, *ad l. legata inutiliter, ff. de adim. legat.* Vnde etiam non est verisimile, quòd in dictis literis adsit prædicta clausula *irritans*.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Lucana Cappellaniæ.

Merc. 15. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Manutentio conceditur prius possidenti, cuius anterior possessio probatur ex aduersarij confessione, & ex fructuum perceptione. Permutatio Beneficij quando sit nulla, & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur possessori anteriori.*
Possessio probatur ex confessione aduersarij.
Manutentio dari non potest ei, qui fatetur aliam partem possidere.
2 *Producens scripturas in alio iudicio, non potest illas postea impugnare.*
3 *Fructuum perceptio probatur ex quietantiis factis Colonis.*
4 *Possessionis nulla certior regula dari potest, quàm illa, qua desumitur ex fructuum perceptione.*
5 *Possessio capta alio existente prius in possessione non suffragatur.*
6 *Manutentio dari non potest quando pendet à negocio principali.*
7 *Permutatio beneficij est nulla ex defectu consensus.*
8 *Item si fuit facta coram Vicario sine speciali mandato Episcopi.*

DECISIO CXVII.

CENSVERVNT Domini, † Liuium Robertum esse manutenendum in quasi possessione beneficij, de quo agitur, quia docet de sua anteriori possessione ex confessione Bartholomæi aduersarij, qui in iudicio confessus fuit, ipsum assecutum fuisse hoc beneficium, vti vacans per permutationem de eo factam per prædictum Liuium; confessio autem partis probat possessionem alterius; itavt confitenti non possit dari manutentio, sed alteri, *Menoch. de retinen. rem. 3. n. 692. & de recup. rem. 1. n. 215. Seraf. decis. 866. n. 2 & Rot. in Materaten. Saluiani, 28. April. 1626. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* 1

Et tantò magis, quia constat etiam de anteriori Liuij possessione ex perceptione fructuum de tempore anteriori: † vt constat ex quietantiis per eum factis de receptione à Colonis productis in alio iudicio per dictum Bartholomæum, qui ideò non potest illas impugnare, † & quietantiæ benè probant fructuum perceptionem, *l. plures cum ibi notat, C. de fid. Instrument. Rimin. Ian. consil. 489. num. 9. lib. 5. Seraf. decis. 1339. nn. 2.* † nulla autem veræ possessionis certior regula, quàm illa, quæ ex fructuum perceptione desumitur, *l. Titia, ff. de solat. Ludou. Gomez. in reg. de annal. quæst. 47. na. 1. & 2. Cas. de Grass. decis. 10. de caus. poss. & proprietat. Rot. in Nouarien. Canonicatus, 7. Ianij 1610. coram R. P. D. meo Puteano, & fuit dictum in Perusina pecuniaria, 21. May 1626. coram me.* 2 3 4

Vnde non obstat possessio Bartholomæi capta die 13. Octobris 1622. † Quia cum Liuius esset in possessione, illi non suffragatur, *Mohed. decis. 20. circa med. de restit. spoliat.* cum aliis. 5

Minùs obstat, si dicatur, quòd Liuius amisit omne ius per dictam resignationem ex causa permutationis factæ spretis patronis, & illis contradicentibus, † Quia dum pendet articulus, an permutatio fuerit valida, & permutantes possint redire ad primæua iura, non potest dari manutentio Bartholomæo, qui venit ex vacatione ex causa dictæ permutationis, *Lancellot. de attent. par. 3. cap. 14. quæst. 19. n. 4.* & co maximè, † Quia pro parte Liuij prætenditur, quòd à principio permutatio fuerit nulla ex defectu consensus, & † Quia fuit facta coram Vicario sine speciali mandato Episcopi. Et ita vtraque, &c. 6 7 8

Romana Fideicommissi.

Ven. 17. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Testator, an & quando censeatur voluisse deponere de bonis fideicommisso subiectis: Et quæ alienationes sint in legitimam imputandæ, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Bona subiecta restitutioni non comprehenduntur in dispositione facta in testamento de omnibus bonis suis per heredem grauatum, & ratio redditur ibidem, & num. 3.*
Et præsertim procedit. si testator habuerit scientiam fideicommissi, num. 4.
2 *Fallit prædicta conclusio stantibus coniecturis in contrarium.*
5 *Legatum factum de re fideicommisso subiecta, quatenus obstaret confirmatio Apostolica, dicitur conditionale, itavt non obtenta confirmatione, legatum nullum sit ex defectu voluntatis.*

6 Lega

6 *Legatum factam à testatore de re fideicommisso subiecta, intelligitur de iuribus super ea ad ipsum spectantibus ratione legitimæ, & dotis maternæ sibi debita.*

7 *Limita, si testator leges bona antiqui fideicommissi, in quibus ipse non potest eligere legitimam sibi debitam, nec etiam dotem maternam.*

8 *Sublimita quando fideicommissarius fuit à testatore hæres institutus, quia tunc testator benè potest eligere legitimam, & dotem maternam in bonis fideicommisso subiectis per eum legatis.*

Testator potest disponere de rebus heredis vti de propriis.

9 *Hæres grauatus alienando rem fideicommisso suppositam, censetur illam eligere pro sua legitima, & pro suo credito, itaut volente fideicommissario non possit illam non imputare.*

10 *In legitimam imputari non debet heredi grauato res fideicommisso subiecta per eum data in emphiteusim ad meliorandum pro certo annuo canone, dum canones existunt in dicto fideicommisso, & actualiter exiguntur.*

11 *Item nec bona per eam vendita, quæ posteà ipsi fuerunt ab emptoribus retrouendita.*

12 *Item nec illi imputari possunt bona per eam alienata pro soluenda dote filia testatoris.*

23 *Bona fideicommissi alienari possunt ex causa dotis, & debiti fideicommittentis.*

DECISIO CXIX.



DIE 18. Iunij præteriti, eum præsupposito fideicommisso Ioannis Angeli fuit
1 resolutum, † bona dicti fideicommissi non esse comprehensa in dispositione Alexandri eius filij: ratio resolutionis fuit, quia quamuis Alexander disposuerit de omnibus eius bonis; tamē bona restitutioni subiecta per eum possessa, non dicuntur esse sua, sed aliena, *Sard. decis. 93. n. 2. & Rota apud Seraf. decis. 963. nu. 6.* cum aliis in
2 dicta decisione adductis: sed quia † ex coniecturis receditur ab hac sententia, & multæ tunc adducebantur, quæ non fuerunt visæ sufficientes, propterea fuerunt multa de nouo deducta, & in actis producta, ex quibus prætensum fuit irritare prædictas coniecturas ad fauorem Liciniæ hæredis vsufructuariæ, sed Domini nihilominùs perstiterunt hodie in decisis.

3 Neque † obstat repetitum obiectum de prægnantia verborum, quia vt dictum fuit in decisione, illa restringuntur ad bona propria Alexandri tam ex illis verbis ibi, *nelli miei beni*, quàm ex aliis ibi, *nella mia heredita*, ex quibus elicitur, quòd Alexander noluit disponere de bonis, quæ non erant remansura in sua hæreditate, prout erant bona fideicommissi Ioannis Angeli, vt post alios allegatos in dicta decisione declarat *Marescot variar. resol. lib. 1. cap. 30. n. 27. & seqq.*
4 † quæ restrictio in casu nostro fortiùs procedit ex quo testator habebat scientiam dicti fideicommissi, *Bellon. sen. cons. 9. n. 14.*

Non obstat etiam, quòd testator disposuerit de parte domus antiqui fideicommissi, quia obiectum
5 hoc ex facto tollitur, † cùm ex illo constat, quòd dispositio fuit conditionalis, quatenus scilicet obtineretur confirmatio Apostolica pro parte domus, quam titulo emptionis emerat à Ioanne Baptista fratre suo, & cum expressa declaratione testatoris, quod pretium subrogaretur loco fideicommissi; vnde potiùs desumitur contraria coniectura, quòd noluit disponere de dicta domo, tanquam de re fideicommissi, sed vti de re libera, & cùm confirmatio non fuerit obtenta, vt etiam ex facto constat *Summario Liciniæ, num. 9.* legatum fuit nullum ex defectu voluntatis.

Et in omnem casum, quando legatum dictæ do-
mus fuisset validum, tamen † ex quo testator in bonis 6
dicti fideicommissi habebat legitimam ex propria persona, & Clementis sui fratris, nec non iura dotis maternæ, illud debet intelligi factum ex propriis testatoris iuribus, & non ex bonis fideicommissi, vt firmatur in eadem decisione in vers. *non obstat secunda coniectura.*

Neque obstat, † quòd testator legando bona anti- 7
qui fideicommissi, non possit in dictis bonis legatis eligere legitimam sibi debitam, nec etiam dotem maternam ex *Bald. in l. filium, quem habentem, n. 29. C. famil. ercisc. Guid. Pap. decis. 606.* & fuit dictum *in Bononien. legati de Marescottis, 24. April. 1626. coram R. P. D. meo Merlino*, quia vltra quòd † doctrina *Baldi* nō pro- 8
cedit, quando vt hic fideicommissarius, est hæres institutos, in cuius præiudicium maximè eo volente, nihil est, cur testator non possit legitimam, & alia sua credita eligere in legatis ab eo factis, cùm de rebus hæredis possit vti de propriis disponere, dicebant etiam Domini, quòd hodie non agitur de sustinendis legatis factis de ista domo subiecta fideicommisso, in quibus terminis loquuntur *Bald.* & prædicta Rotæ decisio, sed agitur ad effectum videndi, an voluerit testator, vel ne disponere de bonis fideicommisso subiectis; & ad excludendam voluntatem disponendi, sufficit, quòd testator verisimiliter potuerit credere, quòd legatum domus poterat sustineri ratione detractionum
iuxta communem opinionem, quòd † hæres grauatus 9
fideicommisso, alienando, vel aliter disponendo de aliqua re fideicommissi, censetur illam eligere pro sua legitima, & pro suo credito, itaut volente fideicommissario, non possit illam non imputare, *Fusa. de subst. q. 543. n. 19.*

Minùs † obstat, si dicatur, quòd prædictæ detractio- 10
nes, legitimæ, & dotis fuerint consumptæ in alienationibus rerum fideicommissi Ioannis Angeli factis per D. Alexandrum, & Clementem eius fratrem, de quibus in actis nouiter productis, quia singulas breuiter examinando, constat manifestè non obstare: nam prima, de qua in primo instrumento *Summ. Liciniæ, n. 4.* in quo continetur, quòd Alexander testator dedit in emphyteusim pro certo annuo canone, pluribus personis quamdam possessionem subiectam fideicōmisso, fuit potiùs melioratio bonorum dicti fideicommissi; quia vt apparet in eodem *Summ. Liciniæ, num. 1.* dicta possessio tempore mortis Ioannis Angeli erat partim soda, & partim vineata, & illa pars soda fuit quæ data fuit in emphyteusim per Alexandrum ad meliorandum, & vineas plantandum sub annuo canone ascendente ad considerabilem summam, qui canones hodie existunt in dicto fideicommisso & actualiter exiguntur.

Secunda alienatio, quæ prætenditur ex secundo instrumento, de quo in eodem *Summario Liciniæ, n. 6.* est venditio cuiusdam domus eiusdem fideicommissi, sitæ in Ciuitate Tiburtina, facta per Clementem
Alexandri fratrem pretio scutorum 150. † quæ cùm 11
non habuerit effectum, ex quo eadem domus fuit postea Alexandro testatori retrouendita, seu retrocessa, restituto per eum emptori eodem loco montis aliàs à Clemente recepto, & liberato eodem emptore ab obligatione soluendi residuum pretij, vt constat ex instrumento dictæ retrocessionis, de quo in nouo Sommario Francisci, *n. 1.* propterea non potest dicta venditio suffragari ad effectum imputationis, *Modera. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæst. 3. num. 44.*

Tertia alienatio quæ prætendebatur, est vēditio alterius domus, sitæ in eadem Ciuitate facta per eumdem Clementem, vt in *Summ. Liciniæ, num 7.* de qua

idem dicen.est, quod de suptadicta, quia nee ista habuit effectum, cùm etiam fuetit dicta domus eidem Alexandro retrouendita, seu tettocessa ab eodem emptore, cui dictus Alexander eensum ibi impositum te-srotessit, & ab obligatione tesidui liberauit, vt in dicto nouo *Summario* Francisci, *num*.2.

Quatiò adducebatut alienatio cuiusdam domus ad sanctum Stephanum in Vtbe, facta per Alexandtum testatorem ptetio scutorom 1150. vt in *Summ. Licinia, num*.15. quæ similiter non teleuat, quia domus ista in diuisione facta per Alexandrum, & eius fratres fuit assignata pro solutione partis dotis scutorum 2000. quæ Ioannes Angelus legauit Peutasileæ filiæ suæ. vt in nouo *Summario* Francisci, *num*.3. fuit enim in dicta diuisione iniunctum onus soluendi dictam dotem illi ex dictis frattibus in cuius portione contingerint vinea, ac terræ sanctæ Matiæ del Riposo, vt iu dicto nouo *Summario* Franeisci, *num*.4. & cùm dicta viuea, & tettæ cootingerint in poitioue Alexandri, vt in eodem *Summario, num*.5. qui dictam dotem soluit, vt appatet ex quietantiia, quæ dantur eodem
32 *Summario* Francisci, *num*.6. † consequentet dicta alienatio fuit facta pro soluenda dote filiæ testatoris: vn-
33 de oon debet io legitimam Alexandri imputari, † quia ex causa dotis filiæ, & debiti fideicommittentis, iure fideicommissi, bona alieuati possunt, *l. filius familias, §. Dum il secondo, ff. de legat. 1. l. cùm fidei haredis, ff. de fideicomm. libert. l. peto, §. pradinm, ff. de legat. 2. & l. alienationes, ff. famil. ercisc. glos. Bart. & Bald.* & communitet scribentes *in l. 2. C. ad Trebell. Molin. de Hisp. primog. lib. 1. cap. 10. num. 2.* & præsertim ex causa solutionis dotis, *Soccin. conf. 16. num. 12. lib. 3. idem Molin. vbi supra lib. 4. cap. 6. n. 2.*

Aliæ verò coniectutæ, & quæ dicebantur de prohibitione legitimæ, & Trebellianicæ, aut fuetuot sublata in præcedenti deeisione, aut nunc eis per Informantes benè satisfactum, aut demum visum fuit non egere responsione

Et ita vtraque, &c.

Terracinen. Beneficij.

Lun. 20. Decembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Possessio insttumentalis est manutenibilis alio non possidente, maximè si titulata existat. Nec manutentionem impedit exceptio reseruationis, nisi illa concludentet probetur. Reseruatio an, & quando comprehendat beneficia habentium domicilium in Vrbe ad effectum annullandi, necne collationem Otdinarij.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non possidente.*
2 *Et maximè procedit, si dicta possessio est titulata.*
3 *In iudicio summarissimo manutentionis sufficit sola possessio sine titulo.*
4 *Reseruatio comprehendit beneficia, qua vacant in Vrbis districtu.*
5 *Reseruatio habet decretum irritans, quod infringit titulum, & possessionem.*
6 *Reseruatio non comprehendit beneficia habentium domicilium in Curia, nisi illi Curiales sint, & ibi ratione Curia morentur.*
7 *Collatio beneficij spectat ad Ordinarium, cessante reseruatione.*
8 *Reseruatio est plenè, & concludenter probanda, cùm tendat ad annullandam prouisionem inferioris habentis intentionem fundatam in suo mense.*
9 *Nec sufficit probatio prasumptiua.*
10 *Manutentio conceditur possidenti, donec ex aduerso reseruatio probetur.*

DECISIO CXX.



VIT tesolutum † Ioanni Baptistæ Maro- 1
daodum esse mandatum de manutenendo, quia docet de sua possessione instrumentali, quæ alio non possidente est manutenibilis, *vulg. tex. in l. pradia*; & ibi *Bart. ff. de acq. poss. Greg. XV. decis. 268. n. 1.* & ibi *additio, Rot. decis. 56. par. 2. recent.* & fuit millies decisum.
Et tantò magis, † quia dicta possessio est titulata, 2
quia prædictus Ioannes Baptista fuit de hoc beneficio, vti vacante de mense Iuoij prouisus ab Ordinario Tetracinen. quo casu tes caret omni dubio: *Osasc.*
decis. 55. per tot. Rot. apud Verall. decis. 66. nu. 4. par. 2. † 3
cùm tamen iuxta opinionem, quam Rot. sequitur sola possessio sioe titulo sufficiat in hoc summatissimo manutentioois iudicio, quidquid sit in aliis remediis possessotiis, *Bart. in l. si duo, num. 4. vers. si verò, ff. vti possid. Panorm. in cap. in literis, n. 27. de restit. spoliat. Menoch. de retin. remed. 3. n. 728. Rot. decis. 35. n. 5. par. 2. recent. Greg. XV. decis. 30.* & ibi *Additio.*
Non obstat, quòd Alexandet vltimus possessor, & per cuius obitum hoc beneficium vacauit, esset Cleri-
cus Romanus, † & decessetit in ciuitate Albani iotta 4
Vrbis districtum, & ideò, quod beneficium sit tesér-
uatum *cap. prasenti, §. sanè de preb. in 6.* quæ † reserua- 5
sio cùm habeat decretum irritans, infringit titulum, & possessionem, *Gonz. ad reg. 8. glos. 67. nu. 39. Mohed. decis. 13. n. 2. de restit. spol. & Rot. decis. 189. n. 4. p. 2. diuers.*
† quia sub dicta teseruatione non comprehenduntur 6
beneficia habentium domicilium in Curia, nisi Curiales sint, & ibi ratione Curiæ morentur, itavt hæc duo copulatiuè requitantur, vt ex verbis *tex. in dicto c. sanè* deprehenditur, & ponderat *Archid. ibid. in 5. notab. in fin. post Monac. n. 1. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 68. cum multis sequentibus*, & dixit *Rot. in Romana Beneficiatus S. Petri, 30. mart. 1626. coram R. P. D. meo Pro-*
uano, † & cùm citcumscripta cutialitate modo prædi- 7
cto, collatio beneficij spectet ad Ordinarium, dicta teseruatio, quæ inducit materiam obiectiuam, & tendit ad annullandam prouisionem Infetioris habentis in-
tentionem fundatam in suo mense † est plenè, & con- 8
eludeotet probaoda, † ita vt non sufficiat probatio 9
præsumptiua, *Gomes. super reg. per obit. famil. quest. 13. nu. 6. Rot. decis. 503. p. 2. diuers.* † vnde donec ex aduer- 10
so teseruatio, sic, vt dictum est, non probatur, Ioan-Baptista est manuteoendus, &c.
Et ita vna tantum, &c.

Parmen. Transactionis.

Lun. 20. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur ad effectum probandi enotmissimam læsionem ex transactione resultantem: maximè si fuit in specie com-

missa

is. Tran-
& quan-
imæ læ-
uitu in-
ada so-
statutl

... lasione, quia tunc [illegible] scientia non præsumitur etiam in maiore, num. 24.

6 *Læsio omnis cessat in donante sciente valorem rei donatæ.*

7 *Transactio, & sententia quæ transiuit in iudicatum æquiparantur.*

Hoc procedit in transactione suis partibus absoluta, nempe quando in ea concurrunt tria iuris requisita, de quibus remissiuè, num. 25.

8 *Transactio inuenta est ad finiendas lites, sicut & res iudicata.*

9 *Et vtraque impedit litis ingressum.*

10 *Remissoria non datur habenti contra se rem iudicatam, declara, vt numer. 27.*

11 *Is, qui transegit, admitti non debet ad probandum siue per instrumenta de nouo reperta, siue per alias probationes, quæ amplius non subsistunt, sed irrita fiunt ipso iure, etiam si hoc inter contrahentes actum non sit.*

12 *Transactio tendit ad liberandum.*

Remed. l. 2. C. de rescind. vend. *non habeo locum in actu liberatorio.*

13 *Iuramentum excludit omnem læsionem, dummodo seruari possit sine peccato.*

Fallit stante absolutione, num. 28.

Et maximè si læsio sit vltra dimidiam in magno excessu, num. 32.

14 *Renunciatio facta intuitu ingressus in Religionem, non rescinditur prætextu cuiusque enormissimæ læsionis.*

15 *Remissoria in prophanis non solet denegari, stante releuantia articulorum.*

16 *Remissio redditionis rationis importat etiam remissionem fructuum ex bonis administratis perceptorum.*

17 *Transactio regulariter rescinditur probata enormissima læsione.*

Hoc procedit etiam inter fratres, qui transigerunt super hæreditate paterna, & fraterna, num. 19.

18 *Laudum rescinditur ex capite enormissimæ læsionis.*

24 *Liberalitas non præsumitur in contractibus respectiuis.*

26 *In transactione deficit bona fides, stante enormissima læsione, & oritur dolus re ipsa, num. 29.*

27 *Remissoria conceditur si fuit commissa causa rescissionis transactionis.*

Remissoria conceditur contra rem iudicatam, quando est commissa causa restitutionis in integrum, & datur magnus summus releuantia articulorum.

29 *Consensus excluditur ex enormissima læsione.*

Dolus, qui oritur ex enormissima læsione, æquiparatur dolo ex proposito quoad rescissionem.

30 Auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem, & cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. *non intrant stante dolo.*

31 *Iustitia iuramentum comitatur, & ideò ea deficiente, & illud deficit.*

33 *Renunciatio facta à cogitante ingredi in Religionem non est comprehensa in decreto* Conc. Trid. sess. 25. cap. 26. *itaut valida sit etiam sine Conc. solemnitatibus.*

34 *Solemnitas statuaria requisita in donatione, seu renunciatione, si deficiat, renunciatio, seu donatio non tenet.*

35 *Solemnitas inuenta ad fraudes euitandas, dicitur adhiberi ob publicam vtilitatem, & sic eius omissio vitiat contractum.*

36 *Solemnitas statuti requisita in aliquo actu, non censetur remissa à Principe, qui concedit licentiam faciendi actum illum.*

37 *Solemnitas statuti sæcularis non seruatur in renunciatione facta à Nouitio, sed seruatur solemnitas Concilij, & iuris canonici, num. 40.*

38 *Nouitius reputatur persona Ecclesiastica.*

39 *In contrahentibus attendi debet status, in quo reperiuntur de tempore contractus.*

40 *Nouitius non subijcitur statuto sæculari.*

41 *Solemnitas statuti sæcularis seruatur in contractu illius, qui nondum ingressus est Religionem, sed cogitat de ingressu.*

42 *Filius qui renunciauit bonis paternis præsentibus, & futuris, succedit nihilominus fratri ab intestato in bonis paternæ hæreditatis.*

DECISIO CXXI.



EQVES Martios Tagliaferrus obtentâ iam absolutione à iuramento petiit remissoriam ad effectum probandi, quòd in transactione inita inter ipsum, & Paulum Camillum Tagliaferrum eius fratrem, fuit enormissimè læsus dum pro libris 1800. annuis vita sua durante dumtaxat, remisit (vt prætendit) libras 7047. annuas, & perpetuas, & fructus plurium annorum per dictum Camillum perceptos ex portione ad ipsum spectante in hæreditatibus Alexandri eorum patris, & Ioannis Baptistæ communis fratris, nec non alia bona fideicommisso supposita ad eius fauorem. † Remissoriam autem non esse dandam contendebatur pro parte Camilli ex ir- 1

releuantia

idem dicen. est, quod de supradicta, quia nec ista habuit effectum, cùm etiam fuerit dicta domus eidem Alexandro retrouendita, seu retrocessa ab eodem emptore, cui dictus Alexander censum ibi impositum retrocessit, & ab obligatione residui liberauit, vt in dicto nouo *Summario* Francisci, *num.* 2.

Quartò adducebatur alienatio cuiusdam domus ad sanctum Stephanum in Vrbe, facta per Alexandrum testatorem pretio scutorum 1150. vt in *Summ. Licinia, num.* 15. quæ similiter non releuat, quia domus ista in diuisione facta per Alexandrum, & eius fratres fuit assignata pro solutione partis dotis scutorum 2000. quæ Ioannes Angelus legauit Pentasileæ filiæ suæ, vt in nouo *Summario* Francisci, *num.* 3. fuit enim in dicta diuisione iniunctum onus soluendi dictam dotem illi ex dictis fratribus in cuius portione contingerint vinea, ac terræ sanctæ Mariæ del Riposo, vt in dicto nouo *Summario* Francisci, *num.* 4. & cùm dicta vinea, & terræ contingerint in portione Alexandri, vt in eodem *Summario, num.* 5. qui dictam dotem soluit, vt apparet ex quietantiis, quæ dantur eodem

12 *Summario* Francisci, *num.* 6. † consequenter dicta alienatio fuit facta pro soluenda dote filiæ testatoris: vn-

13 de non debet in legitimam Alexandri imputari, † quia ex causa dotis filiæ, & debiti fideicommittentis, iure fideicommissi, bona alienari possunt, *l. filius familias, §. Diui il secondo, ff. de legat.* 1. *l. cùm fidei heredis, ff. de fideicomm. libert. l. peto, §. prædium, ff. de legat.* 2. *& Lalio nationes, ff. famil. ercisc. glos. Bart. & Bald.* & communiter scribentes *in l.* 2. *C. ad Trebell. Molin. de Hisp. primog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. & præsertim ex causa solutionis dotis, *Soccin. cons.* 16. *num.* 12. *lib.* 3. *idem Molin. vbi supra lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 2.

Aliæ verò coniecturæ, & quæ dicebantur de prohibitione legitimæ, & Trebellianicæ, aut fuerunt sublata in præcedenti decisione, aut nunc eis per Informantes benè satisfactum, aut demum visum fuit non egere responsione

Et ita vtraque, &c.

Terracinen. Beneficij.

Lun. 20. *Decembr.* 1627.

ARGVMENTVM.

Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non possidente, maximè si titulata existat. Nec manutentionem impedit exceptio reseruationis, nisi illa concludenter probetur. Reseruatio an, & quando comprehendat beneficia habentium domicilium in Vrbe ad effectum annullandi, nec ne collationem Ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non possidente.*
2 *Et maximè procedit, si dicta possessio est titulata.*
3 *In iudicio summarissimo manutentionis sufficit sola possessio sine titulo.*
4 *Reseruatio comprehendit beneficia, qua vacant in Vrbis districtu.*
5 *Reseruatio habet decretum irritans, quod infringit titulum, & possessionem.*
6 *Reseruatio non comprehendit beneficia habentium domicilium in Curia, nisi illi Curiales sint, & ibi ratione Curia morentur.*
7 *Collatio beneficij spectat ad Ordinarium, cessante reseruatione.*
8 *Reseruatio est plenè, & concludenter probanda, cùm tendat ad annullandam prouisionem inferioris habentis intentionem fundatam in suo mense.*
9 *Nec sufficit probatio præsumptiua.*
10 *Manutentio conceditur possidenti, donec ex aduerso reseruatio probetur.*

DECISIO CXX.



VT resolutum † Ioanni Baptistæ Maro 1 dandum esse mandatum de manutenendo, quia docet de sua possessione instrumentali, quæ alio non possidente est manutenibilis, *vulg. tex. in l. predia*; & ibi *Bart. ff. de acq. poss. Greg. XV. decis.* 168 *n.* 1. & ibi *additio, Rot. decis.* 56. *par.* 2. *recent* & fuit millies decisum.

Et tantò magis, † quia dicta possessio est titulata, 2 quia prædictus Ioannes Baptista fuit de hoc beneficio, vti vacante de mense Iunij prouisus ab Ordinario Terracinen. quo casu res caret omni dubio: *Osasc. decis.* 55. *per tot. Rot. apud Verall. decis.* 66. *nu.* 4. *par.* 2. † 3 cùm tamen iuxta opinionem, quam Rot. sequitur sola possessio sine titulo sufficiat in hoc summarissimo manutentionis iudicio, quidquid sit in aliis remediis possessoriis, *Bart. in l. si duo, num.* 4. *vers. si verò, ff. vti possid. Panorm. in cap. in literis, n.* 27. *de restit. spoliat. Menoch. de retin. remed.* 3. *n.* 728. *Rot. decis.* 35. *n.* 3. *par.* 2. *recent. Greg. XV. decis.* 30. & ibi *Additio.*

Non obstat, quòd Alexander vltimus possessor, & per cuius obitum hoc beneficium vacauit, esset Clericus Romanus, † & decesserit in ciuitate Albani intra 4 Vrbis districtum, & ideò, quod beneficium sit reseruatum *cap. præsenti, §. sanè de preb. in* 6. quæ † reserua- 5 tio cùm habeat decretum irritans, infringit titulum, & possessionem, *Gonz. ad reg.* 8. *glos.* 67. *nu.* 39. *Mohed. decis.* 13. *n.* 2. *de restic. spol. & Rot. decis.* 289. *n.* 4. *p.* 2. *diuers.* † quia sub dicta reseruatione non comprehenduntur 6 beneficia habentium domicilium in Curia, nisi Curiales sint, & ibi ratione Curiæ morentur, itavt hæc duo copulatiuè requirantur, vt ex verbis *tex. in dicto §. sanè* deprehenditur, & ponderat *Archid. ibid. in* 5. *notab. in fin. post Monac. n.* 1. *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 68. *cum multis sequentibus*; & dixit *Rot. in Romana Beneficiatus S. Petri,* 30. *Mart.* 1626. *coram R. P. D. meo Peruano*, † & cùm circumscripta curialitate modo prædi- 7 cto, collatio beneficij spectet ad Ordinarium, dicta reseruatio, quæ inducit materiam obiectiuam, & tendit ad annullandam prouisionem Inferioris habentis intentionem fundatam in suo mense † est plenè, & con- 8 cludenter probanda, † ita vt non sufficiat probatio 9 præsumptiua, *Gomes. super reg. per obit. famil. quest.* 13. *nu.* 6. *Rot. decis.* 505. *p.* 2. *diuers.* † vnde donec ex aduer- 10 so reseruatio, sicut dictum est, non probatur, Ioan. Baptista est manutenendus, &c.

Et ita vna tantum, &c.

Parmen. Transactionis.

Lun. 20. *Decemb.* 1627.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur ad effectum probandi enormissimam læsionem ex transactione resultantem: maximè si fuit in specie commissa

missa causa rescissionis transactionis. Transactio, renunciatio, & donatio, an, & quando rescindantur prætextu enormissimæ læsionis. In renunciatione facta intuitu ingressus in Religionem, an sit seruanda solemnitas Concil. Trident. aut verò statuti sæcularis.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non datur, si articuli sunt irreleuantes.*
Articuli sunt irreleuantes si probati non prosunt.
2 *Læsio non attenditur in donatione, seu renunciatione, & vide rationem ibid.*
Declara id verum esse in donatione, seu renunciatione, quæ fit ex mera liberalitate ad fauorem alicuius, & quæ non est correspectiua, secus quando non fit ex mera liberalitate, sed fit respectu alicuius dati, aut remissi per illam, cui renunciatur, & donatur, quia tunc attenditur læsio, itaut intret dispositio, leg. 2. C. de resc. vend. num. 20. & ratio redditur, num. 21.
Amplia primò hoc procedere etiam si in donatione correspectiua dictum fuerit, quod plus est, dono, quia intelligitur de modico excessu, non autem de eo, quod est vltra dimidiam, nisi etiam expressè dictum sit, quòd datur illud plus siue in modica, aut magna quantitate, & quantumcúmque sit, num. 22.
Amplia secundò procedere etiam in simplici donatione, quando donata sunt res magni valoris, & donans iusto errore ductus, credebat eas esse modici valoris, num. 23.
3 *Renunciantibus iura sua non datur regressus.*
4 *Donare, & renunciare iuri suo, vnicuique concessum est.*
5 *Renuncians, seu donans si sit maior, præsumitur benè informatus de rebus renunciatis, seu donatis, & consequenter, quòd voluerit liberalitatem exercere.*
Fallit in renunciatione, seu donatione respectiua, & stante in ea enormissima læsione, quia tunc talis scientia non præsumitur etiam in maiore, num. 24.
6 *Læsio omnis cessat in donante sciente valorem rei donatæ.*
7 *Transactio, & sententia quæ transiuit in iudicatam æquiparantur.*
Hoc procedit in transactione suis partibus absoluta, nempe quando in ea concurrunt tria iuris requisita, de quibus remissiuè, num. 25.
8 *Transactio inuenta est ad finiendas lites, sicut & res iudicata.*
9 *Et vtraque impedit litis ingressum.*
10 *Remissoria non datur habenti contra se rem iudicatam, declara, vt numer. 27.*
11 *Is, qui transegit, admitti non debet ad probandum siue per instrumenta de nouo reperta, siue per alias probationes, quæ amplius non subsistunt, sed irrita fiunt ipso iure, etiam si hoc inter contrahentes actum non sit.*
12 *Transactio tendit ad liberandum.*
Remed. l. 1. C. de rescind. vend. *non habeo locum in actu liberatorio.*
13 *Iuramentum excludit omnem læsionem, dummodo seruari possit sine peccato.*
Fallit stante absolutione, num. 28.
Et maximè si læsio sit vltra dimidiam in magno excessu, num. 32.
14 *Renunciatio facta intuitu ingressus in Religionem, non rescinditur prætextu cuiusque enormissimæ læsionis.*
15 *Remissoria in prophanis non solet denegari, stante releuantia articulorum.*
16 *Remissio redditionis rationis importat etiam remissionem fructuum ex bonis administratis perceptorum.*
17 *Transactio regulariter rescinditur probata enormissima læsione.*
Hoc procedit etiam inter fratres, qui transigerunt super hæreditate paterna, & fraterna, num. 19.
18 *Laudum rescinditur ex capite enormissimæ læsionis.*
24 *Liberalitas non præsumitur in contractibus respectiuis.*
26 *In transactione deficit bona fides, stante enormissima læsione, & oritur dolus re ipsa, num. 29.*
27 *Remissoria conceditur si fuit commissa causa rescissionis transactionis.*
Remissoria conceditur contra rem iudicatam, quando est commissa causa restitutionis in integrum, & datur magnus fumus releuantiæ articulorum.
29 *Consensus excluditur ex enormissima læsione.*
Dolus, qui oritur ex enormissima læsione, æquiparatur dolo ex proposito quoad rescissionem.
30 Auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem, & cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. *non intrant stante dolo.*
31 *Iustitia iuramentum comitatur, & ideò ea deficiente, & illud deficit.*
33 *Renunciatio facta à cogitante ingredi in Religionem non est comprehensa in decreto* Conc. Trid. sess. 25. cap. 26. *itaut valida sit etiam sine Conc. solemnitatibus.*
34 *Solemnitas statutaria requisita in donatione, seu renunciatione, si deficiat, renunciatio, seu donatio non tenet.*
35 *Solemnitas inuenta ad fraudes euitandas, dicitur adhiberi ob publicam vtilitatem, & sic eius omissio vitiat contractum.*
36 *Solemnitas statuti requisita in aliquo actu, non censetur remissa à Principe, qui concedit licentiam faciendi actum illum.*
37 *Solemnitas statuti sæcularis non seruatur in renunciatione facta à Nouitio, sed seruatur solemnitas Concilij, & iuris canonici, num. 40.*
38 *Nouitius reputatur persona Ecclesiastica.*
39 *In contrahentibus attendi debet status, in quo reperiuntur de tempore contractus.*
40 *Nouitius non subijcitur statuto sæculari.*
41 *Solemnitas statuti sæcularis seruatur in contractu illius, qui nondum ingressus est Religionem, sed cogitat de ingressu.*
42 *Filius qui renunciauit bonis paternis præsentibus, & futuris, succedit nihilominus fratri ab intestato in bonis paternæ hæreditatis.*

DECISIO CXXI.



QVES Martius Tagliaferrus obtentâ iam absolutione à iuramento petiit remissoriam ad effectum probandi, quòd in transactione inita inter ipsum, & Paulum Camillum Tagliaferrum eius fratrem, fuit enormissimè læsus dum pro libris 1800. annuis vita sua durante dumtaxat, remisit (vt prætendit) libras 7047. annuas, & perpetuas, & fructus plurium annorum per dictum Camillum perceptos ex portione ad ipsum spectante in hæreditatibus Alexandri eorum patris, & Ioannis Baptistæ communis fratris, nec non alia bona fideicommisso supposita ad eius fauorem. † Remissoriam autem non 1
esse dandam contendebatur pro parte Camilli ex ir-

idem dicen.est, quod de supradicta, quia nec ista habuit effectum, cùm etiam fuerit dicta domus eidem Alexandro retrouendita, seu retrocessa ab eodem emptore, cui dictus Alexander censum ibi impositum retrocessit, & ab obligatione residui liberauit, vt in dicto nouo *Summario* Francisci, *num.*2.

Quartò adducebatur alienatio cuiusdam domus ad sanctum Stephanum in Vrbe, facta per Alexandrum testatorem pretio scutorum 1250. vt in *Summ. Licinia, num.*15. quæ similiter non releuat, quia domus ista in diuisione facta per Alexandrum, & eius fratres fuit assignata pro solutione partis dotis scutorum 2000. quæ Ioannes Angelus legauit Pentasileæ filiæ suæ, vt in nouo *Summario* Francisci, *num.*3. fuit enim in dicta diuisione iniunctum onus soluendi dictam dotem illi ex dictis fratribus in cuius portione contingerint vinea, ac terræ sanctæ Mariæ del Riposo, vt in dicto nouo *Summario* Francisci, *num.*4. & cùm dicta vinea, & terræ contingerint in portione Alexandri, vt in eodem *Summario, num.*5. qui dictam dotem soluit, vt apparet ex quietantiis, quæ dantur eodem
12 *Summario* Francisci, *num.*6. † consequenter dicta alienatio fuit facta pro soluenda dote filiæ testatoris: vn-
13 de non debet in legitimam Alexandri imputari, † quia ex causa dotis filiæ, & debiti fideicommittentis, iure fideicommissi, bona alienari possunt, *l. filius familias, §. Diui il secondo, ff. de legat.* 1. *l. cùm fidei haredis, ff. de fideicomm. libert. l. peto, §. prædium, ff. de legat.* 2. *& l. alienationes, ff. famil. ercisc. glos. Bart. & Bald.* & communiter scribentes *in l.* 2. *C. ad Trebell. Molin. de Hisp. primog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. & præsertim ex causa solutionis dotis, *Soccin. cons.* 16. *num.* 12. *lib.* 3. *idem Molin. vbi supra lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 2.

Aliæ verò coniecturæ, & quæ dicebantur de prohibitione legitimæ, & Trebellianicæ, aut fuerunt sublata in præcedenti decisione, aut nunc eis per Informantes benè satisfactum, aut demum visum fuit non egere responsione

Et ita vtraque, &c.

Terracinen. Beneficij.

Lun. 20. Decembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non possidente, maximè si titulata existat. Nec manutentionem impedit exceptio reseruationis, nisi illa concludenter probetur. Reseruatio an, & quando comprehendat beneficia habentium domicilium in Vrbe ad effectum annullandi, necne collationem Ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non possidente.*
2 *Et maximè procedit, si dicta possessio est titulata.*
3 *In iudicio summarissimo manutentionis sufficit sola possessio sine titulo.*
4 *Reseruatio comprehendit beneficia, quæ vacant in Vrbis districtu.*
5 *Reseruatio habet decretum irritans, quod infringit titulum, & possessionem.*
6 *Reseruatio non comprehendit beneficia habentium domicilium in Curia, nisi illi Curiales sint, & ibi ratione Curiæ morentur.*
7 *Collatio beneficij spectat ad Ordinarium, cessante reseruatione.*
8 *Reseruatio est plenè, & concludenter probanda, cùm tendat ad annullandam prouisionem inferioris habentis intentionem fundatam in suo mense.*
9 *Nec sufficit probatio præsumptiua.*
10 *Manutentio conceditur possidenti, donec ex aduerso reseruatio probetur.*

DECISIO CXX.



FVIT resolutum †Ioanni Baptistæ Mato 1
dandum esse mandatum de manutenendo, quia docet de sua possessione instrumentali, quæ alio non possidente est manutenibilis, *vulg. tex. in l. prædia*; & ibi *Bart. ff. de acq. poss. Greg. XV. decis.* 268. *n.* 1. & ibi *additio, Rot. decis.* 56. *par.* 2. *recent.* & fuit millies decisum.
Et tantò magis, † quia dicta possessio est titulata, 2
quia prædictus Ioannes Baptista fuit de hoc beneficio, vti vacante de mense Iunij prouisus ab Ordinario Terracinen. quo casu res caret omni dubio: *Osasc.*
decis. 55. *per tot. Rot. apud Verall. decis.* 66. *nu.* 4. *par.* 2. † 3
cùm tamen iuxta opinionem, quam Rot. sequitur sola possessio sine titulo sufficiat in hoc summarissimo manutentionis iudicio, quidquid sit in aliis remediis possessoriis, *Bart. in l. si duo, num.* 4. *vers. si verò, ff. vti possid. Panorm. in cap. in literis, n.* 27. *de restit. spoliat. Menoch. de retin. remed.* 3. *n.* 728. *Rot. decis.* 35. *n.* 5. *par.* 2. *recent. Greg. XV. decis.* 30. & ibi *Additio.*
Non obstat, quòd Alexander vltimus possessor, & per cuius obitum hoc beneficium vacauit, esset Cleri-
cus Romanus, † & decessisset in ciuitate Albani intra 4
Vrbis districtum, & ideò, quod beneficium sit reser-
uatum *cap. præsenti, §. sanè de præb. in* 6. quæ † reserua- 5
tio cùm habeat decretum irritans, infringit titulum, & possessionem, *Gonz. ad reg.* 8. *glos.* 67. *nu.* 39. *Mohed. decis.* 13. *n.* 2. *de restit. spol. & Rot. decis.* 189. *n.* 4. *p.* 2. *diuers.*
† quia sub dicta reseruatione non comprehenduntur 6
beneficia habentium domicilium in Curia, nisi Curiales sint, & ibi ratione Curiæ morentur, ita vt hæc duo copulatiuè requirantur, vt ex verbis *tex. in dicto c. sanè* deprehenditur, & ponderat *Archid. ibid. in* 5. *notab. in fin. post Monac. n.* 1. *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 68. *cum multis sequentibus*; & dixit *Rot. in Romana Beneficiatus S. Petri,* 30. *mart.* 1626. *coram R. P. D. meo Pro-*
nano, † & cùm circumscripta curialitate modo prædi- 7
cto, collatio beneficij spectet ad Ordinarium, dicta reseruatio, quæ inducit materiam obiectiuam, & tendit ad annullandam prouisionem Inferioris habentis in-
tentionem fundatam in suo mense † est plenè, & con- 8
cludenter probanda, † ita vt non sufficiat probatio 9
præsumptiua, *Gomes. super reg. per obit. famil. quæst.* 13.
nu. 6. *Rot. decis.* 503. *p.* 2. *diuers.* † vnde donec ex aduer- 10
so reseruatio, sic, vt dictum est, non probatur, Ioan. Baptista est manutenendus, &c.
Et ita vna tantum, &c.

Parmen. Transactionis.

Lun. 20. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur ad effectum probandi enormissimam læsionem ex transactione resultantem: maximè si fuit in specie com-

mißa

missa causa rescissionis transactionis. Transactio, renunciatio, & donatio, an, & quando rescindantur prætextu enormissimæ læsionis. In renunciatione facta intuitu ingressus in Religionem, an sit seruanda solemnitas Concil. Trident. aut verò statuti sæcularis.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria non datur, si articuli sunt irrelevantes.*
Articuli sunt irrelevantes si probati non prosunt.
2 *Læsio non attenditur in donatione, seu renunciatione, & vide rationem ibid.*
Declara id verum esse in donatione, seu renunciatione, quæ fit ex mera liberalitate ad fauorem alicuius, & quæ non est correspectiua, secus quando non fit ex mera liberalitate, sed fit respectu alicuius dati, aut remissi per illum, cui renunciatur, & donatur, quia tunc attenditur læsio, et aut intret dispositio, leg. 2. C. de resc. vend. num. 20. & ratio redditur, num. 21.
Amplia primò hoc procedere etiam si in donatione correspectiua dictum fuerit, quod plus est, dono, quia intelligitur de modico excessu, non autem de eo, quod est vltra dimidiam, nisi etiam expressè dictum sit, quòd datur illud plus siue in modica, aut magna quantitate, & quantumcúmque sit, num. 22.
Amplia secundò procedere etiam in simplici donatione, quando donata sunt res magni valoris, & donans iusto errore ductus, credebat eas esse modici valoris, num. 23.
3 *Renunciantibus iura sua non datur regressus.*
4 *Donare, & renunciare iuri suo, vnicuique concessum est.*
5 *Renuncians, seu donans si sit maior, præsumitur benè informatus de rebus renunciatis, seu donatis, & consequenter, quòd voluerit liberalitatem exercere.*
Fallit in renunciatione, seu donatione respectiua, & stante in ea enormissima læsione, quia tunc talis scientia non præsumitur etiam in maiore, num. 24.
6 *Læsio omnis cessat in donante sciente valorem rei donatæ.*
7 *Transactio, & sententia quæ transiuit in iudicatum æquiparantur.*
Hoc procedit in transactione suis partibus absoluta, nempe quando in ea concurrunt tria iuris requisita, de quibus remissiuè, num. 25.
8 *Transactio inuenta est ad finiendas lites, sicut & res iudicata.*
9 *Et vtraque impedit litis ingressum.*
10 *Remissoria non datur habenti contra se rem iudicatam, declara, vt numer. 27.*
11 *Is, qui transegit, admitti non debet ad probandum siue per instrumenta de nouo reperta, siue per alias probationes, quæ amplius non subsistunt, sed irritæ fiunt ipso iure, etiam si hoc inter contrahentes actum non sit.*
12 *Transactio tendit ad liberandum.*
Remed. l. 2. C. de rescind. vend. *non habeo locum in actu liberatorio.*
13 *Iuramentum excludit omnem læsionem, dummodo seruari possit sine peccato.*
Fallit stante absolutione, num. 28.
Et maximè si læsio sit vltra dimidiam in magno excessu, num. 32.
14 *Renunciatio facta intuitu ingressus in Religionem, non rescinditur prætextu cuiusque enormissimæ læsionis.*
15 *Remissoria in prophanis non solet denegari, stante releuantia articulorum.*
16 *Remissio redditionis rationis importat etiam remissionem fructuum ex bonis administratis perceptorum.*
17 *Transactio regulariter rescinditur probata enormissima læsione.*
Hoc procedit etiam inter fratres, qui transigerunt super hæreditate paterna, & fraterna, num. 19.
18 *Laudum rescinditur ex capite enormissimæ læsionis.*
24 *Liberalitas non præsumitur in contractibus respectiuis.*
26 *In transactione deficit bona fides, stante enormissima læsione, & oritur dolus re ipsa, num. 29.*
27 *Remissoria conceditur si fuit commissa causa rescissionis transactionis.*
Remissoria conceditur contra rem iudicatam, quando est commissa causa restitutionis in integrum, & datur magnus fumus releuantiæ articulorum.
29 *Consensus excluditur ex enormissima læsione.*
Dolus, qui oritur ex enormissima læsione, æquiparatur dolo ex proposito quoad rescissionem.
30 Auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem, & cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. *non intrant stante dolo.*
31 *Iustitia iuramentum comitatur, & ideò ea deficiente, & illud deficit.*
33 *Renunciatio facta à cogitante ingredi in Religionem non est comprehensa in decreto* Conc. Trid. sess. 25. cap. 16. *itaut valida sit etiam sine Conc. solemnitatibus.*
34 *Solemnitas statutaria requisita in donatione, seu renunciatione, si deficiat, renunciatio, seu donatio non tenet.*
35 *Solemnitas inuenta ad fraudes euitandas, dicitur adhiberi ob publicam vtilitatem, & sic eius omissio vitiat contractum.*
36 *Solemnitas statuti requisita in aliquo actu, non censetur remissa à Principe, qui concedit licentiam faciendi actum illum.*
37 *Solemnitas statuti sæcularis non seruatur in renunciatione facta à Nouitio, sed seruatur solemnitas Concilij, & iuris canonici, num. 40.*
38 *Nouitius reputatur persona Ecclesiastica.*
39 *In contrahentibus attendi debet status, in quo reperiuntur de tempore contractus.*
40 *Nouitius non subijcitur statuto sæculari.*
41 *Solemnitas statuti sæcularis seruatur in contractu illius, qui nondum ingressus est Religionem, sed cogitat de ingressu.*
42 *Filius qui renunciauit bonis paternis præsentibus, & futuris, succedit nihilominus fratri ab intestato in bonis paternæ hæreditatis.*

DECISIO CXXI.



QVES Martius Tagliaferrus obtentâ iam absolutione à iuramento petiit remissoriam ad effectum probandi, quòd in transactione inita inter ipsum, & Paulum Camillum Tagliaferrum eius fratrem, fuit enormissimè læsos dum pro libris 1800. annuis vita sua durante dumtaxat, remisit (vt prætendit) libras 7047. annuas, & perpetuas, & fructus plurium annorum per dictum Camillum perceptos ex portione ad ipsum spectante in hæreditatibus Alexandri eorum patris, & Ioannis Baptistæ communis fratris, nec non alia bona fideicommisso supposita ad eius fauorem. † Remissoriam autem non 1
esse dandam contendebatur pro parte Camilli ex ir-

idem dicen.est, quod de supradicta, quia nec ista habuit effectum, cùm etiam fuerit dicta domos eidem Alexandro retrouendita, seu retrocessa ab eodem emptore, cui dictus Alexander censum ibi impositum retrocessit, & ab obligatione residui liberauit, vt in dicto nouo *Summario* Francisci, *num.2.*

Quartò adducebatur alienatio cuiusdam domus ad sanctum Stephanum in Vrbe, facta per Alexandrum testatorem pretio scutornm 1250. vt in *Summ. Licinia, num.15.* quæ similiter non releuat, quia domus ista in diuisione facta per Alexandrum, & eius fratres fuit assignata pro solutione partis dotis scutorum 2000. quæ Ioannes Angelus legauit Pentasileæ filiæ suæ, vt in nouo *Summario* Francisci, *num.3.* fuit enim in dicta diuisione iniunctum onus soloendi dictam dotem illi ex dictis fratribus in cuius portione contingerint vinea, ac terræ sanctæ Mariæ del Riposo, vt in dicto nooo *Summario* Francisci, *num.4.* & cùm dicta vinea, & terræ contingerint in portione Alexandri, vt in eodem *Summario, num.5.* qui dictam dotem soluit, vt apparet ex quietantiis, quæ dantur eodem
12 *Summario* Francisci, *num.6.* † consequenter dicta alienatio fuit facta pro soluenda dote filiæ testatoris: vn-
13 de non debet in legitimam Alexandri imputari, † quia ex causa dotis filiæ, & debiti fideicommittentis, iure fideicommissi, bona alienari possunt, *l. filius familias, §. Diui il secendo, ff. de legat. 1. l. cùm fidei hæredis, ff. de fideicomm. libert. l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2. & l. alienationes, ff. famil. ercisc. glos. Bart. & Bald.* & communiter scribentes *in l. 2. C. ad Trebell. Molin. de Hisp. primog. lib. 1. cap. 10. num. 2.* & præsertim ex causa solutionis dotis, *Soccin. cons. 16. num. 12. lib. 3. idem Molin. vbi supra lib. 4. cap. 6. n. 2.*

Aliæ verò coniecturæ, & quæ dicebantur de prohibitione legitimæ, & Trebellianicæ, aut fuerunt sublata in præcedenti decisione, aut nunc eis per Informantes benè satisfactum, aut demum visum fuit non egere responsione

Et ita vtraque, &c.

Terracinen. Beneficij.

Lun. 20. Decembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non possidente, maximè si titulata existat. Nec manutentionem impedit exceptio reseruationis, nisi illa concludenter probetur. Reseruatio an, & quando comprehendat beneficia habentium domicilium in Vrbe ad effectum annullandi, nec ne collationem Ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non possidente.*
2 *Et maximè procedit, si dicta possessio est titulata.*
3 *In iudicio summarissimo manutentionis sufficit sola possessio sine titulo.*
4 *Reseruatio comprehendit beneficia, quæ vacant in Vrbis districtu.*
5 *Reseruatio habet decretum irritans, quod infringit titulum, & possessionem.*
6 *Reseruatio non comprehendit beneficia habentium domicilium in Curia, nisi illi Curiales sint, & ibi ratione Curiæ moreutur.*
7 *Collatio beneficij spectat ad Ordinarium, cessante reseruatione.*
8 *Reseruatio est plenè, & concludenter probanda, cùm tendat ad annullandam prouisionem inferioris habentis intentionem fundatam in suo mense.*
9 *Nec sufficit probatio præsumptiua.*
10 *Manutentio conceditur possidenti, donec ex aduerso reseruatio probetur.*

DECISIO CXX.



FVIT resolutum † Ioanni Baptistæ Maro dandum esse mandatum de manutenendo, quia docet de sua possessione instrumentali, quæ alio non possidente est manutenibilis, *vulg. tex. in l. prædia*; & ibi *Bart. ff. de acq. poss. Greg. XV. decis. 268. n. 1.* & ibi *additio, Rot. decis. 56. par. 2. recent.* & fuit millies decisum. 1

Et tantò magis, † quia dicta possessio est titulata, 2
quia prædictus Ioannes Baptista fuit de hoc beneficio, vti vacante de mense Iunij prouisus ab Ordinario Terracinen. quo casu res caret omni dubio: *Osasc. decis. 55. per tot. Rot. apud Verall. decis. 66. nu. 4. par. 2.* † 3
cùm tamen iuxta opinionem, quam Rot. sequitur sola possessio sine titulo sufficiat in hoc summarissimo manutentionis iudicio, quidquid sit in aliis remediis possessoriis, *Bart. in l. si duo, num. 4. vers. si verò, ff. vti possid. Panorm. in cap. in literis, n. 27. de restit. spoliat. Menoch. de retin. remed. 3. n. 728. Rot. decis. 35. n. 3. par. 2. recent. Greg. XV. decis. 30.* & ibi *Additio.*

Non obstat, quòd Alexander vltimus possessor, & per cuius obitum hoc beneficium vacauit, esset Clericus Romanus, † & decesserit in ciuitate Albani intra 4
Vrbis districtum, & ideò, quod beneficium sit reseruatum *cap. præsenti, §. sanè de præb. in 6.* quæ † reserua- 5
tio cùm habeat decretum irritans, infringit titulum, & possessionem, *Gonz. ad reg. 8. glos. 67. nu. 39. Mohed. decis. 13. n. 2. de restit. spol. & Rot. decis. 189. n. 4. p. 2. diuers.*
† quia sub dicta reseruatione non comprehenduntur 6
beneficia habentium domicilium in Curia, nisi Curiales sint, & ibi ratione Curiæ morentur, itavt hæc duo copulatiuè requirantur, vt ex verbis *tex. in dicto c. sanè* deprehenditur, & ponderat *Archid. ibid. in 5. notab. in fin. post Monac. n. 1. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 68. cum multis sequentibus*; & dixit *Rot. in Romana Beneficiatus S. Petri, 30. mart. 1626. coram R. P. D. meo Pirovano,* † & cùm circumscripta curialitate modo prædi- 7
cto, collatio beneficij spectet ad Ordinarium, dicta reseruatio, quæ inducit materiam obiectiuam, & tendit ad annullandam prouisionem Inferioris habentis intentionem fundatam in suo mense † est plenè, & con- 8
cludenter probanda, † ita vt non sufficiat probatio 9
præsumptiua, *Gomes. super reg. per obit. famil. quæst. 13. nu. 6. Rot. decis. 503. p. 2. diuers.* † vnde donec ex aduer- 10
so reseruatio, sic, vt dictum est, non probatur, Ioan. Baptista est manutenendus, &c.
Et ita vna tantum, &c.

Parmen. Transactionis.

Lun. 20. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur ad effectum probandi enormissimam læsionem ex transactione resultantem: maximè si fuit in specie commissa

missa causa rescissionis transactionis. Transactio, renunciatio, & donatio, an, & quando rescindantur prætextu enormissimæ læsionis. In renunciatione facta intuitu ingressus in Religionem, an sit seruanda solemnitas Concil. Trident. aut verò statuti sæcularis.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non datur, si articuli sunt irrelenantes.*
Articuli sunt irrelenantes si probati non prosunt.
2 *Læsio non attenditur in donatione, seu renunciatione, & vide rationem ibid.*
Declara id verum esse in donatione, seu renunciatione, qua fit ex mera liberalitate ad fauorem alicuius, & qua non est correspectiua, secus quando non fit ex mera liberalitate, sed fit respectu alicuius dati, aut remissi per illum, cui renunciatur, & donatur, quia tunc attenditur læsio, itaut in tr ee dispositio, leg. 2. C. de resc. vend. num. 20. & ratio redditur, num. 21.
Amplia primò hoc procedere etiam si in donatione correspectiua dictum fuerit, quod plus est, dono, quia intelligitur de modico excessu, non autem de eo, quod est vltra dimidiam, nisi etiam expressè dictum sit, quòd datur illud plus siue in modica, aut magna quantitate, & quantumcumque sit, num. 22.
Amplia secundò procedere etiam in simplici donatione, quando donata sunt res magni valoris, & donans iusto errore ductus, credebat eas esse modici valoris, num. 23.
3 *Renunciantibus iura sua non datur regressus.*
4 *Donare, & renunciare iuri suo, vnicuique concessum est.*
5 *Renuncians, seu donans si sit maior, præsumitur benè informatus de rebus renunciatis, seu donatis, & consequenter, quòd voluerit liberalitatem exercere.*
Fallit in renunciatione, seu donatione respectiua, & stante in ea enormissima læsione, quia tunc talis scientia non præsumitur etiam in maiore, num. 24.
6 *Læsio omnis cessat in donante sciente valorem rei donatæ.*
7 *Transactio, & sententia quæ transiuit in indicatum æquiparantur.*
Hoc procedit in transactione suis partibus absoluta, nempe quando in ea concurrunt tria iuris requisita, de quibus remissiuè, num. 25.
8 *Transactio inuenta est ad finiendas lites, sicut & res indicata.*
9 *Et vtraque impedit litis ingressum.*
10 *Remissoria non datur habenti contra se rem indicatam, declara, vt numer. 27.*
11 *Is, qui transegit, admitti non debet ad probandum siue per instrumenta de nouo reperta, siue per alias probationes, quæ amplius non subsistunt, sed irrita fiunt ipso iure, etiam si hoc inter contrahentes actum non sit.*
12 *Transactio tendit ad liberandum.*
Remed. l. 2. C. de rescind. vend. non habeo locum in actu liberatorio.
13 *Iuramentum excludit omnem læsionem, dummodo seruari possit sine peccato.*
Fallit stante absolutione, num. 28.
Et maximè si læsio sit vltra dimidiam in magno excessu, num. 32.
14 *Renunciatio facta intuitu ingressus in Religionem, non rescinditur prætextu cuiusque enormissimæ læsionis.*
15 *Remissoria in prophanis non solet denegari, stante relenantia articulorum.*
16 *Remissio redditionis rationis importat etiam remissionem fructuum ex bonis administratis perceptorum.*
17 *Transactio regulariter rescinditur probata enormissima læsione.*
Hoc procedit etiam inter fratres, qui transigerunt super hæreditate paterna, & fraterna, num. 19.
18 *Laudum rescinditur ex capite enormissimæ læsionis.*
24 *Liberalitas non præsumitur in contractibus respectiuis.*
26 *In transactione deficit bona fides, stante enormissima læsione, & oritur dolus re ipsa, num. 29.*
27 *Remissoria conceditur si fuit commissa causa rescissionis transactionis.*
Remissoria conceditur contra rem indicatam, quando est commissa causa restitutionis in integrum, & datur magnus fumus relenantiæ articulorum.
29 *Consensus excluditur ex enormissima læsione.*
Dolus, qui oritur ex enormissima læsione, æquiparatur dolo ex proposito quoad rescissionem.
30 Auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem. & cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. *non intrant stante dolo.*
31 *Iustitia iuramentum comitatur, & ideò ea deficiente, & illud deficit.*
33 *Renunciatio facta à cogitante ingredi in Religionem non est comprehensa in decreto Conc. Trid. sess. 25. cap. 16. itaut valida sit etiam sine Conc. solemnitatibus.*
34 *Solemnitas statuaria requisita in donatione, seu renunciatione, si deficiat, renunciatio, seu donatio non tenet.*
35 *Solemnitas inuenta ad fraudes euitandas, dicitur adhiberi ob publicam vtilitatem, & sic eius omissio vitiat contractum.*
36 *Solemnitas statuti requisita in aliquo actu, non censetur remissa à Principe, qui concedit licentiam faciendi actum illum.*
37 *Solemnitas statuti sæcularis non seruatur in renunciatione facta à Nouitio, sed seruatur solemnitas Concilij, & iuris canonici, num. 40.*
38 *Nouitius reputatur persona Ecclesiastica.*
39 *In contrahentibus attendi debet status, in quo reperiuntur de tempore contractus.*
40 *Nouitius non subijcitur statuto sæculari.*
41 *Solemnitas statuti sæcularis seruatur in contractu illius, qui nondum ingressus est Religionem, sed cogitat de ingressu.*
42 *Filius qui renunciauit bonis paternis præsentibus, & futuris, succedit nihilominus fratri ab intestato in bonis paternæ hæreditatis.*

DECISIO CXXI.



EQVES Martius Tagliaferrus obtentâ iam absolutione à iuramento petiit remissoriam ad effectum probandi, quòd in transactione inita inter ipsum, & Paulum Camillum Tagliaferrum eius fratrem, fuit enormissimè læsus dum pro libris 1800. annuis vita sua durante dumtaxat, remisit (vt prætendit) libras 7047. annuas, & perpetuas, & fructus plurium annorum per dictum Camillum perceptos ex portione ad ipsum spectante in hæreditatibus Alexandri eorum patris, & Ioannis Baptistæ communis fratris, nec non alia bona fideicommisso supposita ad eius fauorem. † Remissoriam autem non esse dandam contendebatur pro parte Camilli ex irrelenantia 1

idem dicen.est, quod de supradicta, quia nec ista habuit effectum, cùm etiam fuerit dicta domus eidem Alexandro retrouendita, seu retrocessa ab eodem emptore, cui dictus Alexander censum ibi impositum retrocessit, & ab obligatione residui liberauit, vt in dicto nouo *Summario* Francisci, *num.*2.

Quartò adducebatur alienatio cuiusdam domus ad sanctum Stephanum in Vrbe, facta per Alexandrum testatorem pretio scutorum 1150. vt in *Summ. Liri- nia, num.*15. quæ similiter non releuat, quia domus ista in diuisione facta per Alexandrum, & eius fratres fuit assignata pro solutione partis dotis scutorum 2000. quæ Ioannes Angelus legauit Pentasileæ filiæ suæ, vt in nouo *Summario* Francisci, *num.*3. fuit enim in dicta diuisione iniunctum onus soluendi dictam dotem illi ex dictis fratribus in cuius portione contingerint vinea, ac terræ sanctæ Mariæ del Riposo, vt in dicto nouo *Summario* Francisci, *num.*4. & cùm dicta vinea, & terræ contingerint in portione Alexandri, vt in eodem *Summario, num.*5. qui dictam dotem soluit, vt apparet ex quietantiis, quæ dantur eodem
12 *Summario* Francisci, *num.*6. † consequenter dicta alienatio fuit facta pro soluenda dote filiæ testatoris: vn-
13 de non debet in legitimam Alexandri imputari, † quia ex causa dotis filiæ, & debiti fideicommittentis, iure fideicommissi, bona alienari possunt, *l. filius familias, §. Diui il secondo, ff. de legat.* 1. *l. cùm fidei heredis, ff. de fideicomm. libert. l. peto, §. prædium, ff. de legat.* 2. *& l. alienationes, ff. famil. ercisc. glos. Bart. & Bald.* & communiter scribentes *in l.* 2. *C. ad Trebell. Molin. de Hisp. primog. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. & præsertim ex causa solutionis dotis, *Soccin. conf.* 16. *num.* 12. *lib.* 3. *idem Molin. vbi supra lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 2.

Aliæ verò coniecturæ, & quæ dicebantur de prohibitione legitimæ, & Trebellianicæ, aut fuerunt sublata in præcedenti decisione, aut nunc eis per Informantes benè satisfactum, aut demum visum fuit non egere responsione

Et ita vtraque, &c.

Terracinen. Beneficij.

Lun. 20. Decembr. 1627.

ARGVMENTVM.

Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non possidente, maximè si titulata existat. Nec manutentionem impedit exceptio reseruationis, nisi illa concludenter probetur. Reseruatio an, & quando comprehendat beneficia habentium domicilium in Vrbe ad effectum annullandi, nec ne collationem Ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non possidente.*
2 *Et maximè procedit, si dicta possessio est titulata.*
3 *In iudicio summarissimo manutentionis sufficit sola possessio sine titulo.*
4 *Reseruatio comprehendit beneficia, quæ vacant in Vrbis districtu.*
5 *Reseruatio habet decretum irritans, quod infringit titulum, & possessionem.*
6 *Reseruatio non comprehendit beneficia habentium domicilium in Curia, nisi illi Curiales sint, & ibi ratione Curiæ morentur.*
7 *Collatio beneficij spectat ad Ordinarium, cessante reseruatione.*
8 *Reseruatio est plenè, & concludenter probanda, cùm tendat ad annullandam prouisionem inferioris habentis intentionem fundatam in suo mense.*
9 *Nec sufficit probatio præsumptiua.*
10 *Manutentio conceditur possidenti, donec ex aduerso reseruatio probetur.*

DECISIO CXX.



Fvit resolutum † Ioanni Baptistæ Maro 1
dandum esse mandatum de manutenendo, quia docet de sua possessione instrumentali, quæ alio non possidente est manutenibilis, *vulg. tex. in l. prædia*; & ibi *Bart. ff. de acq. poss. Greg. XV. decis.* 268. *n.* 1. & ibi *additio, Rot. decis.* 56. *par.* 2. *recent.* & fuit millies decisum.

Et tantò magis, † quia dicta possessio est titulata, 2
quia prædictus Ioannes Baptista fuit de hoc beneficio, vti vacante de mense Iunij prouisus ab Ordinario Terracinen. quo casu res caret omni dubio: *Ossasc. decis.* 55. *per tot. Rot. apud Verall. decis.* 66. *nu.* 4. *par.* 2. † 3
cùm tamen iuxta opinionem, quam Rot. sequitur sola possessio sine titulo sufficiat in hoc summarissimo manutentionis iudicio, quidquid sit in aliis remediis possessoriis, *Bart. in l. si duo, num.* 4. *vers. si verò, ff. vti possid. Panorm. in cap. in literis, n.* 27. *de restit. spoliat. Menoch. de retin. remed.* 3. *n.* 728. *Rot. decis.* 35. *n.* 5. *par.* 2. *recent. Greg. XV. decis.* 30. & ibi *Additio.*

Non obstat, quòd Alexander vltimus possessor, & per cuius obitum hoc beneficium vacauit, esset Clericus Romanus, † & decesserit in ciuitate Albani intra 4
Vrbis districtum, & ideò, quod beneficium sit reseruatum *cap. præsenti, §. sanè de preb. in* 6. quæ † reserua- 5
tio cùm habeat decretum irritans, infringit titulum, & possessionem, *Gonz. ad reg.* 8. *glos.* 67. *nu.* 39. *Mohed. decis.* 13. *n.* 2. *de restit. spol. & Rot. decis.* 189. *n.* 4. *p.* 1. *diuers.*
† quia sub dicta reseruatione non comprehenduntur 6
beneficia habentium domicilium in Curia, nisi Curiales sint, & ibi ratione Curiæ morentur, ita vt hæc duo copulatiuè requirantur, vt ex verbis *tex. in dicto c. sanè* deprehenditur, & ponderat *Archid. ibid. in* 5. *notab. in fin. post Monac. n.* 1. *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 68. *cum multis sequentibus*; & dixit *Rot. in Romana Beneficiatus S. Petri,* 30. *mart.* 1626. *coram R. P. D. meo Pirovano,* † & cùm circumscripta curialitate modo prædi- 7
cto, collatio beneficij spectet ad Ordinarium, dicta reseruatio, quæ inducit materiam obiectiuam, & tendit ad annullandam prouisionem Inferioris habentis intentionem fundatam in suo mense † est plenè, & con- 8
cludenter probanda, † ita vt non sufficiat probatio 9
præsumptiua, *Gomes. super reg. per obit. famil. quæst.* 13. *nu.* 6. *Rot. decis.* 503. *p.* 2. *diuers.* † vnde donec ex aduer- 10
so reseruatio, sic, vt dictum est, non probatur, Ioan. Baptista est manutenendus, &c.
Et ita vna tantum, &c.

Parmen. Transactionis.

Lun. 20. Decemb. 1627.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur ad effectum probandi enormissimam læsionem ex transactione resultantem: maximè si fuit in specie commissa

missa causa rescissionis transactionis. Transactio, renunciatio, & donatio, an, & quando rescindantur prætextu enormissimæ læsionis. In renunciatione facta intuitu ingressus in Religionem, an sit seruanda solemnitas Concil. Trident. aut verò statuti sæcularis.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non datur, si articuli sunt irrelevantes.*
Articuli sunt irrelevantes si probati non prosunt.
2 *Læsio non attenditur in donatione, seu renunciatione, & vide rationem ibid.*
Declara id verum esse in donatione, seu renunciatione, quæ fit ex mera liberalitate ad fauorem alicuius, & quæ non est correspectiua, secus quando non fit ex mera liberalitate, sed fit respectu alicuius dati, aut remissi per illum, cui renunciatur, & donatur, quia tunc attenditur læsio, etiam intret dispositio, leg. 2. C. de resc. vend. num. 20. & ratio redditur, num. 21.
Amplia primò hoc procedere etiam si in donatione correspectiua dictum fuerit, quod plus est, dono, quia intelligitur de modico excessu, non autem de eo, quod est vltra dimidiam, nisi etiam expressè dictum sit, quòd datur illud plus siue in modica, aut magna quantitate, & quantumcúmque sit, num. 22.
Amplia secundò procedere etiam in simplici donatione, quando donata sunt res magni valoris, & donans iusto errore ductus, credebat eas esse modici valoris, num. 23.
3 *Renunciantibus iura sua non datur regressus.*
4 *Donare, & renunciare iuri suo, vnicuique concessum est.*
5 *Renuncians, seu donans si sit maior, præsumitur benè informatus de rebus renunciatis, seu donatis, & consequenter, quòd voluerit liberalitatem exercere.*
Fallit in renunciatione, seu donatione respectiua, & stante in ea enormissima læsione, quia tunc talis scientia non præsumitur etiam in maiore, num. 24.
6 *Læsio omnis cessat in donante sciente valorem rei donatæ.*
7 *Transactio, & sententia quæ transiuit in iudicatum æquiparantur.*
Hoc procedit in transactione suis partibus absoluta, nempe quando in ea concurrunt tria iuris requisita, de quibus remissiuè, num. 25.
8 *Transactio inuenta est ad finiendas lites, sicut & res iudicata.*
9 *Et vtraque impedit litis ingressum.*
10 *Remissoria non datur habenti contra se rem iudicatam, declara, vt numer. 27.*
11 *Is, qui transegit, admitti non debet ad probandum siue per instrumenta de nouo reperta, siue per alias probationes, quæ amplius non subsistunt, sed irritæ fiunt ipso iure, etiam si hoc inter contrahentes actum non sit.*
12 *Transactio tendit ad liberandum.*
Remed. l. 2. C. de rescind. vend. *non habeo locum in actu liberatorio.*
13 *Iuramentum excludit omnem læsionem, dummodo seruari possit sine peccato.*
Fallit stante absolutione, num. 28.
Et maximè si læsio sit vltra dimidiam in magno excessu, num. 32.
14 *Renunciatio facta intuitu ingressus in Religionem, non rescinditur prætextu cuiusque enormissimæ læsionis.*
15 *Remissoria in prophanis non solet denegari, stante releuantia articulorum.*
16 *Remissio redditionis rationis importat etiam remissionem fructuum ex bonis administratis perceptorum.*
17 *Transactio regulariter rescinditur probata enormissima læsione.*
Hoc procedit etiam inter fratres, qui transigerunt super hæreditate paterna, & fraterna, num. 19.
18 *Laudum rescinditur ex capite enormissimæ læsionis.*
24 *Liberalitas non præsumitur in contractibus respectiuis.*
26 *In transactione deficit bona fides, stante enormissima læsione, & oritur dolus re ipsa, num. 29.*
27 *Remissoria conceditur si fuit commissa causa rescissionis transactionis.*
Remissoria conceditur contra rem iudicatam, quando est commissa causa restitutionis in integrum, & datur magnus fumus releuantiæ articulorum.
29 *Consensus excluditur ex enormissima læsione.*
Dolus, qui oritur ex enormissima læsione, æquiparatur dolo ex proposito quoad rescissionem.
30 Auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem, & cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. *non intrant stante dolo.*
31 *Iustitia iuramentum comitatur, & ideò ea deficiente, & illud deficit.*
33 *Renunciatio facta à cogitante ingredi in Religionem non est comprehensa in decreto* Conc. Trid. sess. 25. cap. 16. *itaut valida sit etiam sine Conc. solemnitatibus.*
34 *Solemnitas statuaria requisita in donatione, seu renunciatione, si deficiat, renunciatio, seu donatio non tenet.*
35 *Solemnitas inuenta ad fraudes euitandas, dicitur adhiberi ob publicam vtilitatem, & sic eius omissio vitiat contractum.*
36 *Solemnitas statuti requisita in aliquo actu, non censetur remissa à Principe, qui concedit licentiam faciendi actum illum.*
37 *Solemnitas statuti sæcularis non seruatur in renunciatione facta à Nouitio, sed seruatur solemnitas Concilij, & iuris canonici, num. 40.*
38 *Nouitius reputatur persona Ecclesiastica.*
39 *In contrahentibus attendi debet status, in quo reperiuntur de tempore contractus.*
40 *Nouitius non subijcitur statuto sæculari.*
41 *Solemnitas statuti sæcularis seruatur in contractu illius, qui nondum ingressus est Religionem, sed cogitat de ingressu.*
42 *Filius qui renunciauit bonis paternis præsentibus, & futuris, succedit nihilominus fratri ab intestato in bonis paternæ hæreditatis.*

DECISIO CXXI.



QVES Martius Tagliaferrus obtentâ iam absolutione à iuramento petiit remissoriam ad effectum probandi, quòd in transactione inita inter ipsum, & Paulum Camillum Tagliaferrum eius fratrem, fuit enormissimè læsus dum pro libris 1800. annuis vita sua durante dumtaxat, remisit (vt prætendit) libras 7047. annuas, & perpetuas, & fructus plurium annorum per dictum Camillum perceptos ex portione ad ipsum spectante in hæreditatibus Alexandri eorum patris, & Ioannis Baptistæ communis fratris, nec non alia bona fideicommisso supposita ad eius fauorem. † Remissoriam autem non 1
esse dandam contendebatur pro parte Camilli ex ir-

releuantia articulorum, quia etiam si illi probentur,
parum, aut nihil, (vt dicebatur) Martio probatio
prodesse potest, quo casu non datur remissoria, *Cass.
decis. 2. de dilat. Caputaq. decis. 32. par. 1. Rot. decis. 126.
num. 2. & decis. 503. n. 2. par. 2. recent.* Irreleuantia verò
ex sequentibus deducebatur.

Primò, quia in dicta transactione Eques Martius
donauit, & remisit Camillo omnia alia iura sua, ex-
2 ceptis ibi expressis: † attamen in donatione, seu re-
nunciatione, quæ donationem importat non atten-
ditur læsio, *l. maioribus, C. comm. vtriusque iud.* alioquin
omnis donatio reuocari posset; quia semper læsio
prætenderetur, vt notant communiter *Doct. in l. 2. C.
de resc. vend. Alex. cons. 53. n. 21. vol. 3. Anchar. cons. 433. n.
3. Crauet. cons. 160. num. 1. Dec. cons. 181. nu. 4. Bertrand.
cons. 22. num. 6. vol. 2. Soccin. iun. cons. 67. n. 23. vol. 3. Thes.
3 decis. 96. per tot.* Vnde † renunciantibus iura sua non
datur regressus, *l. quæritur, §. si venditor. ff. de adil. edict.
l. si maritus, §. si negauerint, ff. ad l. Iul. de adult. & l. post-
4 quam liti, C. de pact.* † Cuique autem concessum est
donare, iurique suo renunciare, *cap. periculosum, 7. quæ.
1. & vulg. tex. in l. re mandata, C. mandat.* & tantò magis,
5 † quia tempore transactionis Eques Martius erat ma-
ior, qui ideò præsumitur benè informatus valoris re-
rum, quibus renunciauit, & consequenter, quòd vo-
luerit liberalitatem exercere, *Anchar. dicto cons. 433.
6 num. 3.* † In donante autem sciente valorem rei do-
natæ, cessat omnis læsio, *l. cum donationis, C. de transact.
Ias. in l. si quis cum aliter, num. 17. vers. prima concl. ff. de
verb. oblig.*
7 Secundò, quia † transactio, & sententia, quæ tran-
situm fecit in rem iudicatam, æquiparantur, *l. non mi-
norem, C. de transact. & l. 2. ff. de iur. iur. Surd. cons. 418.
8 num. 12.* † transactio enim inuenta est ad finiendas li-
9 tes, sicut & res iudicata, *l. fratris, C. de transact.* † & v-
traque etiam impedit litis ingressum, *cap. 1. de litis con-
10 test. in 6. l. causas, C. de transact. Surd. cons. 451. num. 16.* †
vnde sicut habenti contra se rem iudicatam non da-
tur remissoria, *Caputaq. decis. 51. par. 3. Rot. decis. 406. n.
11 2. in fin. par. 2. recent.* † ita nec qui transegit, admitti
debet ad probandum siue per instrumenta de nouo re-
perta, *l. sub prætextu instrumenti, C. de transact.* siue per
alias probationes, quæ amplius non subsistunt, sed
ipso iure irritæ, & caducæ fiunt, etiam si hoc inter
contrahentes actum non sit, vt probat text. notabilis,
*in cap. 1. extr. de transact. Bald. super. Rubr. extra eod. tit.
12 & Ias. in d. l. fratris.* Et accedit, † quòd transactio ten-
dit ad liberandum; in actu autem liberatorio remed.
leg. 2. C. de rescind. vend. locum non habet, *leg. sub
prætextu specierum, C. de transact.* vbi hoc notant Do-
ctores.

Tertiò transactio, de qua agitur, fuit iuramento
13 roborata; † iuramentum autem excludit omnem læ-
sionem, *Auth. Sacramenta puber. C. si aduers. vendit.*
dummodo, vt hîc, seruari possit sine peccato, *capit.
quamuis pactum de pact. in 6. Aret. in l. qui superstitis, ff.
de acquir. hæred. Ias. in d. auth. sacramenta puberum, n. 43.
cum seqq. Alex. cons. 42. li. 1. Soccin. iun. cons. 67. n. 22. li. 2.
Paris. cons. 96. n. 66. lib. 1. Curt. sen. cons. 43. Anton. Rubr.
cons. 30. num. 16. Crauet. cons. 114. & Dec. consil. 181.
numer. 3.*

Quartò, & vltimò opponebatur, quòd circumscri-
pta dicta transactione, obstat Equiti Martio renun-
ciatio, quam ipse fecit Alexandro patri suo (cui suc-
cessit Camillus) de legitima & omni iure ad ipsum
tunc spectante, & quod ei in futurum spectare posset
in bonis paternis, & maternis, & ex causa cuiusuis fi-
deicommissi purificati, & purificandi, seu quomodo-
libet ad ipsum spectantibus, seu quæ spectare possent,
14 quæ † renunciatio cùm ab eo facta fuerit, cogitante
de ingressu religionis, prætextu cuiusuis enormissimæ
læsionis, non potest retractari, *Crauet. cons. 160. nu. 1.
Ceual. pract. quæst. comm. quæst. 115. num. 6. Gutt. in repet.
cap. quamuis pactum, verb. dum nuptui, n. 3. de pact. in 6.
Couar. in repet. eiusdem cap. 3. par. select. §. 2. num. 5.* vbi
rationem assignat. *& Thesaur. decis. 66. nu. 2. in fin. Rot.
decis. 587. nu. 9. & 10. par. 1. & 714. nu. 9. par. 2. recentior.*
Vnde cùm Alexander præuia mentione dictæ renun-
ciationis, testatus fuerit de eius bonis ad fauorem
prædictorum Camilli, & Ioannis Baptistæ cum reci-
proca inter eos fideicommissaria substitutione, vt
prætenditur, consequenter Martius non potest dare
de læsione, & sic cessat remissoria, quæ ad dictum effe-
ctum petitur.

Cæterùm his non obstantibus ter causa proposita,
fuit hodie resolutum, remissoriam esse dandam, &
ratio resolutionis fuit, † quia cùm versemur in pro- 15
phanis, & articulorum materia: sit releuans illa non
potest denegari, *Caputaq. decis. 59. par. 3. Rot. decis. 102.
n. 1. par. 1. diuers. & decis. 695. n. 2. par. 2. recent. Greg. XV.
decis. 415. n. 1.*

Releuantia autem dum non obstent contraria ob-
iecta, est clara ex lectura articulorum, quia Eques
Martius in dictis articulis probare intendit valorem
bonorum quibus renunciauit, in illorum redditu ex-
cedere non solùm dimidiam scutorum 160. annuorum
vita sua durante tantùm sibi assignatorum in transa-
ctione, sed etiam vltra duas tertias, cùm dicta scuta
160. importent solùm libras 1800. portio autem quæ
circumscripta transactione ad ipsum spectabat tam ex
hæreditate paterna, quã ex hæreditate Io. Bapt. fratris
prædefuncti reddat (vt prætendit) singulis annis li-
bras 7045. etiam inspecto futuro litis euentu, quæ læ-
sio eò magis augetur, quia in dictis articulis ponitur,
quòd ante transactionem Eques Martius possidebat
bona prædicta in communi cum Camillo, & præten-
dit quòd Camillus per 10. annos illa solus admini-
strauerit in absentia Equitis Martij, & tamen in di-
cta transactione † fuit etiam remissa Camillo redditio 16
rationis, & per consequens fuerunt ei remissi fructus
per dictum tempus percepti, *gloss. in l. Aurelio, §. Caius
in verbo eos,* & ibi *Bart. n. 1. ff. de liber. leg. Ruin. cons. 54.
num. 13. lib. 1.* qui fructus, vt asseritur ascendunt ad li-
bras 70. mill.

Prædicta autem † læsione probata, transactio esset 17
rescindenda, *Bart. Ang. & Imol. in l. si quis cùm aliter,
ff. de verb. oblig. Abb. in cap. cum causa de empt. & vend.
Cagnol. in l. 2. C. de resc. vend. n. 80. & in l. si quis maior,
n. 37. C. de transact. Roder. Suarez. alleg. 22. in fin. Molin.
de Hispan. primog. lib. 4. c. 9. n. 34. & 35. Pinell. in l. 2. nu.
25. C. de resc. vend. Mant. de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 9.
n. 23. Modern. Roman. discept. forens. cap. 788. nu. 1. Alex.
cons. 42. n. 11. lib. 1. Dec. cons. 60. n. 4. Crauett. cons. 151. n. 26.
Cephal. cons. 137. n. 57. Rot. decis. 625. n. 7. par. 1. recent. &
decis. 268. n. 6. in impress. apud Reuerendiss. D. meum De-
canum,* † & idem dicendum est de laudo, quod ha- 18
bet vim transactionis, *Soccin. sen. cons. 105. in fin. lib. 4.
Decian. cons. 65. n. 43. lib. 5. Paris. cons. 24. n. 159. lib. 2. &
Rot. decis. 588. n. 1. & 3. par. 2. recent.* † & in puncto, 19
quòd transactio inter duos fratres super hæreditate
paterna, & fraterna rescindatur, ex enormissima læ-
sione, *Ludou. Pegu. decis. 137. per tot.*

Neque obstant contraria obiecta; nam ad primum,
† quod læsio non attenditur in donatione, responde- 20
tur illud procedere in donatione, seu renunciatione
ex mera liberalitate simpliciter, & absolutè ad fauo-
rem alicuius facta, quando quis scilicet ideò solùm,
& principaliter donat, aut remittit, quia donare, aut
remittere animo donandi vult, & ratio est, quia ita
donans semper diceret se læsum, & sic nulla donatio
subsisteret, nec cuique permissum esset donare, &
liberalitatem ad libitum exercere, vt benè, *Anchar.*

conſ. 433. & in his terminis loquuntur Doctor. in ob-
secto eitati; ſecus autem eſt, quando hoc non princi-
paliter agitur, vt ſit mera liberalitas, ſed donatio, ſeu
renunciatio ſit reſpectu alicuius dati, ſeu remiſſi per
illum, cui renunciatur, & donatur; tunc enim atten-
ditur læſio, itaut intret diſpoſitio, *text. in d.l.2. C. de*
reſc.vend. vt in puncto ſic diſtinguit, *Bart.conſ.90.nu.*
2.lib.1.Paul.de Caſtr.conſ.181.lib.1.Curt.iun. conſ.141.
col.3.Crauett.conſ.192.num.1.& Dec.conſ. 180. & 181.
21 & † ratio eſt, quia cauſa finalis donandi non fuit me-
ra liberalitas, ſed illud datum, aut receptum, quod re-
nunciantí datur in recompenſationem; ita vt præſu-
mendum ſit, quòd donans, ſeu renuncians exiſtimabat
illud, quod recepit, eſſe æquiualens rei per eum do-
natæ, ſeu renunciatæ, & quod ſi ſic non eſſet, non re-
nunciaſſet, aut donaſſet, *Soccin.conſ.183. lib.2. Bertr.*
22 *conſ.46.num.6.vol.2.* quæ † ratio adeò viget, vt militet
etiam ſi in donatione correſpectiua dictum ſit, quod
plus eſt, dono qoia intelligitur de modico exceſſu,
non autem de eo, quod eſt vltra dimidiam, niſi etiam
expreſsè dictum ſit, quod datur illud plus ſiue in mo-
dica, aut magna quantitate, & quantumcúmque ſit,
Alex.conſ.105.nu.3.lib.6.Soccin.conſ.48. col. 2. poſt med.
lib.4.Iaſ. in d.l.ſi quis cum aliter, num.17.& Peguer. vbi
23 *ſupra*, † & quod fortius eſt, locum etiam habet in ſim-
plici donatione, quando donatæ ſunt res magni va-
loris, & donans iuſto errore ductus, credebat eas eſſe
modici valoris, *Aret. in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir.*
hæredit. Alex.d.conſ.53.num.21.lib.3. Vnde cùm Eques
Martius non ſimpliciter, ſed reſpectiuè donauerit, ceſ-
ſat obiectum.

Neque obſtat, quòd Eques Martius vti maior tem-
pore tranſactionis eſſet ſciens valoris rerum donata-
24 rum, & ideò, quòd voluerit liberalitatem exercere, †
Quia non præſumitur liberalitas in contractibus re-
ſpectiuis, in quibus ſtante enormiſſima læſione etiam
in maiore potiùs ignorantia valoris rerum, quàm
ſcientia præſumitur, *gloſ.& Bart. in l.quiſquis per illum*
text.C.de reſc.vend. Ant.de Butr.conſ.52.& Couar.lib.2.
var.reſol.cap.4.num.1.

25 Minùs † obſtat ſecundum obiectum, quòd tranſa-
ctio, & res iudicata æquiparentur, quia æquiparatio
procedit in tranſactione ſuis partibus abſoluta, nem-
pe quando in ea concurrunt hæc tria iuris requiſita,
quòd fuerit ſuper re dubia, *l.1. ff. de tranſact.* item ali-
quo dato, vel retento, *l.tranſactio, C.eod.* & demum,
quòd in ea bona fides interuenerit, *l.1.§.fin.ff.ad Treb.*
& l.ſub prætextu inſtrumenti, C. de tranſact. In tranſa-
ctione autem, de qua agitur, quidquid ſit de duobus
primis requiſitis, ſi materia articulorum eſt vera, &
circumſcripta tranſactione, Eques Martius ius bonum
26 fouet, † deficit bona fides ſaltem re ipſa ſtante enor-
miſſima læſione, *gloſ.in d.l.ſub prætextu in princ. l. tres*
fratres in verb.poſſe, ff. de pact. & communiter Doctor.
poſt *Bart. in d.l.ſi quis cum aliter, & Dec.conſ.180.nu.7.*
27 & ceſſat difficultas, † Quia fuit in ſpecie commiſſa
cauſa reſciſſionis dictæ tranſactionis, vnde danda eſt
remiſſoria, ſicut & illa datur contra rem iudicatam,
quando eſt commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum
aduerſus eam, ſi detur magnus fumus de releuantia,
& vt hîc in partibus cauſa non fuit diu agitata, *ad-*
dit. ad Gregor. XV. deciſ. 184. num. 7. & deciſ. 286.
num. 7.

28 Non obſtat tertium, quòd † ſtante iuramento ex-
cluditur omnis læſio, quia verius eſt iuata magis
communem ſententiam, quam Rot. ſequitur, iura-
mentum non excludere enormiſſimam læſionem ob-
tenta abſolutione, *Caſſad. deciſ. vnic. num. 2. de empt.*
& vend. Oſaſc.deciſ.41. Menoch.conſ.44.num.24.lib.1.&
de arbit.quæſt.70.num.17.Rebuff. in tract. de reſciſſ. con-
tract.art.vnico,gloſ.15.num.42.Couar.lib.2.var.cap.4.n.5.
in fin.& in cap.quamuis pactum 3.part. §. 4. † Et ratio 29
eſt, quia ex enormiſſima læſione excluditur conſen-
ſus, & naſcitur dolus re ipſa qui, quoad reſciſſionem
æquiparatur dolo ex propoſito, *l.ſi ſuperſtite, C.de dolo,*
l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. cred. & notant
communiter *Doctor. in dict. leg. ſi quis cum aliter*, † 30
vbi autem interuenit dolus iuxta omnium ſenten-
tiam non intrat diſpoſitio, *tex. in d. auth. ſacramen-*
ta puberum, & d.cap.quamuis pactum. Deficit enim iu-
ſtitia, † quæ ſemper iuramentum comitatur, *Butr. in* 31
cap.cum contingat, numer.3. de Iur.iur. Felin. in cap. in
præſentia, num.8.de probat.Gabr.lib.3. commun. opin.tit.
de Iur.dot.concl.1.num.8.Theſaur.deciſ.165.num6. † Et 32
tanto magis quando læſio, vt hîc, iuxta materiam ar-
ticulorum, eſt vltra dimidiam in magno exceſſu, *Ab.*
in d.cap.cum contingat, num.23. & Couar.in d.cap.4.nu.
5. Cagnol. in l.2. num.98. C.de reſcind.vend. & ibidem
Anton. de Padill. num. 43. & Rot. apud Caſſad. vbi
ſupra.

Tandem non obſtat quartum obiectum, ſcilicet re-
nunciatio, quam Eques Martius fecit Alexandro pa-
tri ſuo, cogitans de ingreſſu Religionis; † Quia licèt 33
verum ſit, quòd dicta renunciatio non eſt comprehen-
ſa ſub decreto Concilij Tridentini *ſeſſ.25.cap.26.* itaut
etiam ſine Concilij ſolemnitatibus ſit valida, *Menoc.*
in add.ad lib.2.de arb.caſ.436. & declarauit Sacr. Con-
cil. Congregatio, tamen ex alio capite datur de eius
nullitate, nempe, quia in ea non fuit ſeruata ſolemni-
tas ſtatuti Parmen. requirentis in omni donatione, ſeu
renunciatione cum decreto irritanti, vt contrahentes
expreſsè iureiurando proteſtentur, & affirment, dona-
tiones non eſſe fictas, aut ſimulatas, ſeu doloſas, ſed eſ-
ſe veras, & fieri bona fide, quæ ſolemnitas in dicta re-
nunciatione non legitur, & propterea † eius defectus 34
eam vitiat, & præſertim quia ea quo eſt adinuenta ad
euitandas fraudes, dicitur adhiberi ad publicam vtili-
tatem, *Bald.in cap.1.§.ſi quis per triginta, num. 9. ſi de*
feud.fuer.controu.int. Dom. & Agn. Vaſſal. Corn.conſil.
135.num. 24. † Vnde eius omiſſio multo magis vitiat 35
contractum, *Bart.in l.ſi quis pro eo, num.8.ff. de fideiuſſ.*
Bald.conſ.250.nu.24.& Rot.in Romana nullitatis obliga-
tionis 16. Ianuarij, 1626. coram me, † Nec etiam dicta 36
ſolemnitas ea licentia renunciandi obtenta à Sere-
niſſimo Duce Parmen. remiſſa cenſetur, quia cùm hoc
non fuerit petitum, nec D. Duci expoſitū, non fuit eius
intentio ſupplere prædicti iuramenti defectum, *cap.*
inter, in fin.de fid.inſtr.l.ſi defenſor, §.1.ff.de interrog. act.
Pariſ.conſ.3.nu.56.lib.4.Rot.deciſ.114.n.4.par.2.recent.
ſed ſolùm eius intentio fuit reintegrare perſonam di-
cti Equitis, qui tunc erat minor, vt cantat dicta licen-
tia, & in puncto, *Rot.in Bonon.Retractus 21. Maij, 1627.*
coram me.

Neque obſtat, ſi dicatur, quòd † dicta ſolemnitas 37
non requiritur in donatione facta ex cauſa ingreſſus
Religionis, quia hoc eſt verum in ea donatione, quæ
fit iuxta terminos Concilij nempe à Nouitio ante e-
miſſam profeſſionem, in qua ſunt adhibendæ ſo-
lemnitates Concilij, non autem ſolemnitates ſta-
tuti ſæcularis, & ratio eſt, quia † Nouitius iuxta 38
magis communem, & approbatam ſententiam re-
putatur perſona Eccleſiaſtica, *capit. Religioſo, §.1. de*
ſent. excommun. libr. 6. Anchar. conſil. 69. Nauarr.
conſ. 5. libr. 2. de for.comp.vol.1. Roder.Suar.alleg.20.n.
29.Dec.conſ.31.n.3. circa med. quamuis enim à Mona-
ſterio exire poſſit, tamen id non debet in conſidera-
tione haberi, † ſed tantùm attendi debet ſtatus, in 39
quo reperitur Nouitius tempore contractus iuxta do-
ctrinam, *Bart.in l.Iulianus verum debitorem, in fin ff.de*
cond.indeb.Paul.de Caſtr.conſ. 433. nu. 3. vol.1. & facit
textus optimus, & ibi, *gloſ.in l.2.ff.de in diem addict.* † 40
Vnde vti perſona Eccleſiaſtica interna in eius con-
tractu

tractu non est adhibenda solemnitas statuti sæcularis, cui non subiicitur, sed solemnitas iuris Canonici iuxta doctr. *Abb. & Ioan. Andr. in cap. Ecclesia S. Mariæ de*
41 *constit.* & in puncto, *Anchar. in d. cons. 65. num. 6.* † Vice versa autem in donatione facta ab eo, qui adhuc non est ingressus Religionem, sed cogitat de ingressu, est adhibenda solemnitas legis, seu statuti sæcularis, maximè quando vt hìc, donatio etiam facta fuit ad fauorem personæ sæcularis, quia ille, dum non ingreditur, est sæcularis; & ideò subiicitur legibus sæcularibus. Vnde quamuis renunciatio d. Equitis facta ante ingressum Religionis, sequuto postea ingressu cum effectu, fortè non posset rescindi ex enormissima læsione, si fuisset valida iuxta superius dicta, tamen quia fuit nulla ex defectu dictæ solemnitatis, adeò vt nunquam fuerit in implicito statu validitatis, dubio procul dari potest de eius nullitate, quæ à principio adfuit, quæ ideò tractu temporis non conualescit; alioquin enim facta mentione ingressus Religionis, passim fieret fraus statuto, quod ad euitandas fraudes emanauit, quod etiam videtur fuisse de mente Sacræ Congregationis, dum declarauit, prædictam renunciationem non comprehendi sub decreto Sacri Concilij.

Et in omnem casum, data etiam validitate dictæ renunciationis, datur magnus fumus de enormissima læsione, quia in renunciatione fuit reseruatus Equiti Martio redditus scutorum 200. in vita patris, & post eius mortem vsusfructus, qui vlterius in eius testamento vltra prædicta ei legauit alimenta, & insuper Eques Martius prætendit non obstante dicta renunciatione, ad ipsum spectare alia bona, & signanter dimidiam partem hæreditatis Ioan. Baptistæ communis fratris ab intestato defuncti, & quidem iure optimo, si non adest in testamento dicti Alexandri reci-
42 proca substitutio prætensa per d. Camillum, quia † filius, qui renunciauit bonis paternis præsentibus, & futuris, nihilominus succedit fratri ab intestato defuncto etiam in bonis paternæ hæreditatis, *Dec. in l. hæreditas, num. 7.* & ibi *Cagnol. num. 4. ff. de reg. Iur. Rol. cons. 95. num. 44. lib. 1.* & tamen prædictus Eques in dicta transactione renunciauit his omnibus pro scutis 260. annuis vita sua durante tantùm ei soluendis; vnde cùm articuli tendant ad probandum bona renunciata in transactione excedere non solùm vltra dimidiam, sed etiam vltra duas tertias dicta scuta 260. annua, dubio procul materia articulorum est releuans, & consequenter remissoria non potest denegari.

Et ita vtraque, &c.

Florentina Subdecanatus.

Lun. 10. Ianuar. 1628.

ARGVMENTVM.

Status Iurispatron. an præsumatur gentilitius, vel hæreditarius.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus est gentilitium, si cantet pro descendentibus, aliàs secus, num. 7.*
2 *Iuspatronatus de sui natura est transitorium ad heredes extraneos.*
3 *Vniuersitas est corpus inanimatum.*
In Iurepatronatus Vniuersitatis an possit considerari qualitas gentilitia.
4 *Dos, cum qua fuit erectum Iuspatronatus non attenditur si illa non habuit effectum, prout in hoc casu nec attenditur erectio ipsa. Declara, vt num. 6.*
5 *Permutatio non effectuata, non debet attendi.*

DECISIO CXXII.



Ie 14. Iunij præteriti fuit in Rota dubitatum, ad quem ex tribus prætensis patronis spectet Iuspatronatus Subdecanatus Ecclesiæ Florentinæ de quo agitur.

Sed quia in Bulla Iulij II. de anno 1513. in qua dictum Iuspatronatus vti ex dotatione videtur reseruatum Laurentio, & eius fratribus de Puccis, eorúmque descendentibus, narratur etiam, quòd dictus Subdecanatus fuerat priùs erectus à Sixto IV. & dotatus ex certis eleemósynis à Christi fidelibus elargiendis occasione cuiusdam plenariæ indulgentiæ, & quòd ius præsentandi fuit reseruatum Vniuersitati artis lanæ dictæ Ciuitatis; propterea Domini voluerunt videre de statu anteriori d. Subdecanatus, seu iurispræsentandi ante dictam Bullam, quæ disputatio eò tendit, quòd licet omnes prætensi patroni conueniant in existentia Iurispatronatus, tamen quoad pertinentiam sunt discordes; quia duo ex eis, nempe D. D. de Venturis, & D. D. de Puccis, qui nituntur præcipuè dictæ Bullæ, prætendunt quoad pertinentiam dictam Bullam tantùm esse attendendam;
& † ideò hoc Iuspatronatus esse gentilitium, ex quo 1
Bulla cantat pro descendentibus dictorum fratrum de Puccis.

Ex aduerso autem D. Octauia de Capponia altera ex dictis tribus assertis patronis, quæ venit vti hæres quondam Roberti de Puccis eius mariti, prætendit pertinentiam non esse regulandam ex dicta Bulla, sed potiùs ex statu anteriori ante eam, qui (vt illa prætendit) non fuit gentilitius, sed liber; siue attendatur ius competens dictæ Vniuersitati artis lanæ ex concessione Sixti IV. de quo fit mentio in dicta Bulla Iulij II. siue attendatur ius competens dictis fratribus de Puccis, ex quo ipsi ante dictam Bullam per tres annos antè, vt constat ex instrumento de anno 1620. *Summario* Octauiæ *num. 1.* dotarunt ex integro dictum Subdecanatum nulla facta mentione des-
cendentium, sed simpliciter, & propterea † Iuspatro- 2
natus ex dicta dotatione, vt prætenditur ex tunc acquisitum, fuisse transitorium ad hæredes extraneos, & sic ad dictam Octauiam iuxta naturam suam, *glos. in Clem. plures in verb. herèdes de Iurepatr. Lambertin. de Iurepatron. lib. 1. par. 2. quæst. 2. articul. 1. numer. 15. & 26.*

Vnde proposui hodie causam super dicto anteriori statu, & Domini resoluerunt statum anteriorem dicti Subdecanatus, seu Iurispræsentandi ante dictam Bullam Iulij II. non fuisse gentilitium, sed liberum, quia aut attenditur iuspræsentandi reseruatum dictæ Vni-
uersitati artis lanæ per Sixtum IV. † & cum dicta V- 3
niuersitas sit corpus inanimatum, non potest in ea cõsiderari qualitas gentilitia, sed solùm ius quoddam præsentandi competens illis de dicta Vniuersitate in perpetuum tanquam vniuersis, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæst. 7. princ. art. 15. num. 3. & seqq.* & cùm tale ius de sui natura sit transitorium ad extraneos, vt dictum est, propterea status anterior quoad dictam Vniuersitatem talis qualis erat liber, & non gentilitius.

Neque obstat, si dicatur, quòd ante dictam Bullam nullum vnquam adfuit iuspræsentandi actuale, & effectiuum penes dictam Vniuersitatem, ex quo Subdecanatus fuit erectus, & iuspræsentandi concessum dictæ

dictæ Vniuersitati artis lanæ per Sixtum IV. cum dote dictarum eleemosynarum, quæ dos cùm non habuerit effectum, quia plenaria indulgentia, vnde dictæ eleemosynæ erant recolligendæ, fuit reuocata, non
4 videtur attendenda, † sicut etiam nec erectio Sixti IV. cum dicta dote, ex quo non fuit effectuata, *Seraf.*
5 *decis.* 1034. prout † nec attenditur permutatio non ef-
6 fectuata, *Capnteq decis.* 11. *par.* 1. quia † fuit responsum, quòd hic non agitur de canonizanda dicta erectione Sixti IV. nec de qualificando iurepræsentandi dictæ Vniuersitatis, sed solùm de eius statu tali quali, & prout de facto præcessit ad effectum meliùs discernendi statum verum, & realem ad effectum, de quo agitur.

Aut verò attenditur inspræsentandi, quod Octauia prætendit fuisse acquisitum fratribus de Puccis à tempore instrumenti dictæ dotationis, seu assignationis dotis factæ à dictis fratribus per tres annos ante dictam Bullam Iulij II. & similiter status prætensi Iurispatronatus talis qualis, & quatenus de dicto tempore competat, fuit tunc liber, ex quo dictus status fundatur in dicto instrumento in quo nulla fit mentio de descendentibus, *ex glos. & Lambertin. supra citatis.*

Neque obstat, si dicatur, quòd in dicto instrumento donationis, seu assignationis dotis, non fit mentio aliqua de reseruatione Iurispatronatus, nec de consensu ordinarij, qui consensus, (vt dicebatur) aliter non præsumitur, stante expressa reseruatione Papæ in dicta Bulla paulò post tres annos à die dicti instrumenti dotationis pro descendentibus auctorum vtriusque partis, qui auctores, vt etiam prætenditur, impetrarunt dictam Bullam, & ex quo vtraque pars venit ex eadem dotatione, de qua in dicto instrumento, cuius mentio fit in dicta Bulla Iulij II. & præsertim cùm regulariter dotario soleat, & debeat præcedere, & postea de consensu Superioris sequi reseruatio Iurispatronatus; quia cùm multa hinc inde circa hoc deducerentur, Domini resolutionem huius difficultatis, quæ est præcipua in hac lite, reiecerunt ad aliam disputationem, & pro nunc solùm resoluerunt statum anteriorem, si, & quatenus aliquia fuit ante dictam Bullam Iulij II. semper fuisse liberum.

Et ita, vtraque, &c.

Romana Fideicommissi de Cruciariis.

Ven. 14. *Januar.* 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum ex quibus verbis inducatur.*
2 *Proximior agnatus quis præsumitur eo ipso, quòd ille probat, se esse de Domo, & nemo alius concurrit, nec ex aduerso probatur adesse alios proximiores.*
3 *Bona fideicommissi alienari possunt pro debitis testatoris.*
4 *Et præsertim ex causa restitutionis dotis.*

DECISIO CXXIII.



FVIT hodie resolutum, constare de fideicommisso q. Bartholomæi de Cruciariis purificato ad fauorem Angeli; illud tamen non intrare super domo, & censu adiudicatis q. Faustinæ vxori dicti fideicommittentis pro sua dote, & quarto dotali; nam quoad primum scilicet, † quòd constet de fi- 1
deicommisso, verba testamenti videntur clara, dum cantant, quòd testator instituit hæredes filios suos masculos nascituros pro medietate, & pro alia medietate Leonardum Bonum eius ex fratre pronepotem, quos etiam ad inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & in euentum non existentiæ filiorum masculorum testatoris, d. Leonardum hæredem vniuersalem instituit, & voluit, quòd omni casu bona semper subiecta essent fideicommisso vsque in infinitum, & dicto Leonardo quandocúmque sine filiis decedenti, substituit proximiores masculos de Cruciariis, qui succedere deberent in dictis bonis vsque in infinitum, cum prohibitione alienationis, & cuiusuis detractionis, vt bona fideicõmissi semper integra, & illæsa remanerent in domo, & familia de Cruciariis in infinitum, quia sine eo intentio testatoris nullo modo posset effectuari, *Socein. in l. qui Roma, §. Coharedes, num.* 18. *ff. de verb. oblig. Gozz. cons.* 102. *n.* 7. *Crot. cons.* 48. *n.* 26. *libr.* 1. *Paris. cons.* 75. *n.* 9. *libr.* 1. *Marzar. in epitom. fideic. par.* 2. *qu.* 28. *Menoch. præsumpt.* 68. *nu.* 2. *lib.* 4. *Surd. cons.* 96. *nu.* 14. *Peregr. de fideic. art.* 5. *num.* 12. & fuit dictum, *in Romana fideicommissi de Delphis* 1. *Decembris,* 1623. *coram bon. mem. Remboldo.*

Quoad secundum, quòd dictum fideicommissum sit purificatum ad fauorem Angeli, visum fuit Dominis benè ex facto probari, ex quo dictus Leonardus scriptus fuit hæres, cui successit tanquam proximior Leonardus illius ex fratre nepos, ob cuius obitum sine filiis, factus fuit locus vocationi dicti Angeli pro-
ximioris de familia testatoris, † qui dum benè proba- 2
tur esse de domo, & familia testatoris, præsumitur proximior agnatus, ex quo nemo alius concurrit, nec pro parte Confraternitatis, & litis consortium probatur adesse alios proximiores, *Peregr. de fideic. ar.* 43. *n.* 60 *Ruin. cons.* 67. *n.* 14. *libr.* 5. *vers. & dict. Surd. cons.* 241. *n.* 26. *Seraph. decis.* 1219. *n.* 1. *& Rot. decis.* 693. *nu.* 2. *p.* 2. *recent.*

Quoad tertium, quòd fideicommissum non intret in domo, & censu supradictis, inde patet, quia illa fuerunt adiudicata pro dote d. q. Faustinæ vxoris testatoris, quæ adiudicatio fuit sententia mediante, quæ transitum fecit in rem iudicatam, declarata valida, &
non excessiua: † bona autem fideicommissi pro de- 3
bitis testatoris, & sic ex facto defuncti, rectè alienantur, *l. filiusfamilias, §. diui il secundo, ff. de legat.* 1. *l. cum fides heredis, ff. de fideicom. libert. l. peto, § prædium, ff. de leg.* 2. *& l. alienationes, ff. famil. ercisc. glos. Bar. Bald.* & communiter scribentes, *in l.* 2. *C. ad Trebell. Molin. de Hisp.*
primog. lib. 1. *cap.* 10. *nu.* 2. † & præsertim ex causa re- 4
stitutionis dotis, *Soccin. cons.* 16. *n.* 12. *lib.* 3. *idem Molin. vbi supra lib.* 4. *cap.* 6. *nu.* 2. *Rot. apud Greg. XV. decis.* 266. *nu.* 2. *& ibi additio.*

Et ita vtraque, &c.

Romana

Romana Dotis.

Ven. 14. Ianuarij, 1628.

ARGVMENTVM.

Incompetentia Iudicis quando opponi non possit, & quando illius recusatio non præiudicet, ac alia notanda, quæ patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Causa connexa inter se, tractanda sunt coram eodem Iudice.*

2 *Reus non potest opponere de incompetentia Iudicis, & defectu iurisdictionis illius, si fuit coram eo causam prosequutus.*

3 *In recusatione Iudicis electi de consensu partium, requiritur probatio causæ, & quòd illa fiat causa cognita, & parte citata.*

4 *Processus est validus de stylo Rotæ, si Iudex processit post recusationem, & pars non appellauit.*

5 *Obligationis Cameralis extensio, præuia citatione, non est necessaria, sed sufficit decretum de illam extendendo.*

6 *Identitas probatur per demonstrationes.*

DECISIO CXXIV.



DOMINI hodie persistendo in decisis coram me 24. Nouembris præteriti, resoluerunt, mandatum relaxatum ad fauorem Annibalis de Amatis, & contra Flauium Spinolam à D. Mangiono vti deputato ab Illustrissim. Cardinali protectore Confraternitatis Sanctissimæ Annuntiatæ, esse exequendum ex rationibus, de quibus in dicta decisione.

Neque obstat defectus iurisdictionis dicti D. deputati, quia vltra ea, quæ dicta sunt in alia decisione, cessat difficultas, quia absque dubio deputatus prædictus erat Iudex competens in causa, quæ pendebat inter Flauium, & Confraternitatem, quæ huic, de qua agitur, & hæc illi, erant inter se connexæ, itaut idem interesse, quod habebat Confraternitas in vna causa, haberet in alia dum in vtraque agebatur, an domus esset libera ab onere prætenso per dictam Confraternitatem, prout etiam idem dicendum est de interesse Flauij, quod vnum, & idem erat in vtraque
1 causa; † Vnde causæ vti connexæ erant coram eodem Iudice tractandæ, *ad l. nulli, C. de Iud.* & præsertim, quia Flauio instante fuit reassumpta causa ab A.C. & commissa prædicto deputato, coram quo pen-
2 debat causa Confraternitatis, † quam ipse Flauius defendendo Annibalem fuit prosequutus pro suo interesse, qui propterea non potest opponere de incompetentia, aut defectu iurisdictionis, *l. venditor, ff. de Iudic. Bart. Paulus, & alij in l. 1. C. vbi in rem actio exerc. deb. Anchar. consil. 333. num. 1. Purpur. cons. 26. per totum.*

3 Non obstat prætensa deputati recusatio; † quia vltra quòd in Iudice de partium consensu electo, vt hîc requiritur causæ probatio, & quod illa fiat causa cognita; & parte citata, *Paul. de Castr. cons. 441. viso puncto, nu. 4. lib. 2. Marant. de ord. Iud. par. 6. act. 2. tit. de*
4 *appellat. num. 76.* in omnem casum, † ex quo Iudex processit post recusationem, & pars non non appellauit, de stylo Rotæ processus habetur pro valido, *Lancellot. de attent. 2. part. capit. 6. numer. 58.*

Minùs † obstat, quòd obligatio Cameralis non fue- 5
rit extensa præuia citatione, quia constat de contrario, & sufficit decretum de illam extendendo, *Rot. decis. 111. inter impress. apud. Moderu. de oblig. Camer. in fin.* prout etiam non obstat, quòd non præcesserit citatio ad videndum decerni mandatum cum decreto; nisi infra tres, ex quo, vt dicebatur in apoca priuata, non adest consensus expressus quoad mandatum executiuum, quia hoc cessat ex facto, in quo constat de contrario.

Non obstat etiam, quòd onus, de quo agitur, non sit probatum inesse dictæ domui, quia imò fuit benè probatum ex his, quæ in dicta decisione in hac causa facta, dicta sunt, quæ Domini satis, superque sufficere dicebant.

Tandem non obstat, quòd opponitur circa identitatem dictæ domus, † quia identitas fuit concluden- 6
ter probata per dictam Confraternitatem; Demonstrationes enim, & confines primæ inuestituræ correspondent finibus huius domus, dum in dicto instrumento fuit expressè dictum, quòd domus posita erat Romæ in Burgo Sancti Petri in Platea Palatij Armellini iuxta ab vno latere bona Sanctæ Mariæ de Ruere, retro Palatium q. Baptistæ de Aquila vico mediante, & ab alio latere Plateam seu viam publicam, qui fines hodie extant, & competunt huic domui, & prout verificatum fuit per accessum, & ocularem inspectionem factam, prout in actis per D. Mangionum Iudicem deputatum, coram Notario, & testibus, & præsente dicto Flauio, & constat etiam per depositionem trium testium in faciem loci coram eodem Iudice, & dicto Flauio tempore supradictæ visionis, & accessus examinatorum.

Et ita, vtraque, &c.

Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ.

Lun. 24. Ianuarij, 1628.

ARGVMENTVM.

Institutio debetur præsentato à maiori parte patronorum. Iuspatronatus an præscribatur contra compatronum per obseruantiam quadragenariam præsentandi, & an illa inducatur ex præsentationibus difformibus. Præsentatio pro qua rata facta censeatur, & alia, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte patronorum instituì debet.*

2 *Sententia non attenditur de stylo Rotæ, si non iustificetur ex actis.*

3 *Fallit si sententia sit antiqua, quia tunc præsumitur iusta, & probat etiam sine processu.*

4 *Identitas, & integritas processus præsumuntur, dum non probatur contrarium, & ille est in forma extractus, sine processu.*

5 *Et præsertim, si fuit productus ab altera parte.*

6 *Iuspatronatus præscribitur per obseruantiam quadragenariam aduersus compatronum etiam sine titulo.*

7 *Præsentatio in dubio præsumitur facta pro illa tantum voce, quam quis habet.*

8 *Præsentatio facta à pluribus patronis, intelligitur facta solum pro iure cuique competenti.*

9 Citatio

9 *Citatio ad dicendum contra, &c. si non fuit reproducta quid operetur.*

10 *Possessio quadragenaria præsentandi non inducitur ex præsentationibus difformibus.*

Et ex quibus videatur interrupta, num. 11.

12 *Enunciatiua facta in præsentatione, in qua dicitur iuspatronatus spectare pro medietate ad N. N. non præiudicat aliis patronis absentibus, & ignorantibus.*

13 *In patronis non præsumitur scientia, quod alij præsentauerint.*

DECISIO CXXV.

DOMINI hodie persistendo in decisit die vltima Maij 1627. coram me resoluerunt, Hieronymum Furlanum esse instituendum, ex quo fuit præsentatus à maiori parte patronorum existentium in quasi possessione præsentandi, scilicet à Maximiliano eius patre, qui habet duas ex quatuor vocibus, & à Francisco Garzola habente vnam; cùm tamen Lancellotus pars altera solùm præsentatus fuerit à Luca Contardo habente vnam solam vocem, vt latiùs in dicta decisione comprobatur; & quia in ea status anterior Iurispatronatus huius beneficij ab eius fundatione vsque ad annum 1562 quo super dicto Iurepatronatus lata fuit sententia per Capitulum Sarzanen. iuxtà cons. Colleg. Ferrarien. de qua hodie opponebatur, & sic vltra 100. annos continuatos est clarus ad fauorem prædictorum Maximiliani, & Francisci, qui præsentarunt Hieronymum, ita quòd attento dicto anteriori statu, non potest dubitari prout nec D. D. dubitarunt, quòd ad eos non spectent tres voces ex d. d. quatuor, & consequenter, quòd iuxtà prædictum statum, clarum videtur, quòd † Hierony-
1 mus fuit præsentatus à maiori parte patronorum existentium in dicta quasi possessione, cui propterea debetur institutio, *cap. ex frequentibus de inst. c. consultationibus 16. quæst. 7. Abb. in cap. cum Bartoldus, num. 12. de re iudic. Ferret. cons. 33. nu. 4. cum seq. lib 1. Rot. decis. 337. n. 1. par. 1. recent.* propterea solùm superest respondere difficultatibus nouiter post dictam decisionem excitatis, quæ percutiunt statum à dicto anno 1562. quo lata fuit dicta sententia vsque ad vacationem, de qua nunc agitur.

Vnde primò non obstat, d. sententia Capituli Sarza-
2 nen. lata ex voto Collegij Ferrarien. † quia cùm nihil fuerit deductum, ex quo illa iustificetur iuxtà Rotæ consuetudinem, non debet attendi, *Put. decis. 191.*
3 *lib. 1. in nou. Seraph. decis. 1251. num. 5.* Nec facit, † quòd dicta sententia sit antiqua, nempe à 60. annis, & vltrà, quo casu præsumitur iusta, itant probet etiam sine processu, *Cassad. decis. 5. num. 1. cum seq. de procurat. Mantic. decis. 196. nu. 6. & 7. Rot decis. 143. num. 8. par 2. diuers. & decis. 343. nu. 2. post cons. Farin.* quia præsumptio iustitiæ cessat in casu nostro, cùm fuerit exhibitus idem processus, super quo Collegium Ferrarien.
4 tulit votum, & dicta sententia emanauit, † de cuius processus identitate, & integritate videtur sufficienter constare, dum contrarium non probatur, ex quo est in forma extractus, siue processus, & in eius principio, & alibi infra, sic inscriptum reperitur *exemplum à Notario, &c. Bart. in rubr. num. 8. ff. de non. oper nunc. Greg. XV. decis. 59. in princ.* vbi *additio, & Seraph. de-*
5 *cis. 1028. num. 6.* † & præsertim, quia fuit productus à parte altera, *Verall. decis. 188. nu. 4 par. 1. Rot. decis. 144. num. 1. post secundum volumen cons. Farinac.* Vnde cùm in dicto processu non probetur, quòd hoc iuspatronatus pro medietate pertineat ad Cattaneos; imò per negatiuam coarctatam in dicto processu constet de contrario, propterea dicta sententia vti iniusta non est attendenda, maximè contra dictum statum primæuum per vltrà centum annos clarum, & indubitatum ad fauorem Maximiliani, & Francisci, qui Hieronymum præsentarunt ex deductis in dicta decisione in hac causa facta.

Non obstat etiam † prætensa obseruantia quadra- 6
genaria Cattaneorum, per quam Iuspatronatus præscribitur aduersus compatronum etiam sine titulo, *Conar. in reg. possessor. par. 2. §. 10. num. 8. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 11. art. 5. Rot. decis. 229. nu. 1. & decis. 407. nu. 1. par. 1. diuers.* quia dicta obseruantia prætenditur ex tribus præsentationibus, prima de anno 1561. secunda de anno 1566. & tertia de anno 1609. quæ nullo modo suffragantur ad effectum dictæ quadragenariæ, vt ex particulari illarũ discussione patebit.

Prima de anno 1561. & sic per annum ante dictam sententiam, non dicit, quod Cattanei pro dimidia
præsentauerint, † ideò in dubio debet intelligi fa- 7
cta pro vna voce, quam solam illi habebant, *Abb. in cap. cum Vintonen. num. 3. in fin. de elect. Lambert. de Iurepatronatus lib. 2. par. 1. art. 16. col. 3. in fin.* & quamuis in ea concorditer cum Furlanis dictum fuerit, vt præsentatio intelligeretur facta iuxtà declarationem faciendum cum voto Collegij Ferrarien. tamen cùm votum prædictum fuerit iniustum, & partes ei stare noluerint, vt infra dicetur, non est habenda confide-
ratio, † sed præsentatio debet intelligi solùm facta 8
pro iure cuique competente.

Secunda præsentatio de anno 1566. & sic post quatuor annos à dicta sententia, vltrà quod non est de actis, quia licèt Hieronymus fuerit citatus ad dicen-
dum contra iura, † tamen citatio non fuit reproducta: 9
& exhibitio remansit sine citatione, & consequenter
præsentatio dicitur esse in actis, sed non de actis, † po- 10
tiùs ex ea excluditur, prætensa quadragenaria, quia est difformis ab aliis, iuxtà *doctr. Bart. & Doctor. in l. 2. num 22. ff. solut. matrim. Dec. cons. 215. num. 2. vers. 1. hoc idem, Cranet. cons. 949. num. 29.* & in puncto, *idem Cranet. cons. 134. num. 10. vers. præterea illud.*

Quòd autem hæc præsentatio fuerit difformis apparet, quia vacante tunc hoc beneficio, Furlani, & alij auctores Maximiliani, & Francisci, qui nunc Hieronymum præsentarunt, & comparuerunt coram Capitulo Sarzanen. & nulla facta mentione dictæ sententiæ, sed solùm narrata fundatione huius beneficij, nec non narrato dicto statu anteriori, & asserentes ad eos spectare Iuspatronatus, & quòd erant in quasi possessione præsentandi ab annis 100 & citra, præsentarunt
quemdam Ioannem Antonium Bettinum, † qui pro- 11
pterea visi fuerunt interrumpere quadragenariam, quia comparuerunt etiam Cattanei separatim coram eodem Capitulo, & expressè impugnando prædictam præsentationem Furlanorum, & asserentes ipsos solos esse veros patronos, ad eósque totum hoc Iuspatronatus pertinere, præsentarunt eundem Bettinum, quem Capitulum Sarzanen. vt supra per ambas partes separatim nominatum instituit; Vnde patet, quòd dicta præsentatio fuit difformis, & quòd nec vna, nec altera pars voluit stare dictæ sententiæ, cum iuxtà eam non præsentauerint, & quòd Capitulum Sarzanen. Bettinum simpliciter instituit, & consequenter ad præsentationem eorum, qui potius, & melius iuspræsentandi habebant, quales erant Furlani, & alij auctores Maximiliani, & Francisc. iuxtà prædictum anteriorem statum; igitur dicta secunda præsentatio non solùm distruit pretensam quadragenariam, quinimò Furlani possunt ex ea iuuari ad probandam continuationẽ prioris status, priorísque possessionis, & ex ea declaratur, quòd dicta prima præsentatio de anu. 1561. fuit facta pro iure cuique in eo statu tunc competenti.

Tertia & vltima præsentatio Cattaneorum de anno 1609. quæ cantat pro medietate, fuit facta separatim ad præsentationem Furlanorum, qui non restri-
12 ctè pro medietate, sed simpliciter præsentarunt,† Vnde dicta enunciatiua pro medietate, Furlanis absentibus, & ignorantibus facta non nocet, iuxtà cons. *Cald. 12 de Iurepatronatu.* sæpiùs per Rotam canonizatum, *Verall. decis. 339. p. 2. & Greg. XV. decis. 417. num. 2 &*
13 *Rot. in Ianuen. Parochialis 19. Aprilis 1627. coram me:* † Nec in Furlanis in eorum præiudicium præsumitur scientia de eo tempore, quòd Cattanei præsentauerint pro medietate, *Ferret. cons. 132. num. 3. Crauett d. cons. 134. num 18. Rot. decis. 174. num. 5. par. 2. recent.* & eo maximè, quia præsentarunt separatim, & in actu institutionis non legitur, quòd Capitulum admiserit præsentationem Cattaneorum pro medietate, sed pro eorum voce.

Et ita vtraque, &c. Et causa ab omnibus Dominis visa, &c.

Cesenaten. Fideicommissi.

Lun. 24. Ianuar. 1628.

ARGVMENTVM.

Filiæ fœminæ non faciunt deficere conditionem, si sine filiis decesserit, sub qua est vocatus substitutus, si constet ex coniecturis, testatorem de filiis masculis intellexisse, & plures coniecturæ numerantur. Filij positi in conditione, quando censeantur vocati. Et quando dicatur habita ratio conseruationis agnationis.

SVMMARIVM.

1 *Filiarum fœminarum existentia facit deficere conditionem, si sine liberis, sub qua est vocatus substitutus.*

2 *Fallit, si fœminæ fuerint exclusæ verbis claris, aut per vrgentes coniecturas, quas vide, num. 12. & pluribus sequentibus, & præsertim, num. 25. 28. 30. 31. 32.*

Item fallit, si sequeretur aliquod absurdum, num. 5.

Item si adesset statutum exclusiuum fœminarum, num. 25. & an. & quando hæc conclusio admittatur à Rota, num 26.

Item fallit, si testator in aliis testamenti partibus pluries nominauit masculos, num. 28. & 30.

Item si de masculis, & fœminis discretiuè mentionem fecit, num. 31.

Item si testator respexit ad conseruationem agnationis, num. 32.

Item si fœminæ fuerint vocatæ post omnes masculos, num. 40.

3 *Familiæ masculinæ appellatione, dum extant masculi, an veniant fœminæ, remissiuè ad D.D. ibi citatos.*

4 *Testator præsumitur noluisse sub masculis de familia comprehendi fœminas, si expressis verbis distinxit masculos à fœminis, declarans, velle illas tantùm admitti post masculos de familia.*

6 *Testator si in casu delicti alicuius ex hæredibus masculis, alios hæredes masculos vocauit, declarans se hoc facere vt bona conseruentur in familia sua masculina, & in defectum familiæ masculinæ fœminis, an huiusmodi clausula referatur tantùm ad casum delicti hæredis, vel etiam ad casum mortis illius; & num. 7. & seqq.*

8 *Clausula stans de per se est, quæ habet orationem perfectam.*

9 *Et refertur ad omnes casus præcedentes, si non adest diuersitatis ratio magis in vno casu, quam in alio.*

10 *Ratio æqualiter determinans vnum, & alium casum, de vtroque intelligi debet.*

11 *Aliqua, dictio, ad quid etiam minimum refertur.*

12 *Conditio si sine filiis decesserit, quando intelligatur de solis filiis masculis, & non de fœminis, num. 28. 30 & 31.*

13 *Et quid si testator priùs in re certa filias instituit.*

14 *Ab exclusione filiarum, extantibus masculis, an, & quando liceat arguere ad exclusionem neptum.*

L. si viua matre, C. de bon. maternis, *quando non intret in neptibus.*

15 *Filij positi in conditione censentur vocati, si testator digressus fuit ad plures gradus substitutionis.*

16 *Item si bis, aut pluries eos posuit in conditione.*

17 *Rursus si testator voluit conseruare agnationem.*

18 *Testatoris mens, dum clarè apparet, coniectura contraria non admittuntur, sed solùm illæ, quæ adiuuant mentem ipsius testatoris.*

19 *Dotare filias primo loco spectat ad patrem.*

20 *Fœminæ dotari debent ex bonis fideicommissi ascendentis.*

21 *Ampliatur etiam, quòd in vita testatoris non essent natæ, nec conceptæ.*

22 *Filiæ debent à patre in dotibus institui ad hoc, vt eius testamentum valeat.*

23 *Fiscus est durus aduersarius, & citò describit & capit bona delinquentis.*

24 *Neptes nec natæ, nec conceptæ in vita fideicommittentis, an sint dotandæ de bonis fideicommissi, seu ex fructibus eorum valdè est in iure controuersum.*

27 *Statutum excludens fœminas propter masculos, an, & quando debeat intelligi quoad masculos eiusdem, vel alterius gradus.*

29 *Testamenti vna pars per aliam declaratur.*

33 *Testator præsumitur respexisse ad conseruationem agnationis ex vocatione masculorum præsertim geminata, & ex exclusione fœminarum, maximè stante statuto facto fauore agnationis, ibidem.*

34 *Item præsumitur agnationem contemplasse ex digressu ad plures gradus substitutionis.*

35 *Item vocauit masculos per nomina collectiua de familia masculina.*

Fœminæ an excludantur ex verbo domus *remissiuè ad D.D. ibi allegatos.*

36 *Item præsumitur testator prospexisse conseruationi agnationis, si fœminis exclusis, illis dotem constituit.*

37 *Declara, quòd quatenus qualibet dictarum præsumptionum, & coniecturarum de per se non sufficeret pro elicienda voluntate testatoris conseruandi agnationem, illæ tamen simul iuncta sufficiunt.*

38 *Agnationis conseruatio non videtur contemplata à testatore, si in aliqua parte testamenti fœminas vocauit.*

39 *Fallit, quando fœminæ sunt vocatæ post omnes masculos, quia tunc earum vocatio non excludit, quin, dum extant masculi, sit agnatio contemplata.*

DECISIO CXXVI.



LEXANDER Martinellus dotatis filiabus (verba sunt testamenti) *instituit sibi hæredes æquis portionibus Iosephum, Bonifacium, & Martinellum filios suos legitimos, & naturales, & aliquo ex prædictis quandocùmque decedente sine filiis*

filiis legitimis, & naturalibus, ei, siue eis sic decedentibus, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit superuiuentem, seu superuiuentes, siue eius, aut illorum filios masculos legitimos, & naturales, in stirpes, & non in capita: & omnibus supradictis suis heredibus masculis decedentibus sine filiis legitimis, & naturalibus; tunc, & eo casu suprascriptas suas filias legitimas, & naturales, seu illarum filios legitimos, & naturales in stirpes, & non in capita substituit, & casu, quo aliquis ex prænominatis suis filiis & heredibus committeret aliquod delictum, propter quod fieret locus confiscationi, tunc priuauit eum omnibus bonis relinquendo illi tantummodo libras 25. Bononienses, & bona, quæ deberent confiscari, reliquit iure institutionis filiis masculis sui heredis delictum committentis, seu eorum filiis, quibus non extantibus eodem modo quo supra, ipsa bona legauit aliis eiusdem testatoris filiis, & nepotibus, vt supra, declarans, vt idem seruetur, si filij, aut nepotes dictorum eius filiorum, & heredum delictum committerent, & filias delictum committentium dotari mandauit, & in fine in separata clausula declarauit, *quòd hoc ideò fecit, & disposuit, quia eius voluntas erat, ne aliqua sua hereditatis bona exirent de domo Martinellorum, sed vt ea omnia conseruentur in domo, & familia sua masculina, & in defectum familiæ masculinæ, in fœminis, vt supra.*

Extiterunt testatori hæredes prædicti tres filij hæredes instituti, ex quibus nouissimè obiit Martinellus sine filiis masculis, relictis duabus filiabus, videlicet Ludouica, & Lucilla: Ex Bonifacio autem altero testatoris filio remansit Alexander, qui ex quo Martinellus obiit sine filiis masculis, prætendit ipsum esse vocatum ad partem hæreditatis, quæ Martinello obuenit, Ludouica verò, & Lucilla Martinelli filiæ prætendunt
1 excludere Alexandrum substitutum, † quia cùm ille simpliciter fuerit vocatus sub conditione, si Martinellus decederet sine filiis legitimis, & naturalibus, videtur, quòd existentia prædictarum filiarum facit deficere dictam conditionem, *l. si quis ita. ff. de testam. tutel. si ita sit scriptum. ff. de leg. 2. Mant. de coniect. vlt. vol. li. 11. titul.* 14 *num.* 1. & plures alij relati, *per Peregr. de fideicommiss. artic.* 25. *nu.* 1. *& per tot. Rot. decis.* 3:6. *par.* 1. *recent.*

Vndè dubitaui, an adsit fideicommissum, & illi sit factus locus ad fauorem Alexandri, & fuit affirmatiuè resolutum: De existentia enim fideicommissi nulla erat inter partes dubitatio, quia claré de eo constat ex lectura testamenti: quòd verò illud adhuc duret, & in casu sequuto sit illi factus locus ad fauorem Alexandri, Domini ex serie, & qualitate dispositionis
2 deduxerunt; † licèt enim de exclusione fœminarum, quæ habent pro se regulam supradictam, constare debeat, aut verbis claris, aut per vrgentes coniecturas, *l. 1. C. de condit. insert. Paris. cons.* 37 *lib.* 3. *Rustic. ad l. cùm auus lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 114. *ff. de cond. & demonstr. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit* 6. *num.* 6. *in fin. Peregr. de fideic. art.* 25. *num.* 14. *in fin.* tamen hîc verba testamenti videntur adeò clara; & coniecturæ etiam circumscriptis verbis adeò efficaces, vt prorsus visum fuerit Dominis, hæsitandum non esse de voluntate testatoris, quòd dicta conditio, si sine filiis debeat intelligi de filiis masculis tantùm.

In primis ex verbis testamenti videtur hoc de necessitate inferri ex prædicta clausula finali, ibi, *& hoc ideò fecit testator, quia illius mens, & voluntas fuit, ne bona exeant de domo Martinellorum, sed debeant conseruari in domo, & familia sua masculina, & in defectum familiæ masculinæ in fœminis, vt suprà.* Vnde quie-
3 quid sit, † an aliàs appellatione familiæ masculinæ, dum extant masculi, veniant fœminæ, de quo latè *Peregr. de fideicomm. art.* 26. *nu.* 23. *& Seraph. decis.* 1438.
4 *nu.* 2. & *Rot. decis.* 282. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* † tamen ex

quo testator in casu nostro expressis verbis distinxit masculos à fœminis, declarans tantùm velle illas admitti post masculos de familia, clarum est, quòd sub masculis de familia noluit comprehendi fœminas, *Crauett. cons.* 150. *num.* 6. & ita in simili argumentatur *Menoch. cons.* 95 *num.* 76. *cum seqq.* vnde cùm Alexander sit masculus de familia; voluit testator, vt in omnem casum ad eum, & non ad fœminas eius bona perueniant, ad quem peruenire non possent, si conditio illa si sine filiis simpliciter, & non de masculis
tantùm intelligeretur; † quinimò fuisset testator si- 5
bi contrarius, & eius dispositio elusoria redderetur, quò fit vt dicta conditio ex vi verborum debeat intelligi de masculis tantùm, non minùs, ac si hoc fuisset expressum ex adductis per *Ias. in l. talis scriptura, num.* 21. *ff. de legat.* 1. *Imol. in l. si verò, §. de viro col.* 2. *nu.* 31. *vers. fallit* 2. *ff. de solut. matrim.* & in materia exclusiua fœminarum, *Crauett. de antiq. temp.* 4. *par. nu.* 137. *Brun. de statut. exclus. fœmin. art.* 5 *princip. vers. nono temperatur, & Modern. Brixien. de substit. quæst.* 402. *num.* 10.

Nec dicatur, † quòd dicta clausula, *& hoc ideò fe-* 6
cit præfatus Dominus testator, &c. solùm refertur ad casum delicti immediatè præcedentem; quia vltra quòd ad vtrumque casum, nempe tam mortis, quàm delicti clausulam esse referendam, videtur in puncto fuisse de mente Rotæ *in Fulginaten. fideicommissi* 22. *Martij* 1599. *coram b. m. Cardinali Lancelloto in vers. quam rationem*, etiam id ipsum ex mente testatoris ex tribus, quæ Domini ponderarunt, videtur manifestum. Primò ex quo in dicta clausula in fine, in defectum familiæ masculinæ, testator vocauit fœminas, vt supra; vnde cùm in casu delicti immediatè præcedenti fœminas non vocauerit, sed solùm in casu mortis, antecedenti, aut testator voluit dictam clausulam referri ad vtrumque casum, aut si ad vnum tantùm, non ad casum delicti, sed solùm ad casum mortis, in quo
etiam fœminas vocauit, † propterea cùm verba dictæ 7
clausulæ sint clara, consequenter iuxta mentem testatoris, quæ elicitur ex relationis natura, eius bona in casu mortis non possint peruenire ad fœminas extantibus masculis: perinde, ac si etiam in dicto casu fuisset dicta clausula apposita, *Dec. cons.* 217 *num.* 3. *vol.* 1.
Decian. cons. 41. *nu.* 51 *lib.* 1. *Men cons.* 435. *n.* 15 † Secun- 8
dò quia dicta clausula stat de per se, ex quo incipit per illa verba, *& hoc ideo fecit, &c.* & habet suam orationem perfectam, *iuxta doctr. Bart. in l. fin. ff. de reb.*
dub. Peregr. de fideic. art. 16. *n.* 102. † quæ propterea cùm 9
non sit diuersitatis ratio, quare potiùs ad vnum casum, quàm ad alium referatur, debet ad vtrumque casum referri, *Peregr. ibid. n.* 58. *Menoch. de præsumpt.* 181. *num. nu.* 2. *Rot. decis.* 209. *n.* 7. *par.* 2. *recent.* & fuit dictum *in Romana dotis, seu Saluiani* 10. *Iunij*, 1626. *coram me.* Tertiò, & vltimò quia si testator in dicta clausula, *& hoc ideò, &c.* solùm respexisset ad fisci exclusionem, non erat, cur declararet, quòd volebat bona sua conseruari in familia masculina; quia satis erat priuare delinquentem, & alium vocare; vnde dum ideò bona conseruari voluit; vt semper remaneant in sua familia masculina, & hæc ratio pro exclusione fisci non
erat necessaria, † sed æqualiter determinat vtrumque 10
casum, de vtroque etiam debet intelligi, *ad l. nam hoc iure. ff de vulg. & pupill. l. quamuis, C de impuber. & aliis substit.* & accedit, quòd de dicta relatione ad vtrumque casum videtur constare ex enixa mente testatoris, dum dixit, ne aliqua sua bona exeant de domo, &
familia masculina, ponderando dictionem, † *aliqua*, 11
quæ ad quid etiam minimum refertur, *Decius in leg. cum quid, numer.* 1. *ff. si cert. petat. Crauett. consil.* 194 *per totum, & consil.* 178. *numer.* 29. Si verò dicta clausula ad casum mortis non refe-

O 2 ratur,

ratur,& conditio si sine liberis deficeret per fœminarum existentiam, ne dum aliqua, sed omnia testatoris bona exirent de eius domo,& familia masculina.

Præterea concurrunt efficaces, & vrgentes coniecturæ, & quales Rota attendere solet, & communiter D.D. pro exclusione fœminarum, & masculorum
12 inclusione, in casu nostro desiderantur. † Prima est, ex quo testator in principio solos filios masculos instituit, eósque ad inuicem, & eorum filios masculos, & vnum alteri decedenti sine filiis substituit filias, quo casu conditio illa si sine filiis decesserit ex coniectura mente testatoris interpretatur de solis filiis masculis,& non de fœminis, *Gabr. in tit. de substit. conclus. 2. num. 11 & 17. Crass. in §. fideicommissum quæst. 35. num. 4. Peregr. de fideicomm. ar. 25. num. 22. Menoch. præsumpt. 85. n. 18. cum seqq. lib. 4. Modern. Brix. de substit.*
13 *quæst. 402. num. 4. cum seq.* † quæ coniectura fortiùs procedit, quando, vt hîc, testator filias in re certa, priùs instituit, vt post alios considerat *Eugen. cons. 42. num. 13. lib. 2.*

14 Neque elicitur hæc coniectura, si dicatur, † quòd ab exclusione filiarum extantibus masculis non licet arguere ad exclusionem neptum; & ideò non intrare dispositionem, *tex. in l. si viua matre, C. de bon. matern.* ex quo exclusio filiarum fuit propter masculos eiusdem patris, & gradus, non propter patruum. Vndè cùm Martinellus, de cuius hæreditate agitur, reliquerit solas fœminas, non adest masculus eiusdem patris, cuius causa possint dici neptes exclusæ, itaut testator voluerit excludere proprias filias, quia extabant eius filij masculi, non autem voluit excludere neptes in casu sequuto, quia non extabant filij eiusdem patris, nempe Martinelli, quasi voluerit se conformare iuri communi, quòd hoc disponit, *l. heredes mei, §. cùm ita,* & ibi, *Bart. ff. ad Trebell.* Præterea versatur alia ratio differentiæ inter filias,& neptes, quòd testator in primo casu, nempe mortis, dotes filiabus reliquit: vndè ab exclusione earum non benè inferri videtur exclusionem neptum, quæ in dicto casu non fuerunt dotatæ, sed solùm in casu delicti. *Paris. d. cons. 41. num. 59. lib. 3. Seraph. decis. 1216. num. 5. & seq. Rot. decis. 667. num. 13. par. a recent. & in Romana fideicommissi 20 Nouembr. 1610. coram b. m. Pena.*

Quia nihilominus semper viget dicta coniectura, præsertim stante prædicta clausula, *& hoc ideo fecit testator, &c.* quæ non solùm de filiabus, sed de neptibus est etiam intelligenda, tam ex vi verborum, vt supra fuit deductum, quàm ex vi rationis ibi expressæ, quia voluit testator bona sua non exire de familia masculi-
15 na. Et videtur tolli omne dubium, quia † testator in dicto casu mortis, filios positos in conditione visus fuit vocare, tum ex digressu ad plures gradus substitutionis, *Ancbar. cons. 74. Alex. cons. 64. lib. 5. Menoch. cons. 135. num. 5.* vbi plures ad hoc congerit, *& cons. 204.*
16 *nu. 64.* † Tum quia nun modò semel, sed bis, ac pluries eos posuit in conditione, *Corn. cons. 74. n. 5. lib. 2. Zanc. in l. heredes mei, §. cùm ita, nu. 783. ff. ad Trebell. Menoch.*
17 *d. cons. 135. nu. 6.* Et denium † quia, vt infra dicetur, testator voluit conseruare agnationem, *Menoch. d. cons. 204. nu. 64.* vnde neptes, sicut, & filiæ non sunt comprehensæ in dicta conditione, ex quo testator non filias solùm, sed fœminas indistinctè, & sic etiam neptes post omnes masculos vltimo loco vocauit, & substituit, alioquin fuisset sibi ipsi contrarius, quia fœminæ ante masculos admitterentur.

Quòd verò testator in casu mortis non dotauerit neptes, sicut fecit in casu delicti, est nullius conside-
18 rationis, tum quia, vt dictum est, † constat de clara mente testatoris, quo casu coniecturæ contrariæ non admittuntur, sed illæ solùm, quæ testatoris mentem coadiuuant, *Molin. de Hispan. primog. libr. 3. cap. 5. numer. 1.* testator enim simpliciter exclusit fœminas extantibus masculis, & ideò non respexit ad filias magis, quàm neptes; Deinde ad excluden. fœminas extantibus masculis non eo motus fuit, quòd eas dotauerit, aut non, sed solùm, quia in sua familia masculina voluit bona sua conseruari, igitur aliud non est quærendum. Et tandem neptes, non extantibus bonis liberis Martinelli eorum patris, ad quem primo
loco, spectabat eas dotare, *l. fin. C. de dot. promiss.* † 19
semper, & omni casu ex bonis huius fideicommissi erant dotandæ, *Bart. in l. à filia, ff. ad Trebell. Peregr. de* 20
fideicommiss. art. 42. num. 32. cum seqq. † etiam quòd in 21
vita testatoris non essent natæ, nec conceptæ, iuxta magis receptam, & communem sententiam, *Paul. de Castr. in l. mulier, §. cùm proponeretur in princ. ff. ad Trebell. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 28. num. 96. Peregr. vbi supra num. 37.* & fuit dictum *in Romana dotis 27. Martij 1626. coram me*, & ideò in casu mortis, non fuit, cur testator neptes dotaret, & in dotibus institueret,
prout fecit in filiabus, † in quibus ex quo obtinebant 22
primum locum eadebat necessitas instituendi pro testamenti validitate, *l. maximum vitium, C. de liber. præter.* in casu autem delicti licèt non fuerit necesse hoc exprimere in neptibus, fuit tamen vtile etiam in hoc
casu idem disponere, quia † cùm fiscus durus sit ad- 23
uersarius, & citò bona delinquentis describat, & ca-
piat. † & sit in iure valde dubium, an neptes nec na- 24
tæ, nec conceptæ in vita fideicommittentis, sint dotandæ ex bonis fideicommissi, seu ex fructibus eorum, vt videre est, *apud Peregr. vbi supra,* voluit testator vberiùs, & clarius in dicto casu neptibus de dotibus prouidere, declarando eas esse dotandas iuxta vires, & facultates eorum patris.

Secunda coniectura est, & quidem efficacissima, † 25
quia concurrit statutum Cesenæ exclusiuũ fœminarum, quo casu communis opinio est, quòd filiæ fœminæ non faciunt deficere conditionem si sine liberis, ex quo testator præsumitur velle se conformare cum dispositione statuti, *l. conficiuntur, §. si quis cum nullum, ff. de iur. Codicill. Bart. in d. l. heredes mei, §. cùm ita, ff. ad Trebell.* & ibi *Alex. num. 10. Pereg. de fideic. art. 25. n. 22. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 7. num. 4. cum seq. Menoch. præsumpt. 85. num. 20. Modern. Brixien. d. quæst. 402. num. 61.* vbi plures alios allegat, *& Rot. in dicta Fulginaten. fideicommissi coram b. m. Cardinali Lancellotto, & in Camorien. fideicommissi 29. Ianuar. 1582. coram b. m. Blanchetto.*

Neque obstat, quòd † hæc coniectura desumpta 26
ex statuto,& exclusione fœminarum non admittatur à Rota, quia hoc est verum, quando nullæ aliæ extant coniecturæ: secus autem, quando vt hîc, concurrunt aliæ plures, vt etiam admittit dicta decisio, *Seraphini 1216. num. 6.* & declarant *Modern. Roman. discep. forens. capit. 866. num. 31.* & latiùs *Modern. Brixien. vbi supra.*

Minùs obstat, † quòd dictum statutum dum ex- 27
cludit fœminas, debeat intelligi quoad masculos eiusdem gradus, non autem quoad masculos vlterioris gradus, quia vltra quòd verba statuti videntur clara, dum fœminas excludit à successione aui,& proaui extantibus filiis, seu liberis masculis per lineam masculinam ab descendentibus, vt in puncto aduertit, & ponderat, *Menoch. cons. 150. num. 39 cum plurib. seq.* satis est, quòd dictum statutum, dum propter masculos excludit fœminas emanauerit pro conseruanda agnatione, prout videntur esse clara verba statuti, quo casu fœminæ videntur exclusæ per statutum etiam propter masculos remotiores, *Rom. cons. 16. n. 4. & se. Nat. in tra. quod ext. mas. q. 3. in pr. ver. quinto quæro,* & latè *Mol. de Hisp. primog. li. 3. ca. 5. nu. 25. & nu. 29. & Menoch. d. cons. 150. n. 41. vers. nam, & tunc.*

Tettia

28 Tertia coniectura est, † quòd testator sæpius, tam
in institutione, quàm in substitutione repetit qua-
litatem masculinitatis,ex qua repetitione elicitur vo-
luntas testatoris, quòd conditionem si sine filiis, de
masculis tantùm intellexit, *ad l. Balista, ff. ad Trebell.*
& in puncto, *Eugen. cons. 42. num. 20. lib. 2. Grat. cons. 5.*
num. 18. lib. 2. Menoch. cons. 150. num. 44. & cons. 204.
29 *num. 52.* † Cùm enim vna pars testamenti per aliam
30 declaretur, *l. qui filiabus, ff. de legat. 2. vbi Ias.* † testa-
tor, qui vt hic, in pluribus testamentis de masculis
mentionem facit, & postea in alia parte simpliciter
filium nominat, de filio masculo intellexisse præsu-
mitur, *Abb. cons. 37. col. vlt. lib. 2. Ias. cons. 69. in fin. lib. 3.*
Gozad. cons. 6. Neuiz. in cons. 33. num. 7.

31 Quarta coniectura est, † quia testator fecit diffe-
rentiam inter masculos, & fœminas, & discretiuè de
eis mentionem fecit, quo casu masculus substitutus
sub conditione si sine liberis, maximè concurrentibus
aliis similibus coniecturis, non excluditur per fœmi-
nas, *Bald. in l. multum, ff. de stat. homin. Ias. in l. si quis id*
quod in princ. num. 13. ff. de Iurisdict. omn. Iud. Menoch.
cons. 110. num. 24. & pleniùs *cons. 204. num. 45. Moder.*
Brix. vbi supra num. 115.

32 Quinta, & vltima coniectura, & aliis fortior est, †
quia testator respexit ad conseruationem agnationis,
quo casu, præsertim concurrentibus aliis coniecturis
supradictis, nulli dubium, quin conditio si sine filiis,
intelligi debeat de masculis tantùm, *Seraph. in decis.*
1216. *num. 6.* etiam ex aduerso allegata, *Menoch. d. cons.*
95. num. 76. & cons. 150. num. 35. & latè *Modern. Brix. d.*
quæst. 402. num. 26. vbi si conciliant plures Rotæ de-
cisiones.

33 Quòd autem † testator voluerit conseruare agna-
tionem, patet primò, quia instituit filios masculos,
& eis substituit eorum filios, & nepotes masculos,
exclusis filiabus proximioribus, ex qua masculorum
vocatione, præsertim geminata, & fœminarum exclu-
sione elicitur enixa mens conseruandi agnationem,
maximè stante dicto statuto, quòd etiam fuit ad hoc
factum, *Tiraq. de primog. quæst. 13. num. 6. Ruin. cons. 150.*
num. 12. lib. 2. Menoch. de præsumpt. 91. num. 5. lib. 4. &
idem d. cons. 150. num. 32. vers. secundò, & nu. 39. & in d.
cons. 95. num. 60. & 61. post plures alios ibi per eum
relatos, *Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. nu. 25. con-*
clus. 6. Peregr. de fideicommiss. art. 25. num. 25. & 26.
34 Secundò ex quo † testator fecit plures gradus substi-
tutionum, & semper vocauit masculos. ex quo pro-
gressu ad plures gradus substitutionum censetur e-
tiam conseruata agnatio, *Dec. cons. 15. num. 2. vers. se-*
cundò principaliter moueor, Gabr. cons. 116. num. 14. lib. 2.
Hond. cons. 56. num. 18. lib. 2. Mantic. de coniect. vlt. vol.
lib. 6. tit. 15. num. 7. & Modern. Brix. quæst. 499. num. 6.
35 Tertiò ex quo † testator in dicta clausula, *& hoc ideò,*
&c. vocauit masculos per nomina collectiua de familia
masculina de Domo &c. nam quidquid sit, an ex ver-
bo Domus, excludatur fœmina, de quo *Mant. de con-*
iect. vlt. lib. 8. tit. 12. num. 24. cum seq. Rot. decis. 282. num.
2. par. 2. recent. tamen omnes conueniunt, quòd ex his
verbis elicitur considerabilis coniectura conseruandi
agnationem, vt post plures, *Menoch. cons. 205. num. 13.*
36 *cum seq. Moder. Brix. vbi supra num. 7.* † Quarta, & vl-
tima coniectura est, quia testator fœminis exclusis do-
tem constituit, *Modern. Brix ibidem num. 21.* & qua-
37 tenus † quælibet istarum coniecturarum de per se
non sufficeret pro elicienda voluntate testatoris con-
seruandi agnationem, illæ tamen simul iunctæ, &
coadunatæ videntur sufficientes ad *Tex. in l. si stipula-*
tus in princ. ff. de vsuris, Alex. cons. 115. num. 8. lib. 4. &
Rot. decis. 453. num. 7. par. 1. recent.

38 Neque obstat † quòd non censeatur habita ratio
conseruandi agnationem, quando in aliqua parte te-
stamenti, vt hìc, fœminæ sunt vocatæ iuxta *tex. in l.*
pronunciatio, §. familia, ff. de verb. signif. Molin de Hisp.
primog. lib. 3. d. cap. 5. n. 50. quia † cum fœminæ sint vo- 39
catæ post omnes masculos, earum vocatio non exclu-
dit, quin dùm extant masculi, sit agnatio contem-
plata, *Bald. cons. 40. Quidam magnus nobilis lib. 3. & idem*
Bald. inter cons. Angel. cons. 68. & ipse Angel. cons. 69.
Soccin. iun. cons. 23. num 37. lib. 1. & cons. 69. num. 2. lib. 3.
Gozzad cons. 95. nu. 7. cum seq. vers. non obstat, Ant. Rub.
cons. 47. Grat. cons. 5. n. 86. & cons. 111. n. 16. vers. sec. præ-
suppono, & cons. 120. li. 2. Gab. tit. de stat. concl. 7. n. 2. Gre-
gor. Lopez. in l. 3. n. 11. pa. 6. gl. mag. quæst. 21. vers. si verò
conditor, Menoch. d. præs. 85. li. 4. n. 2. † vbi quòd prop- 40
terea, dum extant masculi, fœminæ non faciunt defice-
re conditionē si sine liberis, *Caual. dec. 18. n 88. ad fin.*
p. 3. Thes. dec. 188. n. 16. Surd. dec. 66. n. 21. & dec. 239. n. 11.
Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

Leodien. Vsusfructus.

Ven. 28. Ianuar. 1628.

ARGVMENTVM.

Remissoria quando sit deneganda.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Leodien. vult, quòd vsusfructus bonorum coniugis prædefuncti, spectet ad coniugem superuiuentem.*

2 *Prouisio legis cessat ex pacto contrario.*

Remissoria denegatur ex præsumptione vehementis calumniæ, quæ oritur ex eo, quòd remissoria petitur in statu expeditionis causæ.

4 *Testes deponentes de obseruantia, deponere debent de actibus in quibus fuit ita obseruatum.*

Obseruantia, quæ probari potest per sententias & actus iudiciales, non admittit probationes per testes.

DECISIO CXXVII.

DIE 15. Martij 1627. fuit coram me
resolutum, sententias de partibus ad-
iudicantes Gerardo vsumfructum in
bonis Margaritæ eius vxoris præde-
functæ, esse iniustas, non obstante
consuetudine Leodien. † ex qua vsus- 1
fructus bonorum coniugis prædefuncti, spectat ad
coniugem superuiuentem. Ratio resolutionis fuit,
quia inter dictos coniuges fuit expressè aliter con-
uentum, scilicet, quòd bona dictæ Margaritæ post e-
ius mortem sine liberis reuerterentur ad eius fratres,
& sorores, nisi aliter ipsa disposuisset; † Vnde ex pa- 2
cto cessat prouisio legis, *l. 1. §. si conuenerit, ff dep. l. pacis-*
ci, & ibi *Bart. Angel. & aly, ff. de pact.* & in simili *Alex.*
in l. si socer, §. Lucius col. antep. vers. vtrum, ff. solut. ma-
trim. Rol. à Vall. de dot. qu. 19. nu. 16.

Sed postquam de Ordine Dominorum causa erat
iam expedienda, fuit pro parte Gerardi petita remisso-
ria ad effectum probandi articulos continentes di-
ctam consuetudinem, & quòd illa Leodij locum ha-
bet etiam stante, vt in casu nostro inter coniuges pa-
cto contrario, propterea hodie dubitaui. An remisso-
ria sit danda, † & fuit resolutum, illam esse denegandā 3
non solùm ex vehementi calumnia, ex quo illa petita
fuit in statu expeditionis causæ; sed etiam, quia fuit
Dominis visa superflua. Nam quod attinet ad con-
suetudinem Leodij inter coniuges, vt superstes in
bonis præmortui succedat in vsufructu, fuit illa

iam probata in instantiis de partibus; & nunc non negatur. Quòd verò noniter prætenditur, vt etiam locum habeat non obstante dicto pacto contrario, vltra attestationem Scabinorum, seu Iudicum supremæ iustitiæ Leodien. attestantium cessare prædictam consuetudinem ex pacto, probatio per testes est superflua,
4 † Quia cùm super prætensa obseruantia testes debeant deponere de actibus in quibus fuit ita obseruatum, & super his actibus conficiantur sententiæ, & actus iudiciales, propterea de iure in hoc, & similibus casibus solùm admittitur probatio per sententias, & actus iudiciales, *Egid. Bellamer. decis. 9. nu. 1. de rescript. Rot. decis. 196. num. 8. par. 2. recent. & in Bononien. Portoni, 9. Martij 1609. coram b. m. Penia, & 9. Iunij eiusdem anni coram Illustriss. Patriarcha Antiocheno.*

Et ita, vtraque, &c.

Anconitana Censuum.

Ven. 28. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Res empta communi nomine, & pretio, dicitur communiter acquisita. Mandatum probatur ex coniecturis, quæ plures in Decisione numerantur. Depositum ex quibus verum, & reale præsumatur Et multæ deducuntur exceptiones contra personas testium, ob quas à testificando repelluntur.

SVMMARIVM.

1 *Hereditaria non est res à tertio empta proprio nomine ex pretio rei hereditaria vendita, fallit vt num. 2.*
3 *Res empta communi nomine, & pretio, dicitur communiter acquisita.*
4 *Mandatum probatur ex coniecturis.*
5 *Et præsertim ex solutione notabilis summæ pecuniarum.*
6 *Procurator non præsumitur soluere de proprio.*
7 *Mandatum in contrahentibus nomine duorum si admittatur respectu vnius, an admitti debeat etiam respectu alterius.*
8 *Depositum verum, & reale probatur ex his verbis,* d. posuit in prompta, & numerata pecunia in tot paulis scuta tot, &c. *& ex illis excluditur simplex confessio de recepto sub spe futuræ numerationis*
Præsertim si interuenerit obligatio iurata depositarij de soluendo, ibidem.
9 *Primum depositum an præsumatur verum, & reale, si tale appareat secundum depositum.*
10 *Simulatio non præsumitur, præsertim sine causa simulandi.*
11 *Creditor, an possit esse testis pro debitore, remissiuè ad D. D. ibi citatos.*
12 *Certum autem est, illum non esse integrum testem, & ratio redditur, num seq.*
13 *Testes deponentes in casu, in quo affectionem aliquam habent, aut eis imminet laus, aut vituperium, non probant, licèt negotium contra eos principaliter non agatur.*
14 *Item, & multò minùs probant, si deponant in casu, ex quo commodum reportent, licèt in consequentiam, & num. 16.*
15 *Commodi affectio oculos caliginare creditur.*
17 *Sollicitator causæ non est testis idoneus pro suo Domino.*
18 *Testis varius, & qui de falso redarguitur non probat.*
19 *Literæ non receptæ, aut acceptatæ ab eo, cui fuerunt transmissæ, non probant ad fauorem scribentis, & habentium causam ab eo.*
20 *Mercatores non solent soluere, nisi habita quietantia, præsertim si soluant de ordine aliorum.*
21 *Solutio non releuat, nisi illius causa exprimatur.*
22 *Instrumenta publica faciunt probationem probatam.*
23 *Libri mercatorum non probant pro tertio contra tertium, sed solùm contra scribentem.*

DECISIO CXXVIII.

PETRVS de Leonibus vendidit S. Domui Lauretanæ prædium Lumbriani nũcuparum, qui recepta in pecunia numerata medietate pretij, quam in proprios vsus conuertit, ex alia medietate emit duos census à quodam Antonio de Triumphis, itavt dicti census ex pacto conuento cum d. sancta Domo deberent stare pro euictione. Verùm quia hæredes q. Hieronymi de Leonibus Archiep. Theatini, & fratris Petri venditoris prætendebant prædictum prædium fuisse commune dictis Hieronymo, & Petro fratribus, & consequenter census emptos ex dicta medietate pretij ad eos vti hæredes Hieronymi spectare: Propterea iudicium in Rota introduxerunt contra hæredes d. Antonij Triumphi censuum debitoris: qui Antonij hæredes cùm ex aliis causis contenderent esse creditores Petri, & ideò prætenderent compensare eorum creditum cum debito censuum: allegabant inter alia d. prædium fuisse in totum Petri, non autem dictis fratribus commune: Sed cùm binis Decisionibus sub diebus 26. Nouemb. 1616. & 14. Aprilis 1617. coram bon. mem. Cardinali Sacrato fuerit cõtrarium resolutum, nempe quòd prædium erat commune dictis fratribus; fuit nihilominus per eosdem Triumphos prætensum, adhuc hæredes Hieronymi nõ posse agere ad prædictos census ex eo, † quia dato quòd 1
illi fuerint acquisiti ex pretio rei hæreditariæ; tamen Petrus suo proprio nomine, & ad eius solius commodum illos emit, qui ideò non fuerunt effecti hæreditarij Hieronymi; & hæreditarios non esse fuit resolutũ die 29. Aprilis 1614. coram bon. mem. Buratto. Vnde subsequenter fuit disputatum, † an ex quo Petrus 2
decessit non soluendo, & in eius hæreditate non extabant bona ex quibus satisfieri posset hæredibus Hieronymi, fuerint dicti census saltem in subsidium effecti hæreditatij, & fuit pariter bis affirmatiuè resolutum ad fauorem d. d. hæredum Hieronymi, vt in decisionibus 13. Iunij 1615. coram bon. mem. Buratto, & 27. Ianuarij 1627. coram me. Instantibus demum hæredibus Hieronymi pro causæ expeditione in articulo restitutionis in integrum, Triumphi nihilominus ad euadendam dictam actionem subsidiariam, cœperunt de nouo controuertere prædium non fuisse commune, & impugnare decisiones desuper factas, & ex magna Dominorum benignitate iterùm super hoc dato dubio, fuit hodie resolutum, dictum prædium fuisse commune, & sic standum esse in decisis coram bon. mem. Cardinali Sacrato.

Fundamentum reale resolutionis fuit, quia cùm dictum prædium ad instantiam creditorum quondam Francisci Ambrosij subhastaretur, fuit deliberatum quondam Francisco de Leonibus communi fratri prædictorum Petri, & Hieronymi, qui Franciscus citatis creditoribus, pretium scutorum 6000. deposuit, & cùm eo mortuo sine filiis, † prædicti Hieronymus 3
& Pe

&c Petrus eius fratres &c hæredes residuum pretij sol-
uerint,&c eorum nomine fuerit confectum instrumen-
tum venditionis,nec non dictum depositum sex mil-
le scutorum solutum creditoribus Ambrosij,fuit pro-
pterea prædium illis communiter acquisitum iuxtà
textum optimum, *in l.traditio in fin. ff. de acquir. rer.
dom.l.2. C.pro soc.Bart.& aly in l.si paruus C.commun.
vtriusque iudic. Ludou. Roman. singul 433.incipit emo
rem nomine meo,& Bocr.decis.214.nu.2.* Vnde superest
solùm contrariis obiectis respondere.

Et primò non obstat, quòd emptio prædij,&c solu-
tio pretij fuerint factæ nomine Hieronymi , &c Petri
à Ioanne Baptista Leonio , &c Hieronymo Barnabeo
assertis eorum procuratoribus , de quorum mandato
non constat , quia huic obiecto fuit benè responsum
in decisione in hac causa facta 20. Nouembr. 1602.
4 coram b. m. Iusto, vbi quòd † dictum mandatum ex
5 coniecturis , de quibus ibi satis probatur , † &c præ-
sertim ex ea, quia non est verisimile, quòd deposita-
rij de ordine prædictorum soluissent summam ita no-
tabilem,nisi illi fuissent veri procuratores prout enun-
ciantur in instrumento venditionis , *Dec. cons.36.n.8.
vers.2.respondeo,Soccin. Iun.cons.146.nu 9.& seq.lib.3.*
6 *Rot.decis.187.num.3.par.1.diuers.*prout † nec etiam est
verisimile, prædictos Leonium &c Barnabeum procu-
ratores enunciatos in dicto instrumento ,qui solue-
runt scuta centum pro residuo pretij vltra pecunias
depositatas voluisse de proprio soluere *ad l. cum de*
7 *indebito,ff. de probat.* &c præterea † cùm prædicti con-
traxerint nomine Hieronymi , &c Petri absentium,
sicut Triumphi necessariò admittere debent manda-
tum datum à Petro,qui ex dicta venditione prædium
possedit , &c illud vti suum postea vendidit; ita etiam
admittere debent mandatum Hieronymi.

Non etiam obstat secundum obiectum quòd de-
positum scutorum 6000. factum per Franciscum pe-
8 nes Equitem Fanellum, fuerit simulatum : † quia imò
fuisse depositum reale apparet ex verbis instrumenti
depositi , ibi , *deposuit in prompta , & numerata pecu-
nia in tot paulis,&c scutis aureis,scuta* 6000. Quæ ver-
ba præsertim , quia interuenit obligatio iurata depo-
sitarij soluendi , probant verum , &c reale depositum,
&c excludunt penitus simplicem confessionem de re-
cepto sub spe futuræ numerationis , *Bart.in l.singula-
ria,num.23.*&c ibi *Alex.& Dec.num.23.Ias.num.47.ff.si
cert. petat. idem Ias.in l si ex cautione,num.1. C. de non*
9 *numerata pecunia, & Alex.cons.179.num.6. lib.2.* † Et
tollitur omne dubium , quia ex eisdem scutis 6000.
depositatis penes Fanellum , fuit postea de iudicis
mandato factum aliud depositum scutorum 2570.
apud quemdam Stephanum Augustinum, ex quo se-
cundo reali deposito benè comprobatur veritas , &c
realitas primi,argumento *text.in l.cùm fidem,C.de non
num.pecun.* Nec quicquam facit , quòd postea Fanel-
lus in quadam apoca declarauerit , depositum prædi-
ctorum scutorum 2570. fuisse factum à Francisco de
Leonibus,non autem ab ipso Fanello,quia vltra quòd
dicta apoca non fuit recognita, nisi à Ioanne Baptista
Leonio secundo teste,qui patitur exceptiones,de qui-
bus infra,&c ab alio teste Anconæ,Leonibus non cita-
tis , examinato, cùm in ea Fanellus verbis claris nar-
ret , d. depositum scutorum 6000. fuisse penes se fa-
ctum,&c ad computum dicti depositi , id est ex dictis
scutis 6000. fuisse factum dictum secundum deposi-
tum scutorum 2570. per Franciscum , per manus ta-
men Fanelli , prout in instrumento dicti secundi de-
positi ad quod dicta declaratio refertur , propterea
nihil vltra releuat.

Minùs obstat tertium principale obiectum scilicet,
quòd Petrus transmisit Francisco pecunias dicti pre-
tij , &c ideò,quòd prædium fuit simulatè emptum no-
mine Francisci ad fraudandos creditores Petri; quia
præterquam quòd hoc obiectum fuit sublatum in di-
ctis decisionibus bon. mem. Cardinalis Sacrati , vbi,
† quòd simulatio non præsumitur,præsertim sine cau- 10
sa simulandi , ex quo Petrus tunc non probatur ære
alieno grauatus , adhuc nec ex testibus , nec epistolis
Petri, &c minùs ex partitis extractis ex libris mercato-
rum,ex quibus Triumphi simulationem probari con-
tendebant , aliquid releuans ad dictum effectum pro-
bari videtur,vt ex singulorum examine patet.

Et primò non ex testibus; quia 2.&c 3. in quibus
præcipua vis consistit repelluntur pluribus , &c vali-
dis exceptionibus , 2. enim nempè Ioannes Baptista
Leonius fatetur se esse creditorem Petri ; Nam quid-
quid sit , † an creditor pro debitore possit esse testis, 11
de quo *Iacob.de Butr.& Angel. in l.non solùm §.quæri-
tur,ff.de probat. Natt.cons.537. num. 50.* hoc vnum in
omnem casum certum est , † eum non esse integrum 12
testem , *Ias.in l.quoties num.14.C.de iudic.* &c ratio est,
quia † si deponentes in casu , vbi affectionem ali- 13
quam habent , aut eis imminet laus , aut vitupe-
rium , non probant , licèt negocium contra eos
principaliter non agatur , vt notant *gloss. & Do-
ctrina in cap. Romana de testibus in 6. Alexander
cons.70.num.11.vol.3.* † multò minùs debent probare 14
illi , qui deponunt in casu , ex quo commodum li-
cet in consequentiam, reportent, † quia illa commo- 15
di affectio oculos caliginare creditur, *Menoch.de arb.
Iud.cas.106. num. 13. in fin.* &c præsertim in casu no-
stro,in quo tempore depositionis Petrus seu eius hæ-
reditas reputabatur iam non soluendo. Vnde erat
tunc iam clarum , † quòd testis iste reportabat com- 16
modum ex re , super qua deponebat , cui ideò nullo
modo credi debet, *l.nullus ff. de testibus, & l.omnibus,
C. eodem. Ias. in dicta l.quoties, C. de Iudic. & Felin. in
cap. insuper in fin. de test.* † præterea fuit sollicitator 17
in hac causa pro Triumphis contra prædictos hæredes
Archiepiscopi, &c vti talis recepit litteras remissoria-
les ad effectum examinandi testes pro Triumphis pro
quibus etiam soluit examinis expensas; Vlterius per-
quisiuit scripturas facientes ad fauorẽ Triumphorũ ;
prout hæc omnia ipse fatetur. Vndè meritò ei credi nõ
debet. *Paris.cons.53.n.12. & seq. li.4.Gab.de test.concl.
12.* Tertius verò testis videlicet Felix Palimacchius
deponit solùm de auditu extra iudicium,prædicti Frã-
cisci prædium fuisse emptum ex pecuniis Petri , † &c 18
est varius , &c redarguitur ex quo asserit, se ita audi-
uisse à Francisco tempore , quo obiit eiusdem vxor ;
&c tamen constat Franciscum prædecessisse eius vxo-
ri , qui ideò nihil probat , vt benè in dicta decisione
26. Nouembr. 1616. coram bon. memor. Cardinal.
Sacrato.

Nec etiam † ex epistolis quæ prætenduntur con- 19
scriptæ à Petro, &c transmissæ Francisco , quia non
sunt recognitæ , nisi à dicto Ioanne Baptista Leonio
secundo teste, qui patitur exceptiones supradictas,&c
ab alio teste , nempe Vinc. Ferretto , qui est creditor
dicti Petri , nec probantur receptæ , aut acceptatæ à
Francisco , quæ ideò non probant ad fauorem Petri,
seu habentium ab eo causam, *l. publia §. fin. deposit.l.
rationes, l. exemplo,l.Instrumenta C. de probat.& l si ex
cautione, C. de non num.pecun. cap.fin.de fid. Instrum.l.
si filius familias ;* &c ibi , *Bart.* &c Doctores commu-
niter *ff.ad Macedon.* &c præterea in omnem casum
nihil concludunt, vt apparet ex singulari eorum exa-
mine.

Prima enim epistola,de qua *in summar.Triumphi n.
2.* quæ continet , quòd Petrus soluit tres partitas pe-
cuniarum de ordine Francisci, primam nimirum scu-
torum 400. iuliorum 11. pro scut. secundam scutorum
400. iuliorum 10. &c tertiam scutorum 330. legitur

conscripta die 1. Septembris anni 1571. & sic multò post dictum depositum factum per Franciscum penes Fanellum factum die 14. Augusti eiusdem anni; quinimò etiam post secunduo depositum factum penes prædictum Stephanum de Augustinis die 24. eiusdem mensis,& anoi: Vnde quatenus dicta epistola esset vera necessariò esset referenda ad alia negotia.

Secunda epistola,de qua *in summario eod.n.2.* quæ dicitur conscripta à Petro eadem die 1. Septembris 1571. quatenus etiam vera sit,est etiam nullius considerationis,quia licèt in eâ Petrus dicat soluisse scuta 933.de Ordine Francisci, tamen etiam ibidem subdit, se de dicta solutione non recepisse, nec habere quietantiam, & reddit rationem, quia non erat solitum quietantias exigere, quæ ratio est prorsus à notoria
20 veritate aliena, † cùm imò mercatores non soleant
soluere, præsertim ex ordine aliorum, nisi habita
21 quietantia,& præterea † dicta epistola est etiam posterior deposito, & non continet causam solutionis, prout requiritur *cap.si cautio extr. de fid.Instr.*

Tertia Petri epistola sub data die 8. Septembris eiusdem anni *in eod. sum.* ibidem narrat, quòd idem Petrus soluit tres literas cambij. & quòd die Sabbati sequen.erat soluturus alia scuta 410.ad complementum scutorum trium millium, quæ pariter conscripta fuit post depositum.nec etiam exprimit causam solutionis,nec quibus solutio die Sabbati sequentis erat facienda, quinimò nec constat de solutione; & idrò nihil releuat ex supradictis.

Quarta epistola sub die 12. Decembris eiusdem anni nihil concludit; quia licèt Petrus in ea se offerat soluere Francisco scuta 700.tamen non constat de solutione,& est inuerisimile, quòd solutio sequuta fuerit, ex quo Petrus in ea se excusat, vti oppressus creditorum mole: & eodem modo respondetur quintæ, & sextæ epistolis conscriptis die quinta, & decimaquinta eiusdem mensis, & anni, de quibus in *sum.n.2. & 3.*

Epistolæ verò, quæ prætenduntur conscriptæ ab eodem Petro post obitum Francisci prædicto Ioan. Baptistæ Leonio, ex quibus probari prætenditur, quòd post mortem Francisci fuerũt solutæ plures pecuniarũ quantitates ad computum pretij eiusdẽ prædij similiter non fuerant recognitæ, nisi à prædictis
22 duobus testibus,† & contrariũ apparet ex publicis in-
strumentis,dũ in eis habetur,quòd pretium fuit solutum ex deposito facto per Franciscum, quæ faciunt probationem probatam, *Bald. in l. non interest num. 2.C. de solut.* cum aliis alleg. in dictis decisionibus
23 b. m. Cardinalis Sacratis. Partitæ † verò extractæ ex
tractæ ex libris mercatorum nihil faciunt, quia non probant pro tertio contra tertium, sed solùm contra scribentem,*l. quadam,§. nummularius, ff. de edendo,* vbi *glos. Bart.& alij, l. rationes,& l. exempla C.de probat. Ias. in l. admonendi, num.133. ff. de Iur. iur. Menoch. cons. 23. num.13. Caputaquen. decis. 157. num. 1. & 4.par.2.* nec etiam narrant, in quam causam, & in omnem casum solùm dicunt, quòd fuerunt remissæ pecuniæ illorum de Benincasiis Romam Mancinis, & per eos exigendæ à Petro vigore litterarum Francisci,ex quo non infertur, nec Franciscum, pecunias recepisse à Benincasiis,nec Petrum soluisse Mancinis, potuerunt enim literæ Francisci effectum non sortiri: prout etiam quoad partitam scutorum 300. videtur versimile ex literis Cambij Francisci à Triumphis productis,in quibus ita solùm scriptum est, *riceuuta à di 17. d' Agosto* 1571. non autem dicitur accepta iuxta stylum mercatorum, nec in ea adest quietantia, & demum aliquæ ex dictis partitis non concordant cum literis Petri.

Tandem non releuat prætensa paupertas Francisci, quia constat de contrario, & fuit plenissimè huic motiuo satisfactum in prædictis decisionibus bon. mem. Cardinalis Sacrati, & minùs ad rem facit prætensio, quòd instrumentum venditionis cantet etiam sub nomine Archiepiscopi simulatè, & ad fraudandos creditores, quia tollitur ex dictis decisionibus, & cum quoad Franciscum auctorem excludatur simulatio ex supradictis,similiter quoad Hieronymum, qui vti eius hæres fuit in dicto instrumento descriptus emptor.

Et ita vtraque, &c.

Bononien. Tertiæ.

Lun. 31. Ianuarij 1628.

ARGVMENTVM.

Soror sine liberis decedens tenetur ex statuto Bononien. relinquere fratribus tertiam partem dotis, & eius augmenti, ac aliorum suorum bonorum, quod procedit etiam, si dos fuerit constituta in bonis purè donatis per sponsum sponsæ ante sequutum matrimonium..

SVMMARIVM.

1 *Statuti Bononien. dispositio* sub rub. de dot. rest. lib.4.§.& si decesserit, *recitatur,& quomodo procedat,& intelligatur,n.18.& 20.*

2 *Statutum seruari debet, dum illius verba sunt clara.*

3 *Donatio simpliciter facta ante matrimonium, dicitur sponsalitia largitas,& valida est de iure, cùm censeatur facta in causam dotis,& pro supportandis oneribus matrimonij, & n.12.*

4 *Amplia procedere etiam,quòd facta fuerit eadem die nuptiarum.*

5 *Donatio propter nuptias facta per maritum vxori, redit ad ipsum maritum, non autem sponsalitia largitas.*

6 *Donatio facta sponsa per sponsum causa explendæ libidinis dicitur ob turpem causam,& à iure improbatur.*

7 L.si ita stipulatus fuero 97.§.fin.ff.de verb.oblig. *declaratur,& n.10.& 15.*

8 *Promissio lucri sub conditione nuptiarum est nulla, cùm conferatur in tempus matrimonij,prout etiam nulla est illa,quæ fit constante matrimonio.*

9 *Causa finalis ex quibus denotetur.*

11 *Matrimonij finis non debet esse lucrum, sed ipsummet matrimonium propter eius tria bona videlicet prolem, fidem,& matrimonium.*

13 *Sponsalitia largitas,prout etiam dos, licèt non fuerit expressè dictum, tamen tacitè ex legis dispositione facta censetur propter spem futuri matrimonij,ita vt matrimonio non sequuto, habeatur pro non facta,n.10.*

Fallit quando expressè dicitur, quòd donatio sit pura, & irreuocabilis ex quacúmque causa, & facta pro se,& suis hæredibus, quia tunc bona donata statim acquiruntur sponsæ, & nunquam reuertuntur ad donantem etiam matrimonio non sequuto, n.7.

14 *Conditio tacita à lege subintellecta, non facit actum conditionalem.*

18 *Ias.in l.si ita quis,§. ea lege num. 318. ff. de verb. oblig. reprobatur.*

29 *Sta*

19 *Statutum si deferat marito tertiam partem bonorum uxoris, non potest uxor in vita in dicta parte praeiudicare.*
21 *Ius quaesitum alicui vigore statuti, non potest auferri ex causa voluntaria.*
Causa ad renunciandum, quae oritur ex beneficio recepto, est voluntaria, & ideo non obligat ex necessitate, sed tantum ad antidora.

DECISIO CXXIX.

GASPAR Crescentius die 24.
Februarij 1592. donauit pure,
& irreuocabiliter Laurae de
Vizzanis scuta bis mille auri,
cum qua postea eadem, die per
verba de praesenti matrimonium
contraxit, quae scuta bis
mille d. Laura cum aliis scutis
mille similibus ei debitis ab haeredibus primi eius
viri, & sic in totum tria millia eidem Gaspari secundo
viro in dotem dedit, sed cùm non solùm praedicta
scuta 3000. auri constante matrimonio dicto Gaspari
eius viro retrodonauerit, sed etiam sine filiis postea
decedens eundem haeredem vniuersalem instituerit;
propterea Iosephus, & Ludouic. eius fratres germani,
2 † quibus illa sic sine liberis defuncta ex dispositione
statuti Bononien. *sub rubr. de dot. rest. lib. 4. §. etsi decesserit*, tenebatur relinquere etiam partem dotis, &
eius augmenti, & aliorum suorum bonorum, quam
tertiam partem vti cantat dictum statutum fratres
in d. casu petere possunt etiam quòd illis in testamento
non relinquatur, conuenerunt d. Gasparem
pro consequtione d. tertiae partis coram Auditore
Generali Bononien. qui eum condemnauit ad soluendum
illi scuta 1000. auri in auto pro d. tertia parte,
sed quia à d. sententia fuit appellatum, causa appellationis
mihi commissa & hodie proposita, Domini re-
2 soluerunt d. sententiam esse confirmandam, † quia
cùm verba d. statuti sint clara, illud seruari debet, vt
latè *Bart. in l. omnes populi ff. de Iust. & Iur. Bald. in
l. Gallus, §. si eius in 2. not. ff. de lib. & posthum. Dec.
cons. 563. n. 7. Cephal. cons. 138. n. 10. & Surd. cons. 58.
n. 3. lib. 1.*

Quòd autem d. scuta tria millia auri fuerint effecta
de dote, & propria d. Laurae, vt requirit statutum,
benè probatur, quia quoad scuta 1000. ei tempore
nuptiarum debita ab haeredibus primi viri, nulla esse
poterat dubitatio, quo verò ad alia scuta 2000. auri ei
data à d. Gaspare secundo viro ante matrimonium
3 contractum idem dicendum est; † quia d. donatio
fuit sponsalitia largitas, eo ipso quòd ante matrimonium
simpliciter facta fuit, & sic valida, & à iure ap-
4 probata, *glos. in §. est & aliud, instit. de donat.* † etiam
quòd facta fuerit eadem die nuptiarum *l. inter eos, &
l. penult. §. Virgini, ff. de donat. inter vir. & vxor. Gabr.
cons. 82. n. 8. lib. 1. Anto. Gomez. ad l. 51. Tauri, num. 5.*
Vnde fuerant dicta scuta 2000. pleno iure acquisita
5 dictae Laurae, † adcò vt per eius mortem non reuertantur
ad maritum, prout reuertitur donatio propter
nuptias, quae in hoc differt à sponsalitia largitate, *l. si
mater, & l. vlt. C. de donat. ante nupt. Sanch. de matrim.
lib. 6. disp. 18. num. 1. Molin. de contract. disput. 290. num.
1. Gomez. vbi supra num. 10. Mantic. de tacit. & ambig.
lib. 20. tit. 1. num. 10. & seqq. Gratian. discept. forens. cap.
498. num. 37. & 40. Rota coram Greg. XV. decis. 563.*
quae fuit postea confirmata coram Reuerendiss. D.
meo Patriarcha Antiocheno 16. Martij 1618. Vnde
patet, quòd in praedictis scutis 3000. vti dotalibus,
aut alias propriis dictae Laurae, intrat dictum statutum
ad fauorem praedictorum fratrum.

Neque obstat, † quòd Gaspar in exordio dictae do- 6
nationis dixerit (prout sunt ibi expressa verba) se
fuisse firmi propositi, & intentionis, velle in sponsam,
& vxorem habere d. Lauram, & proinde quòd d. donatio,
vti facta ob turpem causam, nempe explendae
libidinis sit illicita, & à iure improbata, *l. si ita stipulatus
fuero 97. §. fin. ff. de verb. oblig.* quia † dispositio 7
d. legis procedit, quando aliquis ob merum lucrum
in conditione positum, vult inducere alium ad sibi
nubendum; ita vt causa finalis contrahendi in vno
sit ipsum lucrum, in alio verò libido, vt declarant
*Couarr. ad 4. decretal. 2. par. cap. 3. §. 3. n. 1. Sanch. de
matrim. lib. 1. disput. 33. num. 3. vers. sit 1. conclusio,
Greg. XV. in decis. 563. num. 1.* & in his terminis loquitur
text. in d. §. fin. vbi dictum fuit, *si tibi nupsero,
decem dare spondes*, † & sic fuit promissio lucri sub 8
conditione nuptiarum, & consequenter nulla; tum
quia collata in tempus matrimonij, quae ideò non
valet, prout etiam nec illa, quae fit constante matrimonio,
l. 1. C. de donat. ant. nupt. † Tum etiam quia 9
non fuit conditio necessaria ad actum, nec ad effectum
actus, quae ideò importat causam finalem, *Bart.
in l. demonstratio falsa, §. quod autem, ff. de condit. &
demonstr. Tiraquel. in tract. cess. caus. lim. 1. num. 60.
Surd. decis. 6. num. 10. Sarment. lib. 2. select. cap. 1.
num. 12.* † Propterea sicut in dicto textu causa finalis 10
promissionis lucri in viro fuit conditio nuptiarum
ita & vice versa in muliere causa finalis nuptiarum
fuit promissio lucri. Vnde meritò dicitur in dicto
textu, quòd promissio non tenet, vti ob turpem causam
facta, quia † finis matrimonij non debet esse lu- 11
crum, sed ipsummet matrimonium propter eius tria
bona, prolem scilicet, fidem, & matrimonium, iuxta
*textum in cap. omne itaque 27. q. 2. & Panormit. in
cap. cùm bonum* de sponsal. l.

Hic tamen non versamur in terminis illius textus,
quia in casu nostro finis contrahendi matrimonium
in vtróque coniuge fuit ipsum matrimonium, & donatio
non sub conditione, sed simpliciter emanauit
ex sponsalitia largitate; † ita vt donatum censeatur 12
in causam dotis, & pro supportandis oneribus matrimonij,
& sic ex iusta causa, iuxta *tex. in d. l. 1. C.
de donat. ante nupt. & tex.* quem sic D.D. communiter
intelligunt *in cap. de illis, de condit. apposit.* & benè
exitus comprobauit, ex quo illicò, & eadem die Laura,
dicta scuta 2000. sibi donata eidem donatori in
dotem dedit, † Vnde nihil refert, quòd in exordio di- 13
ctae donationis fuerit facta expressa nuptiarum mentio,
quia alióquin nulla sponsalitia largitas substineretur,
cùm illa, prout etiam dos licèt non sit expresse
dictum, tacitè ex legis dispositione facta censeatur propter
spem futuri matrimonij, *l. cùm veterum, C. de donat.
ant. nupt.* & ibi notant *glos. ordinaria, Bart. Bald.
Angel. Salicet.* & communiter D. D. *Ant. Gomez.
Sanch. & Couarr. vbi supra.* † Conditio autem tacita 14
à lege subintellecta, non facit actum conditionalem,
l. 3. ff. de leg. 1. cum simil. † quae distinctio, & interpre- 15
tatio benè conueniunt & adaptantur verbis textus
in dicto §. finali. dum ibi non simpliciter lucri promissio
reprobatur, sed addit ibi Iurisconsultus (*causa cognita
denegandam actionem puto*) quasi ex mente Iurisconsulti
sint dandi casus, quorum vnus est iste, de
quo agitur, in quibus tenet inter sponsos lucri promissio,
prout ibidem, *Bartol. Paul. Ias. Alciat.
& alij.*

Sed vlterius in casu nostro cessat penitus omnis
difficultas; † quia quamuis sponsalitia largitas, prout 16
etiam dos tam ex iuris dispositione, quam ex praesumpta
voluntate partium, habeat in se tacitam conditionem,
si matrimonium sequatur; ita vt matrimonio
non sequuto, habeatur pro non facta, vt *in d. l.*

cum

17 *cum veterum.* † Tamen, quando vt hîc expreſsè dicitur, quòd donatio ſit pura, & irreuocabilis ex quacumqoe cauſa, & facta pro ſe, & ſuis hæredibus, tunc bona donata ſtatim, & indiſtinctè acquiruntur ſponſæ, & nunquam reuertuntur ad donantem etiam matrimonio non ſequuto, ſed in hoc caſu iura vetera, quæ hoc abſolutè diſponebant in omni ſponſalitiâ largitate *l. 2. l. ſi filio, & l. ſi tibi C. de donat. ant. nupt.* remanent incorrecta, vt communiter *D.D. in d. l. cum veterum & Ant. Gom. vbi ſupra d. num. 2*, quò fit, vt dicta donatio ſcutorum 2000. non potuerit dici correſpectiua libidinis, ſed matrimonij, cum etiam ſine matrimonio, & libidine non explera, in omnem caſum iam à principio de tempore factæ donatioois, illa eſſet perfecta, abſolnta, pura, & irreuocabilis,

Non etiam obſtat, ſi dicatur, quòd dictum ſtatutum, dum vtitur verbo *relinquere*, prohibeat tantùm diſpoſitionem per vltimam voluntatem, non autem retrodonationem, & ſic diſpoſitionem inter viuos,
18 quam fecit Laura ad fauorem Gaſparis ſui viri: † Quia reprobata ſententia *Iaſonis*, qui nulla facta differentia inter cauſam lueratiuam, & onerofam; ſic diſtinguit, *in l. ſi ita quis, §. ea lege num. 38. ff. de verb. obligat.* Veritas eſt, quòd dictum ſtatutum factum ad conſulendum fragilitati mulieris, ne ſcilicet à marito impediatur fratribus relinquere vel fauore agnationis, habet locum ſemper, & quando mulier ex cauſa tamen lucratiua diſponit de ſuis bonis, tam inter viuos, qoàm in vltima voluntate, iuxta textum optimum *in l. fin. ff. ſi quid in fraud. patr.* aliàs enim diſpoſitio ſtatuti de facili eluderetur; vt in terminis huius ſtatuti, *Alex. conſ. 55. lib. 1.* & plures allegans, *Barz. deciſ. Bononien. 83. num. 2. vſque ad fin.* vbi *quod Iaſ. vbi ſupra*, malè reprehendit *Alex.* qui *in d. conſ.* loqnitur in titulo lucratiuo, qui eſt caſus noſter:
19 † prout etiam ſi ſtatutum defert marito tertiam partem bonorum vxoris, non poteſt vxor in vita ei in dicta parte præiudicare, *Caſtr. conſ. 82. num. 2. lib. 1, & Barz. vbi ſupra n. 27.*

20 Demum † non releuat prætenſio, quòd ſtatutum non comprehendat, niſi bona prouenientia à patre, aut aliundè, quàm à marito, quia ſtatutum loquitur generaliter de bonis vxoris, & ideò comprehendit dicta ſcuta 2000. quæ abſolutè fuerunt ei acquiſita; ob quam etiam rationem minùs releuat, quòd dicta retrodonatio fuerit remuneratoria, velut in recompenſationem donationis, quam Gaſpar priùs Lauræ
21 fecerat, † Quia cùm medio tempore, vigore ſtatuti fuerit fratribus ius quæſitum, non potuit eis auferri ex cauſa voluntaria, qualis erat illa, quæ oritur ex beneficio recepto, quæ non obligat ex neceſſitate, ſed tantùm ad antidora, *l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæred.* & in puncto, *Alex. d. conſ. 55. num. 3. verſ. nec obſtat.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Beneficiatûs S. Laurentij in Damaſo.

Lun. 7. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus ſpectans ad Confraternitatem laicalem, cenſetur laicale, non autem Eccleſiaſticum, præſertim ſi illud fuerit relictum Confratribus, ſeu Cuſtodibus Confraternitatis, non autem ipſi Confraternitati.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus eſt laicale, ſi illud ſpectet ad Confraternitatem laicalem, & Confratres non diſtinguantur aliquo ſigno Religionis, & illud fuerit à laico fundatum, & de bonis prophanis, & nu. 5. Quæ opinio eſt communior, æquior, Eccleſiæ magis fauorabilis, & à Rota ſequuta, cum qua etiam concurrit obſeruantia Cancellariæ Apoſtolicæ.*
2 *Et præſertim dicta opinio procedit, ſi Iuſpatronatus non fuerit relictum Confraternitati, ſed cuſtodibus illius, qui cùm ſint laici, & fuerint principaliter, & ſeorſim conſiderati, ſolùm de eis habetur ratio, non autem de Confraternitate, & n. 3.*
4 *Iuſpatronatus relictum Cuſtodibus Confraternitatis, quæ eſt addicta loco pio, an cenſeatur relictum intuitu dicti loci pij, ita vt ille fuerit principaliter contemplatus.*
6 L. annua §. Titia ff. de ann. legat. *declaratur.*
7 *Hierophylacius quis ſit.*
8 *Legatum factum Epiſcopo, cenſetur Eccleſiæ factum.*
9 *Legatum relictum Confratribus, non cenſetur relictum Confraternitati, & vide rationem ibid.*
10 *Legatum factum Ciuibus cenſetur factum Ciuitati.*
11 *Confraternitas eſt de foro Eccleſiaſtico, & Cuſtodes debent in eo conueniri.*
12 *Patronatus laicus conueniri poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico pro Patronatu laicali.*
13 *Iuſpatronatus efficitur laicale, ſi antea ſpectabat ad Capitulum, & poſtea fuit acquiſitum Cuſtodibus ſæcularibus Confraternitatis.*
14 *Iuſpatronatus efficitur Eccleſiaſticum, ſi antea erat penes laicum, & poſtea tranſiuit ad Eccleſiam.*
15 *Iuſpatronatus Beguinarum eſt Eccleſiaſticum.*
16 *Beguinæ religiosè viuebant, & habitu religioſo amictæ incedebant, licèt eſſent ſæculares.*

DECISIO CXXX.

FVit pronunciatum per duas ſententias Rotales, Franciſcum præſentatum à Cuſtodibus Confraternitatis Sanctiſſimi Saluatoris ad Sancta Sanctorum, eſſe inſtituendum ad beneficium, de quo agitur, ſed quia præcipua difficultas, quæ in illis duabus inſtantiis ex aduerſo fiebat per Petrum Gentilem prouiſum Apoſtolicum, & Nicolaum Anrooinm à dicto Gentili cauſam habentem, ſtat in eo, an Iuſpatronatus dictorum Cuſtodum ſit Eccleſiaſticum, vel laicale, & ſuper hoc acriter contenderetur, fuit propterea ordinatum, vt omnes Domini viderent. Vnde
propoſui hodie cauſam, & † fuit reſolutum dictum 1
Iuſpatronatus eſſe laicale; Ratio reſolutionis fuit, quia dicta Confraternitas eſt Confraternitas laicorum & Confratres non induuntur, aut diſtinguuntur aliqoo ſigno Religionis, & beneficium fuit à laico fundatum, ac de bonis prophanis, cuius propterea Iuſpatronatus iuxta magis communem, & receptam opinionem eſt laicale, *Felin. in tract. quand. liter. Apoſt. præiud. patron. col. 7. circa med lim. 4. verſ. induxit etiam dictam deciſionem, Rocch. de Iurepatr. verbo Iuſ. num. 18. quæſt. 3. Couarr. pract. cap. 36. num. 8. Gamb. de poto. legat. in conſer, num. 414. Fuſchus de viſit. lib. 2. cap. 14. num. 12. ad fin. Zerol. in prax. epiſc. parte prima, §. Iuſpatronatus verſ. 33. Azened. lib. 1. tit. 4. l. prima, num. 6. Garz. de Benef. parte 5.*
capitulo

capitulo 1. *num.*604. *circa fin Ricc. in prax.for. Eccles.*
parte prima,cap. 152. *num.* 3. *Azor. Instit. moral,par-*
te 2. *lib.* 5. *cap.* 28. *col.* 2. *vers. Item Iuspatro. est pro-*
phanum.Cened. lib. 1. *quæst. canon.quæst.*22.*num.*11.*cir-*
ca fin. vers. eam tamen elegantissimè probat, *Massobr.*
in tract. de concurs.& de elect. dignit. requis. 8.*dub.*5.

Et quidquid in contrarium sit de rigore iuris,
prout tenent *Lambertin. Paul. Hier.* & alij plures,
rationibus non contemnendis,& egregiè examinauit
Reuerendiss. D. meus Decanus in decisione in pri-
ma instantia in hac causa facta 22. *May* 1623. ta-
men Domini, ex tribus dicebant non esse ab ea rece-
dendum. Primò, quia non solùm est communior, sed
etiam æquior,vt aduertit *Garz. vbi supra num.* 8.*&* 9.
& est etiam Ecclesiæ magis fauorabilis, vt in puncto
fuit optima ratione consideratum in *Volaterrana*
Cappellania 7. *Maij* 1607. *coram bon. mem. Cardinali*
Lançelletto. Secundò quia semper Rota in his termi-
nis illam sequuta fuit,vt in *decis.* 574.*p.*1.*diuers.* vbi
quòd fuit bisdecisum in *vna Pistorien. coram bo.mem.*
Sarmiento, idem in fortioribus terminis resoluit in
dicta Volaterrana,& *in Neocastren. Cappellania coram*
eodem Reuerendissimo D.meo Decano,quæ est *decis.*680.
num. 2. *par.* 1.*recent.* Tertiò tandem, quia eum opi-
nione Rotæ concurrit etiam obseruantia Cancella-
riæ Apostolicæ, vt constitit Dominis ex notabilibus
2 Cancellariæ datis. Præterea † fuit animaduersum,
multò minùs in casu nostro recedendum esse ab opi-
nione Rotæ, ex quo hoc Iuspatronatus non fuit reli-
ctum Confraternitati, in quibus terminis regulari-
ter loquuntur ferè omnes vtriusque opinionis sequa-
ces, sed fuit relictum Custodibus Confraternitatis,
ita quòd ipsi soli Custodes sine Confraternitate præ-
sentant, in quibus etiam terminis loquuntur prædi-
ctæ decisiones 574.*par.* 1. *diuers.* *& dicta decis. in Vo-*
3 *laterrana Cappellania*, † Vnde solùm est habenda ra-
tio Custodum,qui sunt laici, non autem Confrater-
nitatis, vt benè aduertit Rota *in eadem decisione* 574.
num. 8. prout nec est habenda ratio loci, quia non
locus, sed Custodes principaliter, & seorsim fuerunt
considerati,eorúmque legalitas contemplata,vt benè
Bald. in l.si quis 37. §. *in omnibus,num.* 19.*C.de Episc.*
& Cleric.

Ex quibus facili negocio tolluntur rationes con-
4 trariæ opinionis, † nam ad illam præcipuam, quòd
hæc Confraternitas est addicta loco pio,& quòd ille
locus fuit contemplatus, illiúsque intuitu Iuspatro-
natus Custodibus relictum *l. annua*,§. *Titia*, *ff.de ann.*
*leg. l.*2.*ff. de reb.dub. & Menoch.lib.* 4.*præsumpt.* 502.
num. 21. respondet Rota *in dicta decis.* 574. *d. num.*8.
& pleniùs *in dicta Volaterrana Cappellania*,quòd imò
in hoc, & similibus casibus Iuspatronatus relinqui-
tur Prioribus, aut Custodibus Confraternitatum in-
tuitu officij, aut dignitatis, prout illa laicis conue-
niunt,& dari solent,& sic non intuitu Ecclesiæ, licèt
sit benè verum, quòd beneficium fundatur intuitu
Ecclesiæ, quæ sunt diuersa; & præterea respondetur,
5 quòd quidquid sit de prædictis, † non tollitur, quin
testator esset laicus, & Iuspatronatus fundatum de
bonis sæcularibus,& relictum Custodibus, qui sunt
laici, prout etiam & Confraternitas est laicorum, &
quòd testator principaliter ad hæc respectum habue-
rit, quamuis etiam concurrat aliqualis respectus ad
Ecclesiam, quæ ideò ad discernendum, an Iuspatro-
natus sit laicale, vel Ecclesiasticum sunt potiùs at-
tendenda *Felin. vbi supra, Mohed. decis.*9. *de Iurepatr.*
*& Crescent. decis.*9.*eod.tit.*
6 Neque † obstat *tex.in d.l. annua*,§. *Titia*; quia ibi
ex mente testatoris legatum factum ministris templi
fuit simul relictum etiam templo inseparabiliter,pro-
vt colligitur ex verbis text. in quibus legitur, quòd
legatum fuit factum copulatiuè Sacerdoti, & † Hie- 7
rophylaco, qui præpositus erat rebus sacris, & quasi
Princeps Sacrorum, *Alex.ab Alex. lib.* 5.*dier.genial.*
cap. 17. & ibi *Tiraq.* Vnde quia illi totum templum
repræsentabant, propterea legatum eis factum, tem-
plo factum censetur, † provt etiam legatum factum 8
Episcopo censetur Ecclesiæ factum,*c. requisisti de te-*
stam. & ibi *Abb. Couar.* † in casu autem nostro Cu- 9
stodes, vt ad sensum patet, non repræsentant locum;
quinimò nec totam Confraternitatem, & propterea
legatum eis relictum, non censetur Ecclesiæ factum,
vt in simili *Couarr.* de Legato Canonicis facto, *loco*
suprac. num. 10. Vnde non intrat etiam dispositio *tex.*
in d.l. 2. *ff. de reb. dub.* quia vt benè *Couarr. ibidem*;
idcircò † legatum ibi factum Ciuibus, censetur fa- 10
ctum Ciuitati; quia in Ciuibus tota Ciuitas repræ-
sentatur.

Minùs facit,quod † Confraternitas sit de foro Ec- 11
clesiastico, & quòd Custodes debeant in eo conueni-
ri; quia huc non facit, quòd Iuspatronatus Custodi-
bus competens, sit Ecclesiasticum; alioquin non es-
set dare in beneficiis Ecclesiasticis aliquod Iuspatro-
natus laicale; quia etiam † quilibet patronus laicus 12
solùm, vt notum est, coram Iudice Ecclesiastico, po-
test conueniri pro patronatu laicali; † Vndè non ob- 13
stat etiam, quòd hoc Iuspatronatus spectaret antea ad
Capitulum S. Laurentij, quia eo ipso, quòd per con-
cordiam fuit legitimè acquisitum Custodibus sæcu-
laribus, qui etiam existunt in quasi possessione præ-
sentandi, fuit effectum laicale, *ex Mohed. & Crescent.*
vbi supra, † prout etiam vice versa, si iuspatronatus 14
est penes laicum, cùm primùm transit ad Ecclesiam,
efficitur Ecclesiasticum.

Non etiam releuat *decis.* 8. *de Iurepatr. in antiq.*
vbi † quòd Iuspatronatus Beguinarum est Ecclesiasti- 15
cum, quia ex quo † Beguinæ illæ, licèt sæculares re- 16
ligiosè viuebant, ac habitu religioso amictæ incede-
bant, potiùs decisio illa retorquetur, *Felin. in d. tract.*
quand.liter. apost. vbi supra. Alia verò difficultas ex-
citata super prætensa incapacitate Francisci, reiecta
fuit ad aliam disputationem.

Et ita decisum vtraque, &c.

Corduben. Dimidiæ portionis.

Ven. 11. *Febraarij* 1628.

ARGVMENTVM.

Remissoria ex quibus veniat deneganda: Et aliqua de probatione puritatis sanguinis, quæ patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Purus sanguine quis præsumitur, dum non probatur contrarium, & n.*6.

2 *Remissoria non conceditur sine fumo, quando materia est obiectiua.*

3 *Testes si fuerunt aliàs examinati, præsumitur facta ea probatio,quæ meliùs fieri potuit, ita vt noua facultas probandi præsumatur calumniosè petita.*

4 *Numerus testium supra* 40. *de iure non admittitur.*

5 *Testibus aliàs examinatis, si fuit metus incussus ab aduersario,præsumitur in eo potentia in futurum.*

Item si penes se scripturas originales retineat.

9 *Remissoria non datur, si illa tendat ad detegendam falsitatem, cuius fumus non datur.*

7 Exa

7 *Examen nouum non admittitur super articulis, super quibus fuerunt iam testes examinati.*
8 *Remissoria non conceditur, si insurgat præsumptio, quòd articuli sint potiùs imaginarij quàm veri, & quando dicta præsumptio oriatur.*
9 *Et præsertim denegatur post testium publicationem, & didicita testificata.*
10 *Testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam, licèt parte non citata, multùm Rota defert, si fuerunt recepti in tempore non suspecto.*
11 *Mulierem quinquagenariam gignere, mirabile est, & de raro contingit.*
12 *Remissoria non datur ad probandum rem inuerisimilem, & quasi impossibilem.*
13 *Probationibus per scripturas magis standum est, quàm futuris testium depositionibus.*
14 *Sententia condemnatoria, quando alium non afficiant.*
15 *Puritatis, vel impuritatis probatio desumi non potest ex habitatione in vno, vel in alio loco eiusdem Ciuitatis.*
16 *Impuritas probatur ex sola fama, & æstimatione.*
Articulus est irreleuans, si tendat ad probandam famam impuritatis, & fuerit iam probata fama in contrarium.
17 *Fama an præsumatur orta ex materia articulorum, & an hoc casu sit suspecta vti originata ex causis non probabilibus.*

DECISIO CXXXI.

CVm contra D. Ioannem Rubeum de
Herrera prouisum Apostolicum de di-
midia portione in Ecclesia Corduben.
fuisset in partibus declaratum ei ob-
stare statutum dictæ Ecclesiæ super pu-
ritate sanguinis, Rota in gradu appellationis reuo-
cando sententiam de partibus, pronunciauit dictum
statutum ei non obstare, non solùm, quia habet pro
1 se regulam, † quòd quisque purus præsumatur, dum
non probatur contrarium, *ad l. ab ea parte, ff. de probat.*
& in his terminis *Mantic. decis. 274. num. 1. & Rot.
decis. 182, num. 4. par. 1. recent.* sed etiam quia ex pro-
bationibus per Iudices deputatos à Capitulo Cordu-
ben. in prima instantia, & aliis deinde in gradu appel-
lationis in Curia factis, benè, prout de iure requiri-
tur, constitit, eum esse sanguine purum, nulláque la-
be Iudæorum, aut Maurorum infectum, vt fuit latè
firmatum in decisionibus 27. *Iunij*, & 15. *Decembris*
1625. coram bon. mem. Patriarcha Hierosolymita-
no Sed cùm hodie commissa mihi appellationis cau-
sa à dicta sententia Rotali, Capitulum Corduben. in-
staret pro remissoria ad faciendas desuper nouas pro-
bationes, dubitaui. An illi sit concedenda, & fuit
negatiuè resolutum.

Et moti fuerunt Domini ex pluribus, quæ Rota
passim ad denegandam remissoriam attendere con-
2 sueuit; † & primò, quia materia est obiectiua, in qua
sine fumo remissoria concedi non solet, *Verall. decis.
60. 62. & 63. par. 3. Put. decis. 18. de dilat. Rot. de-
cis. 212. num. 5. & 6. par. 1. recent.* quæ loquitur in his
3 terminis. † Secundò, quia in partibus per Iudices fue-
runt examinati nonaginta testes, & vltra; vndè præ-
sumitur facta ea probatio, quæ meliùs fieri poterat,
& consequenter hæc noua facultas probandi præsu-
mitur calumniosè petita, *Crauet. cons. 134. num. Ægid.
decis. 38. post. priuc. Verall. decis. 63. par. 3. Greg. XV. de-*
4 *cis. 414 num 1.* † Tertiò, quia numerus testium exa-
minatorum fuit effrenatus, cùm de iure non admitta-
tur examen testium supra 40. *cap. cùm causam,* & ibi
*glos. verb. effrenatam de testib. & cap. latores de Cler.
excomm. ministr.* † Quartò, quia datur fumus, quòd in 5
aliis examinibus in Ciuitate Corduben. fuit incussus
metus nonnullis testibus, qui pro puritate depone-
bant, & quòd scripturæ originales non apud Nota-
rium, sed penes Capitulum custodiebantur; Vnde
detegitur potentia Capituli in futurum, *Caputaq.
decis. 50. num. 6. par. 3.* Quintò, & vltimò, quia cùm
remissoria necessariò tendat ad detegendam falsita-
tem, & periurium testium, qui super puritate depo-
suerunt etiam ex hoc capite, meritò remissoria dene-
gatur; tùm quia non datur fumus falsitatis; † tum 6
etiam quia stat præsumptio pro puritate, de qua testes
deponunt, prout in simili fuit resolutum *in Ianuen.
pecuniaria 5. Iunij 1613. coram b. m. Vbaldo.*

Sed illud magis ad denegandam remissoriam apud
Dominos vrgebat, quòd articuli in actis dati, super
quibus remissoria petitur, aut sunt irreleuantes, aut
improbabiles, aut demum euidenter calumniosi, vt ex
eorum singulari discussione apparet.

In primo enim articulo ponitur, Ioannem esse fi-
lium Sebastiani, & Beatricis, in secundo quòd dictus
Sebastianus fuit filius Didaci, & Theresiæ, & in ter-
tio, quòd dicta Beatrix fuit filia Alphonsi, & Isabellæ.
† Qui articuli in hoc negantur, & fuerunt iã in par- 7
tibus dati, & super illis examinati per prædictos Iudi-
ces Capituli testes circiter 80. & consequenter frustra
super eisdem petitur nouum examen, *Caput. decis. 66.
par. 3.* † In eo verò, quòd dicti articuli vlteriùs conti- 8
nent, veluti dictam Theresiam auiam Ioannis pater-
nam fuisse cognominatam de Palma, & Isabellam
Auiam eiusdem maternam fuisse cognominatam de
Corduba, non carent suspicione calumniæ, cùm enim
in articulis de partibus fuerit positum, & probatum,
Theresiam fuisse cognominatam de Soria, & Naua-
rette; Isabellam verò de Morales, & sic aliter circa
idem, quàm in nouis articulis, inde insurgit præsum-
ptio, articulos nouos esse potiùs imaginarios, quàm
veros; ita vt propterea remissoria non sit danda,
prout in simili *Greg. XV. decis. 211. num. 4. & 5.* vbi
addit. † & tantò magis post testium publicationem, 9
& didicita testificata *cap. Fraternitatis, & cap. intima-
nit de testibus*, *Auth. at qui semel. C. de probat. Fari-
nac. de testib. quæst. 73. num. 68. Greg. XV. 497. &
583. num. 1.*

Quartus articulus qui continet, dictam Isabellam
fuisse filiam Ioannis Gonzalez, vltra quòd deregi-
tur suspectus ex depositione testium examinatorum
de anno 1604. qui deponunt; eam fuisse filiam Mi-
chaëlis de Morales, † quibus testibus quamuis exa- 10
minatis ad perpetuam rei memoriam, & parte non
citata, multùm detulit Rota in decisionibus bon.
mem. Patriarchæ, ex quo fuerunt recepti in tempore
non suspecto: adhuc, dictis testibus circumscriptis,
hic articulus non solùm inuerisimilis est, sed etiam
improbabilis videtur, quandoquidem prædictus
Ioannes Gonzalex erat iam defunctus, quando de
anno 1486. fuit de hæresi condemnatus, vt legitur
in inscriptione habitelli à Capitulo compulsati; Vn-
de si dicta Isabella fuisset eius filia, haberet hodie si
viueret, circiter 150. annos, & Beatrix filia Isabel-
læ & mater Ioannis (quæ adhuc viuit, & non exce-
dit annos octoginta, vt dicunt testes, qui illam in in-
fantili ætate cognouerunt) haberet ad minùs cen-
tum annos, & esset genita in quinquagesimo anno
ætatis prædictæ Isabellæ eius matris; & tamen † 11
mulierem quinquagenariam gignere pro re mirabili,
& de raro contingentibus tradit *tex. in l. si maior C.
de legit. hered. Tiraqu. de leg. Connub. lib. 6. num. 22.*
† ad probandum autem rem inuerisimilem, & qua- 12
si impossibilem, remissoria, non datur, *Imol. in cap.
quia verisimile sub num. 1. vers. quandoque est tanta &c.*

vbi

vbi etiam *Abb.num.1. verſ. quandoque eſt veriſimilitudo maxima,*&c. *de præſumpt.Greg. XV. deciſ.*414.*n.* 3. *cum ſeqq.*

Quintus articulus in quo habetur, quòd Didacus Fernandez auus Ioannis paternus fuit filius Gondiſalui de Rubeo, ſimiliter viſus fuit Dominis ſuſpectus,& inueriſimilis, quia ex teſtibus, & fide Inquiſitorum Corduben. nec non ex quodam inſtrumento publico antiquo,de quibus in ſummario Ioannis *n.*10. clarè apparet dictum Didacum fuiſſe filium Matthæi Rubei, prout etiam fuit firmatum in vtráque deci-

13 ſione bon.mem. Manzanedi.† Quibus probationibus vti per ſcripturas,ſine dubio magis ſtandum eſt,quàm fututis teſtium Capituli depoſitionibus,*gloſ.in cap.* 1. *verb. in ſcriptis de cenſ.in* 6.*Rot.deciſ.*582. *n.* 6.*par.* 1. *recent.* & fuit millies deciſum.

Et hinc etiam emanat irreuelantia ſexti articuli continentis, quòd prædictus Gondiſaluus erat Iudæus; quia eſto quòd fuerit talis, non releuaret,cùm Ioannes ab eo non deſcendat, prout etiam ex eadem ratione eſt irreleuans ſeptimus articulus, in quo ponitur; quòd Ioannes Gonzalez fuit hæreticus; quia (vt ſupra dictum eſt) Iſabella auia Ioannis materna non fuit eius filia,ſed Michaelis.

Octauus articulus, qui continet hæreſes Alphonſi de Herrera,Ferdinanzi Lopez, Thereſiæ Diaz,& Catharinæ Sanchez, & quòd eorum habitelli,vulgò Benedictini, qui hodie pro Roſtris habentur in Clau-

14 ſtris Eccleſiæ Corduben. ſimiliter non releuant,† quia dato, quòd prædicti fuerint tales, & vt prætenditur ideò condemnati,dum non ponitur,ex quo capite, & in quo gradu Ioannem attingunt, eum non afficiunt.

Neque obſtat prætenſio, quòd dictus Alphonſus fuerit auus maternus Ioannis; quia quamois eius auus maternos nuncuparetur etiam Alphonſus de Herrera; tamen conſtat, quòd non eſt idem, ſed alius ab eo, de quo canit articulus; Ille enim fuit condemnatos, & combuſtus de anno 1486. & ſic ab annis 142. & prætetea, erat penitus oculis orbatus,vt legitur in inſcriptione habitelli à Capitulo compulſati; Alphonſus verò auus maternus Ioannis viuebat 40. ab hinc annis, quem cognouerunt teſtes,qui vlteriùs deponunt,eum fuiſſe ſani viſus.

Nonus articulus cantat, habitationem familiæ Ioannis fuiſſe in via Aurificû Ciuitatis Cordob. qui ideò detegitur ſuſpectus, ex quò teſtes Capituli deponunt, parentes Ioannis habitaſſe in via *del Batane-*

15 *ro:* & in omnem caſum non releuat,quia † ea habitatione in vno,vel alio loco eiuſdem Ciuitatis deſumi non poteſt nec minima probatio puritatis,vel impuritis,vt fuit ſæpius reſolutum,*Mantic. deciſ.*274.*n.*9.

16 Decimus, & vltimus articulus, † qui tendit ad probandam famam impuritatis, quæ vt contenditur, probatur ea ſola fama,& æſtimatione, iuxta,*gloſ.in l.* 1. *ff.de probat. Marſil.in l.de minore,§. plurimum.n.*88. *ff.de q. Auendan.in ſuo dictionario verbo Iudios,& Ioan. Guttier.pract.quæſt.ciuil.lib.*3.*quæſt.* 14.*n.* 17. redditur irreleuans,ex quo fuit probata fama in contrarium, vt in his terminis dixit, *Rot. deciſ.* 494. *n.* 12.*& ſeqq.*

17 *par.* 1. *recent.* & alibi ſæpius. Et tantò magis,† quia fama, de qua in dicto articulo, quando probaretur, præſumeretur orta ex materia prædictorum articulorum,quæ ideò eſſet etiam ſuſpecta, vti originata ex cauſis non probabilibus, *Bald. in l. diffamari n.* 2. *&* 3. *C. de ingen. & manumiſ. Alex. conſ.* 72. *n.* 13. *in fin. lib.*1. Et in puncto famæ ſuper impuritate, *Mantic.d. deciſ.*274.*n.*9.

Neque obſtat, quòd dicebatur, teſtes de partibus non fuiſſe examinatos ad inſtantiam Capituli, ſed Ioannis, quia imò fuerunt examinati ex officio à iu-

dicibus deputatis à Capitulo, qui vt videre eſt in depoſitionibus, fuerunt diligentiſſimi inquiſitores. Ex quibus D. D. vnanimi conſenſu denegarunt remiſſoriam.

Et ita vtráque parte informante, &c.

Ciuitatis Caſtelli Bonorum.

Lun. 14. *Februarij*, 1628.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio inſtrumentalis capta alio non poſſidente prodeſt etiam ceſſionario ad effectum manutentionis. Immiſſus ex primo decreto, quando non ſit manutenendus. Et nonnulla alia notanda, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis capta alio non poſſidente, eſt manutenibilis.*
2 *Et ſuffragatur etiam ceſſionario.*
3 *Immiſſus ex primo decreto, eſt manutenendus: fallit vt n. ſeq.*
4 *Immiſſioni ex primo decreto, quando dicatur renunciatum.*
5 *Poſſeſſio amittitur ſolo animo.*
6 *Iudex nulliter procedens, non priuat poſſeſſione.*
7 *Præſertim ſi præceſſit inhibitio A. C.*
8 *Rota nunquam conſueuit reuocare in dubium poteſtatem ſignaturæ Iuſtitiæ etiam vbi præceſſit commiſſio ſignata manu Papæ.*
9 *Præfectus Signaturæ Iuſtitiæ de mandato Papæ, ſeu per conceſſum,in præſentia reſcribit,& ideò ei credendum eſt.*
10 *Attentata eſt poſſeſſio capta in ſpretum Inhibitionis A. C.& venit reuocanda.*

DECISIO CXXXII.



VIT reſolutum, Albizzino informanti dandum eſſe mandatum de manutenendo,& conſtare de attentatis,quia conſtat de poſſeſſione inſtrumenti Ciuſſini, & Santarelli, qui ceſſis dicto Albizzino omnibus eorum iuribus, tranſtulerunt etiam vigore Conſtituti in eum poſſeſſionem: † Vnde ſicut illi ex 1 dicta inſtrumentali poſſeſſione capta, alio non poſſidente, eſſent manutenendi, *l. prædia*, vbi *Bart. ff. de acquir.poſſ. Put.deciſ.* 350.*num.*4. *lib.*2.*Rot.in recent.deciſ.*91.*n.*1.*par.*1.& fuit millies deciſum.† ita etiam ma- 2 nuteneri debet Albizzinus eorum ceſſionarius *Faber. in §. retinendæ, numer.* 7. *Inſtit. de Interd.& Rot. deciſio.* 551. *numer.*1. *verſic. Vnde cùm conſtet. par.* 2. *recent.*

Neque obſtat, quòd Manotij aduerſarij prætendant fuiſſe priùs immiſſos ex primo decreto, Quia de immiſſione non conſtat; & quando conſtaret † 3 etiam, quòd ſic ex primo decreto immiſſus, eſt manutenendus, † non tamen in hoc caſu, ex quo præ- 4 dicti Manutij renunciarunt cuicúmque commodo ſibi competenti ex cauſa adiudicationis poſtea eis factæ, Vnde multò magis, viſi fuerunt animo renunciare immiſſioni ex dicto primo decreto, qui ordinabatur ad dictam adiudicationem, ad *text. in l. ſi debitore, ff. precar. Tiraquel. in tract. ceſſant. cauſ.par.* 1.*num.*56.*& in tract. de iur. conſtitut. par.* 3.

limit.

5 *limis. 19. num. 1. cum seqq.* † Possessio autem solo animo amittitur, *l. 3. §. in amittenda, & l. si quis vi, §. differentia, ff. de acqu. possess.* & ferè in terminis dixit, *Rot. in Asculana bonorum 2. Martij 1626. coram me.*

Minùs obstat, quòd dicta possessio instrumentalis fuerit de anno 1614. & quòd Manutij de anno 1625. Iudicis auctoritate fuerint immissi in possessionem eorumdem bonorum, de quibus nunc agitur; Quia cùm Albizzinus anterior possessor non fuerit ci-
6 tatus, † Iudex nulliter processit, qui propterea non priuauit possessione, *l. clam. possidere, §. qui ad nundinas, num. 2. ff. de acq. poss. Rot. decis. 82. num. 7. vers. quia pro responsione, parte 1. diuers.* Et fuit dictum *in Romana Vinea 15. Ianuarij 1616. coram Re-*
7 *uerendiss. D. Patriarcha Pamphilio:* † Et tantò magis, quia præcessit Inhibitio A. C. iuxta cautelam, *Bald. in l. ob maritorum num. 4. & seqq. C. ne vxor pro marito, Ang. in l. à diuo Pio, §. si super rebus num. 1.* & ibi, *Castren. num. 2. ff. de re iud.*

Tandem non obstat prætensus defectus iurisdictionis, ex quo hæc causa fuit priùs commissa A. C. cum commissione signata manu Papæ, & ideò Signa-
8 tura Iustitiæ non potuerit rescribere; Quia † Rota nunquam consueuit reuocare in dubium potestatem Signaturæ Iustitiæ etiam, vbi præcessit Commissio
9 signata manu Papæ: † cùm Illustriss. D. Cardinalis Signaturæ Iustitiæ Præfectus de mandato Papæ, seu per concessum in præsentia rescribat, cui propterea credendum est, *Rot. apud Seraph. decis. 853. num. 13.*

10 Ex quibus † attentata visa fuerunt clara, dum in spretum dictæ Inhibitionis A. C. Manutij possessionem acceperunt, & fructus collegerunt, quæ ideò sunt reuocanda.

Et ita, &c.

Toletana Indulti.

Lun. 14. Februarij, 1628.

ARGVMENTVM.

De nullitate primæ sententiæ dari non potest, postquam secunda sententia transiuit in iudicatum. Sententia continens plura capita omnino inter se distincta, & separata, an possit valere, & approbari quoad vnum tantùm caput de iure validum, si ex aliis capitibus non sustineatur. Commissa causa, *refectis expensis*, illis non refectis, an cesset iurisdictio. Liquidatio fructuum quando non sit necessaria. Canonicus, si habuit Indultum percipiendi fructus sui Canonicatus in absentia pro tempore, quo fuerit occupatus in officio, an videatur contemplatum impedimentum in genere pro toto tempore, quo durat officium, vel tantùm habeatur ratio de impedimento, quod contingit in singulis negociis officij. Canonicus, qui est Vicarius Episcopi, pro quo tempore fructus percipiat.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non competit sine læsione.*
2 *Nullitas primæ sententiæ opponi non potest, postquam secunda sententia transitum fecit in rem iudicatã.*
3 *Sententia continens duo capita distincta, & separata, potest valere, & approbari quoad vnum tantùm caput, in quo nulla adest læsio, & n. 5.*
Appellatio non datur à sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, sed potest exceutioni demandari.
4 *Sententiæ tot sunt, quot sunt capita inter se diuersa.*
6 *Sententia reformari potest, detecto errore, in articulo executionis, dùm non fuerunt relaxatæ literæ executoriales dictæ sententiæ, nec literæ declaratoriæ ad partes.*
7 *Sententia iustificari potest ex nouiter deductis etiam post rem iudicatam.*
8 *Commissa causa,* refectis expensis, *illis non refectis, cessat iurisdictio: declara, vt n. seq.*
9 *Commissione vsus quis non dicitur, dum citatio ad eius instantiam non fuit executa.*
Commissioni renunciari potest ab eo, qui illam obtinuit, si ea vsus non fuit.
10 *Commissio effecta communis quando dicatur vel non.*
11 *Sententia dum potest substineri ex vna commissione, non est quærendum de defectu iurisdictionis ex alia commissione.*
12 *Liquidatio quando non sit necessaria.*
13 *Condemnatio facta censetur iuxta formam Breuis.*
14 *Impedimentum officij quomodo consideretur.*
15 *Fructus Canonicatus debentur de iure Canonico absenti, ratione officij.*
16 *Canonicus, qui est Vicarius Episcopi pro quo tempore fructus percipiat.*

DECISIO CXXXIII.

DIE 5. Iulij 1627. fuit resolutum coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo; Non constare de causis restitutionis in integrum prætensis per Capitulum Toletanum ad effectum impediendi executionem sententiæ Domini mei Pirouani, quæ ob non interpositam in tempore appellationem transiuit in rem iudicatam: Sed quia concessa fuit Capitulo noua audientia: Causa mihi commissa illam hodie proposui super eisdem: Et fuit resolutum; Standum esse in decisis, & relaxandas esse executoriales à die intimationis factæ Capitulo, & circumscriptis censuris: Ratio resolutionis fuit; Quia † non competit 1
restitutio sine læsione, *Rot. decis. 371. par. 2. recent.* hîc autem nec ex capite nullitatis, nec ex capite iniustitiæ adest læsio, vt patet ex breui singulorum examine.

In primis non obstat nullitas prætensa, ex quò sententia Domini mei Pirouani confirmat sententiam bon. mem. Remboldi, quæ prætenditur nulla, & iniusta, dum mandat Capitulum ob non paritionẽ euitari; Quia vltra responsionem datã in decisione bon. mem. Manzanedi, nempe, quòd † post rem iudicatam sentẽ- 2
tiæ non potest amplius dari de nullitate, quæ aderat in prima, *Gabr. cons. 49. n. 1. & 2. lib. 1. Mantic. decis. 301. n. 1. Rot. decis. 474. par. 2. recent. & Addent. ad Greg. XV. decis. 176. n. 13. vers. prædicta verò conclusio*, Fuit hodie animaduersum, quòd quidquid sit de nullitate, aut inualiditate dictæ sententiæ bon. mem. Remboldi; † ta- 3
men valida fuit sententia D. mei Pirouani in eo capite, in quo pronunciat, literas Apostolicas esse exequendas, quia vt apparet ex eius lectura, illa continet duo capita distincta, & separata, & quorũ vnum non venit ad determinationẽ alterius; Primò, in quo pronunciatur, literas Apostolicas esse exequendas; & secundum, in quo confirmatur sententia bon. mem. Remboldi; propterea sustinetur, quoad primũ caput, cùm circa illud nulla adsit læsio, à quo ideò eum tran

transfierit in rem iudicatam, non datur appellatio,
sed potest executioni mandari, vt post *Bar. in l. ap-
pellanti, ff. de appellat. Guido Pap. quæst. 346. num. 74.
Boer. decis. 73. num. 5. & Vincent. de Franch. decis. 73.*
4 *in princ.* Et ratio est; † Quia tot sont sententiæ, quot
sunt capita inter se diuersa, *glos. in cap. 2. in verb.
eadem. de ordin. cognit. Paris. cons. 66. num. 4. lib. 1.
Rebuff. de sent. promis. art. 2. glos. 4. tom. ad ll. Regni,*
5 *Lancell. de attent. cap. 12. limit. 2. num. 11.* † Vnde
potest vna, & eadem sententia approbari in vno ca-
pite, in alio reprobari, *l. in hoc iudicio, ff. famil. ercisc.
l. etiam, §. ex causa, ff. de minor, cap. dilectus de præ-
bend.* notat *glos. 2. in l. ampliorem, C. de appellat. Co-
sta in tract. de portione, & rat. quæstio. 137. Me-
nochius de arbitr. libro secundo, centur. 1. cas. 95.
per tot.*

Præterea dicebant Domini, quòd in omnem ca-
6 sum, † ex quo non fuerint relaxatæ literæ executo-
riales dictæ sententiæ, nec aliquæ literæ declarato-
riæ ad partes, potest hodie in articulo executionis
7 dicta sententia reformari, detecto errore; † sicut
posset etiam ex nouiter deductis iustificari; etiam
quòd transierit in rem iudicatam, *glos. in clem. ap-
pellanti de appellat. Caputaqu. decis. 114. part. 3.*
Cùm enim adsit iurisdictio, & non agatur de præ-
iudicio, imò de euitando præiudicio; nihil est, cur
executio non possit iudicis arbitrio decerni, & fie-
ri, adhibito temperamento iuri, & rationi con-
formi.

Minùs obstat secunda nullitas ex defectu iurisdi-
ctionis D. mei Pirouani deducta, ex quo pro parte
8 D. Aluari, † fuit ei commissa causa, *refectis expensis,*
quibus non refectis, cessat iurisdictio; Quia placuit
responsio data in dicta Decisione bon. mem. Manza-
9 nedi, scilicet, † quòd Aluarus non fuit vsus dicta
commissione, dum ad eius instantiam non fuit cita-
tio executa; cui propterea potuit renunciare, *Butr.
in cap. ex conquestione numer. 12. versic. ex causa de
rest. spoliat.* cùm aliis allegatis in dicta Decisione:
10 † Nec releuare, quòd illa fuerit effecta communis,
virtute alterius commissionis ad instantiam Capi-
tuli emanatæ; Quia eo ipso dicta clausula videtur re-
missa, perinde ac si commissio simpliciter emanasset;
aliàs enim sequeretur; quòd Papa posuisset in vo-
luntate Aluari effectum dictæ commissionis Capitu-
li, dum etiam penderet ab eius voluntate reficiendo,
aut non expensas, quòd dicta commissio esset com-
munis, quod esset prorsus absurdum; Et cessat om-
11 nis difficultas; † Quia à principio fuit commissa cau-
sa appellationis simpliciter ad instantiam Capituli,
absque dicta clausula *refectis expensis*, ex qua fuit tri-
buta iurisdictio; Vnde cùm ex ea possit dicta sen-
tentia sustineri, non est quærendum de defectu iuris-
dictionis ex alia Commissione.

Non obstant prætensæ subreptiones Breuis, vide-
licet quòd Aluarus non narrauerit, Canonicatum
esse magistralem, & sibi fuisse assignatum pingue sti-
pendium scut. 14. millium, nec fuisse legitimè dero-
gatum Statutis, & Constitutionibus Ecclesiæ Tole-
tanæ, iuratis per Dominum Aluarum, de non impe-
trando Indultum de percipiendis fructibus in absen-
tia, & impetrato non vtendo: ex quibus prætendi-
tur etiam iniustitia dictæ sententiæ, dum in ea man-
datur exequi dictum Breue, Quia his omnibus benè
fuit responsum in Decisionibus in hac causa factis
14. Martij, & 22. Maij 1625. coram bon. mem. Rem-
boldo; Quæ hodie Dominis placuerunt; ita vt non
intret Decisio in causa Barchinonen. fructuum 16.
Iunij 1625. coram me; quæ loquitur in terminis
longè diuersis.

Minùs releuat defectus liquidationis, quia vt benè
respondetur in Decisione Domini mei Pirouani facta
in hac causa 26. Iunij 1626. contra Capitulum,
† Non est necessaria liquidatio, cùm habeat in suis 12
libris distinctè adnotatam portionem cuiuslibet Ca-
nonici *Cas. de Grass. decis. 5. num. 5. de rest. spoliat.*
Prout etiam non releuat, quòd in dicta sententia fiat
condemnatio à die datæ Breuis; † Quia imò cùm in 13
ea expressè non dicatur à die datæ, censetur facta
condemnatio iuxta formam breuis cuius ibi fit men-
tio, quòd cantat à die notificationis.

Demum non obstat, † Quòd Breue fuerit conces- 14
sum pro tempore, quo Aluarus fuerit occupatus in
officio, ita vt sint consideranda singula momenta
temporis; nihilominus sententia condemnat Capi-
tulum absolutè, Quia fuit benè responsum in dicta se-
cunda Decisione bon. mem. Remboldi, & in Deci-
sione D. mei Pirouani, nempe quòd dicta verba se-
cundùm subiectam materiam debent intelligi refe-
rendo impedimentum ad officium in genere, non au-
tem ad singula, & actualia negocia officij *arg. tex. in
l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat.* ita vt ver-
ba, *quando officio prædicto impeditus fuerit,* debeant in-
telligi durante dicto officio, quia semper eo durante
erat impeditus; Papa enim ad officium in genere at-
tendit, quod fuit causa eius concessionis, qui pro-
pterea visus fuit se conformare cum iuris dispositio-
ne, † quòd ratione similium officiorum concedit fru- 15
ctus in absentia, *cap. de cætero, & cap. ad audientiam
de cler. non resident. Guttier. lib. 1. Canon. quæst. cap.
1. num. 143. Cened. quæst. Canonic. cap. 1. num. 23.* † 16
Canonicus enim qui est Vicarius Episcopi, non tan-
tùm percipit fructus in absentia pro tempore, quo
actualiter occupatur in officio Vicariatus, sed abso-
lutè durante officio, *Sbrozz. de Vicar. lib. 1. quæst. 43.
num. 4. Rebuff. in form. Vicar. num. 5. Monet. de distrib.
par. 2. q. 11. num. 80. Gonzal. ad reg. 8. glos. 6. n. 155.
Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. n. 360.*

Et ita vtraque, &c.

Arminen. Bonorum.

Lun. 21. Februarij, 1628.

ARGVMENTVM.

Constitutum conditionale collatum post mor-
tem constituentis nihil operatur. Donans
reseruando sibi vsumfructum rerum dona-
tarum, an, & quando possit retinere ciuilem
possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, constituens, &c. quid importet.*
2 *Ablatiuum absolutum facit actum conditionalem.*
*Constitutum est accessorium contractus, & regulatur
iuxta eius naturam; & ideò si contractus est con-
ditionalis, pariter Constitutum erit conditionale.*
3 *Constitutum nihil operatur, si illius conditiones non
sint adimplendæ, nisi post mortem constituentis,
quo tempore desiit possidere.*
4 *Possessio naturalis, & ciuilis ex quibus verbis deno-
tetur.*
Vsufructuarius possidet solùm naturaliter.
5 *Declara, vt vsufructuarius retinere possit ex pacto
etiam ciuilem possessionem, aut prohibere, ne illa
in eius vita in alium transferatur: Et ex quibus
verbis hoc intelligatur.*

DECISIO CXXXIV.



CVm Sententia A. C. confirmatoria alterius sententiæ Gubernatoris Arminen. qua declaratum fuit, Ginebriam esse manutenendam in possessione bonorum, de quibus agitur, non autem Pompeium, transierit in rem iudicatam, & ad instantiam d. Pompeij fuerit commissa mihi causa restitutionis in integrum: illam proposui die 26. Maij 1627. Et fuit resolutum Non constare de causis restitutionis: Et re proposita hodie super eisdem, Domini persliterunt in decisis, ex rationibus Decisionis desuper factæ: De quibus à Decisionis principio vsque ad vers. *Verùm in extensione.*

Neque obstat prætensa possessio Pompei ex clausula Constituti, quæ præsupponebatur adfuisse in donatione facta Margaritæ eius matri; quia vt dicebant Domini: Aut Constitutum deducitur ex verbis donationis, ibi *dans, cedens, constituens, &c.* & clarum est,
1 † quòd illa clausula *constituens, &c.* non importat Constitutum possessorium, sed solùm sic extenditur, *constituens donatariam procuratricem, vt in rem propriam*, vt patet ex receptis, & solitis instrumentorum formulis: Et declarat, *Bertazzol. clauf. 28. glos. 1. & 2. & clauf. 29. glos. 1.* Aut verò desumitur ex verbis in fine dictæ donationis post obligationem bonorum pro obseruantia donationis ibi, *sua bona in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligauit cum pa-*
2 *cto tenuta, & Constituti*: Et † cùm dicta donatio, & consequenter obligatio Cameralis sint conditionales ex verbis ablatiui absoluti, ibi, *saluis tamen semper, & reseruatis ipsi donatrici in principio, medio, & fine præsentis Instrumenti vsufructu, ac etiam seruatis, & adimpletis omnibus aliis pactis, & conditionibus infrascriptis dedit, &c. l. à testatore*, vbi *Bart. ff. de condit. & demonstr.* latè *Surd. decis. 268. num. 55. & Rot. apud Greg. XV. decis. 492. num. 7.* Similiter etiam Constitutum fuit conditionale quia est accessorium contractus, & regulatur iuxta eius naturam, *Bal. in l. ex testamento in fin. C. de fideic. Tiraq. de constit. part. 3. limit. 7. num. 16. Barz. decis. Bonon. 49. n. 31.*
3 *& Surd. decis. 157. n. 5.* † Vnde cùm conditiones non essent adimplendæ, nisi post mortem donatricis, & sic eo tempore, quo possessio non erat penes constituentem, Constitutum nihil operatur, *Bald. in cap. 5. n. 13. de confirm. vtil. vel inutil. Tiraq. d. tract. de constit. part. 2. ampl. 15. num. 3. & part. 3. limit. 2. Alex. cons. 82. num. 10. lib. 2. Honded. cons. 18. num. 57. lib. 2. Gomez. ad ll. Taur. 45. num. 89. Barz. vbi supra d. n. 31. & Rot. post Pacif. de saln. decis. 169. n. 8.* cùm aliis allegatis in prima Decisione in hac causa facta. Et accedit, quòd nec adhuc dictæ conditiones probantur adimpletæ, & præsertim illa, quòd donataria post mortem donatricis teneatur deponere apud Depositarium S. Hieronymi scuta centum auri, ad effectum reinuestiendi in quodam censu perpetuo, cuius fructus multiplicari, & inuestiri deberent in aliis censibus, donec Laura vna ex filiabus donatariæ perueniret ad ætatem 25. annorum.

4 Et † quòd mens, & voluntas donatricis fuerit, quòd possessio nullo modo transferetur in ipsius vita, colligebat vnus ex Dominis ex verbis dictæ donationis ibi, *incontinenti sequuta morte petitio, exactio, recuperatio, & possessio rerum donatarum illicò donatariæ competat, & non antea, nec alio modo.* Quæ verba non solùm sunt intelligenda de possessione naturali, sed etiam de ciuili, non obstante, quòd Donatrix retinuerit sibi vsufructum, & quòd vsufructuarius solùm naturaliter possideat, quia nihil impedit, quin ex pacto, vt hîc, vsufructuarius, possit etiam retinere ciuilem possessionem, aut prohibere, ne illa in eius vita in donatarium transferatur, prout retinere voluit, seu transferri noluit ex illis verbis, *& non antea, nec alio modo*; quæ si solùm ad naturalem referrentur, essent superflua.

Et ita, decisum vtraque, &c.

Romana Retractus.

Lun. 28. Februarij 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Consors in re communi præfertur censuario.*
2 *Bona defuncti efficiuntur de patrimonio hæredis.*
3 *Inuentarium operatur, vt hæres non sentiat damnum, & possit bona hæreditaria à propriis separare.*

DECISIO CXXXV.



DIE 2. Decembris 1626. fuit resolutum, sententiam A. C. qua fuit pronunciatum, Ius prælationis, seu retractus vineæ, de qua agitur competere R. P. D. Castellano, & Ludouico Zefiro esse iustam; Sed quia Christophorus voluit iterum audiri: Proposui hodie dubium super eisdem. Et D. D. persliterunt in decisis; Quia totum Christophori fundamentum, dum prætendit esse dictis censuariis præ-
ferendum, † consistit in quodam per eum prætenso 1
consortio; quod si adesset, sine dubio præferendus esset Censuariis, *Rot. decis. 306. num. 3. cum seqq. apud Modern. de cens.* cum aliis in dicta Decisione allatis: Sed nullum adesse consortium visum fuit D. D. clarum; Quia quicquid sit, an dum vixit Bartholomæus, vinea fuerit iam effecta tota Vincentij eius filij vti hæredis Francisci eius patrui, & fratris dicti Bartholomæi, an verò esset Vincentio communis cum Bartholomæo vti cohæredum dicti Francisci: Quod pendet ab eo, an retrouenditio secuta in vita Bartholomæi fuerit facta ad fauorem solius Francisci, & probetur, quòd Vincentius, & Alexander filij Bartholomæi fuerint soli hæredes prædicti Francisci; non autem cohæredes, cum eis Bartholomæus eorum pater: Tamen in omnem casum hoc vnum dicebant Domini esse indubitatum; Quòd prima venditio medietatis vineæ, in qua D. Castellanus, & Ludouicus vti censuarij prætendunt prælationem; Christophorus verò consortium, fuit facta multò post mortem Bartholomæi, cuius hæres fuit dictus Vincentius eius filius; Quandoquidem Bartholomæus obiit de anno 1612. dicta verò prima venditio medietatis vineæ, fuit facta per subhastationem de anno 1619.
† & proptereà tunc tota vinea erat iam de patri- 2
monio Vincentij, *l. sed si plures, §. filio impuberi, ff. de vulg. & pupill. §. 5. Instit. de hæred. qualit. & differ.* & ibi *Ang. num. 1. Afflict. decis. 178. num. 4.* Et fuit dictum *in Bononien. successionis 19. Nouembris 1627. coram me*; Vnde dato, quòd Christophorus haberet anteriorem hypothecam, quam Censuarij, ex quo eius hypotheca dicitur contracta in vita Bartholomæi, qui, vt dictum est, decessit de anno 1612. Census verò, ex quibus prætenditur prælatio, fuerunt impositi de anno 1612. Et sic in actione hypothecaria Christophorus esset præferendus vti anterior;

anterior; Tamen inde non infertur ad Coosortium virtute dictæ venditionis, cùm in ea præferantur Cēsuarij per Bullam Pij V. ex quo dicta Vinea vendita, erat Vincentij, & ab eo possidebatur, tam de tempore impositionis censuum, quàm venditionis, prout latiùs in Decisione in hac causa facta.

Non obstat, quòd Vincentius fuerit hæres cum benef. l. & Inuent. Quia inuentarium non impedit, quin Vincentius fuerit Dominus, & possessor; siue vti hæres Bartholomæi eius patris; siue Francisci eius
3 patrui: † sed solùm quod hæres non sentiat damnum, vt possit bona hæreditaria à propriis separare, *Phanut. de Inuent. parte 5. num. 13. & 14.* Aliis verò obiectis fuit in dicta decisione satisfactum.

Et ita vtraque, &c.

Perusina Laudi.

Lun. 13. Martij 1628.

ARGVMENTVM.

Laudum ex quibus censeatur tacitè, vel expressè emologatum ad effectum, vt illud obseruari, & exequi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Laudum emologatum tacitè dicitur, si à tempore scientiæ illius non fuit appellatum intra terminum iuris.*

2 *Et maximè procedet, si quis sponte bona in executionem laudi dimiserit, & claues cum effectu tradiderit.*

3 *Laudum emologatum expressè dicitur, si illud fuit à partibus subscriptum, & approbatum cum promissione obseruandi omnia in eo contenta medio iuramento.*

4 *Subscribens se alicui scripturæ, censetur approbare omnia contenta in ea, dum non docet se deceptum, aut dolo inductum ad ita subscribendum.*

Item censetur habere notitiam omnium contentorum in ea, num. 6.

5 *Laudo standum est, & illud exequi debet stante emologatione.*

7 *Laudum emologatum valet in vim pacti.*

DECISIO CXXXVI.

Die 11. Ianuarij 1627. fuit resolutum, Relaxandum esse mandatum contra Io. Antonium ad fauorem Iosephi, prout in Decisione desuper extensa: Sed quia fuit prætensum extare laudum à Iosepho emologatum; Dubitaui hodie, An constet de emologatione: Et fuit resolutum de ea constare, tam tacitè, quàm expressè.

1 De † tacita emologatione constat, quia Ioseph à tempore scientiæ laudi non appellauit intra terminum iuris, vt post alios *Bapt. de S. Blas. in tract. de arbitr. quæst. 71. num. 44. par. 2. Lancellot. de attent. appell. pend par. 2. cap. 12. limit. 50. num. 126. Modern.*
2 *de appellat. quæst. 12. num. 114.* † Et multò magis, quia Ioseph sponte dimisit Io. Antonio quædam bona stabilia in exequutionem laudi; imò & claues cum effectu tradidit, vt benè testes concludunt: Vnde resultat tacita emologatio Iosephi facto ipso, *ad tex. l. si pars, §. illud, ff. de inoff. testam.* Et in puncto *Paul de Castr. cons. 116. num. 3. ad fin. lib. 1. Crauett. cons. 237. n. 2.*

De † expressa autem emologatione constat; ex quo 3 laudum fuit à partibus subscriptum, & approbatum, cum promissione obseruandi omnia in eo contenta, etiam medio iuramento, *l. ne in arbitrr. fin autem, vbi Bald. num. 12. vers. vlterius, & Aret. in princ. C. de Arbitr.* † Prout generaliter se subscribens alicui scri- 4 pturæ censetur approbare omnia contenta in ea, dum non docet se deceptum, aut dolo inductum ad ita subscribendum, *Bart. in l. 1. §. si quis neget, num. 11. ff. quemadm. testam. aper. & in l. emptor, §. Lucius, per illum tex. vbi etiam D. D. ff. de pact. Paul. de Castr. cons. 116. num. 3. lib. 1. Crauett. cons. 73. num. 40. Modern. de probat. conclus. 1342. num. 12.* † Vnde 5 stante dicta emologatione, standum est laudo, & illud est exequendum *d. l. ne in arbitr. & l. cùm antea C. de Arbitr. Dec. cons. 60. num. 3. Paris. cons. 89. num. 9. lib. 1. Surd. cons. 447. num. 8. Honded. cons. 61. nu. 12. lib. 1. & Modern. Roman. discept. foren. c. 755. n. 34. & sequen.*

Non obstat, quòd laudum (vt prætendit Ioseph) fuerit subscriptum eo non viso, nec lecto; Quia vltra quòd ex traditione possessionis, & omissione appellationis, post habitam scientiam contentorum in eo, vt supra dictum est, inducta fuit sufficiens emologatio facto ipso; Adhuc etiam quòd non extaret dicta tacita emologatio, cùm † præsumptio sit con- 6 tra Iosephum, ex quò se subscribens alicui scripturæ, censentur habere notitiam omnium contentorum in ea, *Bart. in l. sicut, §. non videtur in 1. not. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Ias. in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, num. 14. ff. de verb. oblig. Gabr. tit. de præsumpt conclus. 3. num. 29. & 30. & Rot. apud Greg. XV. decis. 328. num. 1.* esset per Iosephum concludenter probandum contrarium; quod tamen non probat. Vnde non obstant nullitates prætensæ contra laudum, quia in omnem casum: † Laudum emo- 7 logatum valet in vim pacti, *glos. in l. 2. & ibi D. D. C. commun. vtri. iudic. Soccin. cons. 85. in princ. lib. 1. Paris. cons. 45. num. 16. lib. 1. Modern. Roman. discept. foren. vbi supra num. 55. & Rot. decis. 588. num. 1. par. 2. recent.*

Et ita vtraque, &c.

Nicen. Parochialis.

Lun. 13. Martij 1628.

ARGVMENTVM.

Hæc decisio plura continet notanda in materia concursus ad Parochialem, & restitutionis in integrum, quæ habes in summario.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum competit conquesto de iniustitia sententiarum.*

Lesio est fundamentum restitutionis in integrum.

2 *Narratiua concursus indicti, & celebrati non seruata forma Concil. Trident. & Const. Pij V. quæ fuit causa principalis gratiæ Apostolicæ, si non fuit iustificata, non potest dari immissio prouiso Apostolico contra promissum ab Ordinario, & possessorem.*

3 *Rota deferre solet Responsis, seu Declarationibus S. Congregationis Conc. Trid.*

Intellige hoc procedere, nisi ab illis postea recesserit, quia tunc statur vltimis, & non primis Declarationibus, ibidem.

4 *Declarationes Sac. Congregationis Conc. intelliguntur emanare iuxta ea, quæ in facto proponuntur.*
Nec faciunt ius sed ius, quod est declarant, n. 6.
5 *Læsio attendi debet de tempore sententiarum.*
7 *Restitutio in integrum datur ex actis nouiter deductis.*
8 *Concursus ad Parochialem, & electio, & approbatio magis idonei fieri debent intra sex menses à die vacationis, iuxta dispositionem Conc. Trident. & Const. Py V.*
9 *Restitutionem in integrum petens, docere debet de iure suo saltem summariè.*
10 *Examinatorum vota computare, & publicare in eorum præsentia, illáque Notario denunciare, spectat ad officium Vicary; & ideò ei credendum est.*
Vicario creditur in spectantibus ad eius officium.
11 *Fides non facit fidem; maximè si facta sit ex interuallo, & sine iuramento, & partis citatione.*
12 *Comparatiuum supponit existentiam positiui.*
13 *Concil Trid. non annullat electionem idonei ipso iure, sed magis idoneo succurrit remedio appellationis.*
14 *De iure alicuius constare dicitur interim, & quousque aduersarius non obtinet, declarare contrarium.*
15 *Intrudere se quis non potest in possessionem Parochialis ante factum concursum.*
16 *Fallit si præcessit titulus coloratus.*
17 Cap. auaritiæ de elect. in 6. quando procedat.

DECISIO CXXXVII.


ICARIUS Nicien. Sede vacante, in concursu ad Parochialem Ecclesiam loci de Roccabilletia de voto trium ex quatuor Examinatoribus synodalibus, aliis prætulit Horatium de Laurentiis, qui habita deinde collatione à V. Legato Auinionen. fuit etiam possessionem adeptus; Verùm quia Ioannes Andreas Martinus eamdem Parochialem à Sede Apostolica impetrauit, sub narratiua, quòd in prædicto concursu non fuit seruata forma Constitutionis Pij V. & Sac. Conc. Trid. Mota desuper lite contra Horatium possessorem, obtinuit duas sententias fauorabiles: Primam ab A. C. Secundam verò in gradu appellationis in Rota coram bon. mem. Vbaldo: Quæ secunda sententia cùm fecisset transitum in iudicatum, fuit executioni demandata, & expulso Horatio, Ioannes Andreas fuit in possessionem immissus: Sed commissa mihi causa restitutionis in inte-
1 grum, † Dubitaui hodie. An constet de causis restitutionis. Et D.D. affirmatiuè resoluerunt ex quo constat de iniustitia prædictarum sententiarum, & de læsione, quæ est fundamentum restitutionis in integrum, *cap. 1. vbi Abb. de restit. in integr. Rot. decis. 1. de rest. in integr. in nou. Seraph. decis. 245. n. 2. & Rot. decis. 512. n. 1. par. 2. recent.*

2 Iniustitia † prædictarum sententiarum visa fuit clara, quia non erat expellendus Horatius possessor, & danda Andreæ immissio, nisi priùs iustificata per Andream dicta narratiua, quòd concursus indictus, & celebratus fuerit non seruata forma Sac. Concilij, & Constitutionis Pij V. quæ fuit causa principalis, & præcipua dictæ Gratiæ, *Put. decis. 265. lib. 3. in nou. impress. Rot. decis. 482. in fin. par. 2. recent.* Et in puncto dictæ narratiuæ fuit resolutum *in Salamantina Parochialis 21. Iuny 1583. & in Cæsaraugustana Parochialis 8. Nouembr. 1599. coram Cardinali Pamphilio, & in Vicen. Parochialis 14. January 1611. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, quæ est *decis. 323. par. 2. recent.*

Nec releuat, si dicatur, † quòd dicta narratiua fuit 3
iustificata ex responso S. Congregationis Concilij, quæ concursum prædictum fuisse nullum bis declarauit; cui Rota semper solet deferre, vti firmatur in Decisione in hac causa facta 20. Maij 1624. coram bon. mem. Vbaldo. Quia cùm posteà eadem S. Congregatio recedendo à prædictis declarationibus, partibus pluries auditis, & facto pleniùs iustificato, contrarium declarauerit, nempe Concursum fuisse validum; consequenter dicta narratiua non iustificatur, sed standum est vltimæ S. Congregationis declarationi, & non primæ, *ad l. nou. est nouum cum duabus seqq. ff. de legib. cap. cæterum extr. de rescript.* † Declaratio- 4
nes enim S. Congregationis semper intelliguntur emanare iuxtà ea, quæ in facto proponuntur, *l. 1. C. de diuers. rescript* & ibi *Padill. num. 14.* & iuxtà latè traditas per Rub. *cons. 12. num. 2. Paris. cons. 9. num. 42. lib. 2. Alex. cons. 84. in fin. lib. 1. & Rot. apud Cassad. decis. 6. de rescript.*

Minùs obstat, † quòd læsio debet attendi de tem- 5
pore sententiarum *ad tex. l. si voluntate, C. de rescind. vend. Odd. de restit. in integr. par. 1. art. 7. q. 34. n. 36.* & tameo tunc læsio non adesset eo ipso, quòd nondum emanauerat dicta vltima declaratio S. Congregationis sed erat standum primæ, vt firmatur in dicta Decisione bon. mem. Vbaldi, qua declaratione attenta, sententiæ fuerunt iustæ. † Quia dictæ primæ declarationi tunc 6
standum erat, non quia declarationes huiusmodi faciant ius, sed quia ius, quod est, declarant; Vnde quia meliùs examinata, & intellecta facti serie, Sac. Congregatio concursum fuisse validum censuit, non tribuit post sententias ius de nouo, sed quod erat tempore sententiarum declarauit; prout etiam † datur 7
restitutio ex actis nouiter deductis, per quæ probatur, quòd in rei veritate tempore sententiarum ius aliter se habebat; illud autem non erat Iudici notum, aut allegatum, *cap. vlt* vbi *glos. in verb. nouit. de restit. in integr. glos. in l. fin. C. si sæp restit. postul. fuer. Odd. vbi supra par. 1. q. 16 art. 6.* Et fuit dictum *in Fauentina Computorum 24. May 1620. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Non obstat etiam alia Gratia Io. Andreæ, obtenta de mense Sept. 1621. cum narratiua, quòd Horatius non comparuit intra tempus in Edictis præfixum, iux. præscriptum Sac. Conc. & Constitutionis Pij V. Quia hæc narratiua non solùm ab Andrea non iustificatur, sed imò apparet de contrario, ex quo Edictū pro concursu habendo emanauit die 6. Aprilis, & competitores, quorum vnus fuit Horatius, fuerunt descripti intra 20. dies, computandos à dicta die 6. Aprilis, & seruata deinde notificatione pro certa die ad subeundum examen, † fuit habitus concursus in die præfini- 8
ta, & facta electio, & approbatio magis idonei intra sex menses à die vacationis, prout disponunt Sac. Concilium, & prædicta Constitutio Pij V. & dixit *Rot. in decis. 701. apud Seraph.*

Non obstat similiter, † quòd Horatius non doceat 9
de iure suo, de quo saltem summariè debet docere pro habenda restitutione, *cap. auditis de restit. in integr. Gemin. cons. 244. num. 1.* Quia imò de iure suo sufficienter docuit per exhibitionem tituli, nec non approbationis de se factæ in concursu, de qua attestatur Vicarius Capitularis, vbi habetur, quòd Vicarius inhærendo votis trium ex quatuor Examinatoribus, tunc præsentibus declarauit Horatum idoneum, & omnibus aliis esse præferendum, † cui credendum 10
est, ex quò computare, & publicare Vota Examinatorum in eorum præsentia, illáque Notario denunciare ad eius officium spectat. Vicario autem in spectantibus ad eius officium credi debet, *cap. ex frequentibus extra de instit.* & ibi *glos. & in cap. fin. de offic.*

offic. Vicar. in 6 Roch. de Iurepatr. verb. competens quæst.
31. Conar. lib. 3. var. cap. 20. num. 7. Rot. decis. 353. part. 1.
recent. cum aliis cumulatis, *in Ianuen. Parochialis 19.*
Aprilis 1627. coram me: Et præsertim cùm non ap-
pareat de aliqua Examinatorum contradictione de eo
tempore, qui verisimiliter, si ita non esset, con-
tradixissent, & coram eodem Notario fuissent pro-
testati.

Vnde nihil releuat fides Examinatorum; qua atte-
stantur, quemdam Maxiliam fuisse repertum magis
11 idoneum, ætate, doctrina, & sufficientia: Quia † vltrà
quòd fides regulariter maximè ex interuallo, & sine
iuramento, & citatione, vt hîc non facit fidem, *l. post*
Legatum, §. his quibus, vt indign. Rot. decis. 318. num. 4.
12 *par. 1. recent.* † ex ea non excluditur sufficientia, & ido-
neitas Horatij; quia comparatiuum, quòd Maxilia
fuit repertus magis idoneus supponit existentiam po-
sitiui, & sic alterius, seu aliorum, qui erant idonei,
leg. vbi autem, §. 1. ff. de verb. oblig. Surd. decision. 65.
numer. 8.

Propterea Horatius vti idoneus potuit à Vicario
13 approbari: † Quia S. Concil. non annullat electionem
idonei ipso iure, sed appellationis remedio magis i-
14 doneo succurrit: † Et sic constat de iure Horatij, in-
terim, & quousque Maxilia non obtinet declarari
contrarium, *Ægid. decis. 103. Seraph. decis. 73. num. 1.*
Rot. decis. 520. num. 4. par. 1. diuers. & in puncto, *Gonz. ad*
leg. 8. glos. 4. num. 139. & seq. & sæpiùs S. Concilij Con-
gregatio declarauit: Maxilia autem nedum obtinuit
contrarium declarari, sed nec constat, quod appel-
lauerit.

15 Tandem † non obstat, quòd Horatius ante con-
cursum se intruserit in possessione Parochialis, contra
16 dispositionem text. *in cap. auaritiæ de elect. in 6.* † Quia
vltrà quòd Horatius excusatur, quia præcessit titulus
coloratus V. Legati Auinionen. *Rot. decis. 741. num. 8.*
17 *par. 2. recent.* † dispositio dictæ decretalis non intrat
in casu nostro, quia Horatius nullos fructus perce-
pit, & tamen illa requirit fructuum perceptionem,
Put. decis. 45. lib. 3. Mantic. decis. 261. num. 10. & con-
ducunt, quæ tradit, *Rot. decis. 531. num. 2. in fin. par. 2.*
recentior.

Et ita vtraque, &c.

Polignagnen. Canonicatus.

Lun. 20. Martij, 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis est manutenibilis alio non possidente.*
2 *Manutentio debetur possidenti.*
3 *Auditor Cameræ in beneficialibus non debet iurisdictionem.*
4 *Possessio posterior præsumitur clandestina, & turbatiua, & ideò non est manutenibilis.*
5 *Manutentio est danda ei, qui habuit se pro spoliato.*

DECISIO CXXXVIII.

1 DOMINI † dixerunt Vito de Pace esse dan-
dum mandatum de manutenendo: Quia
constat de eius possessione instrumentali
capta de anno 1602. vigore literarum Apo-
stolicarum, quæ alio non possidente est manutenibi-
lis, *l. prædia,* vbi *Bart. ff. de acq. possess.* & fuit dictum *in*
Cæsaraugustana Cappellania 22. Martij, 1627. coram
me, & alibi sæpiùs: Et præterea illam per plures an-
nos continuauit, † per quos vti possessor fuit admis- 2
sus ad perceptionem distributionum, & ad omnes a-
lios actus per Canonicos fieri solitos; Vnde meritò
debet manuteneri, *Rota decis. 56. numer. 1. part. 2.*
recentior.

Neque obstat mandatum de manutenendo Paulo
à Fonte parti alteri concessum ab A.C. quia fuit nul-
lum ex defectu iurisdictionis, † ex quo A.C. in bene- 3
ficialibus iurisdictionem non habet, *Bellam. decis. 210.*
Rot. decis. 271. nu. 4 par. 1. recent. & decis. 118. nu. 4. apud
Gregor. XV. & ibi *Additio num. 7.* & præterea illud
fuit iniustum tanquam fundatum in possessione dicti
Pauli, † quæ cùm sit posterior possessione Viti, præ- 4
sumitur clandestina, & turbatiua, & consequenter
non erat manutenenda, *cap. licèt causam,* vbi *D.D. de*
probat. Rot. in Lunen. Sarzanen. Cappellania, 13. Iunij,
coram me, & fuit passim decisum; † Et cùm Vitus e- 5
tiam à dicto mandato A.C. apppellauerit, & ideò non
habuerit se pro spoliato, nihil est, quin sit manute-
nendus, *Rot. apud Greg. XV. decis. 46. num. 9. & in*
Sarcinaten. Parochialis, 21. Aprilis, 1621. coram bo. me.
Vbaldo.

Et ita Vito tantum, &c.

Leodien. Beneficij.

Ven. 24. Martij, 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis capta alio non possidente est manutenenda quoad omnes effectus.*
2 *Possessionis nulla datur maior probatio, quàm illa, quæ desumitur ex fructuum perceptione.*
3 *Manutentio debetur interim pendente appellatione possessori, qui appellauit à sententia contra eum lata.*
4 *Beneficium litigiosum non dicitur, si non probetur, quod lis sit super titulo beneficij.*
5 *Manutentio debetur possessori non obstante petitorio.*
Petitorium requirit altiorem indaginem.
6 Decisio 583. par. 1. recent. *declaratur.*
7 *Illatio non fit ex diuersis*

DECISIO CXXXIX.

DOMINI dixerunt, † Petro infor- 1
manti dandum esse mandatum de
manutenendo, quia constat de eius
possessione instrumentali, capta in
vim literarum Apostolicarum, quæ
alio non possidente est manutenen-
da quoad omnes effectus, *l. prædia,* vbi *Bart. ff. de acq.*
possess. Rot. decis. 56. num. 1. parte 1. recent. & in Polignagn.
Canonicatus 20. currentis mensis, & anni, coram me, &
alibi sæpiùs; † prout pariter constat de fructuum per- 2
ceptione, qua nulla maior possessionis probatio, *l.*
Titia, ff. de solut. Gomez. in reg. de ann. quæst. 47. nu. 1.
& Rot. decis. 408. nu. 1. par. 2. recent.

Non obstat, quòd prætendatur, Petrum fuisse pri-
uatum possessione per sententiam Iudicis, nempe
Abbatis Monasterij Sancti Iacobi Leodien. qua dictus
Petrus fuit condemnatus ad restituendum fructus per

3 eum perceptos dicto Archidiacono; † Quia cùm à di-
cta sententia fuerit appellatum, interim appellatione
pendente Petrus est manutenendus, *Cas. de Graff. de-
cis.4.num.4.de caus. poss.& propriet. Rot. in rec. decis.* 111.
*num.*8 *par.*1.

Minùs obstat, si dicatur ad dictum Archidiaconum
pertinere dictos fructus vigore statutorum Leodien.
Quia duo super hoc allegantur statuta; & tamen
neutrum Archidiacono suffragatur: Non primum,
quo disponitur, ad Archidiaconum spectare omnes
fructus beneficij vacantis, donec prouisus acceperit
possessionem; Quia Archidiaconus non prætendit
fructus de tempore vacationis, sed de tempore, quo
Petrus vti prouisus possedit; Vnde dictum statutum
non intrat ad eius fauorem; sed potiùs retorquetur:
Non etiam secundum, quo approbatur consuetudo
Archidiaconum percipiendi integraliter fructus be-
neficiorum, super quibus lis vertitur; quorum insti-
4 tutio, & admissio ad ipsos pertinet; † Quia vltra
quòd non apparet hoc beneficium esse litigiosum,
dum non probatur, quòd lis sit super titulo beneficij;
cùm dictum statutum prætendatur reuocatum per
5 Constitutionem Pij V. 57. † Interim pendente super
hoc petitorio cum Archidiacono, quod requirit al-
tiorem indaginem, Petrus possessor debet manuteneri,
Couar. pract. quæst. cap.17. sub num. 5.

6 Tandem † non obstat decisio in causa Leodien. fru-
ctuum coram b. m. Manzanedo, quæ est inter *recent.
decis.*583. *par.* 1. in qua fuit firmatum, Archidiaconis
Leodien. dandum esse mandatum de manutenendo in
quasi possessione apponendi sequestra, & percipiendi
fructus ex beneficiis litigiosis, quia versamur in be-
neficio diuerso, & inter diuersas personas; Nec Ar-
chidiaconus Nasbaniæ probat quasi possessionem, in
7 qua se fundat illa decisio; † Vnde ex vno ad aliud
non infertur, vt in puncto fuit resolutum, *in alia Leo-
dien. fructuum*, 26. *Aprilis*, 1621. *coram Reuerendiss. D.
meo Decano.*

Et ita, &c.

Bononien. Successionis.

Ven. 24. *Martij*, 1628.

A R G V M E N T V M.

Habes supra in decisione 111. & cætera supple in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum correctorium iuris communis ab eo recipit interpretationem.*

2 *Limitatio Statuti correctorij iuris communis debet latè interpretari, & vide rationem ibidem, & numer.* 8.

3 Ex, *dictio quandoque etiam ex proprietate sermonis denotat causam immediatam.*

4 *Statutum loquens de iure communi, an intelligatur de iure municipiali, quod viget in ea Prouincia, seu districtu.*

5 *Statuta Prouinciæ non sunt extendenda, sed solùm intelligenda in casibus, in quibus loquuntur, etiam si illa ab aliquibus Doctoribus ius commune appellentur.*

6 *Ius commune non est strictè interpretandum.*

7 *Verba statuti inducta ad vnum effectum non debent contrarium operari.*

8 *Præsertim si per illa reducatur res ad ius commune.*

DECISIO CXL.

DOMINI perstiterunt in decisis die 19.
Nouembr. 1627. Nunc enim deducta,
aut in decisione desuper facta fuerunt
sublata aut penitus non releuant: † 1
Nam quod statutum, de quo agitur, sit
iuris communis correctorium, nihil ad rem facit
quia nihilominus recipit declarationem à iure com-
muni, *Roland. cons.*80. *nu.* 27. *lib.* 4. *Honded. cons.* 1.
*num.*33.*lib.*1.& *Magon. decis. Lucen.*22. & in omnem
casum † limitatio statuti iuris communis correctorij, 2
in qua versamur, debet latè interpretari, cùm restrin-
gens dispositionem statuti, sit iuri communi confor-
mis, *Cuman. cons.*30.*num.*4. *ante med. vers. tamen in ex-
cept. Laderch. cons.*66.*num.*4. *Curt. Iun. cons.*7. *num.*10.
Vnde dum statutum in genere corrigit ius commune
in successione fratrum: in bonis autem prouentis à
matre, vel à coniuncta persona per matrem, vult ius
commune seruari, propterea exceptio ista debet latè
interpretari, & præsertim, quia lata interpretatio ver-
bis non repugnat, cùm † dictio ex, per quam præ- 3
tenditur restrictio, quandoque etiam ex proprietate
sermonis, causam immediatam denotet, vt in dicta de-
cisione dictum fuit.

Neque obstat si dicatur, quòd dum dictum statu-
tum in prædicta limitatione ait, *exceptis bonis quæ ad
defunctam personam peruenerint ex dote, vel titulo lu-
cratiuo, vt supra à matre, vel coniuncta persona per ma-
trem d.d. sororum, in quibus talibus ius commune seruetur,*
† debet intelligi, ius commune seruetur, idest ius mu- 4
nicipale, quod in ea Prouincia, seu districtu, est ius
commune, *Natt. cons.*541.*num.*16.*Gamm. decis.*3.*num.*
6.& *Roder Suar. in l. quoniam in prioribus in decla. Reg.
in princ. C. de inoffic. testamento, & Lup. de donat. inter
vir.& vxor. in princ. num.*3.& 4. quia imò ius commu-
ne dicitur in dicto statuto, prout contraponitur iuri
municipali, quod propriè loquendo in ea Prouincia
non ius commune, sed ius generale illius Prouinciæ
nuncupatur, aliter exceptio idem contineret quod re-
gula, & in vanum Doctores dum statuta exponunt, &
interpretantur passim illa restringerent, aut amplia-
rent iuxtà iuris communis dispositionem; † quini- 5
mò præcitati Doctores, qui statuta Prouinciæ ius
commune appellant, quando de eis loquuntur, nullo
modo illa extendenda esse volunt, sed solùm intelli-
genda esse dicunt in casibus, in quibus loquuntur, vt
idem *Suar. ibidem quæst.*9.*num.*16.& *Gamm. decis.*283.
num. 4. † & tamen ius commune non est strictè in- 6
terpretandum, arg. *leg. non est nouum cum duob. seqq. ff.
de leg. Zabar. in Clem. procuratorem, num.*12. *de procurat.*
& ibid. *Gamm. decis.*314.*num.*6.

Minùs obstat, quòd in statuto antiquo excipiantur
tantùm bona, quæ ad defunctum peruenerunt à ma-
tre, & in nouo statuto addatur, *ex dote, vel titulo lu-
cratiuo, &c.* quia † cùm dicta verba sint adiecta ad 7
ampliandum, aut potiùs causa maioris declaratio-
nis, non debent contrarium operari, *ad leg. legata
inutiliter, ff. de leg.* 1. & *leg. quæ dubitationes in prin-
cip. ff. de reg. iur.* † Maximè cùm dicta limitatio tam 8
in antiquo, quàm in nouo statuto reducat succes-
sionem in illo casu ad ius commune, *Hond. cons.* 5.
num. 60. *lib.* 1. *cum alijs supra allegatis.*

Et ita, vtraque, &c.

Asculana

Asculana Bonorum.

Lun. 27. Martij, 1618.

ARGVMENTVM.

Mulier consentiens in censu imposito per virum perdit hypothecam dotalem super fundo censuato: Et si prætendat consensum non substineri sub prætextu quòd aliàs remaneret indotata quid probare teneatur. Cætera supple in summario.

SVMMARIVM.

1 *Immissus in possessionem Iudicis auctoritate, præsumitur iustè possidere; & est manutenendus.*

2 *Sententia nulla non priuat possessione.*

3 *Sententiæ publicatio extra diem sub qua cadebat citatio ad sententiam, an, & quando teneat.*

4 *Immissio non est danda creditori posteriori in bonis debitoris, stante hypotheca anteriori ad fauorem alterius creditoris.*

5 *Mulier habens anteriorem hypothecam super bonis sui viri, si posteà consentiat medio iuramento illa à viro obligari, ad fauorem suorum creditorum; non potest ipsa, nec eius hæredes excipere de anteriori hypotheca ad impediendam immissionem.*

6 *Mulier non obligatur iuramento, si remaneat indotata: Declara, vt num. 7.*

8 *Statuto Asculano cauetur, quòd bona dotalia non possint obligari, nec alienari, nisi modo, & forma ibi expressis.*

9 *Statutum interpretari debet strictè, & ad literam, & vt minus deroget, quàm fieri possit iuri communi.*

10 *Sententia concedens immissionem pro fructibus decurrendis, non valet.*

11 *Declara, vt valeat in eo capite, quo mandat immitti pro decursis: Et ratio redditur, ibid.*

12 *Possessio animo amittitur.*

DECISIO CXLI.



OCTAVIUS Ambrosius fideiussor census Florenorum 80. impositi per Aioonem, & Camillum de Mooteronibus super eorum boois, & venditi cuidam Vincentio Cataldo pretio Floreoorum mille, à Iudice coactus soloit, vti talis fideiussor scuta 400. pro fructibus decursis: reportata autem iorium cessione, egit corã Locumtenente Gubernatoris Asculi remedio vtilis Saluiani cootra Papirium, & Mariam de Monterooibos vti tertios possessores vnios Vineæ, & Domus, quæ de tempure impositionis dicti census possidebantur per prædictos Amonem, & Camillum: Et obtiuuit immitti io eorum possessionem, retinendam, donec foerit satisfactus, tam de fructibus decursis, & solutis, quàm in fructuum decurrendis. Sed reuocata dicta sententia immissionis per Rotam Maceraten A.C. in tertia instantia confirmauit primã senteoriã dicti Locumtenentis in ea parte iu qua declarauit, Octauium esse immittẽdum, donec fuerit satisfactus de fructibus decursis, & solutis, in reliquis verò illam reuocauit; Verùm deuoluta causa ad Rotam; cùm vtraque pars contenderet possidere; Dato dubio, Cui dandum sit mandatum de manuteoendo: Doroini hodie Octauium esse manu-
teneudum resoluerunt, Quia cùm ille post dictam pri-
mam seutentiam Locumtenentis ad eius fauorem la-
tam fuerit immissus † in possessionem prædictarum 1
Vineæ, & Domos iudicis auctoritate; propterea præ-
somitur iustè possidere, *l. iustè, ff. de acquir. poss.* & con-
sequenter est manutenendus, *Angel. in l. clam posside-
re, §. qui ad nundinas, num. 2. in fin.* & ibi *Ias. num. 20. ff.
eod. Seraph. decis. 116. nu. 3. & decis. 1127. nu. 2. Rot. decis.
137. nu. 1. par. 1. recent.*

Neque obstat, qoòd sententia Locumtenentis præ-
tendatur nulla ex defectu citationis ad seutentiam;
† Quæ ideò non priuauit Marium, & Papitium sua 2
possessione, *Rot. decis. 807. num. 7. vers. quia pro re-
sponsione par. 1. diuers. & in Mediol. beneficij 10. Mar-
tij 1614. coram bon. mem. Andrea*, & alibi sæpè; † 3
Quia dicta nollitas tollitur ex facto, ex quo apparet,
quòd Iudex die 28. Martij, præsentes in iudicio, mo-
nuit ad sententiam pro die 1. iuridica, quæ fuit dies
30. eiusdem mensis, in qua idem iodex habuit termi-
num pro seruato, intra quod seotentiam publicaoit;
Vnde quamois publicatio fuerit die 1. Aprilis, & sic
sub die, qua non cadebat citatio, hoc nihil refert,
stante stylo illarum partium habendi terminum pro
seruato sub vna die, & publicandi sententiam alia
die; dummodò tamen publicatio fiat, prout in caso
nostro facta fuit intra decendium à die die seruati
termini, vt in puncto fuit resolutum in alia, *Asculana
Bonorum 1. Iulij. 1613. coram bon. mem. Cardinali
Sacrato, & in Ferrarien. Decimarum 21. Aprilis, 1621.
coram bom. mem. Vbaldo, & in Perusina Bonorum 8.
Martij, 1627. coram Reuerendiss. D. meo Decano*, in qui-
bus locis seruatur idem stylus.

Nec etiam obstat, prætensa iniustitia deducta; ex
quo Maria, & Papitius retinerent hæc bona, vti hære-
des Vraniæ eorum matris, quæ habebat anteriorem
hypothecam in bonis Amonis soi viri pro florenis bis
mille suæ dotis; † qua hypothecæ anterioritate stan- 4
te, non erat danda immissio Octauio posteriori cre-
ditori, *Pacif. de Saluian. inspect. 3. cap. 4. num. 19. & Rot.
decis. 75. num. 1. in impress. in fin. d. tractatus*, Quia fuit
benè responsum. † Quod cùm dicta Vrania medio 5
iuramento, & com debitis solemnitatibus expressè
consenserit impositioni dicti Census; asserens se pos-
se releuare soper aliis bonis dicti sui viri, noo pos-
sunt propterea Maria, & Papitius opponere ex eius
persona de anteriori hypotheca, ad impediendam
Octauio immissionem, *ad tex. in l. iubemus, C. ad Vel-
leian. & l. vnica, §. cum lex. Iulia, vers. licèt enim C. de
rei vxor act. Thesaur. decis. 123. nu. 17.* & ibi, *Additio
in littera E in 5. addit.*

Nec releuat, si dicatur quòd Vraniæ consensus non
potest suffragari Octauio, ex quô illa remanebat in-
dotata; † quo casu noo obligatur iuramento, *Abb.* 6
cons. 8 n. 6. par. 2. Quia vltra quòd hoc non iostificatur
ex facto; imò excluditur, ex quò in eo apparet,
qoòd de tempore consensus præstiti, eius vir possi-
debat multa alia bona; † in omnem casum Maria, & 7
Papirius tenebantur probare, (quòd nullo modo fuit
probatum) de dicto tempore, Maritum Vraniæ, eo-
rúmque Partem, non habuisse alia in bonis, quæ suf-
ficerent pro restitutione medietatis dotis; *Castrens. in
l. Mortua 50. §. 1. nu. 4. ff. solut. matrim. Guttier. de Iu-
ram. confirm par. 1. cap. 1. num. 20. & seqq. Barbos. in
5. par. num. 68. vers. qua tamen conclusio, ff. solut matrim.
Rot. in Fulginaten. pecuniaria 25. Iunij 1621. coram bon.
mem. Patriarcha Manzanedo.*

Minùs releuat statutum Asculanum, quo cauetur,
† bona dotalia non posse alienari, nec obligari, nisi 8
modo, & forma ibi expressis; Qoia hîc non versamur
in alienatione, seo obligatione bonorum dotalium,
sed mariti, io quibus propterea non iottat statutum
† qood

9 † quod est strictè,& ad literam interptetandum,& vt
minùs quàm fieri possit iuri commuui deroget, *Alder. Mascard.de Statut.conclus.4.num.51.& seqq Ozasc.decis.21.num.14.Greg.XV. decis.398.n.4.*

Tandem non obstat,quòd Iudex mandauerit,Octauium immitti tàm pro fructibus decursis, & solutis,
10 quàm in futurum decurrendis: † Quia licèt eius sententia noo substineatur quoad fructus decurrendos,
11 *Rot.in Bononien. census 27. Nouembr.1627. coram me* †
benè tamen sustinetetur: prout etiam possessio inde capta in eo capite, quò mandat immitti pro decursis: cùm fructus decursi, & soluti sint certi, & nullam habeant coonexionem cum fructibus decurrendis, *Crot.cons.107.num.19.Rot.decis.33.num.7. par.2. diuers.* Et cessat omnis difficultas, ex quo Maria, & Papirius expresè renunciauerunt possessioni, protestando tantummodò insistere velle, & procedere in hac causa super meritis negotij principalis, *Summario Octauy,*
12 *num. 5.* Vnde cùm eo ipso † amiserint animo possessionem, *l.3.§. in amittenda,de acq. possess.* nihil est, cur Octauius non possideat, luxtà tex.optimum, *in l.3.§.si vir vxori,* ibi, *Bart.* & communiter *Doctor. ff. de acq. possess.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Vineæ.

Ven. 31. Martij, 1628.

ARGVMENTVM.

Mandatum contra pupillum, ex quibus nullum dicatur. Et quando mensuratio, & relatio facta per Peritum non valeant.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus citatus non dicitur ex citatione facta contra eius assertum procuratorem, de cuius mandato non constat.*

Mandatum contra minorem non citatum, vel citato procuratore, de cuius mandato non constat, non est nullum, cum omnibus inde sequutis.

2 *Mandatum exequi non potest, si non constet de decreto illius relaxationis.*

3 *Exequutio est nulla, si ex actis non instificetur.*

4 *Periti relatio est nulla, si non constet de illius electione.*

5 *Mensuratio terrarum facta per peritum, est nulla, si non constet de citatione ad certum diem, & horam comparen. & interessendum actuali mensurationi, prout de iure requiritur.*

6 *Venditio facta ad corpus, & non ad mensuram operatur, vt non sit locus restitutioni pretij si res vendita reperiatur in minori quantitate.*

DECISIO CXLII.



Lixes vendidit vnam Vineam petiarum sexaginta, vnà cum Domo, & nonnullis bonis mobilibus in ea existentibus, Hilario, Mauro, & Petro Alpitio pretio scutorum trium milliū, certis terminis soluendorum: Orta autem lite inter eos corā A.C. nēpe ex parte hæredū Vlixis venditoris super solutione residui pretij; ex parte verò Hilarij emptoris, super restitutione pretij iā soluti, ex eo, quòd Vinea sibi tradita, virtute dictæ venditionis non esset petiarū sexaginta, prout fuit narratū; & ideò quòd esset sibi restituenda rata pretij soluti, pro rata petiarū deficientium: Propterea idem Hilarius instetit coram A. C. vineam per peritos mensurari, prout fuit mensurata, & reperta esse, petiarum triginta quatuor dumtaxat: Sed cùm vlterius prætenderet io vim dictæ relationis peritorum fuisse ab eodem A.C. relaxatum mandatum exequutiuum pro restitutione pretij pro dicta rata, nec non damnis, & interesse, & obtento sequestro vigore dicti asserti mandati contra quemdam debitorem dicti Vlixis, obtinuerit etiam mandatum de consignando: Et ex aduerso hæredes Vlixis contenderent, mandatum prædictum, & omnia inde sequuta, fuisse nulla: Et fuerit in Rota commissa causa appellationis, cùm clausula, *si quid exequendum.* Dubitaui hodie, An dictum mandatum A.C. exequendum sit; Et fuit negatiuè resolutum, ex seqq.

Primò quia hæredes Vlixis, qui tunc erant pupilli,
† non fuerunt legitimè citati; & licèt detur citatio 1
cuiusdam Dominici asserti procuratoris dictorum pupillorum, tamen de eius mandato, & aliis requisitis, de quibus per *Picum ad Statutum Vrbis glos.7. à num.* 171. vsque ad *num.* 188. non constat; Et sic mandatum, & omnia inde sequuta, fuerunt nulla, *l.cum & minores, C. si aduers. rem iudic. l. contra pupillum, ff. de re iudic. & l.licèt* vbi notant D.D. *C. de procur. Alex.cons.191. vol. 6. Vant. de nullit. ex defectu mandati, post num.58. vers.transeamus ad secundum caput, Greg.XV.decis.43. num. 9.* & latiùs *decis. 485. num. 5. cum seqq. Rot. Apud Reuerendiss. D. meum Decanum decis.* 466. & alibi sæpiùs.

Secundò quia non constat in actis de decreto, † 2
relaxationis mandati, sine quo clarum est, mandatum exequutiuum non potuisse validè expediri, aut aliàs ad exequutionem procedi, *l.1.& 2.C.de sent.ex peric.recit. clem.sæpè,§.sententia,*& ibi *glos.verb.in scriptis de verb. signif. Vant.de nullit.ex defectu processus, num.69.* Et disponit expresè Constitutio Pij V. super reformatione Tribunalis A.C. Et in puncto resoluit, *Rot.in Romana pecuniaria de Pinellis* 8. *Aprilis,* 1598. *coram bon.mem. Orano, & in Perusina Dotis coram Ortembergo,* impressa apud *Zanch.de oblig.camer.decis.*19.

Tertiò quia quando constaret de decreto, non constat in actis de mandato vigore eius relaxato: Vnde
cùm exequutio † inde sequuta nō iustificetur ex actis, 3
fuit nulla, *Ab.in c.inter cæteras,n.8.de re iud* & ibi *Fel.n. 9. Gratian. discept.363. num.14. tom.2. & Rot.decis.64. num. 1. & 2.* in impressis apud *Pacific. de Saluian. interdict.*

Quartò quia mandatum dicitur emanasse virtute relationis peritorum de mensuratione Vineæ per eos facta; & tamen relatio fuit notoriè nulla; tùm quia A. C. pro parte pupillorum hæredum Vlixis elegit in peritum quemdam Prosperum de Rocchis, qui nec in dicta mensuratione, nec in illius relatione interuenit; sed prædicta fuerunt facta per peritum electum pro parte Hilarij cum interuentu cuiusdam Claudij Lippi, asserti periti prædictorum pupillorum: de cuius no-
minatione, aut electione nullibi constat: † Et propte- 4
rea tam mensuratio, quàm relatio fuerunt nulla, *l.si in tres,ff.de arb.Bart.in l.2.nu.2. C. de Iur.fisc.lib.10. Ruin. cons.71.num.3.lib.4 Rot.decis.515.num.14.par.1. recent.* & apud *Greg.XV.decis.545.num. 8. & seqq.* Tum etiam
quia constat de citatione † ad certam diem, & horam 5
ad comparendum, & interessendum actuali mensurationi, prout de iure requiritur, *ad l. generaliter, §.pen. C.de reb.ered.* Et in puncto *tex.in l.3.C.fin.regund.Bar. in l. Theopompus, num. 11. vers. & idem Index,ff.de dot. præleg.Surd.cons.452.num.34. vers. quinimò, Conar. var. resol.lib.1.cap.13.num.5.vers.nona concl. Cresc.decis.2.n. 3.de arb.Rot.decis.115.n.14.par.1.& decis. 554.n.1. & 2.* vbi redditur ratio *par.2.recent.*

Demum

Demùm prætendebatur, mandatum non esse exe-
6 quendum ex capite iniustitiæ, ex eo, quòd venditio,† vt prætenditur, fuit ad corpus, & non ad mensuram; quo casu cessat, quòd sit locus restitutioni pretij pro rata, quamuis vinea non sit petiarum sexaginta, sed solùm triginta quatuor, *Paul. de Castr. in l. si duorum. ff. de act. empt. Ias. in l. qui fundum. §. si libertus, num. 14. ff. de leg. 1. Dec. consi. 347. num. 1. Menoch. cons. 337. num. 8. Couar. pract. quæst. cap. 3. num. 2.* Et quando venditio fuisset facta ad mensuram, dicebatur, illam non fuisse integriter mensuratam; Verùm stantibus prædictis notoriis, & insanabilibus nullitatibus, Dominis visum fuit non esse opus hæc discuti, sed prædicta sufficere, vt mandatum nullo modo sit exequendum.

Et ita, vtraque, &c.

Firmana Pensionis.

Lun. 8. Aprilis, 1633.

ARGVMENTVM.

Clericus est capax pensionum super Ecclesiis etiam Cathedralibus. Indultum si contineat plura capita inter se distincta, & separata, potest quis eo vti in vno tantùm capite, omissis aliis capitibus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus est capax pensionum super Ecclesiis etiam Cathedralibus, nec indiget speciali dispensatione pro eas obtinendo.*

2 *Et præsertim procedit, si sit in quasi possessione tam Clericatus, quàm exigendi pensiones.*

3 *Titulo meliori iuuari potest is, qui titulum insufficientem non habuit.*

4 *Priuilegio vti quis potest limitatè quoad vnum caput tantum, omissis aliis capitibus.*

5 *Indultum habens plura capita separata, valere potest quoad vnum caput, & non quoad alia.*

6 *Subreptio in vno capite non vitiat alia capita separata, & diuersa.*

7 *Sententia accepta pro parte, potest pro illa parte executioni mandari, quamuis in alia parte sit ab ea appellatum.*

8 *Clausula irritans, si non fuit apposita in Indulto, quisnam effectus inde resultet.*

9 *Priuilegium specialis exemptionis, non restringit exemptionem generalem de iure communi competentem.*

DECISIO CXLIII.

1 DOMINI steterunt in decisis *die 15. Decembr. 1627.* coram me;† Quia eo ipso quòd Horatius legitimè Clericatum suscepit, fuit etiam capax pensionum, Ecclesiarum etiam Cathedralium; itaut non indigeat speciali dispensatione obtinendi pensiones, *Gomez. in reg. de annal. quæst. 21.* Et multò magis,
2 ex quo † est in quasi possessione, tam Clericatus, quàm exigendi pensiones, *Anchar. cons. 117. post med. vers. pro hoc facit*, Et in terminis *Greg. XV. decis. 353. num. 10.* Et fuit latiùs dictum in *dicta decis.* in hac causa facta.

Neque obstat, quòd fuerit tributa facultas Cardinali Vicario, seu eius Vicegerenti dispensandi Horatium restricta ad pensiones in Inferioribus Ecclesiis, non autem in Cathedralibus; Quia † cùm huiusmodi Indultum non fuerit exhibitum ab Horatio, potest ipse alio titulo iuuari, *Crauet. cons. 134. num. 4. Rot. decis. 731. num. 18. & seqq. par. 1. diuers. & in d. decis. 353. num. 13. apud. Gregor. XV.* vbi etiam *Additio, num. 19.* 3
Et fuit etiam dictum in dicta præterita decisione.

Præterea cessare videtur omne dubium; quia indultum dispensandi, super quo fit difficultas, continet tria capita distincta, & separata: Primum dispensandi super defectu natalium ad Clericatum, & Ordines Minores: Secundum ad Sacros Ordines, & quæcúmque beneficia: & Tertium ad quascúmque pensiones, &c. Vnde benè potuit Horatius vti dicto indulto, solùm quoad primum caput Clericatus; quod sibi sufficit; Quia † habens priuilegium latum, potest illo limitatè vti quoad vnum caput dumtaxat, aliis omissis, *Bart. in l. vsum, num. 2. C. de aquaduct. lib. 11. Ferret. cons. 156. num. 4. & Gabr. cons. 78. num. 9. libr. 2.* 4
Prout etiam † Indultum habens plura capita separata, potest in vno capite esse validum, & quoad alia capita inualidum, & nullum, per tex. optimum, *in ca. si eo tempore, de rescript. in 6.* Vbi quòd † subreptio in vno capite, non viriat alia capita separata, & diuersa, *Andr. Gayl. lib. 1. obseru. 14 num. 5. Brun. cons. 1. num. 82.* Et conducunt, quæ tradit, *Dec. cons. 318. num. 6. & leg. cum propenas, num 9. C. de p. stil. & Caualcan. decis. 25. num. 3. par. 1. Boer. decis. 73.* vbi *num. 1.* † sententiam pro parte acceptatam posse pro illa parte executioni mandari, quamuis in alia parte sit ab ea appellatum. 5 6 7

Tandem placuit Dominis vltimum motiuum prætetitæ Decisionis in fine, quòd dùm in dicto indulto non adest clausula irritans, † non fuit de mente Papæ, velle Horatium priuare habilitate, seu capacitate obtinendi pensiones sibi de iure communi competenti, eo ipso, quòd erat factus Clericus, iuxt. *glos. in Clem. 1. in verbo inhibentes, de Iurepatr.* cum aliis cumulatis in dicta decisione, *Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 7. num. 339. in 4. limit.* & benè *Din. cons. 52. per tot.* & præsertim, *num. 6. vers. ad id autem.* vbi quod † priuilegium specialis exemptionis, non restringit exemptionem generalem de iure communi competentem; & fuit dictum in causa Romana pignorum *30. Maij, 1617. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, & conducit regula tex. *in l. quòd fauore, ff. de reg. iur. Alex. cons. 32. num. 2. vers. sed præmissis vol. 5.* & alia regula tex. *l. legata inutiliter, ff. de legat. 1.* 8 9

Et ita, &c.

Ianuen. Parochialis.

Lun. 3. Aprilis, 1628.

ARGVMENTVM.

Ecclesia quando præsumatur regularis.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria non dantur sine Ecclesiis.*

2 *Ecclesia est regularis, si Monasterium sit regulare.*

3 *Ecclesia incorporata Monasterio; censetur eiusdem pars integralis.*

Ecclesia talis est, qualis est Monasterium.

4 *Ecclesia regularis Monasterij Monialium ad eas spectat, etiamsi in dicta Ecclesia exerceatur cura animarum.*

Ecclesia regularis venit appellatione Monasterij, cui est annexa.

5 Sancti

5 *Sanctitas loci ordinatur ad Sanctitatem hominis, qui in loco Sacro cultum Deo exhibet.*
6 *Ordinariis tribui valdè debet circa qualitatem, & statutum Ecclesiarum.*
7 *Regularitas Ecclesiæ arguitur ex quasi possessione quadragenaria Monialium deputandi in ea Vicarios pro exercenda cura animarum.*

DECISIO CXLIV.



NORTA lite inter Illustrissimum Archiepiscopum Ianuen. & Moniales Sancti Andreæ de Porta nuncupatas, eiusdem Ciuitatis super lite nominandi Vicarium pro exercenda cura animarum in dicta Parochiali Ecclesia S. Andreæ, absoluto iam possessorio manutentionis, & super eo emanatis tribus decisionibus conformibus ad fauorem Monialium; Quia nihilominus pro earum parte prosequitur petitorium, & tota difficultas stat in eo. An d. Ecclesia sit regularis vel sæcularis; propterea de hoc hodie dubitaui: & fuit resolutum, dictam Ecclesiam
1 esse regularem; Quia † cùm Monasteria non dentur sine Ecclesiis, *Rot. decis. 264. num. 4. par. 1. recent.* vbi ab existentia Abbatis, & Monasterij arguitur, & inferunt ad existentiam Ecclesiæ; & dictum Monasterium non habeat aliam Ecclesiam quàm istam, Cùm Mo-
2 nasterium sit regulare, † [illegible]sia etiam est regularis, *cap. 1. de Cappell. Monach.* & [illegible] *glos. in verb. Monast. in fin. Barbat. in cap. cum dilectus, num. 3. de consuetudin.*
3 Et præsertim, quia † cùm sit dicto Monasterio incorporata, censetur eiusdem pars integralis; Vnde quale est Monasterium, talis etiam est Ecclesia, *glos. in cap. 1. in verb. exempt. de priuil. in 6. Rot. coram Gregor. XV. decis. 370. num. 2. & 3.* Ex quibus propterea dubitari non potest, quin Moniales habeant de iure intentionem
4 fundatam † etiam: quòd in dicta Ecclesia exerceatur cura animarum, prout deprehenditur, *Ex Sacr. Conc. Trid. sess. 25. cap. 11. de Regular.* dum ibi fit mentio de cura animarum in Monasteriis, seu Dominiis mulierum, cùm tamen cura in Ecclesia exerceatur, quæ ideò ex mente, *S. Conc.* venit appellatione Monasterij, seu Domus Mulierum, & fuit dictum in decisione in hac causa facta 19. *Aprilis, 1627. coram me.*

Deinde cùm Iuris assistentia concurrit obseruantia Regularitatis; Quia cùm hoc Monasterium antiquitùs esset Ordinis S. Benedicti, & esset ferè destitutum, fuerunt in illum auctoritate Papæ de Anno 1569. translatæ Priorissa, & Moniales S. Margaritæ Ordinis S. Augustini, quibus in specie fuit tradita possessio tam Conuentus, quàm Ecclesiæ, & cum Inuentario consignatæ suppellectiles Sacræ ad vsum, & Curam Sacramentorum pertinentes: Vnde cùm ex dicta consignatione benè arguatur, & inferatur, curam animarum dictæ Ecclesiæ ad Moniales spectare, prout spectat, vt fuit dictum in dicta decisione in hac causa facta coram me in principio, multò magis infertur ad eas e-
5 tiam Ecclesiam pertinere: Sanctitas † enim loci ordinatur ad Sanctitatem hominis, qui in loco Sacro cultum Deo exhibet, *4. distinct. per tot.* & vt dicit Sacra scriptura (Non propter locum gentem, sed propter gentem Dominus locum elegit) *D. Thom. 2. 2. quæst. 99. art. 1.*

Præterea pro Ecclesia Regulari, & dependenti à dicto Monasterio, fuit habita per Visitatorem Apostolicum de anno 1582. & talis nominatur, & reputa-
6 tur in pluribus Visitationibus Ordinariorum: † quibus multùm est tribuendum circa qualitatem & statum Ecclesiarum, *Verall decis. 158. part. 2. Seraph. decis. 780. num. 1. & 2. & decis. 1272. num. 3. & in recentior. decis. 371. num. 2. par. 1. & decis. 573. part. 2.* & fuit latè dictum in prædictis decisionibus in hac causa factis.

Tandem accedit quasi possessio Monialium deputandi Vicarios pro exercitio Curæ ad nutum per vltrà
40. annos: † Ex qua quadragenaria possessione benè 7
etiam infertur ad Regularitatem: & in puncto, *Seraph. decis. 1304. nu. 1. vers. 3. comprobatur.*

Et ita Monialibus tantùm informantibus, &c.

Romana Dotis, seu Saluiani.

Ven. 7. Aprilis, 1628.

ARGVMENTVM.

Licentia donandi Feudum à Domino concessa Vassallo, an, & quando comprehendat facultatem illud hypothecandi.

SVMMARIVM.

1 *Feudalis materia est stricti Iuris.*
Hypothecandi facultas in Feudalibus non venit sub licentia donandi: etiam quod vigeat maior ratio in vno casu, quàm in alio, Contrarium verius, num. 34.
Præsertim in hypotheca ex causa dotis, num. 35.
Item quando fuit data libera, & absoluta potestas alienandi posita, in voluntate Vassalis, etiam quoad modum, & personas, num. 36.
2 *Hypothecandi facultas in Feudalibus concessa vni, non extenditur ad alium, sed opus est quoad eum nouo Principis consensu, & num. 4. limita, seu declara, vt num. 9. & per tot.*
3 *Feuda alienari non possunt de iure communi, etiam ex causa dotis, seu alterius necessitatis.*
5 *Graffignani Castrum est Feudum dignitatis, scilicet Comitatus erecti ab Eugenio IV. vt testatur,* Gabr. cons. 79. lib. 2. *Declara tamen, vt num. 40.*
6 *Hypothecandi facultas non suffragatur, si Principi non fuit narrata qualitas Feudi.*
7 *Bona libera discuti priùs debent, quàm Feudalia: Contrarium verius, num. 41. vbi declarantur plures D.D. ad id allegati.*
8 *Verba quantumuis generalia referuntur solùm ad expressa.*
Verba intelligi debent de iure iuxtà subiectam materiam, retento eodem principali themate.
10 *Et, dictio est copulatiua, & coniunctionem vnius cum altero operatur.*
11 *Licentia instituendi Primogenituram in Feudo, si sit concessa alicui ad fauorem certæ personæ, non potest ab ea recedi, & alia nominari.*
12 *Correctio incontinenti non est præsumenda.*
13 *Bona Primogenituræ, aut aliàs prohibita alienari, & obligari etiam ob causam dotis, de facili concedi solet à Principe vt ex dicta causa alienentur, & obligentur.*
14 *Bona alienari prohibita, quod obligari possint pro restitutione dotis, est conforme iuri communi.*
15 *Lex consentiens matrimonio, censetur etiam doti consentire.*
16 *Matrimonium quando dicatur causa impulsiua ad obtinendam licentiam hypothecandi bona Feudalia.*
17 *Donatio parentum facta filiis, censetur facta contemplatione certi matrimonij, si tunc de illo agebatur.*
18 *Licentia Principis, quæ non emanauit per verbum Fiat, sed fuit in dispositiuis extensa, & terminata,*

est atten.

est attendenda, non autem supplicatio, seu supplicantis declaratio.

19 *Licentia relatiua ad Instrumentum desuper faciendum, operatur, vt quidquid continetur in Instrumento postea confecto dicatur, & in licentia contineri.*

20 *Præsertim procedit si relatio sit simplex, & absoluta.*

21 *Clausula*, quorum tenores, *quando ficta indicetur.*

22 *Arbitrium liberum, & absolutum disponendi, datum censetur ex his verbis,* di poter donare à N.N. e per chi più le parerà liberamente, *præsertim si dicta verba fuerint geminata.*

23 *Geminatio ostendit enixam voluntatem concedentis.*

24 *Facultas alienandi concessa, excepto certo casu, censetur in aliis casibus indistinctè concessa, & numer. 37.*

25 *Feudum refutari, & donari potest filio proximè successuro, etiam sine licentia Principis.*

26 *Amplia, vt refutari, & donari possit ad libitum vni ex aliis filiis in præiudicium aliorum.*

27 *Amplia dictam ampliationem procedere etiam si in inuestitura adesset pactum de non alienando, quia illud intelligitur de non alienando in extraneum.*

28 *Feudum hæreditarium, seu fœmineum liberè alienari potest de iure in quoscumque extraneos.*

29 *Arbitrium importat liberam, & absolutam voluntatem, quando arbitrium datur ei, qui illud iam habet.*

30 *Facultas alienandi data heredi grauato pro suis necessitatibus, & pro suo arbitrio, quid importet.*

31 *Grauatus restituere quidquid superest tempore eius mortis, tenetur reseruare quadrantem pro fideicommisso.*

32 *Fallit, quando fuit etiam ei data facultas alienandi; quia tunc illa non restringitur ad dodrantem, sed potest totum alienare: Et ratio redditur numero 33.*

38 *Hypotheca imposita super Fendo de licentia Principis cum reseruatione tamen suorum iurium, quando soluatur.*

39 *Feudum donandi licentia si fuerit concessa à Principe alicui ad fauorem N. & eius successorum quid operetur.*

42 *Mulier habens hypothecam super bonis viri, potest dimittere bona illius, quæ sunt intricata, & debitis grauata, & satisfieri de aliis bonis magis expeditis.*

DECISIO CXLV.

1 FVIT resolutum *die 10. Iunij*, 1616. D. Dimitillam de Cæsiis Vxorem quondam Adriani Balleoni, pro dote scut. 24. millium, & aliis iuribus dotalibus esse immittendam vigore vtilis, Saluiani in possessionem Castri Graffigniani, & aliorum stabilium, quæ D. Iulia de Balleonibus priùs dederat dicto Adriano eius filio, cùm constitutione. Primogenituræ, & prohibitione alienationis, nisi pro assecuratione, & restitutione dotis prima vice recipiendæ; Vt pleniùs in decisione dicta die in hac causa facta coram me, quæ fuit confirmata die 2. Decembris eiusdem anni: Sed quia in dicta 2. decisione fuit reseruatum, vt videretur: An prætensæ hypothecæ, ratione dictæ dotis super dicto Castro, quæ est fundamentum Saluiani, obstent Constitutiones Sixti V. Clementis VIII. & Pauli V. prohibentes alienationes, & obligationes rerum Feudalium, & Iurisdictionalium: Fuit propterea sæpiùs disputatum super dicta reseruatione: Et Constitutiones non obstare prætendebatur ex dupliei capite: nempe ex quo in illis videtur excepta causa dotis; & quia D. Iulia, quando dedit Adriano hypothecandi licentiam pro prima dote, habebat, & ipsa eandem facultatem sibi à Paulo V. concessam, cum derogatione dictorum Constitutionum, in scriptura eius manu signata, vulgò Chyrographum nuncupata; Verùm D. D. *die 19. Ianuarij* præteriti circumscripto primo capite, ordinarunt, vt strictè informaretur super viribus dicti Chyrographi; quia quatenus Chyrographum suffragetur Dimitillæ (quicquid sit in simplicibus terminibus) consequenter ei in hoc casu non obstant dictæ Constitutiones, quibus fuit in eodem Chyrographo plenissimè derogatum.

Vnde strictè ad Chyrographum eius formalia verba, ex quorum intelligentia, & interpretatione tota difficultas pendet, sic se habent. *Hauendo risoluto Giulia Baglioni, si come ci ha fatto esporre, di far donatione a fauor d'Adriano figliuolo, con vna Primogenitura di tutti li suoi beni, tra quali vi è il Castello di Graffignano, che ha annessa giuriditione, e non potendo farla senza nostra licenza, ostandogli le Constitutioni di Sisto V. o Clemente VIII. nostri predecessori di fel. memoria; & anco la nostra vltimamente promulgata di non alienar beni giuriditionali senza licenza della Sede Apostolica, ci ha però con molt'instanza fatto supplicare di volergli concedere la sopradetta licenza. Noi volendo fargli fauore, e gratia particulare, ci contentiamo gratificarla in questa sua dimanda: Onde di certa scienza, e pienezza della nostra podestà senza però pregiuditio alcuno delle raggioni, che in qualsiuoglia modo, o per qualsiuoglia capo, e pretesto competono, ò possino, ò potranno competere nel detto Castello, & altri beni sodetti alla Camera nostra, alla quale non intendiamo in modo alcuno di pregiudicare, ma preseruagli tutti, e singule sue ragioni. Con la presente concediamo alla detta Giulia licenza, e facoltà di poter donare al detto Adriano, e suoi heredi, o successori, e perchi più li parerà, e piacerà e di fare detta Primogenitura delli detti suoi beni, e Castello di Graffignano, con sua giuriditione, nel modo, e forma, che similmente più la parerà, e piacerà da specificarsi nell' Instrumento che si stipulerà sopra di ciò liberamente se senza incorso di pena alcuna, non ostante le Constitutioni sudette di Sisto V. e Clemente VIII. nostri predecessori, & anco la nostra di non alienare beni giuriditionali, caso che ostino, & altre Constitutioni, & ordinationi Apostoliche, & altre cose che facessero in contrario par la causa predetta, alle quale tutto, hauendo li loro tenori per espressi, e registrati in parola per la validità della presente espressamente deroghiamo. Data nel nostro Palazzo de Monte Cauallo il di 17. Aprile 1618. C. Paulus Papa V.*

Et Chyrographum non suffragari D. Dimitillæ contendebant Informantes exaduerso his potissimùm rationibus: primò; Quia per illud solùm videtur D. Iuliæ data licentia donandi Adriano eius filio, eiusque hæredibus, & successoribus, nec non erigendi Primogenituram ad eorum fauorem; † in materia 1
autem Feudali, & similibus, cùm sit stricti iuris, sub dicta licentia donandi, non venit facultas hypothecandi; etiam quod vigeat maior ratio in vno casu quàm in alio, *Isern. in cap. Imperialem, numer. 5. & seqq. de prohib. Feud. alienat. per Feder. Rosental. de Feud. cap. 9. conclus. 44. numer. 1. & sequentibus, Franch. a Ponte de potest. Proreg. titul. 8. de refut. Fend. §. 6. num. 4. & 5. Vincent. de Franch. decis. 71. num. 16. Surd. decis. 254. numer. 5. & 26. in fine,*

& alij plures allegati per *Pacif. de Saluian. inspect. 3.*
2 *cap.2. num. 56.* Secundò, quia dicta hypotheca,† non
fuit constitura per D. Iuliam, cui fuit à Papa data li-
centia; Vnde non potuit ipsa dictam licentiam ex-
tendere ad Adrianum eius filium, qui dictam hypo-
thecam imposuit; sed opus erat, quoad eum, nouo
Principis consensu, *Aluarot. in d.capit. Imperialem in
princ.vers.quaero cum glos.nu.8.de prohib. Feud. alien.per
Feder.Corbul.de emphyt.de caus.priuat.ob alienat.amp.8.*
Et magis in specie *Calcan.* qui citat *Speculat. cons.50.*
incipit *non est dubitandum*; Cum enim, vt dictum est,
3 dicta licentia sit strictè intelligenda, ex quo † Feuda
de iure communi etiam ex causa dotis, seu alteriùs
necessitatis, non possunt alienari, *§.necessitate,& §.do-
nare tit.qualit.vll.Feud.alien.proter.§.1. de prohib. Feud.
alien.per Lottar. Felin.in cap. qua in Ecclesiarum,num.
84.de constit.Ias.in auth.res qua num.26. C.comm.de le-
4 gat. Osasch.decis.165.num. 3.* † non extenditur de per-
sona ad personam, *Dec.cons.355 num.2. Corbul.* vbi *su-
pra ampliat 4.nu.5.Paleaz. Mierez. de maior.p.4.lim.1.
num. 131.*

5 Tertiò, & vltimò addebant, quòd † cùm dictum
Castrum Graffignani sit Feudum dignitatis, scilicet
Comitatus erecti ab Eugenio IV. vt testatur *Gabr.*
6 *cons.79.lib* 2. & hæc qualitas † non fuerit Papæ narra-
ta & in dicto Chyrographo expressa; propterea quoad
illud non videtur dicta licentia suffragari, *Freccia de
sub.Feud.lib.3.de different.Feud diff.1.num.6.* Et in om-
7 nem casum bona † libera Adriani, esse priùs executien-
da, *Camer.in d.cap.Imperialem,lit. M, vers.limitatur,
Minand. decis.13. & Franch.de Ponte,* vbi supra *tit.6.
nu.38.Molin.de Hispan.Primog.lib.4.cap.7.nu.1.& seq.
Peregr. de fideicom. art. 42. n.70.Seraph.decis.440.n.4.*

Nec obstare verba illa licentiæ, ibi, *e perchi più li
parerà, e piacerà,* & alia similia verba eiusdem, Quia
vt dicebatur, † illa sunt restringenda ad solam ere-
8 ctionem Primogenituræ, & ad facultatē donandi A-
driano, & eius descendentibus, de quibus principa-
liter agebatur; sub quibus iuxtà prædicta non venit
facultas hypothecandi; sunt enim dicta verba de iu-
re intelligenda iuxtà subiectam materiam, retento eo-
dem principali themate; itaut vigore dictæ licentiæ
possit constitui Primogenitura, & fieri donatio ad fa-
uorem cuiuslibet ex descendentibus, cui magis D.Iu-
liæ placuerit, & cum modis, & formis sibi benè visis,
conformibus tamen donationi, & Primogenituræ ad
fauorem prædictorum, *Natt.cons.582.num.1. & seqq.
Dec.cons.379.num.6.Mantic.de tacit.lib.3.tit.2.num.37.
& 42.Mart.claus.38.num.3 par.1.* Et tantò magis, quia
dicta restrictio videtur de mente Papæ in dicto Chy-
rographo ibi, *per la causa predetta*, quæ causa non
videtur fuisse alia, quàm dicta donatio, & Primo-
genitura, iuxtà tex. *in l. qui liberis, §. hec verba, ff. de
vulg.& pupill.*

Sed his non obstantibus, maior pars D.D. resoluit,
Chyrographum suffragari D. Dimitillæ; Quia † ex
9 eius lectura, & serie clarè conspicitur, fuisse D.Iu-
liæ concessam facultatem donandi, seu adiiciendi
grauamina, & conditiones non solùm ad fauorem A-
driani, & illius descendentium, & successorum, sed e-
tiam alterius cuiuslibet ex verbis Chyrographi, ibi,
*concediamo alla detta Iulia licenza, e facolta di poter do-
nare al detto Adriano, e successori, e chi più li parerà, &c.*
ponderando illa verba, *e perchi più li parerà, &c.* quæ
dubio procul in hoc casu sunt ampliatiua persona-
rum, ex quo in verbis immediate antecedentibus de
personis mentio facta fuit nempe Adriani, & eius suc-
cessorum; Vnde intelligi debent de aliis personis di-
stinctis, & diuersis ab Adriano, & eius descendenti-
bus, ampliatiuè tamen, & copulatiuè simul cum Adria-
no; itaut Primogenitura, seu donatio cadtare princi-
paliter debeat, & sit facienda ad fauorem Adriani, &
illius descendentium, simul tamen cum eis posse e-
tiam adiici pacta, conditiones, & grauamina ad fauo-
rem, & cum participatione aliorum: hæc enim im-
portant dicta verba, *e chi più, &c.* hoc est vltrà prædi-
ctos, pro aliis, etiam cum illis, Quia, dictio,† *Et*, est co-
pulatiua, & coniunctionem vnius cum altero opera- 10
tur, *Soccin. sen. cons.40.nu.28 lib 4. Nat.cons.573.n.14.*
Et auget dispositionem, *l.si adyciatur,ff.pro soc.l.ea ta-
men adiectio,ff.de leg.3. Alex.cons.120.num.1.lib.1.* Præ-
sertim in casu nostro, cùm sequantur illa verba, *e per
chi più*, quæ vt patet ad sensum personarum augmen-
tum inducunt, retenta Primogenitura, & donatione
ad fauorem Adriani, & descendentium; Vnde potuit
D. Iulia simul cum Primogenitura vigore d. licentiæ
dare facultatem Adriano hypothecandi bona Primo-
genituræ pro restitutione dotis, prout etiam, & ipsa
poterat, vt inferius latiùs comprobabitur.

Et quòd iste sit verus sensus prædictorum verborū,
inde clariùs colligitur. Nam ex quo Adrianus fuit in
specie † nominatus in Chyrographo, seu licentia Pa-
pæ, non potuit D. Iulia viendo dicta licentia, quoad 11
Primogenituram, ab eo recedere, illúmque omittere,
& alium nominare, *Mol.de Hisp.Prim.li.2.c.11.n.42.
Mer. de maior p.4.q.1.lim.1.n.136. & Surd. dec.325.n.9.*
Vnde dicta verba, *e perchi più*, non possunt intelligi de
Adriano, & eius successoribus; itaut per ea fuerit
solùm data facultas eligendi inter eos: quod si ab
Adriano non fuit licitum recedere, idem necessa-
riò dicendum est quoad eius descendentes, respectu
quorum nulla aderat electio; quia esset contra natu-
ram Primogenituræ; quandoquidem ea iam fundata
in Adriano, facultas erigendi illam fuit consumpta, vt
illius descendentes, & successores maiores natu, erant
ad eam necessariò vocati, & successuri; Igitur prædicta
verba, *e perchi più*, sunt ad alios referenda, non quoad
essentiam Primogenituræ, quia illa sine dubio solùm
fieri poterat ad fauorem Adriani, & descendentium,
sed quoad facultatem donandi, & grauamina, & con-
ditiones adiicien. in Primogenitura ad fauorem aliarū
personarum, retenta Primogenitura; alioquin aut di-
cta verba essent superflua, aut daretur correctio incō-
tinenti,† contra regulam tex. *in l.nā ad ea,ff.de cond.& 12
demonst.* Et in simili ponderat, *Surd.cons.10.n.6.*

Quæ facultas vigore dd. Verborum ideò magis de-
bet suffragari D. Dimitillæ, ex quo † quasi quid ordi- 13
narium solent de facili Principes, veluti ex iustissima
causa moti, concedere facultatem obligandi, ex causa
dotis, bona Primogenituræ, aut aliàs prohibita, etiam
ob eam causam alienari, & obligari, *Greg. Lop.in l.1.tit.
26.p.4.Cou.li.3.var.c.6.n.10.Mer.de maior.p.4 q.1.lim.1.
n.7.* Vnde ex supradictis verbis & sequentibus, ibi, *nel
modo, e forma, che più le parerà*, censeri debet simul cum
Primogenitura, data D. Iuliæ, absoluta potestas adii-
ciendi onera, & grauamina insta; & præsertim, quæ
tendunt ad continuandam, & perpetuendam Primoge-
nituram, prout, quòd eius bona aliàs prohibita aliena-
ri, sint pro restitutione dotis obligata, quòd dubio pro-
cul potiùs respicit ad augmentum, & honorem Primo-
genituræ, & primogenitorum; quàm ad damnum, &
detrimentum eorum, iuxtà ea, quæ latè tradit, *Molin.
de Hispan.Primog.lib.2.cap.12.* Et maxime † cum tale 14
onus, & grauamen sit alias iuri communi conforme,
Auth.res,quæ cum ibi notat, *C.comm.de legat.Camer.in
c.Imperialem fol.52.sub litera L, in fin. vers.sed quia pro
matrim. & lit.seq.de prohib.Feudi alien. per Feder.* Vbi
quòd quando lex † matrim. consentit, censetur etiam 15
consentire doti, *Molin.de Hisp.Prim.lib 3.c.1.n.2.*

Et quòd Papa in prędictis verbis voluerit huiusmodi
facultatem D.Iuliæ tribuere, & remouere impedimen-
tum, quatenus adesset, videtur nedum verisimile,
sed

ſed prorſus indubitatum : quia clarum eſt, & colligi-
tur ex tenore Primogenituræ, quæ in vim d. facultatis
fuit ſtatim erecta, quòd ipſa ſupplicauit Papæ, & obti-
nuit d. licentiam ea mente, & intentione, vt Adrianus
eius filius faciliùs, & decentiùs matrimonium contra-
heret. Vnde cum iam tunc (vt eſt notorium) tracta-
retur matrimonium Adriani cum Dimitilla conſe-
quenter intentio Iuliæ, dum impetrauit d. licentiam,
16 dirigebatur ad facilitandum dictum matrimonium; †
quòd propterea fuit cauſa impulſiua , ex traditis per
Medern. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. num. 4. par. 1. vbi *n.*
17 12. *cum ſeq.* quòd † in donatione parentum facta filiis,
dicitur contemplatum certum matrimonium, quando
iam tunc de illo agebatur : Et benè elicitur ex verbis
licentiæ , ibi *ei hà pirè con molt' inſtanza fatte suppli-
care*, & tantò magis, ex quo eius intentioni, quam, vt
dictum eſt expreſſit in erectione Primogenituræ, nem-
pe, vt Adrianus quàm primùm, & decentiùs matrimo-
nio collocaretur, fuit pleniſſimè conſultum per illud,
quòd iam eo tempore cum Dimitilla tractabantur: vt
fuit ponderatum in dicta prima deciſione in hac cau-
ſa facta , verſ. *non minus*; Quapropter, Aut prædicta
verba, *e perche più*, ſunt intelligenda iuxtà intentio-
nem, & mentem D. Iuliæ de illo tempore; & de ea vi-
deretur hæſitari non poſſe, quin fuerit, qualis dictum eſt;
Aut ſecundùm mentem Papæ, quæ dubio procul, dùm
ille ſolùm reſeruauit iura Cameræ, & voluit D. Iuliæ
ſingulariter gratificari ex illis verbis, ibi, *Nos volendo
fargli fauere, e gratia particolare ei contentiamo gratifi-
carla in queſta ſua dimanda*, non fuit alia, quam ipſam-
met intentio , & mens dictæ Iuliæ. Et in omnem ca-
ſum quicquid ſit de voluntate, & intentione D. Iuliæ;
18 Obligatio, † de qua agitur, dum prouenit ex licentia
à Principe ſibi data, non eſt regulanda ab eius declara-
tione, nec à precibus Principi ab ea porrectis, quæ ta-
men non conſtat, an fuerint limitatæ, ſed à dicta Prin-
cipis licentia , ex quo illa non emanauit per verbum
Fiat, ſed fuit in diſpoſitiuia extenſa, & terminata; quæ
propterea eſt attendenda, non autem ſupplicatio:
Et multò minùs D. Iuliæ declaratis, *Dominic. in cap. ex
parte de elect. in 6. Imol. in cap. 1. de pact. Abb. in cap. 2. de
treg. & pace Pariſ. conſ. 94. nu. 4. lib. 4. Menoch. conſ. 18. n.
51. Caſſad. deciſ. 6. de reſc.* Et in terminis dictæ licentiæ,
Paleaz. Mer de maior. 1. par. q 60. *n.* 37.

Tandem videtur penitùs ceſſare omnis difficultas
ex verbis dictæ licentiæ, ibi, *nel modo, e forma , che ſi-
milmente più le parerà, e piacerà, da ſpecificarſi nell' In-
19 ſtromente , che ſi ſtipulerà ſopra di ciò liberamente*; †
Quæ operantur, vt quicquid continetur in Inſtrumen-
to Primogenituræ , poſteà confecto dicatur etiam in
licentia contineri , vti ad illud relatiua : itaut potiùs
valeat, & teneat ex licentia, quàm ex Inſtrumento, *l. ſi
ita ſcripſere* 38. *ff. de condit. & demonſtr. l. aſſe toto, & l.
inſtitutio talis, ff. de hered. inſtit. gloſ. in leg. petens, C. de
pact. Anchar. conſ. 7. n. 2. in fin.* & in puncto, *Ioan. Franc.
à Ponte conſ. 2. n. 25. verſ. ex verbis igitur præfat. conſen-
ſus, & n. 26. &* 27. quòd confirmat auctoritate, *Iſer. Ca-
mer.* & aliorum, & idem, *à Ponte in tract. de poteſt. Per.
ſub tit. 6. de aſſent. Reg. n. 20. propè finem verſ. & inſuper
ſi aſſenſus cum ſeq.* vbi *n.* 34 quod eſt commune, & in-
20 dubitatum; Et multò magis in caſu noſtro, ex quo †
relatio Papæ ad Inſtrumenta conficienda eſt ſimplex,
& abſoluta, videlicet ſine clauſula, *quorum tenores*, quia
21 ſic eſt certa, indubitata; & indiuidua; † cum dicta ve-
rò clauſula (quicquid aliud ſit, quando apponitur in
Inſtrumento iam facto) poſſit dici, & iudicari ficta:
vt etiam in proptiis noſtris terminis aduertit, & pon-
derat, *Frec. de ſub Feud. lib. 2. q. 12. n. 16. & ſeq.*

Sed quòd magis eſt , omnes Domini tenentes pro
D. Dimitilla, qui, vt dictum eſt , faciebant maiorem
partem , fuerunt in eo voto , Vt etiam nulla facta

Primogenitura, aut donatione ad fauorem Adriani, &
eius deſcendentium ; ſed his penitùs circumſcriptis,
potuit D. Iulia vigore prædictorum verborum dictæ
licentiæ dare Adriano ſimpliciter abſolutè, & indepen-
denter à dicta Primogenitura , facultatem obligandi
dictum Caſtrum, pro reſtitutione huius, ſeu alterius
dotis ; ponderando dicta verba, *e per chi più li parerà:*
& illud ibi *liberamente*; † Quæ important liberum, 22
& abſolutum arbitrium diſponendi, *Bald. in l. 1. num.
37. verſ. & not. ff. de rerum diuiſ. Ruin. conſ.* 18. *n.* 9. *lib.* 1.
Menoch. conſ. 216. *n.* 26. & *de arbitr. qu.* 8. *nu.* 12. Et in ſi-
milibus noſtris terminis, *Surd. conſ.* 10. *per tot. & Gram-
mat. deciſ.* 103 *nu.* 130 *cum ſeqq.* Et maximè, quia in di-
cta licentia ſæpiùs inculcatur; quòd D. Iulia poſſit
diſponere, & donare, prout ſibi videbitur, & pro libi-
to; † Quæ geminatio demonſtrat enixam conceden- 23
tis voluntatem ad *l. Baliſta, ff. ad Trebell. Nat. conſ.* 160.
nu. 31. *Menoch. conſ.* 63. *nu.* 13. *lib.* 1. Et in his terminis,
Surd. d. conſ. 10. *nu.* 33. Quæ enixa Papæ voluntas ve-
hementiùs deregitur, ex quo poſt tot gemminata, &
prægnantia verba denotantia liberam , & abſolutam
alienandi facultatem , Papa in ſpecie reſeruauit Iura
Cameræ; † Quæ indiuidua, & ſpecialis reſeruatio im- 24
portat in aliis omnibus fuiſſe indiſtinctè datam alie-
nandi licentiam, *l. cum Prætor, ff. de Iud. l. nam quòd li-
quidè, §. ſi cui, ff. de pæn. legat.* & in ſimili, *Rot. deciſ.* 294.
n. 6. par. 2. recent. & in Sabin. Caſtri Montis Rotundi 5.
Iuly 1627. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Præterea niſi data fuiſſet abſoluta licentia, ſed illa
eſſet reſtricta ad Primogenituram, prædicta verba vi-
derentur ſuperflua, & nihil operarentur; ex quo etiam
ſine licentia † Principis poterat D. Iulia dictum Feu- 25
dum refutare, & donare Adriano proximè ſucceſſuro,
iux. tex. *in §. ſi libellum de alien. Feud. pater. c. 1 §. & ſi
clientulus de Feud. alienat. Afflict. in c. 1 §. donare, nn. 2.
qualiter olim Feudum pot. alien & idem lib. 3. conſtit. rub.
5. n. 17. Vincent. de Franc. deciſ.* 71. *n.* 17. † Prout vni ex 26
aliis filiis, cui voluerit, in præiudicium aliorum, *Men.
conſ. 401. n. 45. verſ. non obſtat nunc Corb. in tit. de cauſ.
priuat. ab alien. in 6. limit. n.* 4 & optimè ex multis latè
comprobat, *Surd. conſ.* 305. *nu.* 32. *verſ. & quamuis mul-
ti*, vbi *nu.* 33. Id etiam extendit procedere; † quando 27
in Inueſtitura adeſt pactum non alienandi; quia in-
telligitur de non alienando in extraneum : Quæ for-
tiùs procedunt, ſi verum eſt, prout ſupponitur, quòd
dictum Caſtrum Graffignani eſt Feudum hæredita-
rium, aut fœmineum, † quòd propterea de iure, cir- 28
cumſcriptis Conſtitutionibus, poterat liberè alienari
in quoſcúmque extraneos, *Alex. cõſ. 22. col. 2. vol. 5. Affl.
in c. 1 col. 4. verſ. modo quæro, tit. de alien. Feud. pater. Me-
noc. vbi ſupra.* & latiùs, *Surd. conſ.* 105. *n.* 8. Igitur facultas
liberè donandi, de qua in dicta licentia, vt aliquid o-
peretur neceſſariò intelligi debet ſimpliciter, & abſo-
lutè, etiam quoad alios, & non reſtricta ad Primoge-
nituram, ſeu donationem ad fauorem filiorum; Quia
quando datur arbitrium † ei, qui illud iam habet, ta- 29
le arbitrium, ne ſit ſuperfluum, importat liberam, &
abſolutam voluntatem, *gloſ. in l. ſi quando in princ. ff. de
inoff. teſtament. Alex. in l. ſi ſic num.* 10. *ff. de legat.* 1. &
conſ. 214. *num.* 3. *lib.* 6. *Alciat. in cap. perniciosam in* 3. *no-
tab. extr. de off. Ordin. Imol. in leg. filiusfamilias, ff. de
donat.* Et in ſimili optimè, *Surd. conſil.* 10. *nu-
mer.* 33.

Tandem, vt congruis exemplis res illuſtretur, mul-
tùm confert, quòd reſoluit, *Peregr. de fideicommiſſ. 5 ar.
40. in prima difficultate, num.* 46. vbi quòd † facultas 30
data hæredi grauato, quòd poſſit alienare pro ſuis ne-
ceſſitatibus, & ſuo arbitrio, extenditur per dicta verba,
& ſuo arbitrio, vt hæres poſſit liberè alienare etiam nõ
conſtitutus in neceſſitate , & fine. quòd ita fuit iudi-
catum; Vnde pariter in caſu noſtro potuit D. Iulia

vigore dictæ licentiæ, circumscripta etiam Primoge-
nitura, & donatione ad fauorem Adriani, & Successo-
rum, liberè donare etiam aliis: & non minùs condu-
31 cit, quòd licèt † grauatus restituere, quicquid superest
tempore eius mortis, teneatur reseruare quadrantem
pro fideicommisso, iuxtà dispositionem tex. *in auth. contra rogatos, C. ad Trebell.* si tamen vberiùs data est ei
32 etiam facultas alienandi, † illa non restringitur ad do-
drantem, sed iuxtà magis communem, & veram opi-
nionem, potest totum alienare, *Ias. cons. 232. num. 4. cum seq. lib. 2. Alc cons. 102. lib. 9. & Decian. cons. 57. vol. 3.* Et
ratio est, iuxtà præcitatos Doctores quam approbat,
33 *Peregr. d. art. 40. num. 26. vers.* contra verò, Quia † im-
putandum est testatori, cur nimis effuso sermone lo-
quutus sit, *ad l. fin. C. de dot. promiss.* ne alioquin rei em-
ptor ex testatoris verbis aptis id comprehendere, elu-
sus remaneat. In casu autem nostro Papæ, qui sibi Iu-
ra Cameræ reseruauit; nihil imputandum est, sed im-
putet sibi D. Iulia, quæ ita amplissimis, & prægnanti-
bus verbis, licentiam impetrauit, ne D. Dimitilla, eiús-
que parentes, & consanguinei decepti, & fraudati, re-
maneant, Quia absque dubio dicto matrimonio non
consensissent, nisi certo certiùs intellexissent ex su-
pra ponderatis verbis licentiæ, de se amplissimis, da-
tam fuisse D. Iuliæ facultatem assecurandi dotem su-
per bonis Primogenituræ, quorum credulitas, dum
Iura Cameræ sunt reseruata, & solùm agitur de interes-
se D. Iuliæ, eò magis attendenda est, ex quo eadem D.
Iulia in Instrumento Primogenituræ, quam posteà oc-
casione huius matrimonij erexit, inserere fecit teno-
rem dictæ licentiæ; ac eius vigore dedit Adriano di-
ctam obligandi facultatem.

Ex quibus non obstant in contrarium adducta. Nam
ad primum quòd facultas donandi non comprehendit
hypothecam, præterquàm, quòd contrariam opinio-
34 nem sequuntur plures, † & veriorem dicit, *Molin. de Hispan. primog. lib. 4. c. 5. num. 15. cum seq. & Cald. de em-
phit. lib. 4. c. 15. nu. 17.* in omnem casum iuxtà omnes v-
35 triusque opinionis sequaces, illa † non procedit in hy-
potheca ex causa dotis, *Pacif. de Saluian. inspect. 3. ca. 2.*
36 *nu. 69.* Nec generaliter, † quando, vt hîc, data est li-
bera, & absoluta potestas alienandi, posita in volunta-
te vasalli, etiam quoad modum, & personas, *Rosental. de Feud. c. 9. concl. 33. n. 4. à Ponte d. cons. 2. n. 143.* Et ces-
sat penitùs difficultas, quia vt dictum est, constat in
casu nostro de Principis voluntate, dum reseruauit Iu-
37 ra Cameræ, & posteà subdit verbum *liberè, &c.* Quæ †
reseruatio operatur, vt in aliis censeatur data libera
disponendi facultas, vt per Rot. in decisionibus supra
38 citatis: Et ratio est clara; quia † stante d. reseruatione,
quandocúmque posteà aperto Feudo, omnis hypothe-
ca soluitur, *Camer. in c. si aliquam, in verbo antiquis, nu. 246. & seq. de success. Feud. Prepos. in c. 1. §. quid ergo, nu. 2. de inuest. de re alien. fact.* vbi etiam *Afflict. n. 3. Osasc. decis. 164. n. 7. & seqq.* & alij plures, quos citat, & sequi-
tur *Rosental. de Feud. ca. 9. concl. 18. n. 4.* Vnde cùm Ius
Principis sit reseruatum, nihil est, cur sub generali a-
lienandi, & donandi licentia non veniat hypotheca.

Ad secundum de noua licentia in Adriano requi-
sita; Resp. Adducta in atg. ad hoc probandum, non
procedere in casu nostro, stantibus dictis verbis appo-
39 sitis in licentia, † *di poter donare a detto Adriano, e suoi successori, e perchi più li parerà, e piacerà:* ex quibus vi-
detur Papa vsque ab initio præstitisse consensum cui-
cumque alienationi per quemcúmque vasallum in
Feudum successorem faciendæ. vt est tex. ad literam, *in c. 1. de Feud. non haben. propriam naturam Feud. & in c. 1. prop. fin. vers. Feud. ea leg. datur tit. si Feud. defunct. conten. sit inter Dom. & Agn.* & est communiter rece-
ptum, *Isern. in d. c. 1.* & ibi etiam *Afflict. de feud. non hab. prop. nat. Camer. in d. c. Imperialem fol. 59. col. 1. ad med. vers. alterum verò caput, Intrigl. de feud cent. 2. art. 6. nu. 23. Clar. in §. feudum quæst. 31. & in §. emphyteusis quæst. 13. nu. 9.* & reprobato *Calcan. Rosent. d. cap. 9. con-
clus. 401. num. 3.* & ibi *Adden. lit. B. & seq. Grat. discept. forens. cap. 730. nu. 53.*

Non obstat tertium, quòd hoc Feudum sit dignita-
tis, † & quòd hæc qualitas non fuerit Papæ expressa; 40
Quia vltrà quòd non probatur esse tale, nisi per di-
ctum Consil. Gabr. quæ probatio non sufficit ad effe-
ctum subreptionis; eo ipso tollitur omnis subreptio,
quòd Papa nominatim concessit licentiam alienandi
dictum Castrum; quo casu non est opus vlteriori de-
monstratione, *l. 2. ff. de liber. & posthum.* & in puncto,
Intrigl. de Feud. cent. 2. cap. 1. nu. 263. & præsertim stan-
tibus tot geminatis, & prægnantibus verbis, & reser-
uatione Iurium Cameræ.

Demùm † non obstat, quòd sit priùs facienda ex- 41
cussio de bonis liberis Adriani; Quia vltrà quòd in
simplici consensu Principis contraria opinio est, in
Feudis verior, vt reprobato Camerario, vbi supra, *Affl. in Constit. Regni,* quæ incipit, *si Dominus Vassallum, nu. 6. & Francisc. à Ponte de Potest. Proreg. tit. 6. nu. 17.* Et
ita fuisse iudicatum refert, *Vinc. de Ann. alleg. 115. in fi-
ne:* Etiam retenta opinione Camerarij, illa non pro-
cedit in casu nostro; stante quòd facultas alienandi
data D. Iuliæ, non fuit simplex sed cum clausulis *arbi-
trio, & liberè:* vt in propriis nostris terminis, *Franch. à Ponte tit. 6. n. 13. cum seqq.* Et ratio est clara, Quia stan-
tibus prædictis clausulis, & insuper speciali reserua-
tione Iurium Cameræ, Princeps cui nihil interest,
quòd fiat excussio, aut non, censetur dedisse amplam
& absolutam potestatem alienandi; quoad modum,
& personas, ex supradictis; quò verò ad D. Iuliam,
cùm non agatur de hypotheca constituta super pri-
mogenitura, priùs erecta, & sic de præiudicio tertij,
prout nec de præiudicio Principis, vt dictum est, sed
de hypotheca per relationem vnius ad aliud consti-
tuta in eodemmet actu erectionis primogenituræ ab
ipsamet Iulia constituente, & ad hoc liberam potesta-
tem habente; consequenter non intrant exaduerso
allegata; quia *Molin. Seraph.* & alij in argumento
citati, loquuntur de hypotheca, & facultate alienandi,
simplici licentia Principis, & in fideicommisso & Pri-
mogenitura iam constitutis: Aut in Feudis ex pacto, &
prouidentia, & sic quando versatur tertij præiudi-
cium.

Et cessat omnis difficultas, quia etiam in simplici-
bus terminis, & retenta opinione Camerarij, ex quo
† notorium est, & ex actis constat, bona Adriani, quæ 42
prætenduntur libera, esse intricata, & debitis grauata,
itaut certò certiùs sit, quòd D. Dimitilla non posset ex
eis citò, & absque longa mora, & non leui impensa,
satisfieri de sua dote, illa non dicuntur libera ad effe-
ctum, de quo agitur; Et propterea non est facienda
excussio eorum, sed potest priùs fieri exequutio arbi-
trio D. Dimitillæ super dicto Castro, & aliis bonis
Primogenituræ expedirit, *Rot. Ianuen. decis. 156. nu. 7. & seq.* & in puncto *Rot. decis. 472. par. 1. diuers.* Et tan-
dem placuit etiam Dominis illa alia responsio data
in dicta prima decisione in hæc causa facta vers. sex-
tò obiiciebatur: quæ, vt dictum est, fuit posteà con-
firmata.

Alia verò, quæ in contrarium fuerunt excitata, &
ponderata, aut penitùs non obstant, aut visa fuerunt
Dominis adeò parui momenti, vt non sint particulari
discussione digna.

Et ita, vtraque, &c.

Perusina

Perusina Donationis.

Lun. 10. Aprilis, 1628.

ARGVMENTVM.

Exceptio non implementi quando opponi non possit. Donatio reciproca omnium bonorum præsentium, & futurorum facta cum pacto, quòd illa pro non facta haberetur, casu, quo constaret fuisse antea factam aliquam aliam donationem, an resoluatur ipso iure, si posteà appareat vnum ex donantibus antea fecisse reciprocam conuentionem cum suis fratribus de succedendo in bonis paternis cum constitutione perpetui fideicommissi ad fauorem eorum filiorum, & nepotum: Et quid si posteà dicta conuentio ante dictam donationem fuerit per eosdem fratres reuocata.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non implementi obstat in contractu vltrò citroque obligatario.*

2 *Donatio resoluitur ipso iure, si fuerit conuentum, quòd illa pro non facta haberetur, casu quo constaret fuisse antea factam aliquam aliam donationem, & posteà appareat fuisse antea factam reciprocam conuentionem de succedendo in bonis paternis inter donantem, & eius fratres cum constitutione perpetui fideicommissi ad fauorem eorum filiorum, & nepotum. Contrarium resoluitur, obiectis respondendo, num.* 14. 20. 23. 24. 39. 43. 45. *& per tot.*

3 *Obligatio Cameralis cum clausulis,* pro quibus omnibus, &c. & quorum interest, &c. *quid operetur.*

4 *De substitutionis natura est, vt omnia repetat.*

5 *Immissio ex* l. fin. C. de edict. diu. Adrian. toll. *quæ datur instituto, competit regulariter substituto, tam directo quàm fideicommissario.*

6 *Monitorium resoluitur in simplicem citationem.*

7 *Exceptio non implementi obijci non potest ei, ad cuius fauorem fuit appositum onus ab alio adimplendum, sed illud ex se implere debitis, cui fuit donum iniunctum, num.* 8.

9 *Modus differt à conditione in hoc, quòd in eo est necessaria interpellatio, non autem in conditione.*

10 *Exceptio non implementi opponi non potest ab eo, qui illud impediuit, cùm potiùs sibi obstet, & nu.* 12.

11 Vti, & frui, *verba, importent vsumfructum.*

Rationem reddere, quòd nullo vnquam tempore quis teneatur: si conuentum fuerit, quid dicta verba importent.

13 *Exceptio non implementi opponi non potest, quando ex eo nullum damnum fuit sequutum.*

15 Sua, *dicto, excludit bona restitutioni subiecta.*

Bona subiecta restitutioni non dicuntur de bonis donantis, sed aliena.

16 *Conuentio de bonis paternis dicitur conuentio, seu donatio de re particulari.*

17 Alia, *dictio, est repetitiua eiusdem qualitatis.*

18 *Amplia etiam, quòd procedat alia dictio indefinita: quod extende, vt num. seq.*

19 *Resolutio Contractus dicitur materia stricta, & odiosa.*

21 *Bona fideicommissi particularis comprehenduntur sub generali dispositione bonorum suorum, quando disponens credit posse de eis liberè disponere; hac autem sententia est multum dubia, vt ibidem.*

Abb. consl. 73. n. 7. & Menoch. præs. 197. nu. 18. lib. 4. *declarantur.*

22 *Donationem sustineri respondendum est, si illa sit clara in verbis, & ea, ex quibus illam subuertis prætenditur, dubia sint.*

24 *Credulitas restringi, & regulari debet iuxtà suam causam, quod extende, vt ibidem, & num. seqq.*

25 *Doctor legum præsumitur bene scire vim, & effectum contractuum.*

26 *Conuentionis reuocatio tenet quoad reuocantes, & in illorum præiudicium.*

27 *Spes vendi, aut cuiuis cedi, & donari potest.*

28 *Pactum resolutiuum intelligi debet de conuentione, quæ obstat.*

29 *Legatum rei alienæ, quam testator suam esse credit, valet in totum, si verò in ea solum ius aliquod testator habeat, ius illud totum legatum censetur.*

30 L. quæro 40. ff. de act. empt. *dispositio recitatur, & declaratur, num.* 36.

31 *Mori tardius præsumitur Iuuenis, quam senex.*

32 *Legitima libera debetur filiis, non obstante reciproca conuentione inter se facta de succedendo in bonis paternis.*

33 *Renunciatio generalis de bonis paternis etiam facta in ampla forma, nunquam comprehendit legitimam, nisi fiat de ea expressa mentio.*

34 *Donatio omnium bonorum, & Iurium præsentium, & futurorum recipit incertum augmentum, incertámque diminutionem.*

35 *Lædi quis non dicitur ex eo actu, ex quo consequi potest commodum, aut incommodum.*

37 *Donatio de sui natura debet esse mera liberalitas.*

38 *In contractibus onerosis vnum datur propter aliud.*

40 *Statutum annullans donationem, seu successionem, non habet locum in conuentione reciproca de succedendo facta inter fratres.*

41 *Aliud est donatio, aliud pactum reciprocum de succedendo.*

42 *Verba propriè, & strictè accipi debent, & non largo modo, quando agitur de subuersione contractus.*

44 *Donare an videatur, & quomodo, qui tantùm sperat recipere, quantum dare tenetur.*

46 *Conuentio si sit conditionalis, attendi debet tempus existentis conditionis, non autem tempus conuentionis.*

47 *Conditio adiecta conuentioni, si non existat, habetur ac si conuentio nunquam fuisset facta.*

48 *Filiorum, & nepotum appellatione non veniunt fœmina, iuxtà magis communem opinionem.*

46 *Contrahentes censendum est, se voluisse conformare cum dispositione Statuti exclusiuo fœminarum, propter conseruationem agnationis.*

50 *Fœmina non censentur vocata ad fideicommissum stante ratione conseruandæ agnationis, & si extent, perindè haberi debent, ac si in rerum natura non extarent.*

DECISIO CXLVI.

DOMINI Æneas de Vbaldis Archipresbyter Ecclesiæ Perusinæ in hac causa actor, & q. Prosper Podianus de anno 1613. in vno eodémque Instrumento dederunt D. Bonifacio filio præfati Prosperi eiúsque filiis, nepotibus, & descendentibus masculis,

masculis, omnia bona, & Iura sua, præsentia, & fu-
tura, cum pacto, quòd moriente Bonifacio sine libe-
ris, donatio quoad bona Æneæ haberetur pro non fa-
cta; quo verò ad bona Prosperi, illa in dicto casu de-
uenirent ad Æneam, eiúsque hæredes, & cum aliis pa-
ctis infra dicendis: Sed quia nihilominus Prosper in-
stituto in suo testamento hærede dicto Bonifacio eius
filio, ei sine liberis decedenti substituit venerabile
Collegium Perusinum Societatis Iesu; & sic ex quo
Bonifacius sine liberis, & descendentibus decessit, e-
uenit casus donationis ad fauorem Æneæ, vigore su-
pradicti Instrumenti; nec non casus substitutionis ad
fauorem Collegij ex d. testamento: Propterea lis de-
super orta fuit coram A. C. inter d. Æneam ex vna,
prætendentem ex Instrumento dictæ donationis, esse
ad eius fauorem mandatum relaxandum: & dictum
Collegium ex alia, excipiens de non implemento pa-
ctorum, & de pacto resolutiuo in dicta donatione
adiecto.

Exceptio non implementi ex duobus desumeba-
tur; primò Bonifacius donatarius, eiúsque descenden-
tes assumerent nomen, & insignia de Vbaldis, quos
propterea Æneas ex tunc quantùm in se fuit Domui,
& familiæ prædictæ vniuit, & aggregauit, eísque con-
cessit, vt illius insigniis, & priuilegiis vterentur: Se-
cundò quia Prosper voluit, quòd Æneas esset perpe-
tuus administrator, & negotiorum gestor Bonifacij,
& bonorum donatorum; Vnde quia nec aggregatio
prædicta effectum habuit; quinimò Bonifacius per
alios de dicta familia fuit iudicialiter inhibitus, ne d.
nomen, & arma portaret: nec Æneas curam, & admini-
strationem prædictam suscepit. Propterea obstare vi-
1 detur Æneæ exceptio non implementi, † cùm verse-
mur in contractu reciproco, & vltrò, citróque obliga-
torio, *ex vulg. reg. tex. in leg. Iulianus, §. offerri, ff. de act. emp. l. cum proponas, l. 2. C. de pact. & Verall. dec. 127 p. 3.*

Exceptionem verò pacti resolutiui, ex eo, Colle-
2 gium oriri prætendebat, † quòd in eadem donatione
fuit conuentum, vt casu, quo vllo vnquam tempore
constaret ante d. donationem fuisse factam aliquam
donationem ab aliquo ex prælibatis donantibus, su-
per bonis, vt supra respectiuè donantis, haberetur,
pro non facta; Quæ verba in d. casu, dubio procul in-
ducunt præcisam resolutionem donationis ipso Iure,
l. 1. §. item cum ipse, ff. de donat. Put. decis. 66. lib. 1. & decis. final. de transact. Seraph. decis. 209. num. 3. Et in ter-
minis donationis, *Rot. decis. 3. num. 3. p. 2. recent.* Vnde
cùm compertum posteà fuerit ante d. donationem vi-
delicet de anno 1590. Æneam, & alios quinque eius
fratres de consensu Angeli eorum Patris conuenisse,
vt bona prouenientia ad ipsos ex hæreditate paterna,
nullo vnquam tempore possent donari, vel in alium
transferri, sed quòd portio decedentis sine filiis per-
uenire deberet ad superuiuentes & his non extanti-
bus ad eorum filios, & nepotes; consequenter vide-
batur intrare resolutio ex dicto pacto.

Sed nihilominus cùm fuerit petitum Votum Rotæ,
fuit hodie me proponente resolutum, Æneæ dandum
esse mandatum per traditionem omnium bonorum
Prosperi iuxtà tenorem d. donationis, quæ in casu se-
quuto mortis Bonifacij sine liberis est clara ad fauo-
3 rem Æneæ; Nam † cum in fine Instrumenti adsit
obligatio Cameralis cum clausulis, *pro quibus omnibus, &c. & quorum interest, &c.* quæ referuntur ad omnia e-
nunciata in instrumento, operatur etiam ad fauorem
Æneæ, *Ruin. cons. 137. n. 6. li. 1. Par. cons. 97. n. 91. li. 1. Gra. cons. 12 n. 7. vol. 1. Rot. dec. 741. n. 2. p. 1. diu. & dec. 766. n. 6. p. 2. rec. & dec. 61. n. 2. & decis. 311. n. 15. apud Zac. de obl.*
4 *camer.* † Et tantò magis virtute substitutionis coniun-
ctim, & in eadem donatione factæ ad fauorem Æneæ;
de cuius natura est, vt omnia repetat, *ad tex. l. si enim, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. & l. generali, §. pen* cum v-
bi notat, *per Dyn. & Bart. ff. de vsus. leg. Ruin. cons. 53. n. 5. vol. 2. & Pereg. de fideic. ar. 10. per tot.* Prout etiam in
simili † immissio, *ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* quæ 5
datur instituto competit regulariter substituto, tam
directo, quam fideicommissario, *Zucchard. in d. l. fin. n. 199. Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 181. & 206. & Rot. decis. 131 par. 1. recent.*

Neque obstat prima exceptio non implementi ex
prætensa inhibitione, vt supra deducta; Quia in pri-
mis non fuit inhibitio, sed monitorium; † quod in 6
simplicem citationem resoluitur, *Ias. in l. nec quicquam §. vbi decretum, n. 6. ff. de offic. pro cons. Rot. apud Greg. XV. dec. 105. n. 8.* Rursus cùm hoc onus † fuerit iniunctum 7
Bonifacio in donatione sibi facta per Æneam, & ad Æ-
neæ fauorem; vt clarè ex verbis donationis constat,
non implementum non potest obiici Æneæ ad *l. nulla iuris ratio, ff. de leg. & quamuis,* vbi *Bald. & alij ff. de pi-*
gnor. † Sed debuit Bonifacius d. onus ex se adimplere, 8
Mol. de Hisp. Primog. li. 2. c. 14. n. 10. cum seq. Præterea
quando hoc onus fuisset impositum Æneæ, debuisset
notificari Inhibitio, ex quo cantat in vim modi, † qui 9
in hoc differt à conditione, vt eo necessaria sit inter-
pellatio, non autem in conditione, *Cran. cõs. 59. n. 7. Rui. cons. 100. n. 4. li. 5. Men. cons. 1. n. 371.* & latè *in cons. 131. n. 6. per tot.* Et tandem dictum onus debuit adimpleri post
mortem Prosperi patris, qua sequuta, Collegiũ statim
suscepit curã Bonifacij quòd propterea dum Æneam,
qui fecit, quantũ in se fuit, impediuit † non potest cõ- 10
tra eum excipere de non implemento, quòd potiùs sibi
obstat, *d. l. cũ proponas,* cũ aliis: & facit re. te. *in c. 3. de iur.*

Minùs obstat aliud prætensũ non implementum, ex
quo Æneas non fuit administrator; & negotiorũ ge-
stor Bonifacij bonorum q. donatorũ, Quia tollitur ex
supradictis, nẽpe quòd similiter hoc fuit cõuẽtũ ad fa-
norẽ Æneæ vt posset liberè, & faciliùs vti, & frui di-
ctis bonis ad sui cõmodũ, & vtilitatẽ, vt patet ex verbis
ibi, *volens, & mandãs, D. Prosper, quòd Æneas sit, & esse debeat perpetuus administrator, gestor, & legitimus nego-tiator Bonifacij, & omniũ bonorũ donatorũ, & illis vti, & frui valeat, & possit absq; eo, quod vllo vnquã tẽpore ali-quã teneatur reddere rationẽ:* Tum põderãdo illa verba
vti, & frui, † quę importãt vsũfructũ, *l. 1. ff. de vs.* & cla- 11
riùs, *in l. vsuf. leg. 7. ff. eod.* Tum etiã ponderãdo illa alia
verba, ibi, *vllo vnquã tẽpore tenere reddere rationẽ,* ex te.
iũcta, *gl. in l. Aurel. §. filias, ff. de li. leg. & Mod. Hisp. de ratiocin. admin. c. 5. n. 21.* Vnde prætensũ non implemẽ-
tũ † multò magis posset Collegio opponi, quòd post 12
mortẽ Prosperi impedimentũ posuit, dum Bonifacij
curã, & bona, de quibus agitur, suscepit & occupauit:
Et demum cessat, tùm quia, vt dictũ est, Æneas nõ fuit
interpellatus; quã etiã quia † ex prætensis non imple- 13
mẽtis, non fuit dãnũ aliquod sequutum Prospero, aut
Bonifacio, *Cran. d. cons. 59. n. 2. Surd cons. 101. n. 14. & decis. 265. n. 38.* & fuit dictum, *in Romana Societatis offi-cij, 10. Nouembr. 1625. coram me.*

Tandem non obstat exceptio † pacti resolutiui, de- 14
sumpta ex pacto illo, quòd *præsens donatio esset nulla, si super bonis donatis alia donatio facta reperiretur:* Ad
quam exceptionem, cũ causa proponeretur die 9. Iun.
præteriti, fuit difficultas restricta; Quia fuit respõsũ
primò, quòd dictum pactũ debet intelligi de alia do-
natione de bonis suis, sicut & donatio Bonifacio facta,
id est de bonis quę tunc erãt Æneę, & Bonifacio dabã-
tur, quòd propterea non se extendit ad bona paterna
priùs inter fratres restitutioni supposita; Quia † verbũ 15
illud, *Sua,* excludit bona restitutioni subiecta, quæ ad
hunc effectũ non dicuntur de bonis donantis, sed alie-
na, *l. vnum ex familia, §. si de falcidia, ff. de leg. 2 l. fin. §. sed quia, vers. sed sciat hoc, C. commun. de leg.* Et in
puncto donationis omnium bonorum suorum,

Paul.

Paul. de Castr.cons.347. incipit, quia circa donationem
num.2. & lib. 1. Et in simili *Crauett. cons.234. num.2.*
Peregr.de fideic.art.6. num. 8. Boer. decis.33. num. 3.
Surd. decis. 93. num. 17. & 19. cum sequent. Rot. apud
Seraph. decis. 963. num. 6. & decis. 969. num. 8. Ad-
dit. ad Greg. X V. decis. 102. Et pleniùs *Rot. in Roma-*
na fideicommissi 18. *Iunij 1627.coram me :* Et accedit,
16 quòd conuentio † de bonis paternis dicitur conuen-
tio, seu donatio de re particulari *ad l. si quis 8. §. si*
cui certam partem, vbi *Bart. num. 2. vers. sed quando*
pars bonorum, ff. de leg.2. Caualcan. de vsufruct.mul[illegible]
relict. num.85. cum sequen. Verba autem pacti resolu-
tiui videntur necessariò intelligenda de alia donatio-
ne omnium bonorum, & iurium suorum præsen-
tium, & futurorum, & non de donatione particulari,
ea verbis, ibi, *casu quo vllo vnquam tempore constaret,*
vel reperiretur fuisse factam aliquam aliam donationem
ante præsentem donationem, &c. ponderando dictio-
17 nem, *Aliam*, † quæ est repetitiua eiusdem qualitatis,
l.4. vbi glos. verbo, qualibet alia pœna C. de seru. fugit.
18 *Alex. cons. 70. in princ. vers. nec ad hoc lib.*1. Etiam †
quod præcedat alia dictio indefinita, vt in dicto pa-
cto, ibi, *aliquam aliam*, prout loquitur *glos. in d.l. 4.*
Felin. in c.Sedes,num.5.vers. sed contra de rescript. Ro-
*man.cons.*180. *num.9.*

Et multò magis quando versamur in materia stri-
19 cta, & odiosa, † qualis est resolutio contractus, *Ro-*
20 *man.cons.92.num.3.* Et facit optima ratio; Quia † dum
pactum loquitur de alia donatione, debet intelligi de
tali donatione, quæ impediat donationem illam om-
nium bonorum, & Iurium præsentium, & futuro-
rum, quæ tunc fiebat, vt clarè ad sensum patet ea dd.
verbis ibi, *aliquam aliam donationem super rebus respe-*
ctiuè donatis; Vnde cum dicta vniuersalis donatio
nec in minimo impediatur, nisi per aliam præceden-
tem similem; non autem per donationem particula-
rem, propterea d. pactum tam secundùm propriam
verborum significationem, quàm etiam ex contra-
hentium mente intelligendum est de alia donatione
vniuersali.

Neque obstat, si dicatur, etiam bona particularis
21 † fideicommissi comprehendi sub generali disposi-
tione bonorum suorum, quando disponens credit,
posse de eis liberè disponere, *Iacob. Alb. cons. 73.*
num.7. & Menoch.præsumpt. 197. *num.* 18. *lib.* 4. Vt in
casu nostro, quod Æneas existimabat, bona paterna
esse libera, ex quo multo ante donationem conuene-
rat cum eius fratribus, vt dicta conuentio de succe-
dendo esset reuocata; Quia quicquid sit de hac sen-
tentia, quæ tamen est multùm dubia, illa non appli-
catur casui nostro, Quia *Abb. & Menoch.* loquuntur
in testatore, qui habens bona libera, & alia subiecta
fideicommisso, quod ipse ignorabat, hæredem grauat
simpliciter, vt restituat omnia bona sua; & sic quan-
do non agitur de comprehensione bonorum antiqui
fideicommissi ad effectum subuertendi nouum fidei-
commissum; sed illud ampliandi, hîc autem præten-
ditur comprehensio bonorum patern. ad penitùs
subuertendam donationem, qui termini sunt multùm
22 diuersi: quandoquidem si subuersio † est dubia, &
donatio, vt in præsenti, in verbis clara, responden-
dum est, vt donatio substineatur, *l. si inter verum*, vbi
Socc. in 3. not. ff. de reb. dub. Crauett. post plures alios,
quos allegat *in cons.* impresso inter Decisiones pede-
montanas post *decis.* 122. *n.* 14. Præterea cessat peni-
23 tùs, quia † ea quo Æneas de tempore huius dona-
tionis erat sciens dictæ conuentionis de succedendo
cum omnibus suis qualitatibus, ad *l. quisquis C. de re-*
scind. vendit. & l. non est ferendus, ff. de transact. cum
24 vulg. prætensa eius credulitas † non potest plus ope-
rari; aut extendi, quàm reuocatio, vnde oritur; nam
in terminis Iuris debet restringi, & regulari, iuxtà suam
causam, & maximè ad effectum annullandi actum
clarum, ad tex. in *c. intelligentia extr. de verb. signif.*
Ang. cons. 248. *num.* 3. Et multò magis, quia Æneas
iam de eo tempore erat vir expertus & legum Do-
ctor; † qui propterea præsumendum est, quòd benè 25
callebat vim, & efficaciam dictæ reuocationis, *ad l.2.*
§.Seruius, ff. de orig. iur. Vnde, aut reuocatio conuentio-
nis consideratur tantù quoad fratres reuocantes, † & 26
cùm in illorū præiudicium valida fuerit, *l. de fideicom-*
[illegible] *C. de transact.* & rationem assignans resoluit
Cancer. variar. resol.lib.1.cap. 8. num. 36. clarum est,
prout etiam ipse Æneas credidit, quòd in donatione
Bonifacio facta venit etiam spes illa, quæ per d. con-
uentionem fratribus fuerat acquisita in bonis pater-
nis Æneæ; quandoquidem per reuocationem iam
dicta spes ad Æneam redierat; † Spes enim vendi, & 27
cuiuis cedi, aut donari potest, *l. spem C. de donat.* Et
de spe substitutionis, aut fideicommissi, *Bart. in l.1.*
num.4. & Ias.num.17. C. de pactis. Crass. recept.senten.
§. fideicomm. q.44. Zanch. in repetit. l. hæredis mei, §.
*cum ita 4. par. num.473. ff. ad Trebell. Osasc.decis.*100.
num. 21. & benè *Gamm. decis.92. num.* 2. & ibi *addit.*
Aut verò d. reuocatio consideratur quoad fratrum fi-
lios, pro quibus etiam conuentio de succedendo sti-
pulata fuit; & tunc intrat dilemma, aut quoad illos
reuocatio valuit, aut non; si valuit etiam bona pa-
terna Æneæ in præiudicium dictorum filiorum ve-
nerunt in hac donatione; & sic non obstat conuen-
tio; Quia † pactum resolutiuum debet intelligi de 28
conuentione, quæ obstat, ex reg. *l. 4. §.condemnatum,*
vbi Rip. num. 5. ff. de re iud. Tiraq. de retract. lignag.
§. 1. glos. 2. num. 5. & sequen. Corbu. de caus.priuat. ab
*alienat. lim.22. num.*1. Si verò non valuit, nec etiam
Æneas credidit, d. bona fuisse comprehensa in do-
natione bonorum suorum, quia ad d. effectum non
dicebantur sua, iuxtà supradicta, Atque ideò sat est,
quòd credulitas ad effectum comprehensionis bono-
rum paternorum operetur prout de Iure; Videlicet
quoad fratres quorum respectu dubium non est, quin
reuocatio valida fuerit; & quoad spem illam, ex qua
poterant dicta bona ad Æneam libera redire, etiam
quoad omnes; prout in simili, † Si quis legat rem 29
alienam, quam suam esse credit, valet legatum in to-
tum; si verò in dicta re aliena solùm ius aliquod te-
stator habet, ius illud tantùm legatum censetur, *l.*
vnum ex familia, §. si rem, ff. de legat. 2. l. vxor patrui,
vbi *Bal. & Ias. C. de legat. Peregr. cons. 61. num. 7.*
vol. 3. nec alias de consensu Æneæ hæsitari potest;
Quia cùm motus fuerit ad donandum ex causa reci-
procæ donationis sibi factæ, & non ex mera liberali-
tate; quantò minus ipse dedit, tantò magis sibi do-
nari voluit.

Minùs releuare visum fuit, quòd stantibus supra-
dictis, deficeret consensus in Prospero, qui vt dice-
batur non dedisset, si Æneam non potuisse liberè di-
sponere de bonis paternis intellexisset, iuxtà disposi-
tionem tex. *in l. quæro* † 40. cum ibi notat. *ff. de act.* 30
empt. Quia contrarium patet ad oculum, cùm dona-
tio in omnem casum fuerit Prospero multò pin-
guior, & vtilior, quàm Æneæ; Primò quia vterque
dedit primo loco Bonifacio filio Prosperi; Secundò
quia Æneas vt gauderet bonis Prosperi, non solùm
debuit expectare eius mortem, dum sibi reseruauit
vsumfructum nec non etiam mortem Bonifacij, qui
cùm esset Iuuenis, † Æneas autem senex, erat natura- 31
liter tardiùs moriturus, *l. nam etsi parentibus in princ.*
ff. de inoff. testam. l. qui duos, §. cum in bello, ff. de reb.
dub. sed etiam expectare debuit deficientiam filio-
rum, & descendentium Bonifacij. Tertiò quia tota
donatio Prosperi quoad Æneam erat omnino condi-

 tionalis,

tionalis,& posita in spe multùm remota; donatio autem Æneæ quoad bona libera, erat pura, & certa, & spes respectu bonorum paternorum (quidquid sit de supradicta reuocatione) cùm solùm extaret vnica filia Fabritij eius fratris erat quoad personas æqualis cum spe succedendi; quam Æneas habebat in bonis Prosperi Bonifacio eius filio sine liberis decedente; quo verò ad bona, spes Bonifacij erat amplior, quia bona Patris Æneæ, quæ virtute donationis poterant ad Bonifacium peruenire, longè superabant bona Prosperi in quantitate, & qualitate; Vnde si Prosper non dedit Æneæ, nisi spem tam remotam, nihil est, cur credere debuit sibi fuisse donatum aliud, quàm similem spem: Quartò quia etiam quoad bona paterna dubium est, & quidem multùm probabi-
32 le,an in dicta conuentione de succedendo † inter fratres intrauerit eorum legitima,an verò libera remanserit: Et liberam remanere respondet in puncto, *Honded. cons. 42. num. 22. cum sequen. lib. 2.* sicut
33 etiam Renunciatio † generalis de bonis paternis etiam facta in ampla forma, nunquàm comprehendit legitimam, iuxtà magis communem, & receptam sententiam; nisi fiat de ea expressa mentio, vt fusè *Hieron. ban. cons. 36. per tot. Crass. in §. legitima q.3. num.10. cum sequen. Surd de alim. tit. 9 q.15.num. 19. Mantic. de coniect.vlt. volunt.lib.7.tit.8. num.8. Modern. Roman. discept. forens. cap. 75. 1. num. 19. Viu. decis. 316. & Rot. apud Greg. XV. decis. 539. & in recent. decis.* 206. *num.* 5. & alibi sæpiùs; Vnde, si iuxta supradicta dici potest, quòd Æneas de tempore donationis iam successerat pro parte fratribus suis in dicta legitima; & præterea, quòd habebat totam suam legitimam liberam, ita etiam, quòd dictæ legitimæ fuerunt in hac donatione comprehensæ; & sic, quòd verificatur donatio etiam in bonis paternis Æneæ. Quintò,quia non liquet, quod Æneas de dicto tempore non haberet bona libera, imò multa habuisse verisimiliter creditur, tum ex vsufructu bonorum paternorum tam suæ portionis fratribus viuentibus, quàm portionum fratrum prædefunctorum, tum etiam ex redditibus pinguium Beneficiorum quæ tunc iam possidebat. Tandem cessat omnis difficul-
34 tas, ex quo donatio † facta per Æneam fuit omnium bonorum, & Iurium præsentium,& futurorum, sicut & donatio Prosperi, quæ cùm recipiat incertum augmentum, incertámque diminutionem *Ias. in l. licèt, num. 15. C. de pact.* non potest in ea considerari inæqualitas, seu læsio ex parte Prosperi,quin propter ea,quæ poterant euenire,considerari etiam debeat ex
35 parte Æneæ; Et regula est, † quòd nunquam dicitur quis ledi ex eo actu, ex quo consequi potest commodum, aut incommodum, *l. Lucius 5. fin. ff. ad Trebell. Pinell. in l. 2.C.de rescind.par.1.cap.4. num.17. cum se-*
36 *quen, Menoch. cons.* 190. *num.* 19. Vnde non intrat † dispositio tex. in *d.l.quero,* quæ loquitur in venditione rei particularis, quæ non erat vendentis cuius esse credebatur.

Secundò fuit responsum,quòd conuentio illa inter fratres, ex qua prætenditur resolutio, non fuit dona-
37 tio, † de cuius natura est, vt sit mera liberalitas, *l.1.ff. de donat.* nec aliter concepta fuit per viam donationis, sed fuit conuentio quædam reciproca inter fratres, qua vnus alteri dat, quia ei alter dedit; ita vt concessio vnius sit causa concessionis alterius; prout
38 in venditione, & aliis contractibus onerosis, † vnum datur propter aliud, ad tex. in *l. & hac distinctio, §. cum fundum, ff. de locat.*& est ad hoc textus optimus, *in l. sed etsi lege, §. consuluit in fin.* ibi, *veluti genus quoddam permutationis*, vbi *Bal.* hoc expresse not. *ff. de petit. hered.* ad quam propterea conuentionem non
39 est trahendum pactum resolutiuum, † quod simpliciter loquitur de donatione, *l. licet, & ibi glos. in verbo mortis causa, C. de pact. Alex. cons. 83. num.6. vers. & subdit. lib.2. Syluan.cons.90. per tot. Honded. cons.* 40.
num.36. vol. 1. vbi quòd statutum †. annullans dona- 40
tionem, seu successionem, non habet locum in huiusmodi conuentione reciproca inter fratres, *Peregr.*
de fideic. art. 51.num. 32. vers. secus autem, vbi quòd † 41
aliud est donatio,aliud pactum reciprocum de succedendo, *Modern. Brixiens. de substit. q. 308. num.93.* vbi quòd dictum pactum inter fratres non est dona- [illegible] nec venit appellatione donationis: Quæ tanto
magis procedunt,† quia versamur in contractu stricti 42
Iuris, & vt dictum est, quia agitur de eius subuersione, in quo propterea verba propriè, & strictè & non largo modo accipi debent, *Mantic. de tacit.& ambig. lib.2.tit.4.n.18.& 64.*

Neque obstat,quòd cùm donatio facta per Æneam
fuerit reciproca, † pactum resolutiuum dum loqui- 43
tur de alia donatione, de alia etiam reciproca intelligi debeat, qualis fuit dicta conuentio inter fratres, ex dicta *l.4.cum glos. C. de seru. fugit.* cum aliis supra alleg. Quia cessat penitùs ex supradictis; Nam ex quo dicta conuentio non fuit vniuersalis omnium bonorum, & Iurium, sed particularis, nec obstabat, quominùs donatio Bonifacio facta; stare posset; quinimò per dictam conuentionem pinguior reddebatur,vt supra probatum extitit,non fuit illa alia donatio pacti resolutiui, de qua contrahentes conuenerunt, sed alia penitùs diuersa; alioquin etiam quæuis venditio anterior iusto pretio facta super bonis paternis,quorum possessionem non soluto sibi pretio, adhuc Æneas retinuisset de tempore huius donationis,operaretur etiam resolutionem ex dicto pacto:Et idem dicendum esset de quolibet alio contractu vltrò citróque obligatorio; quòd certè esset absurdum,
Quia † qui tantùm sperat recipere, quantùm trade- 44
re,aut dare tenetur, nihil de præsenti donat, habito respectu ad spem; licèt posteà euentus declaret, quæ spes varia fuerit; Qui euentus non est attendendus, *Alex,vbi supra,*& benè *Angel. cons. 139.n.6.*

Tertia responsio fuit, quòd dicta conuentio inter fratres posteà, mortuo iam Alexandro, altero ex eis, fuit per alios omnes reuocata ante donationem, de qua agitur; Vnde non est attendenda; Quia, vt di-
ctum est; † pactum resolutiuum loquens de alia do- 45
natione,debet intelligi de ea, quæ obstet huic donationi, ad *l. si per alium, §. docere, ff. ne quis eum, qui in ius voc. Paul. de Castr. cons. 74. incip. in causa mota lib.2.* cum aliis supra allegatis.

Neque obstat, si dicatur,quòd dicta reuocatio fuit nulla; Quia imò valida fuit, nam in primis quoad ipsos fratres reuocantes, dubitandum non est quin potuerint dictæ conuentioni renunciare, vt supra probatum fuit; deinde tenuit etiam quoad filios masculos; Nam ex quo nunquam extiterunt, nec tempore huius donationis existere poterant; quia omnes fratres iam obierant, præter Fabritium senem, qui non habuit nisi fœminas; conuentio quoad eos fuit
conditionalis; † & consequenter in hoc casu non 46
tempus conuentionis,sed tempus existentis conditionis, attendi debet, *Mantic. de tacit. & ambig. lib.3.*
tit. 15. num. 33. cum sequen. Vnde † cùm nunquam 47
conditio extiterit, perinde habetur, ac si conuentio quoad eos non fuisset facta, *l. pecuniam, ff. si cert. petat.* vbi *Alex. Socc.& aly, l. hac venditio, ff. de contrahenda empt. Peregr. de fideic. art.43. num. 16. & Surd. decis.* 202. *num.* 5. Demùm fuit reuocatio valida quoad filias fœminas; Quia licèt, vt dicitur, extent filiæ ex dicto Fabricio; tamen vltra quòd prætende-
batur;† appellatione filiorum, & nepotum, pro qui- 48
bus fuit conuentio stipulata, iuxtà magis communem

senten

sententiam non venite fœminas, *Iaf. Imol. Rip.* & alij plures, quos allegant, & sequuntur *Modern. Brixien. de subst. quaest.* § 11. *num.* 89. *cum sequen.* videtur difficultas cessare, ex quo stante statuto Perusiæ exclusiuo fœminarum, dicta conuentio facta fuit causa
49 conseruandi agnationem; quia † contrahentes censentur voluisse se cum dicto statuto conformare, *Molin. de Hispan. primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 59. *Modern. Brixien.* vbi supra *q.* 402. *num.* 61. *cum sequen.* & *Modern. Roman. discept. foren. cap.* 664. *num.* 7. *cum sequen.*
50 Vnde † cùm stante dicta ratione conseruandæ agnationis, fœminæ non fuerint vocatæ ad fideicommissum, de quo in dicta conuentione, vt latè *Molin.* vbi supra, filiæ Fabritij periude habentur, ac si in rerum natura non extarent, vt pleuè *Socc. sen. conf.* 56. *vol.* 1.

Et ita vtráque parte informante, &c.

Florentina Subdecanatus.

Lun. 22. *Maij*, 1628.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus acquiritur ex donatione absque particulari reseruatione, illúdque efficitur hæreditarium, & transitorium ad hæredes, etiam extraneos; ita vt status illius hæreditarius non mutetur, ex confirmatione Apostolica posteà sequuta, eantante pro descendentibus; & sic de Iurepatronatus gentilitio.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus acquiritur ex dotatione, etiam si illud non fuerit particulariter reseruatam.*
2 *Amplia, vt dicta acquisitio censeatur facta non solum ad fauorem dotantis, sed etiam illius haeredum.*
Et praesertim fit in dotatione si fiat mentio de haeredibus, num. 4.
3 *Iuspatronatus de sui natura est hereditarium, & transitoriam ad heredes etiam extraneos.*
5 *Clausula executiua declarant concessionem.*
6 *Papa censetur se fundasse super narratis, si Gratia emanaait ad supplicationem.*
7 *Gratia corruit, si narrata non verificantur.*
8 *Iurispatronatus status praecedent non mutatur ex confirmatione Apostolica postea secuta; nam licèt adsit potestas; non tamen concurrit voluntas.*
9 *Confirmationis natura non est alterare statum rei confirmatae, sed illum conualidare, aut ei robur addere; remanentibus tamen omnibus in iisdem statu, & terminis.*
10 *Confirmatio Apostolica in forma valida praesumitur ex effectuatione rei confirmatae cum obseruantia longissimi temporis subsecuta.*
11 *Confirmatione expressa stante, excluditur praesumptio alterius confirmationis.*
12 *Limita si dicta expressa confirmatio fuerit per alium producta, quia tunc non excluditur praesumptio melioris confirmationis ad fauorem illius, qui eam non produxit.*
13 *Bulla confirmatoria, si sit subreptitia, obseruantia subsecuta potius praesumi debet in vim tituli validi, & sic alterius confirmationis praesumpta, quam tituli inualidi.*
14 *Iuspatronatus haereditarium vberius est, quàm gentilitium.*
15 *Patronus praeiudicare non potest aliis Compatronis, impetrando sine eorum mandato confirmationem Iurispatronatus, tanquam gentilitij, cùm prius illud esset haereditarium.*
16 *Patronorum consensus exquirendus est, dum agitur de minuendo eorum Iure.*

DECISIO CXLVII.



VBDECANATVS Ecclesiæ Florentinæ fuit erectus à Sixto IV. dotandus ex quibusdam piis eleemosynis à Christi fidelibus elargiendis, & ius præsentandi, vt dicitur, fuit reseruatum Consulibus artis Lanæ dictæ Ciuitatis; Sed quia dotatio ex eleemosynis non fuit certis de causis sortita effectum; Posteà de Anno 1610. Antonius de Puccis prouisus Apostolicus de dicto Subdecanatu conuenit cum Capitulo Florentino, tam nomine proprio, quàm Alexandri eius Patris, & Laurentij patrui, nec non Francisci & Raphaëlis fratrum, vt assignatis quibusdam prædiis, prout cum effectu ea tradidit, & assignauit, ipse, & alij futuri Subdecani participarent de distributionibus quotidianis ex mensa Capitulari, prout aliæ dignitates eiusdem Ecclesiæ: Et tandem intra tres menses (& non post tres annos, prout fuerat ex errore informantium, dictum in Decisione in hac causa facta die 10. Ianuarij præteriti) idem Antonius nominibus; etiam quibus supra, cum narratiua prædictorum obtinuit dictam conuentionem confirmari à Iulio II. cum reseruatione Iurispatronatus dicti Subdecanatus ad fauorem supradictorum Laurentij, & fratrum de Puccis, eorúmque descendentium in infinitum. Orta autem lite super pertinentia Iurispatronatus inter D. Octauiam Vxorem, & hæredem Roberti de Puccis ex vna, & alios descendentes ex dictis fratribus ex alia; Cùm punctus difficultatis consisteret, An hoc Iuspatronatus sit gentilitium, vel hæreditarium; Rot. voluit videre de anteriori statu ante Bullam Iulij II. & in dicta Decisione fuit firmatum statum ante dictam Bullam, quatenus aliquis sit (siue attendatur Iuspræsentandi, competens Consulibus ex dicta concessione Sixti IV. siue Ius acquisitum illis de Puccis ex prætensa dotatione, virtute dictæ conuentionis cum Capitulo Florentino factæ) semper fuisse liberum, & sic transitorium ad quoscúmque hæredes: Sed re proposita causa super eisdem D.D. die 17. Martij ordinarunt, vt præsupposita Decisione videretur, An sit attendenda dicta Bulla: Et fuit hodie resolutum, illam non obstare, quominùs hoc Iuspatronatus sit hæreditarium; & moti fuerunt D.D. Quia ex quo Subdecanatus † erat 1
sine dote, ex dicta assignatione prædiorum facta in conuentione cum Capitulo, Dominis de Puccis ibi nominatis, fuit acquisitum Iuspatronatus; etiam quòd non legatur facta aliqua particularis reseruatio, *Abb. conf.* 59. *vol.* 2. *Ioan. Andr. Card. Batr.* & *alij* relati per *Felin. in c. significauit. num.* 2. *de testi. Paris. conf.* 35. *num.* 26. *lib.* 4 Et est vera, & recepta opinio teste *Rocch de Cart. de Iurepatr. verbo,* & *dotauit, num.* 4. & *Rot. decis.* 5. *de Iurepatr. in antiq.* & *decis.* 167. *n.* 4. *par.* 2. *diuers.* quam etiam sæpissimè sequuta est, & signanter, *decis.* 517. *n.* 2 *par.* 1. *recent.* & *decis.* 674. *n.* 1. *par.* 2. & alibi pluries.

Quòd in tantùm est verum; vt huiusmodi tacita acquisitio Iurispatronatus resultans ex dicta sola dotatione; censeatur facta † non solùm pro Antonio, 2
& aliis de Puccis nominatis in conuentione, sed etiam illorum hæredibus quibuscúmque; Quia † Iuspatronatus de sui natura est hæreditarium, & transitorium ad hæredes, etiam extraneos, *Ioan. Andr. in c.* 3

cum

eùm seculum, & Bero. in c. 1. num. 6. de Iurepatr. Curt.
iun. cons. 87. num. 6. part. 2. Lambert. de Iurepatr. lib. 1.
parte 2. q. 2. art. 1. num. 15. & seqq. vbi *num. 26.* Quòd
totus Mundus ita seruat *Gabr. cons. 196. num. 1. lib. 2.*
Seraf. decis. 364. num. 3. & decis. 378. num. 1. & Rot. de-
cis. 675. num. 1. par. 1. recent. Quòd tantò magis in casu
4 nostro dicendum est, † dum vltra Iuris præsumptio-
nem, quæ stat pro hæredibus quibuscúmque, fit in di-
cta conuentione mentio de hæredibus dictorum de
5 Puccis, quamuis in exequutiuis: Quia † etiam clau-
sulæ exequutiuæ declarant concessionem, *Bald. in l.*
eam, quam num. 36. C. de fideic. Curt. iun. cons. 3. num. 3.
& Osasc. decis. 61. num. 3.

Neque ostat Bulla Iulij II. Tùm quia eùm in ea nar-
ratum fuerit, Iuspatronatus fuisse reseruatum pro
D.D. de Puccis, & eorum descendentibus, & in dicta
conuentione nullum fiat verbum de descendentibus;
nec alibi de hoc constet, imò de contrario, ex supra-
6 dictis, illa fuit subreptitia. † Cùm enim emanauerit ad
supplicationem, censetur Papa se fundasse super nar-
7 ratis: Vnde † si narrata non verificantur, Gratia, seu
confirmatio corruit, *Felin. in c. constitutus in princ. de*
rescript. vbi Dec. in 4. not. Caputaq. decis. 271. num. 2.
& 3. par. 1. & decis. 240. in princ. par. 2. Et in terminis
confirmationis, *Rot. decis. 569. num. 2. & 3. & decis. 676.*
num. 4 par. 2. recent. Tum etiam quia stante præce-
denti statu Iurispatronatus hæreditarij, & quòd Bulla
confirmatoria emanauit cum narratiua Instrumenti
8 dictæ donationis, † Confirmatio Papæ non mutat sta-
tum præcedentem: Nam licèt adsit potestas, non ta-
men concutitur voluntas, *Calder. cons. 15. de Iurep.*
Dec. cons. 126. num. 4. Lambert. de Iurep. art. 6. quæst. 7.
lib. 3. Achil. decis. 13. de Iurepatr. Caputaq. decis. 189.
par. 2. Seraf. decis. 799. num. 3. & decis. 1273. nu. 2. Rot.
9 *decis. 360. in fin. par. 2. recent.* Natura † enim confir-
mationis non est alterare statum rei confirmatæ, sed
illum conualidare, aut ei robur addere; remanenti-
bus tamen omnibus in eisdem statu & terminis, *l.*
Aureius. § testamento, ff. de libert. leg. cap. 1. & 2. de
confirmat. Rusn. cons. 12. num. 16. lib. 3. Surd. cons. 361.
n. 37. Greg. XV. decis. 267. n. 1. & 511. n. 1.

Non etiam releuat si dicatur, quòd si Bulla non est
attendenda, Iuspatronatus remanet sine confirmatio-
10 ne, Quia † ex effectuatione dictæ conuentionis cum
obseruantia longissimi temporis subsequuta, quoad
existentiam iurispatronatus quæ non controuertitur,
præsumitur adesse valida confirmatio, conuentioni
conformis; *Rot. decis. 407. num. 4. par. 1. diuers. Seraf.*
decis. 1272. num. 4. vers. difficultas, quæ excitatur, &
Rot. decis. 381. num. 2. vers. tamen quia par. 1. recent.
& decisio. 106. num. 11. apud Reuerendiss. D. meum
Decanum.

Tandem non obstat si dicatur, quòd dum constat
11 † de expressa confirmatione ex dicta Bulla, & intra
tres menses à dicta conuentione, excluditur inde
præsumptio alterius confirmationis; Quia cùm di-
12 cta Bulla non fuerit producta † per D. Octauiam, illa
non excludit præsumptionem melioris confirmatio-
nis ad fauorem eiusdem, *Sarden. in reg. de trienn. q. 10.*
in fin. Put. decis. 346. lib. 1. in correct. Seraf. decis. 474.
num 4. Rot. apud Greg. XV. decis. 353. num. 13. vbi
etiam, *Additio, nu. 19. & in Firmana pensionis 3. Aprilis*
præteriti coram me; Et cùm dicta Bulla fuerit subre-
13 ptitia, † obseruantia subsequuta, potiùs præsumi de-
bet in vim tituli validi, & sic confirmationis præ-
sumptæ quàm tituli inualidi, qualis est Bulla, *l. simi-*
les, ff. de testam. mil. Crauett. cons. 322. n. 6. vers. rursus non
obstat. & dixit. *Rot. in Maioricen. Sacristiæ 5. Nouem. 1603.*
coram bon. mem. Card. Pamph. Qualis autem fuerit ob-
seruantia, nempe an de hæreditario, an verò de genti-
litio, reiecerunt Domini ad aliam disputationem,

Quibus omnibus vnum vrgentissimum accedit, ex
quo videtur cessare omnis difficultas, Quòd solus
Antonius in dicta Bulla supplicans legitur, & orator
eùm tamen iuxtà anteriorem statum: siue ex præ-
tensa cessione Vniuersitatis artis lanæ: siue ex præ-
cedenti donatione, non solùm Antonio, sed aliis
etiam de Puccis fuerit Iuspatronatus acquisitum; Vn-
de cùm † illud vti hæreditarium, sit quoad Patronos, 14
pleniùs, & vberius, quàm gentilitium, de quo in Bul-
la; ex quo de Patronatu hæreditario faciliùs Patro-
ni disponere valent, fit inde, quòd solus Antonius
non potuit aliis Compatronis, de quorum mandato
non apparet, præiudicare per impetrationem dictæ
Bullæ *l. in concedendo*, ibi, *nec immeritò; Cum enim*
† *minuitur ius eorum, consequens fuit exquiri, an con-* 15
sentiant, ff. de aqu. pluu. arc. Anchar. in cap. sugge-
stum, num. 2. de Iurepatr. Seraph. decisio. 351. num.
27. &c.

Et ita vtraque, &c.

Romana Alimentorum.

Lun. 22. Maij, 1628.

ARGVMENTVM.

Alimenta vbi sint præstanda, & ad quam summam taxari debeant; Et quæ veniant appellatione alimentorum.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præstanda sunt in Domo illius, qui ea præstare tenetur.*
Declara, vt attenta rationabili causa, Iudex soleat decernere, vt alimenta etiam extra Domum subministrentur; Et causæ rationabiles plures numerantur, n. 4.
2 *Alimenta si taxentur extra Domum illius, qui ea præstare debet, taxatio est facienda in ea quantitate, quam obligatus illa præstare impensurus esset in domo sua.*
3 *Alimentorum præstatio, vbi sit facienda, residet in arbitrio Iudicis.*
5 *Testes famuli, suspecti dicuntur.*
6 *Alimentorum appellatione venit etiam habitatio.*
7 *Item veniunt medicinæ.*
Corpus humanum sæpè infirmatur, & vix sine medicina sustineri potest.

DECISIO CXLVIII.

IN Decisione in hac causa facta die 21.
Iunij anni præteriti, fuit resolutum D.
Marco Bonello filio naturali quondam
Hieronymi Marchionis Cassani, & po-
steà de consensu, & voluntate Excel-
lentiss. D. Moderni Marchionis eius fratris legitima-
ti; Deberi alimenta, eáque esse præstanda in Vrbe, &
taxanda ad scuta 20 pro quolibet mense. Hodie fuit
hæc causa proposita super eisdem, & informantes
pro D. Marchione non negabant, quin ei alimenta
debeantur; contendebant tamen illa esse præstanda
† in domo propria D. Marchionis, & sic in Castris 2
Cassani, & Boschi, vbi dictus D. Marchio cum tota
eius familia commoratur, iuxta doctrin. *Speculat. in*
§. 1. num. 3. vers. quòd sit verò tit. qui filij sint legit. Bart.
in tract. de alim. num. 24. & in l. 2. num. 4. ff. de alim. &
cibar. legat. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 168. num. 12.
& 13.

& 13.& caſ. 170. num. 8. Rolan. conſ. 22. num. 9. lib. 1. &
Surd. de alim. tit. 4. q. 15. num. 45. & q. 16. num. 1. Et
2 in omnem caſum, † taxationem eſſe moderandam ad
ſcuta decem, aut ad ſummum, ad ſcuta 12. & ſic ad
xationem eius quòd iuxtà depoſitionem teſtium pro
parte D. Marchionis examinatorum, ipſe eſſet im-
penſurus, ſi Marcus vna cum eo in dictis Caſtris mo-
ram traheret, prout aliàs ſic obſeruauit, *Rot. in Bono-
nien. alimentorum, 5. Iuly 1604 coram Iuſto*, quæ eſt
in impreſſ. apud *Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. fol. 1571.
& in Romana Alimentorum 5. Decembris 1618. coram
bon. mem. Vbaldo.*
Sed nihilominùs Domini abſolutè perſtiterunt in
3 deciſis, Quia locus, † vbi alimenta ſunt præſtanda
reſidet in arbitrio Iudicis, qui attenta aliqua rationa-
bili cauſa; ſolet decernere, vt etiam extra Domum
alimenta ſubminiſtrentur, *l. 1. §. & ſolet, ff. vbi pupill.
educar. aut morar. deb. Rolan. conſ. 22. num. 12. cum
ſeqq. Menoch. de arbitr. d. caſ. 170. num. 15. Benint.
decif. 43. num. 2.* Cauſæ autem tres iuſtæ, & rationabi-
4 les fuerunt à Dominis conſideratæ: † Prima quòd
Marcus fuit in vrbe natus, & educatus; Vnde cum
ſit nobilis, & ſui Iuris, & iam prouectæ ætatis, non
debet adſtringi, & compelli, vt in anguſtis locis Caſ-
ſani, è *del Boſcho* ad voluntaté, & motum D. Marchio-
nis commoretur: Secundò, quia eo ipſo, quòd Mar-
cus fuit nobiliter natus, & educatus, & nihil in bo-
nis habet, nec adſit aliqua in eo cauſa, cur in dictis lo-
cis moram faciat; Propterea, vt ſuorum maiorum
veſtigia ſequatur, & debito ſuæ nobilitatis correſpon-
deat, debet, & oportet (quia alias eſſet ſibi dedecus)
ad exercitia nobilium, eorúmque ſolitos progreſſus
aſpirare, quòd ei prorſus interdiceretur, ſi non ha-
bens condecentem victum in locis, vbi nobilium
exercitia freqoentantur adſtrictus eſſet commorari
in dictis Caſtris; vt in ſimili *Tiraq. de nobilit. cap. 20.
num. 107.* Tertia, & vltima ratio fuit, quia quicquid
ſit, an lis ſuper alimentis ſit iuſta cauſa præſtandi illa
extra domum debitoris; tamen ex quo D. Marchio
ſine iuſta cauſa in dicta lite negauit Marco fraterni-
tatem, & alimenta, omnino arbitrarunt Domini quic-
quid ſit in ſimplicibus terminis hæc haberi in occur-
renti caſu pro iuſtiſſimis cauſis.
5 Et ceſſat penitùs difficultas, Quia vltra quod † te-
ſtes à D. Marchione inducti ad probandum expen-
ſam, quam Marcus facturus eſſet in prædictis locis
Caſſani, è *del Boſcho*, ſunt multùm ſuſpecti, ex quo
ſunt eius famuli, aut ab eo dependentes, & in ſuis
dictis varij, & inueriſimiles: colligitur nihilominùs
ex eis, quòd etiam attenta impenſa dictorum loco-
rum taxatio facta per Dominos eſt iuſta; Quia di-
cunt, quòd pro ſimplici victu in illis partibus ſuffi-
ciunt ſcuta ſex in menſe, & pro veſtitu hyemis ſcuta
20. Vnde ſi etiam pro æſtate ponantur, prout pro-
portionabiliter poni debent alia ſcuta 20. & pro victu
famuli, vna cum ſalario ſcuta quinque pro quolibet
menſe, iam hæc aſcendunt ad ſummam ſcutorum 15.
vel 16. pro quolibet menſe; ſed quia etiam vlterius
6 alimentorum † appellatione venit etiam habitatio, *l.
ſi quis a liberis, §. non tantum alimenta*, iuncta *gloſ. ff.
7 de liber. agnoſc.* † prout etiam veniunt medicinæ;
quia corpus humanum ſæpè infirmatur, & vix ſine
medicina ſuſtineri poteſt, *l. quod nos, §. verùm in iure,
ff. de verb. ſignif.* cum aliis adductis per *Surd. de alim.
tit. 4. quæſt. 5. num. 1.* de quibus nihil deponunt te-
ſtes; Propterea cum his, & aliis ſupradictis, etiam at-
tenta impenſa dictorum locorum, taxatio Domino-
rum fuit iuſta.

Et ita vtraque, &c.

Leodien. Dominij de Hollonia.

Lun. 29. Maij, 1628.

ARGVMENTVM.

Declaratoria quando ſit concedenda; & plura notanda circa ſequeſtri materiam; de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria eſt danda ſeruatis quatuor terminis, & conſtito de inobedientia.*
2 *Attentata eſt poſſeſſio capta lite pendente.*
Sequeſtrum relaxari poteſt, ſi poſſeſſio eſt attentata.
3 *Executio facta vigore ſententiæ latæ in poſſeſſorio, non eſt attentata, etiam ſi ſententia contineat mixturam, & ſuperueniat inhibitio Rotalis, iuxtà conſuetudinem Leodien.*
Declara vt dicta conſuetudo habeat tantùm locum in executionibus, quæ fiunt vigore ſententiarum Curiæ Leodien. non autem in illis, quæ fiunt vigore ſententiarum Rotalium ibidem.
Fides non facit fidem, ibidem.
4 *Sequeſtrarius deputari poteſt ex officio, ſtantibus attentatis.*
5 *Sequeſtrarius recuſari non poteſt, cùm ſit merus exequutor.*
6 *Recuſatio attendi non debet, ſi in ea nulla cauſa exprimatur.*

DECISIO CXLIX.



Vm die 25. Iunij præteriti fuerit reſo-
lutum; Conſtare de attentatis; Et ap-
ponendum eſſe ſequeſtrum relaxatum
per D. Decanum Eccleſiæ Leodien. de-
putatum ſequeſtrarium, de cuius man-
dato fuit D. Balduino de Luxemburg intruſo, d. ſe-
queſtrum etiam intimatum, qui nedum non paruit,
ſed expreſsè contradixit, ſeruatis quatuor terminis
de ſtylo ſolitis, inſtante Abbate Sancti Cornelij de-
di dubium; An ſit danda declaratoria contra eum; Et
fuit affirmatiuè reſolutum; Quia cum fuerint † ſer- 1
uati prædicti termini, & conſtet de inobedientia, de-
claratoria eſt danda, *Felin. in cap. ad probandum, n. 6.
de re Iud. Caſſad. decif. 6. num. 10. de cauſ. poſſeſſ. &
propriet. Rot. decif. 445. num. 4. par. 2. recent. & in Car-
pentoraten. prioratus 17. Martij 1625. coram Reueren-
diſſ. Dunozetto Decano.*
Non obſtat quòd cùm Abbas Sancti Cornelij non
poſſideret dictum Caſtrum, ſed illud poſſideretur à
Principiſſa de Barbaſon, vigore ſententiarum de par-
tibus, D. Balduinus nihil innouauerit, nec attenta-
uerit contra dictum Abbatem, dum accepit poſſeſſio-
nem dicti Caſtri, & conſequenter non erat locus ſe-
queſtro; Quia vltra quòd iam Rota dicta die 25. Iunij
partibus plenè auditis, ac re maturè diſcuſſa, reſoluit,
Conſtare de attentatis, ex quo Balduinus pendente
appellatione ſe intruſit, vt in Deciſione deſuper fa-
cta: Fuit hodie animaduerſum, Quòd † pendente li- 2
te in Rota inter dictos Principiſſam, Abbatem, &
Balduinum, Principiſſa accepit poſſeſſionem dicti
Caſtri, quæ ideò fuit etiam attentata, *Rot. decif. deci-
ma, vt lit. pend. in nou. Greg. XV. decif. 305. num. 1.*
Et ideò potuit relaxari ſequeſtrum *Caſſad. decif. ter-
tia in tit. de reſtit. ſpoliat. Gregor. XV. decif. 251.
num. 1. & 5.*

Nec

Nec etiam obstat fides data de prætensâ consuetudine Leodien. iuxtà quam
3 † Exequutio facta vigore sententiæ latæ in possessorio, non est attentata; etiam si sententia contineat mixturam, & superueniat inhibitio; Quia fides non facit fidem; & quicquid sit de dicta consuetudine, illa solùm haberet locum in executionibus, quæ fiunt vigore sententiarum curiæ Leodien. non autem in executionibus in vim sententiarum Rotalium, *Modern. Rom. de Iudic. lib. 2. cap. 2. num. 610. Seraf. decis. 208. num. 2. Greg. XV. decis. 352. num. 7. & ibi Additio, num. 12.*

Non etiam releuat si dicatur, quòd sequestratarius non fuit legitimè deputatus, & quòd fuerit posteà per D. Balduinum vti suspectus recusatus; Quia de-
4 putatio, † stantibus attentatis potuit fieri ex officio, *Paleott. decis. 101. Seraf. decis. 797. in fin. Rot. decis. 503. num. 3. & 514. num. 3. part. 1. recent.* Et cessat penitus obiectum; Quia ante dictam deputationem fuit procurator Balduini legitimè citatus ad concordandum de sequestrario, & tamen nec nominauit, nec com-
5 paruit: Recusatio † verò non debet attendi; Quia merus exequutor, qualis est sequestratarius, non potest recusari, *Lancell. de attent. part. 2. cap. 6. de attent. post recus. Iud. num. 64. vers. decimo fallit*; Tum etiam
6 † quia in recusatione nulla fuit expressa causa, *Innoc. & Host. in cap. cum speciali de appellat. Henric. Boich. in cap. super quæstionum de officio delegat. num. 5. Franc. Marc. decis. 705. num. 3. par. 2. Rebuff. de recusat. art. 6. glos. 1. num. 7.*

Tandem nihil releuat; quòd Castrum de Hollonia sit Fortalitium, & difficilis recuperationis, & ideò, quòd Balduinus non teneatur parere; Quia præter quod retorquetur; ex quò si hoc esset verum, debuisset magis abstinere ab intrusione, & attentata essent grauiora; Cessat obiectum, dùm Balduinus faciliter Castri possessionem occupauit, & sequestratarius possidet iudicis nomine; à quo propterea ad omne illius mandatum poterit facilè possessio recuperari.

Et ita vtraque, &c.

Rauennaten. Expensarum.

Ven. 2. Iunij, 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Expensarum condemnatio si facta fuerit in sententia lata super negotio principali, liquidatione in ea reseruata, potest vigore dictæ sententiæ liquidatio fieri absque alia condemnatione, iuxta Rotæ stylũ.*

2 *Seruatio quatuor terminorum in relaxatione mandati pro expensis, quando non sit necessaria, sed sufficiat sola citatio ad viden. taxari, & moderari expensas.*

3 *Appellatio ab excessiua taxatione, quando non releuet.*

DECISIO CL.



FVIT resolutum, mandatum relaxatum pro expensis scutor. 303. esse exequen.
1 Quia cum in sententia † super negotio principali latâ, fuerit etiam facta condemnatio expensarum, liquidatione reseruata; benè potuit posteà fieri liquidatio vigore dictæ sententiæ sine alia condemnatione; iuxtà Rotæ stylum; quicquid aliud sit de Iure, *Roman. l. 1. num. 5. vers. sed communis practica est, ff. de eden. Host. in cap. significantibus, num. 2. vers. & secundum consuetudinem Curiæ, de libell. oblat. & Rot. decis. 100. num. 30. par. 1. diuers.*

Neque obstat, quòd in mandati relaxatione non fuerint † seruati quatuor termini de stylo soliti, *ex* 2
Vestr. in prax. libro quinto, cap. 10. versicul. quandoque, & Salust. in prax. lib. 2. cap. 25. num. 3. Quia ex quò in dicta sententia super negotio principali adest etiam condemnatio expensarum; & causa fuit commissa appellatione remota; quatuor termini in ea seruati deseruiunt etiam pro expensis, itavt posteà in liquidatione non sint de nouo seruandi, sed sufficit sola citatio, quæ hîc præcessit ad videndum taxari, & moderari expensas, *Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 14. & in Addit. num. 35.*

Neque obstat, quòd potuit appellari ab excessiua; Quia vltra quòd Commissio ad hoc obtenta fuit de ordine Signaturæ reformata, & inhibitio inde secuta, ioderata; † Appellatio non releuaret stante quòd 3
præcessit condemnatio expensarum in sententia super negotio principali; nisi expressa in appellatione causa excessus, aut alia iusta causa, *clem. appellanti de appell. Abb. in cap. quoad consultationem num. 31. vers. alterius de sent. & re Iud. & Rot. decis. 100. num. 29. & 30. par. 1. diuers.*

Minùs obstat, quòd liquidatio, & mandatum inde secutum emanauerint ad instantiam creditorum; qui, vt prætenditur, non sunt in causa; Quia contrarium constat ex Commissione, & sententia; nec non ex dicta liquidatione, quæ cantat ad instantiam creditorum, & procuratoris domini litis effecti.

Et ita vtraque, &c.

Firmana Pensionis.

Lun. 5. Iunij, 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Indultum dispensandi continens plura capita separata, dicitur totidem Gratias distinctas continere, etiamsi vnam solam Signaturam contineat.*

Ex nullitate vnius Gratiæ non infertur ad nullitatem alterius; si dictæ Gratiæ sint inter se separatæ.

2 *Indulto vti quis potest quoad vnum tantùm caput, si idem indultum plura capita contineat.*

3 *Clausula* omni meliori modo, *quid operetur.*

4 *Papa non præsumitur velle quem priuare beneficio Iuris communis.*

5 *Dictio,* Ipsa, *quid importet.*

DECISIO CLI.



DOMINI persliterunt in decisis die 15. Decembr. 1627. & 7. Aprilis præteriti coram me; Quia hoc verum est, quòd † 1
Indultum dispensandi, super quo fit difficultas, cùm contineat tria capita distincta, & separata, dicitur etiam tres distinctas Gratias independentes continere; etiam si vnam solam Signaturam contineat, *Cassador. decisio. 4. num. 3. de reseruat. & decision. 3. numero 31. de præbend.* Et proinde ex nullitate vnius Gratiæ non infertur

ad nul

ad nullitatem alterius, iuxta text. *in capit. si ee tempore de rescriptis in 6. Abb. in capit. Sedes Apostolica num.4.de rescript.*& ibi etiam *Felin.num.1.* Et fuit plenius dictum in dicta 2. *Decisione*: Vnde sequitur, quòd Horatius potuit vti dicto Indulto quoad Clericatum tantum, ex cuius sola susceptione fuit factus capax de Iure communi ad pensiones, ex allegatis in dictis Decisionibus.

Neque obstat, quòd Horatius petierit simpliciter dispensari, iuxtà formam dicti Indulti, quòd,vt prætenditur, est limitatum ad pensiones non tamen super Cathedralibus; Quia quicquid sit, an hoc sit verùm,
2 Horatius † potuit vti dicto Indulto limitate, & sic quoad vnum solum caput, nempe quoad ordines, ex doctrina, *Bart. in l. vsum,n.2. C. de Aquedutt. lib. 11.* cum aliis allegat. in dicta 2. *Decisione*; Et quòd dicto solo capite vsus fuerit, est clarum ex ipso quòd ipse posteà, sic voluisse declarauit, etiam dum fuit ab
3 initio vsus dicto Indultu † cùm clausula *omni meliori modo*,& sic in casu sibi proficuo,non autem damnoso, iuxta vulgata Iura.

Minùs obstat, quòd in fine dicti Indulti adsit clausula, *dummodo beneficia ipsa non sint dignitates*, &c. *in Cathedralibus*; ita vt Papa noluerit etiam dispensare quoad Clericatum, nisi cum eo, quòd ratione illius Clericatus non possit Horatius obtinere beneficia,
4 & pensiones in Cathedralibus; Quia † sempes militat motiuum prædictarum Decisionum, quòd Papa noluit, vt Horatius, cui gratificare voluit, esset post susceptum Clericatum priuatus beneficio, quòd ei competit de Iure communi, *Bart. in l.2. C.de præposit. agent.lib. 12. Dyn. cons. 52. num. 6. vers. ad id autem, Alex. consil. 32. incipit Visa concessione lib. 5.* Quo fit vt dicta clausula sine absono intellectu, & Iuris repugnantia, & absque manifesta diuinatione,non possit referri ad dispensationem super Clericatu; sed solùm intelligi debeat, vt limitet secundum caput Indulti, nempè dispensationem, quoad beneficia; quorum appellatione in casu nostro clarum est non venire Pensiones; cùm de eis in 3. capite Indultum disferetiue loquatur iuxta Doctrin. *Bald. in l. in multis, ff.de stat. homin.num.4. Ias. in l. si quis id, quòd in princ. num. 13. ff. de Iurisdict. omn. Iudic.* Quòd Papa visus fuit satis declarare in eadem clausula ibi *dummodò*
5 *beneficia ipsa,&c.* ponderando dictionem, † *ipsa, &c.* quæ est restrictiua,& relatiua dicti secundi capitis, in quo solùm de beneficiis sit mentio sepasatim à pensionibus,de quibus in 3.capite.

Et ita vtraque, &c.

Palentina Anniuersarij.

Merc. 14. Iunij, 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Consanguineorum,& propinquorum appellatione veniunt etiam descendentes ex fœminis.*
Trunci,& Cippi appellatione veniunt etiam descendentes ex fœminis,de Consuetudine Hispaniæ.
2 *Proximior vltimi possessoris succedere debet in Anniuersariis, & aliis operibus piis ad fauorem proximiorum institutis.*

DECISIO CLII.

DIE 29. Nouembris 1627. fuit resolutum, Sententiam Rotalem latam per Reuerendiss. D. meum Decanum esse confirman. sed cùm ex solita benignitate D D. concessum fuerit Ioanni Perez parti alteræ iterum audiri; Propterea proposui hodie causam super eisdem,& cùm nihil releuans fuerit deductum, quod non fuerit sublatum in Decisionibus coram dicto Reuerendissimo D. meo Decano, & coram me in hac causa factis, steterunt Domini in decisis, Quandoquidem prætensio, quæ hodiernæ disputationi causam dedis, quòd in illis verbis, *& est mea voluntas,quòd succedat in dictis meis bonis Consanguineus maior ætate, & magis propinquus, qui sit de meo Trunco, & quòd si fuerint duo, vel tres, aut plures consanguinei Clerici, in equali gradu parentelæ ab vltimo possessore, qui procedant ex Trunco, quòd præferatur Sacerdos, &c.* voluerit testator facere duas distinctas, & separatas vocationes; Primam illorum de Trunco; Alteram de Consanguineis: ita vt prima quæ cantat de Trunco,intelligatur solùm de Agnatis; secunda verò de Cognatis, fuit iam deducta in præteritis disputationibus,sed non fuit ei responsum,quia friuola, & penitus irreleuans visa fuit; Clarum enim est, quòd Testator in dictis verbis ibi, *& quòd si fuerint duo,aut tres, &c.* loquitur continuando eundem casum, nempe quando iam defunctis nominatim vocatis, sit locus successioni Consanguineorum de Trunco; quo casu disponit, vt succedat propinquios & maior ætate; sed quia poterat euenire, quòd in dicto casu mortis vltimi ex nominatis, aut postea quandocùmque, essent plures de Trunco in æquali gradu proximiores, Testator ad tollendam omnem difficultatem rescribit modum succedendi, declarando, quòd in tali casu, Sacerdos præferatur Diacono, &c. Qui sensus est adeò conformis verbis, & Testatoris menti, vt ampliùs non laboret intellectus; Vnde cùm in Decisionibus desuper factis; & præsertim in Decisione Reuerendiss. D. mei Decani, fuerit latè comprobatum † nomine Consanguineorum, & Propinquorum venire etiam descendentes ex fœminis; 1
psovt etiam de consuetudine Hispaniæ veniunt nomine Trunci, aut Cippi; Et quòd de Iure communi etiam in successione similium anniuersariorum, & aliorum operum piorum,& præsertim in casu nostro, ex claris verbis Testamenti, debet succedere † proximior vltimi possessoris; Consequenter in anniuersario, de quo agitur, succedere debet Alphonsus proximios Sebastiano,qui fuit vltimus possessor. 2

Et sic in decisis vtraque, &c.

Romana Restitutionis in Integrum.

Ven. 16. Iunij, 1628.

ARGVMENTVM.

Hæc decisio plura notanda separata continet,quæ omnia habes in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Actio pro dote non competit mulieri soluto matrimonio; adhuc viuente patre suo, qui eam dotauit, & non fuit stipulatus,simpliciter dotem reddi filiæ suæ; sed sibi patri,& filiæ simul, vel cui de Iure.*

2 *De læsione constare dicitur, eo ipso quòd aduersarius egit sine actione, & obtinuit.*

3 *Pater tenetur reseruare dotem filiæ, secundò nubenti, nec potest diminuere prioris dotis mensuram.*

4 *Declara, vt filia teneatur implorare officium Iudicis pro integra dote sibi secundò nubenti constituenda.*

5 *Iudicis officium, quod est remedium extraordinarium, concurrere non potest cum remedio ordinario certo, & indiuiduo.*

6 *Iudicis officium datur in subsidium, nempè, vbi nulla competit actio.*

Iudicis officium imploratum non videtur, si intentata fuerit alia actio certa; non obstantibus clausulis generalibus in libello appositis.

7 *Exceptio defectus actionis non admittitur post sententiam, nec iudicium redditur retrò nullum. Declara, vt n. 8. & seqq.*

8 *Iudex pronunciare potest super nullitate in causa restitutionis in integrum, prout in causa appellationis.*

9 *Præsertim quando exceptio nullitatis habet secum admixtam Iniustitiam.*

10 L. cum putarem, ff. famil. ercisc. *dispositio non procedit, quando est commissa causa restitutionis in integrum. Amplia, vt n. 11.*

12 *Mandatum nuliter relaxatum reuocari non debet, quando esset de nouo relaxandum.*

13 *Immissio minus ritè, aut rectè concessa reuocari non debet, quando esset de nouo concedenda. Declara vt ibidem.*

14 *Terminus ad liquidandum melioramenta præfigi solet de stylo Rotæ, quando non agitur executiuè.*

15 *Valor rei magni auctus, non præsumitur auctus ex beneficio breuis temporis, sed potius ex meliorامentis in ea factis.*

16 *Valoris augumentum proueniens ex facto alicuius, spectat ad eius hæredes.*

17 *Valoris augumentum accedens fundo dotali ex beneficio temporis, cedit commodo vxoris seu eius hæredum.*

18 *Probatio non excludit aliam probationem.*

19 *Periti fides non facit fidem.*

20 *Inuitus quis cogi non potest acceptare rem, etiam pro multo minori pretio, quàm valet.*

21 *Renunciatio facta medio iuramento, & cum decreto Iudicis, & aliis solẽnitatibus, præsumitur valida.*

22 *Renunciantibus legitimè Iura sua non datur regressus.*

23 *Renunciatio impugnari non potest, nisi prius restitutis ex ea acceptis.*

24 *Legatum factum legatorio rei propriæ ipsius, seu ipsi debita, est nullum.*

25 *Fallit si plus sit in legato, quàm in debito, quia tunc legatum sustinetur.*

26 *Iudicis officium cessat, cessante æquitate.*

DECISIO CLIII.

FVIT pluries firmatum coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, Constare de causis restitutionis in integrum ad fauorem illatum de Bolinis, aduersus mandatum relaxatum à secundo Collaterali, ad fauorem Catherinæ pro residuo suæ dotis, contra bona hæreditaria q. Antonij de Bolinis eius Patris; posteà exequutum super quibusdam domunculis hæreditariis, possessis per dictas Bolinas, vti hæredes dicti q. Antonij, prout in serie facti relata, *in 1. Decisione* in hac causa facta 20. *Maij*, 1624. Et præcipuum fundamentum Dominorum fuit, quòd Catherina obtinuit dictum mandatum, nec non illius exequutio-
nem, vigore Instrumenti dotalis primi matrimonij,
eo iam dissoluto per mortem viri, Patre suo, qui eam
dotauit, adhuc viuente; † qui cùm non fuerit stipu- 1
latus simpliciter dotem Catherinæ reddi, sed sibi Pa-
tri, & Catherinæ filiæ, vel cui de Iure, nulla dictæ Ca-
therinæ pro dote competebat actio, *l. dos à Patre C.*
sol. matrim. & l. vlt. C. comm. vtr. iud. Castr. cons. 11.
n. 2. lib. 1. & Thesaur. decis. 190. n. 2. & seqq. cum aliis
allegatis per Rotam *in Romana dotis 26. Aprilis 1619.*
coram bo. mem. Vbaldo, & in dicta 1. *Decisione* huius
causæ; † Vnde eo ipso quòd Catherina egit sine 2
actione, constitit de læsione, & sic de causis restitu-
tionis in integrum.

Nec obstare in prædictis Decisionibus, dictum fuit,
quòd Catherina post mortem Patris denuò nupsit, † 3
& quòd Pater tenebatur reseruare dotem filiæ secun-
dò nubenti; nec potuit diminuere prioris dotis men-
suram, *Auth. sed quamuis C. de re vxor. act.* & latè
Dec. cons. 35. per tot. † Quia fuit nihilominus respon- 4
sum, Catherinam non habuisse actionem aliquam
contra Patrem, iuxtà supradicta: & propterea perpe-
ràm executiuè egisse in vim dicti Instrumenti dotalis;
sed debuisse implorare officium Iudicis pro integra
dote, sibi secundò nubenti, constituenda, *glos. in l. si*
Socer. in princ. verbo conueniri, ff. sol. matrim. Cin. in
d. Auth. sed quamuis, n. 4. Syluan. cons. 2. n. 57. & 74.
vers. non etiam obstant, & latiùs, in prædictis Rotæ
Decisionibus.

Sed quia fuit posteà dubitatum, An prædictum Iu-
dicis officium in occurrenti casu competeret Cathe-
rinæ, & *in Decisione* in hac causa facta *die 13. Iunij 1625.*
fuit affirmatiuè resolutum; Propterea Informantes
pro hæredibus Catherinæ, cœperunt prætendere illud
cum effectu fuisse intentatum coram dicto secundo
Collaterali, ex clausulis generalibus libelli, & per cõ-
sequens prætendebant, quòd cùm dictum mandatum
fuerit relaxatum, non tam vigore dicti primi Instru-
menti dotalis, quàm ex officio Iudicis, etiam inten-
tato: idcircò non constare de prætensa causa restitu-
tionis ob defectum actionis; Vnde Domini voluerunt
ex integro de iisdem videre; Et restricta difficultate,
An Iudicis officium in vim prædictarum clausularum
fuerit intentatum; Fuit hodie pro maiori parte nega-
tiuè resolutum, & sic standum esse in decisis; Reso-
lutionis ratio fuit, quia Catherina expressè, & claris
verbis exequutionem petiit, & mandatum obtinuit,
vigore dicti primi Instrumenti dotalis, & ideò vsa fuit
remedio ordinario, † certo, & indiuiduo, cum quo 5
non potest concurrere extraordinarium Iudicis offi-
cij remedium, *l. in causa la seconda in princ. ff. de mi-*
nor. Surd. de alim. tit. 3. q. 3. n. 24. & Rot. in recent. de-
cis. 329. num. 2. par. 1.

Neque obstant clausulæ generales libelli, quia stan-
te prædicta certa, & specifica declaratione, quòd age-
batur vigore Instrumenti dotalis, non possunt Ca-
therina, & eius hæredes se releuare ex Iudicis officio;
quasi etiam illud fuerit imploratum virtute prædicta-
rum clausularum; † Quia cùm in subsidium detur, 6
nempè, vbi nulla competit actio, *glos. in l. ideò, §. fin. ff.*
de cond. furt. repugnat, quòd intentata certa actione,
vt hic, videatur intentatum etiam Iudicis officium,
Paris. cons. 131. n. 12. lib. 1. Ruin. cons. 32. n. 13. lib. 1. &
Gabr. tit. de claus. 4. n. 11. & 12.

Minùs obstat, si dicatur, quòd post mandatum
iam relaxatum, & exequutum, Bolinæ non possunt
excipere, quòd actum fuerit sine actione, ex regula
tex. *in l. cum putarem, ff. fam. ercisc.* † vbi quòd dicta ex- 7
ceptio non admittitur post sententiam; nec Iudi-
cium redditur retrò nullum, *Paul. de Castr. in l. decem*
ad fin. ff. de verb. oblig. & communiter, *D. D. in l. si*
post diuisionem C. de Iur. de fact. ignor. Greg. XV. decis.
119. n.

8 *119.num.7.* † Quia obiectum fortè procederet, si non
fuisset commissa causa restitutionis in integrum, in
qua, prout in causa appellationis, potest Iudex super
nullitate pronunciare, *Bart. in l. Carmelia, num. 4. vers.*
9 *sed quæro, ff. de Iurep.* † Et multò magis, quando, vt
hìc, exceptio nullitatis habet secum admixtam iniu-
stitiam, vt fuit in prædictis Decisionibus ponderа-
10 tum: † Et quòd dispositio *dictæ legis cum putarem*,
non procedat, quando commissa est causa restitutio-
nis in integrum, sed in terminis illius esse restitutio-
ni locum ex clausula, si qua iusta causa, *&c.* resoluit,
Menes. in d. l. si post diuisionem, *num.* 4. quem sequi-
tur *Azaued. lib.* 2. *recopilat. tit.* 5. *cap.* 13. *num.* 5.
11 † Quod magis in casu nostro dicendum videtur, quia
ex quo mandatum fuit relaxatum in iudicio summa-
rio, est multò minùs Bolinis imputandum, quòd non
opposuerint exceptionem, *sibi non competiit ius agen-
di*, vt ad sensum patet, Et benè in simili, *Rot. Ian.
apud Bellon. decisio.* 3. *num.* 3. *versic. vtrùm hæc*, *cum
num. seqq.*

Non etiam obstare visum fuit, quòd licèt officium
Iudicis non fuerit intentatum, satis esse, quòd verè
competeret, & quòd vigore illius esset denuò manda-
12 tum relaxandum; † quo casu primum nulliter rela-
tum non venit reuocandum, ad euitandum inutiles
circuitus, *Ias. in l. à Diuo Pio*, *§. in venditione*, *num.
12. ff. de re iud. Dec. & aly in l. fin. C. de edict. Diu.
Adr. toll. Alex. in l. si finita, num. 7. ff. de damn. infect.
Crauet. cons. 46. num. 7. Caputaq. decis. 135. num. 7. par. 3.*
13 *& Put. decis. 177. par. 1.* vbi, † Quòd immissio minùs
ritè, aut rectè concessa, reuocari non debet, quando
esset de nouo concedenda; Quia præterquàm quòd
eo ipso, quòd Iudex executiuè processit vigore dicti
Instrumenti intulit Bolinis læsionem, vt benè in
prædictis Decisionibus: Vlterius Domini dicebant,
quòd doctrina, *Ias. Put. Caputaq.* & aliorum proce-
deret, si versaremur in claris, & esset notorium, quòd
Catherinæ competebat officium Iudicis; Bolinæ au-
tem essent penitus iure destitutæ; ita vt constaret
etiam notoriè de eorum non Iure; & sic mandatum
esset de nouo relaxandum: non autem quando, vt hìc,
est valde turbidum, an Catherinæ Iudicis officium
competat; imò Ius earum de Bolinis præponderare
videtur.

Quòd verò sit turbidum, An Catherinæ competat
Iudicis officium pro auocandis dd. domunculis pro
satisfactione prætensi residui suæ dotis; & ex aduerso,
quòd Ius earum de Bolinis potius sit; Domini dedu-
cebant: Primò, Quia Bolinæ probant in genere, do-
mum magnam insolutum dotis datam Catherinæ in
primo matrimonio à d. Antonio Patre, pro scutis
2500. & ad eum posteà, soluto dicto matrimonio re-
uersam, fuisse ab eodem Antonio melioratam; & li-
cèt dicta melioramenta solùm probentur in genere;
ita vt, non constet de certa illorum quantitate; quia
tamen Testes deponunt, quòd ex quo domus mina-
batur ruinam, Antonius fundamenta refecit, & am-
plius noua quædam cubicula construxit; vix fieri po-
tuit, quin ex his, domus non remanserit meliorata:
14 Vnde, iuxtà Rotæ stylum, † Bolinis si non fuisset
actum executiuè, erat dandus terminus ad liquidan-
da dicta melioramenta, quia de eis verisimiliter op-
posuissent; præsertim quia vltra depositiones testium,
melioramenta erant verisimilia, ex quò Catherina se-
cundo viro in dotem dedit eamdem domum æstima-
15 tam in scutis 4000. † cùm tamen non sit credendum
solo beneficio temporis, sed potiùs ex dictis meliora-
mentis valorem domus in tam breui spatio fuisse tan-
16 tì auctum, † Vnde cùm dictum augumentum proue-
nerit ex facto dicti Antonij, spectat ad Bolinas eius
hæredes, *Cuma. & Alex. in l. si ex toto in princ. ff. de*

legat. 1. Dec. cons. 4. n. 1. † prout cederet commodo Ca- 17
therinæ, seu eius hæredum, si solo beneficio temporis
prouenisset, vt latè *Dec.* ibidem, *Honded. cons. 77. n. 15.
& 20. lib. 1.*

Neque obstat, quòd melioramenta prætendantur
facta à Dominico secundo viro, & quòd ex fida Peri-
ti probetur valorem dictæ domus nunc non excedere
dicta scuta 2500. pro quibus fuit Catherinæ insolu-
tum suæ dotis primi matrimonij data; Nec demum
officit oblatio domus facta Bolinis pro dictis scut.
2500. Quia quò ad melioramenta probatio facta per
Bolinas potior visa fuit; † Et probatio probationem 18
non excludit † Et fides Periti non facit fidem; Quo 19
verò ad oblationem, illa non releuat, Quia † Bolinæ 20
cogi non possunt, nec pro multo minori pretio illam
acceptare ad *l. inuitum C. de contrah. empt. Couar. var.
resolut. lib. 3. c. 14 per tot.*

Secundò multum apud Dominos vrgebat, quod
Catherina acceptauit testamentum Patris, in quo fue-
runt ei legata dicta domus magna, & quædam mobi-
lia cum hoc, quòd renunciaret omnibus iuribus sibi
competentibus contra bona hæreditaria; Vnde quid-
quid sit de prætensa inualiditate renunciationis re-
sultantis ex dicta acceptatione, † quæ imò cùm fue- 21
rit medio iuramento, & Iudicis decreto, & aliis debi-
tis solemnitatibus facta, potiùs valida præsumitur,
Alciat. de præsumpt. 209. 3. *præsumpt.* 9. *Menoch. præ-
sumpt.* 35. *n.* 3. *vol.* 1. † Et legitimè Iura sua renun- 22
ciantibus non detur regressus, *l. quæritur*, *§. si vendi-
tor*, *ff. de edil. edict.* Et fuit dictum in *Parmen. trans-
actionis* 20. *Decembris* 1617. *coram me.* † In omnem 23
casum nō potest Catherina eam impugnare, nisi priùs
restitutis prædictis legatis, ex regula text. *in l. cùm
à Matre C. de rei vend. l. Imperator*, *§. si centum*, *ff. de
leg.* 2. cum aliis allegatis *in Romana restitutionis hære-
ditatis de Naris* 17. *Nouembris* 1625. *coram me*, Et
fuit dictum in dicta *Decisione in hac causa facta* 13.
Iunij 1625.

Non obstat deinòm, quòd legatum † domus, fuit 24
legatum rei propriæ, seu rei debitæ Catherinæ in ca-
su secundi matrimonij, & ideò fuisse nullum, *§. ex
contrario*, *instit. de legat. & l. si creditori*, *ff. de leg.* 1.
Quia vltra quòd, vt dictum est, semper Catherinæ
obstat dicta renunciatio; ex melioramentis, & mo-
bilibus legatis, † fuit plus in legato, quàm in debito; 25
Et sic legatum fuit validum, vt in dictis Iuribus: Ad
illud verò, quòd restitutio post quadriennium peti
non potuit, & aliis, fuit in dictis Decisionibus satis-
factum, & per consequens, cùm ex prædictis cessare
videatur æquitas, † ridem & officium Iudicis, *ad l.* 26
planè cum vulgat. *ff. de petit hered.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

Giennen. Beneficij de Anduzar.

Merc. 21. Iunij, 1628.

ARGVMENTVM.

Indultum conferendi beneficia reseruata si fuit concessum à Papa cum exceptione, vt non comprehendat beneficia familiarium, & continuorum commensalium eiusdem Papæ, dicta exceptio non expirat per illius mortem; etiam si tunc familiaritas dissoluatur, sed durat adhuc affectio beneficiorum dictorum familiarium resultans ex præcedenti reseruatione.

SVMMARIVM.

1 *Cubicularij Honoris sunt verè familiares Papæ.*
2 *Beneficia familiarium Papæ sunt reseruata.*
3 *Gratia concessa motu proprio, non indiget iustificatione, sed releuat ab onere probandi etiam narratiuas facti alieni.*
4 *Amplia, vt procedat etiam si dicta Gratia sit cum clausula, vt accepimus.*
5 *Indultum conferendi beneficia reseruata, si fuit concessum à Papa cum exceptione, vt non comprehendat familiares, & continuos commensales eiusdem Papæ, dicta exceptio expirat per mortem illius: Et plures rationes assignantur, n. 6. n. 9. & 10. Sed contrarium resoluitur, n. 11. & per tot.*
7 *Familiaritas Papæ extinguitur per illius mortem.*
8 Quandiu, *dictio, est limitatiua temporis.*
11 *Beneficia semel reseruata, semper durant affecta.*
12 *Affectio Beneficiorum quid sit.*
13 *Papa, ex quo semel apposuit manus in reseruatione beneficiorum, ratione familiaritatis, non potest de illis inferior Collator disponere, donec Papa semel disposuerit.*
14 *Exceptio est de regula, & recipit easdem qualitates, quas habet regula.*
15 *Exceptio Indulti tantò magis recipi debet, si illa reducit rem ad ius primæuum.*
16 Gemin. conf. 93. num. 25. *reprobatur.*
17 Gamb. decis. 24. aliás 25. *declaratur.*
18 Mohed. decis. 23. num. 1. *reprobatur.*
19 *Familiaritas Papæ attendi debet de tempore reseruationis, non autem vacationis; ita vt reseruatio, & affectio semper durent, etiam mortuo Papa, & dissoluta familiaritate.*
20 *Quòd causa cessauerit non attenditur, si duret adhuc effectus perfectus, & consummatus.*
21 *Reseruatio ratione familiaritatis, realis est, & perpetua.*
22 Extrauag. Pauli II. & Reg. 21. Canc. *reseruant successoribus beneficia reseruata per Pontifices prædecessores.*
23 *Papa præsumitur voluisse se Iuri conformare, & Reg. Cancel. & n. 25.*
24 *Argumentum, quòd Papa non excepit hoc in indulto; ergo multò minus excepit alterum, in quo militat maior ratio, non admittitur in beneficialibus*
26 *Papa creditur habere maiorem affectionem ad Beneficia suorum familiarium, quam aliorum.*

DECISIO CLIV.



VM beneficium simplex situm in Eccles. S. Michaelis de Anduzar Giennen. Diocesis, de quo agitur, vacauerit per obitum Ioannis de Zunica, & de eo vti de reseruato ratione familiaritatis d. Ioannis, fuerit motu proprio prouisus à Sanctissimo D. N. D. Beldrandus Velez de Gueuara: ab Illustrissimo autem Cardinali Episcopo Giennen. vigore Indulti de prouidendo omnia beneficia Sedi Apostolicæ reseruata, de eodem beneficio prouisus fuerit D. Lupus Pimentel, & Moscoro: Et inter prouisos prælibatos, lis desuper orta esset; Dubitaui hodie in Rota, An Gratia D. Beldrandi sit iustificata, ita vt illi non obstet Indultum D. Cardinalis; Et Domini quoad primam dubij partem Affirmatiuè, quoad secundam verò Negatiuè resoluerunt.

Quantùm enim attinet ad primam dubij partem, videlicet circa iustificationem Gratiæ, solum fuit
ex aduerso facta aliqualis difficultas super reseruatione; & visum fuit, reseruationem esse claram; Quia
ex testibus D. Beltrandi benè probatur, Ioannem
de tempore, quo obtinebat hoc beneficium, fuisse
Cubicularium Honoris Pauli V. & Greg. XV. &
idem constat ex fide Computistæ Palatij Apostolici,
vbi, quòd in Rolis prædictorum Pontificum, Ioannes
nes legitur descriptus inter Cubicularios Honoris;
† Huiusmodi autem Cubicularij sunt veri familia- 1
res Papæ ex Bulla declaratoria Pauli III. *in Bullar.
nouo tom. 1. bull. 3. & 4. fol. 615.* & ex Constitutio-
ne Pauli V. edita 10. *February* 1618. † Vnde eo- 2
rum beneficia sunt reseruata per Regulam 4. & 7.
Cancellariæ, & in puncto decidit Rota, *in Placentina, seu Corduben. Beneficiorum* 10. *Decembris* 1617.
coram Reuerendissimo D. meo Decano; & super hac
Decisione emanauit posteà dicta Constitutio Pauli V.
quæ idem etiam disponit.

Et præterea videtur penitus omnis difficultas cessare non solùm quoad iustificationem reseruationis,
sed etiam aliorum narratorum; † Quia ex quo Gra- 3
tia fuit concessa motu proprio, non indiget alia iustificatione, sed releuat ab onere probandi etiam narratiuas facti alieni, *c. si motu proprio de prob. in 6, Seraf. decis.* 1484. *num.* 10. & 1498. *num.* 1. & *Rot. De-
cisio.* 656. *numer.* 1. & 2. *par.* 2. *recent.* † Et procedit 4
quamuis, vt in nostro casu, Gratia motu proprio sit
cum clausula. *Vt accepimus*; *Mart. de clauf. part.* 1.
claufol. 138. *Cassad. decisio.* 4. *num.* 9. *de probat. Achill. decis.* 10. *num.* 1. *de probat. Put. decis.* 100. *lib.* 3. *in nouis, Seraf. decis.* 388. *num.* 2. & *Rot. in dicta decisione* 656. *num.* 3. vbi quòd eadem Rota ita obseruat, & *in Meten. Monastery* 11. *February* 1600. *coram Litta*, & *in Abulen. pensionis* 12. *Maij* 1607. *coram bon. mem. Sacrato.*

Quoad secundam partem dubij, nempe circa obstaculum Indulti, fuit maior difficultas, quæ in eo posita erat, quòd illud dat D. Cardinali facultatem conferendi omnia beneficia Sedi Apostolicæ specialiter, vel aliàs generaliter reseruata, seu quæ ex generali reseruatione affecta existunt; etiam ratione familiaritatis prædecessorum, & futurorum Pontificum. Vnde quamuis in eodem indulto d. facultas restringatur, vt non comprehendat familiares, & continuos commensales eiusdem Pauli V. in illis verbis, ibi, *præterquam ratione familiaritatis continuæ commensalitatis familiarium nostrorum continuorum commensalium, qui nunc sunt, seu alias etiam, dum Cardinalatus honore fulgebamus, fuerunt, aut quamdiu militantis Ecclesiæ regimini præfuerimus, erunt*, &c. Tamen
cùm hoc beneficium vacauerit post mortem Pauli
V. dicebatur, † quòd exceptio, de qua in dicto 5
Indulto expirauit, & extincta fuit, eiusdem Pauli
V. morte, *Gemin. conf.* 93. *num.* 25. Et in puncto fuit etiam data quædam asserta Decisio, *Gambar.* 24. *aliás* 25. qui idem repetit in tractatu *de offic. leg. lib.* 3. *num.* 167. *cum seqq.* & in simili fuit allegata Decis. *Mohed.* 23. *num.* 1 *de prob.*

Rationes autem, quibus Informantes pro D. Lupo
nitebantur, habentur in præcitatis D. D. & De-
cisionibus, quarum tres præcipuæ recensentur; † Pri- 6
ma quòd prælibata exceptio, videlicet, ratione familiaritatis Papæ, est intelligenda de familiaritate existente de tempore, quo beneficia vacare contigerit, quia nisi vacent, conferri non possunt. Vnde huiusmodi qualitas, nempè familiaritas debet adesse tempore vacationis; cùm enim tunc temporis tantùm intret facultas Indulti, eo etiam tempore debet intrare exceptio, & non antea, vel post, *ad l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxalib.* Et facit text. optimus in *l. 2 ff. de auro, & argent. legat.* Sed sic est, quòd

Ioannes

Ioannes tempore, quo obiit, non erat familiaris Pa-
7 pæ, † Quandoquidem per mortem Papæ, familiari-
tas, quæ nihil aliud est, quàm quædam quasi Socie-
tas, extincta remansit, vt ex multis concludit *Gam-
bar. in pracit. loc.* ergo videtur in præsenti casu non
intrare dictam exceptionem, sed intrare Indultum;
Et accedunt verba Indulti, ibi, *Quamdiu Militantis
Ecclesiæ regimini præfuerimus, erunt*; ponderando Di-
8 ctionem, *Quamdiu*, † quæ est limitatiua temporis,
Anchar. consil. 220. *num.* 2. *Honded. cons.* 6. *numero*
36. *lib.* 1. *& Surd. consil.* 476. *numer.* 2. *circa med.*
9 † Secunda ratio est, quod non sit verisimile, quòd
Papa voluerit priuare Cardinalem facultate confe-
rendi hoc beneficium eo casu; nempe tempore vaca-
tionis, quo ipse Papa, qui tunc mortuus erat, non
poterat gratificari familiaribus suis, *ex regula*, ces-
sante causa; Et aduertit *Gambar. in d. tract. num.*
10 173. † Tertia, & vltima ratio adducitur, quia si Pa-
pa concessit Cardinali Indultum conferendi bene-
ficia reseruata, ratione familiaritatis Pontificum præ-
decessorum, quæ ipse poterat prouidere, si vacarent
in eius vita; sic, & multò magis beneficia reseruata
ratione suæ familiaritatis vacantia post eius mortem,
quæ ipse tunc non poterat prouidere, *ad l. illud, ff. ad
l. aquil.*

Cæterùm his non obstantibus fuit ad fauorem D.
Beltrandi resolutum, Indultum non obstare; Et ra-
tio resolutionis fuit; quia cùm hæsitari non possit,
vt supra dictum est, quin hoc beneficium per familia-
ritatem Ioannis fuerit reseruatum; consequenter,
11 † quamuis familiaritas per mortem Papæ fuisset ex-
tincta; nihilominus semper etiam post mortem eius-
dem durauit affectio, ex trita regula, quod beneficia
semel reseruata, semper durant affecta; vt expres-
sè disposuit *extrauagans Pauli II.* incipien. *ad Ro-
man. ad prab.* inter communes, *Gambar. in d. tract.
numero* 132. *&* 180. vbi *num.* 167. quòd sic sæpe
resoluit Rota: & idem *Gambar. decis.* 67. *Felin. in c.
in nostra numero vigesimo, versic. postea mutaui, de re-
script. Anchar. consil.* 138. *propè fin. Menoch. de arbitr.
Iud. cas.* 201. *num.* 113. *Gomes. in reg. de impetr. per
obit. quæst.* 18. *vers. & licèt, Simonett. de reseruat. q.*
57. *&* 58. *Silua de benefic. par.* 3. *quæst.* 11. *Æne. de
Falcon. de reseruat. quæst.* 5. *in princ. in* 2. *quæst. nu-
mero sexto, Granut. in addit. ad Simonett. quæst.* 35.
Gonzal. super Reg. 8. §. 5. *præm. numero* 79. *& Rot.
decis.* 13. 15. *&* 31. *num.* 1. *de præben. in antiq. & de-
cis.* 10. *&* 12. *eod. tit. in nou.* † Quæ affectio non est
12 noua reseruatio, prout voluit *Gambar.* vbi supra, sed
est tacita quædam reseruatio inducta, vti effectus ex
sua causa ex expressa reseruatione Papæ, ratione suæ
13 familiaritatis; ob eam nimirum causam, † quòd
ex quo semel Papa manus apposuit per reseruatio-
nem, non potest inferior Collator de huiusmodi
beneficiis disponere, donec Papa semel disposuerit,
cap. vt nostrum de appellat. cap. 1. *&* 2. *de confirmat.
vtil.* Ex quibus Iuribus in specie, postea emanauit
dicta Constitutio, seu Extrauagans Pauli II. vt
benè *Simonett. quæst.* 64. *num.* 1. *cum seqq. Garz. de
benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 140. *& Rota in dicta de-
cis.* 31. *num.* 2. *vers. in oppositum, de præben. in antiq. Bi-
signet. decis.* 20. *de concess. præb.* & disponit expressè *Re-
gula* 11. *Cancellariæ.*

Sed vlteriùs in casu nostro multùm vrget, quia
sicut ex tenore Indulti apparet quòd Papa in gene-
rali facultate Cardinali data, voluit comprehendere
beneficia reseruata, & affecta, & ideò non solùm va-
14 cantia in eius vita, sed etiam post eius mortem; † Pa-
riter, cùm exceptio sit de regula, & recipiat easdem
qualitates, quas habet regula, ad *l. nam quod liquidæ
in fin. de penn. legat. Castr. cons.* 79. *numero* 3. *lib.* 1.

Dum Papa excepit à dicta generali facultate benefi-
cia suorum familiarium, voluit etiam in exceptio-
ne comprehendere dicta beneficia suorum familia-
rium; nedum ex capite reseruationis expressæ, nem-
pè familiaritatis, & sic vacantia in eius vita, sed et-
iam ex capite reseruationis tacitæ, nempè affectio-
nis resultantis ex præcedenti reseruatione expres-
sa; & per consequens etiam beneficia suorum fami-
liarium. vacantia post eius mortem; quo solùm tem-
pore, in hoc casu potest considerari affectio; qui
sensus vti dicebant Domini, tantò magis recipi de-
bet, † ex quo exceptio reducit rem ad ius primæuum 15
ante Indultum; & quia est etiam literalis; quando-
quidem incipit clausula dispositiua Indulti, & ante
orationem perfectam intermittitur exceptio, ibi, *præ-
terquàm ratione familiaritatis, &c.* & posteà prose-
quitur, & finitur eadem clausula, ibi, *generaliter re-
seruata, seu ex generali reseruatione Apostolica effecta
existunt, vel fuerint*; Vnde luce clarius patet, quòd
verba illa *reseruata, & effecta*, referuntur etiam ad
exceptionem; ita vt exceptio comprehendat benefi-
cia familiarium Papæ vacantia, tam Papa viuente,
quàm eo mortuo.

Ex quibus non obstat † *consil. Gemin.* 95. *num.* 25. 16
Quia communiter reprobatur, vt aduertit *Simonett.
quæst.* 58. *num.* 14. & idem *Gemin. in eodem consil.*
seu veriùs. Additio in eo introclusa *num.* 15. *versic. sed
domus*, fatetur, quod dictum consilium est multùm
periculosum, ex quo Rota passim obseruat contra-
rium, *& Felin. in c. in nostra num.* 20. *vers. & caue de
rescript.* dicit, quod priùs consuluit iux. *consil. Gemin.*
sed quòd posteà mutauit sententiam per dictam *Ex-
trauagantem Pauli II.* Minùs obstat † asserta *Decisio* 17
Gambar. 24. *aliàs* 25. Quia non est Decisio, sed dis-
cursus, ex quo in eo deciditur causa, nec quidquam
firmatur, sed solùm *Gambar.* vti integer, & fidelis
relator recenset vtriúsque opinionis argumenta, &
quæ adducit pro hac sententia, cùm præcipuè fun-
dentur in dicta extrauaganti, magis incalescunt, &
præponderant, vt affirmat *Mandos. in regul.* 3. *num.*
15. prout etiam idem *Gambar.* sentire visus fuit in
dicto *tract.* loco supra citato, dum attestatur sic Ro-
tam obseruare. Demùm † non obstat *Decisio Mo-* 18
hed. 23. *num.* 1. Quia veritas est, quòd Rota illam
non sequitur, sed contrarium, iuxtà antiquas Rotæ
Decisiones, & Extrauagantem prædictam, prout ad-
uertit *Granut. in addit. ad Simonett. quæstio.* 35. *nu-
mero* 40.

Non obstat etiam prima ratio in contrarium ad-
ducta, nempè quòd sit attendendum tempus vacatio-
nis; † Quia imò ex supradictis debet attendi tempus 19
Reseruationis, vt etiam resoluit *Cassador. decis.* 23.
num. 4. *de præben.* vbi quòd nihil refert, duret, vel
non duret familiaritas, ex quo semel produxit Re-
seruationem, & affectionem; quæ ideò semper du-
rat etiam mortuo Papa, ita vt non sit attendenda præ-
cisa familiaritas, vt familiaritas, sed vinculum, &
effectus ex ea resultans, *Felin. in dicto cap. in nostra,
num.* 20. *versic. monetur, Sarnen. in dicta reg. de impetr.
Benef. vac. per obit. quæst.* 18. *versic. & licèt. Bisignet.
dicta decisio.* 20. *de concess. præb. Seraf. decisio.* 1251.
num. 20. *in fin.* † Et propterea nihil ad rem, quòd cau- 20
sa cessauerit, quia durat nihilominus effectus tam
perfectus, & consumatus, *l. inter stipulantem, §. Sa-
cram. de verb. oblig. Tiraqu. in tract. cessante causa, li-
mit.* 12. *num.* 1. Prout etiam Papa in dicta exceptio-
ne insinuauit; dum non excepit beneficia vacantia
per obitum suorum familiarium: quo casu fortè pro-
cederet obiectum, & meritò dubitari posset, an in-
traret dispositio text. *in dicto §. in extraneis*, sed
dixit, quòd excipiebat beneficia reseruata, ratione

familiaritatis suorum familiarium, quæ verba benè
perpensa, dubiò procul exceptionem realem, & per-
11 petuam efficiunt; † Ex quo etiam reseruatio ex capi-
te familiaritatis, iuxtà dictam extrauagantem, & Re-
gulas Cancellariæ realis est, & perpetua; quam-
uis familiaritas non sit perpetua, sed morte Papæ
extincta fuerit; Vnde non obstant etiam verba re-
strictiua dictæ exceptionis, ibi, *quandiu*, *&c.* quia
vt patet ex lectura, non limitant reseruationem ad
vitam Pontificis, sed solùm qualificant personas
familiarium suorum, siue dum Papa Cardinalatus
fulgebat honore, siue dum vniuersali Ecclesiæ præ-
fuit.

Tandem non obstant 2. & 3. ratio, nam illa,
quòd non sit verisimile, quòd Papa post eius mor-
tem; quo tempore non potest conferre, voluerit
priuare Cardinalem facultate conferendi, penitùs
12 cessat; † Quia si admitteretur, *Extrauagans Pauli,
II. & dicta Regula* 11. *Cancellariæ*, quæ reseruant
Successoribus beneficia reseruata per Pontifices præ-
decessores, essent inanes, & superfluæ; nam semper
opponi posset de huiusmodi verisimili mente reser-
13 uantis, & præterea dicta ratio retorquetur, † Quia ve-
risimilius est; quòd Papa voluit se Iuri conformare.
Alia autem ratio, quòd Papa non excepit beneficia
prædecessorum, quæ ipse poterat prouidere, & id-
circò quòd multò minùs excepit beneficia suorum
familiarium, vacantia per mortem suam, quæ non
14 potest prouidere, est nullius considerationis; † Quia
eo ipso, quòd illa non excepit, etiam retorquetur;
& in beneficialibus non admittitur hoc argumen-
tum, *cap. fiens de preb. in 6.* Sed imò, vt dictum est,
15 † quòd voluit Papa se conformare cum dicta Extra-
uaganti, & Regulis Cancellariæ; & insuper inter
16 vnum, & alium casum, † præter maiorem animi af-
fectum, quem habet Papa ad beneficia suorum fami-
liarium: Adest etiam alia optima disparitatis ratio;
Quia quoad beneficia familiarium Papæ, qui Indul-
tum concessit, posset ex eodem Indulto per eius mor-
tem aliquid sperari, quòd Papa penitùs noluit; quæ
ratio cessat in beneficiis familiarium Pontificum
prædecessorum, iuxtà tradita per *D. D. in l. illa in-
stitutiones cum l. præcedenti*, per illa Iura, *ff. de hær. in-
stit.* & quæ ego dixi in tractatu, *de condit. & mod. im-
possib. 3. par. c. 5. n.* 20. *& per tot.* Et in omnem casum
cessant omnia, cùm ex claris verbis dictæ exceptionis
appareat de clara mente Pontificis.

Et ita, decisum vtraque, &c.

Romana Donationis de Capranica.

Lun. 26. Iunij, 1628.

A R G V M E N T V M.

Donatio non insinuata, nec testibus subscripta, iuxtà formam statuti Vrbis est nulla, etiam si fuerit iurata, & ideò donans manutenendus est in possessione bonorum donatorum, nulla præuia restitutione per eum acceptorũ ex causa dictæ donationis.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio insinuari debet, & testibus subscribi ex* Stat. Vrb. c. 149 & 150.

2 *Inuentarium probat dominiũ, & possessionem defuncti.*

3 *Et præsertim contra illud conficientem.*

4 *Dominium, & possessio bonorum hæreditariorum probantur ad hæredem spectare ex immixtione, seu aditione hæreditatis.*

5 *Communio bonorum inter fratres, etiam quoad possessionem quomodo probetur.*

6 *Possessio Patris continuatur in filios, ex statuto Vrbis.*

7 *Manutentio debetur filio vigore possessionis patris per statutum in eum continuata.*

8 *Donatio facta sine solemnitatibus statutariis, est nulla.*

9 *Præsertim si statutum fundetur in causa publicæ vtilitatis, quæ fortiùs procedit, si donatio facta fuerit coniunctæ personæ.*

10 *Iuramentum præstitum in donatione celebrata contra formam statuti præsumentis Iuramentum fraudulenter interpositum, nihil operatur.*

11 *Donans contrauenire potest donationi iuratæ, si in illa non fuerint adhibitæ solemnitates statutariæ, & statutum præsumat iuramentum dolo extortum.*

12 *Insinuationis solemnitati renunciari non potest etiam cum iuramento.*

13 *Donatio correspectiua, & ob causam non requirit insinuationem.*

14 *Donatio ob causam non dicitur, si non est necessaria respectu donantis, nec eius commodum respicit, & ideò illa insinuanda est, iuxta formam statuti.*

15 *Donatio ob causam respectu certæ quantitatis, non autem respectu totius, non est insinuanda, quoad dictam certam quantitatem; insinuari autem debet, quoad residuum, in quo habetur pro mera, & simplici donatione.*

16 *Hæres fideicommisso grauatus interim est verus Dominus, verúsque possessor.*

17 *Donatio correspectiua siue ob causam, pro eo quod excedit cùm sit insinuanda, in excessu debet æstimari etiam id quod hæres grauatus percipere potest vti dominus iuxtà computationem*, l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid.

18 *Ad rescissionem donationis agere quis non potest, nisi prius restituatur per eum ex dicta causa acceptu. Declara, seu limita, vt n.* 19.

20 *Possessio transfertur ex contractu inutili.*

21 *Fallit quando non fuit deuentum ad actum actualis traditionis.*

22 *Clausula Constituti nihil operatur in donatione inualida.*

23 *Possessio non transfertur, nec amittitur sine animo etiam si interueniat actus realis traditionis.*

24 *Donatio non insinuata dicitur imperfecta, & nulla ex defectu consensus, tam quoad translationem dominij, quam possessionis.*

D E C I S I O   C L V.

DAsdrubal Capranica de Anno 1615. do-
nauit D. Camillo eius fratri bona quæ-
dam descripta etiam in Inuentario hæ-
reditatis paternæ, quæ ad eum vti filiũ,
& hæredem pro medietate spectabant;
nec non medietatem integræ dotis maternæ, & quæ-
dam alia Iura prout in d. donatione; Et vice versa Ca-
millus in eodem donationis Instrumẽto promisit sol-
uere quædam debita Asdrubalis scut. 2500. † Sed 1
quia d. donatio nunquàm fuit insinuata, nec testibus
subscripta, & sic fuit celebrata sine solemnitatibus
per *Statuta Vrbis* 149. *&* 150. pro forma requisitis;
Propterea Asdrubal præuia declaratione, quòd no-
lebat d. donationi stare, petiit manuteneri in d. bonis
sic do

sic donatis; periude ac si donatio nunquam fuisset
facta; Et proposita causa die 3.Maij 1622. D.D.volue-
runt gustare de bono Iure; Et hodie resoluerunt de
eo constare ad effectum manutentionis ad fauorem
2 Asdrubalis, † Quia in prioris ex Inuentario bonorum
paternorum, communiter, & simul per vtrúmque fra-
trem confecto probatur domininm, & possessio Pa-
tris, *Paris.cons.45.num.20.lib.2.Monticul.de inuent.qu.*
232.num.462.in tract.de Inuent. diuers. Rot.decis.587.n.
3 *2. & 519. num.4. part.1. recent.* † Et præsertim contra
Camillum conficientem, *Plot. in lit.Iuran.§.5.nu.28.*
Rot. decis. 1. in fin. de donat. inter vir. & vxor, in an-
tiquior.

De dominio autem, & possessione Asdrubalis con-
4 stat † ex immixtione, seu aditione hæreditatis, *l. hære-*
ditas, ff.de reg.Iur.§.pro hærede, Instit.de hæred.qualit.&
5 *differ.* † Nec non ex dicto donationis instrumento, ex
quo benè probatur, bona fuisse communia etiam
quoad possessionem, *l.2.* ibi *Bart. C. commun. diuid.*
Idem *Bart.in l.cum falsa, num 5.& seq.C.de iur.& fact.*
ignorant. Soccin. sen.cons.46.in princ.lib.3. Ruin.128.nu.
5. & 18 lib.1. Paris. cons.26. num.54. lib.2. Aldobrand.
cons.51. num.6. Seraf.decis.553.in princ. Et demum de
6 possessione Asdrubalis non potest dubitari, † cùm ex
7 statuto Vrbis, Patris possessio in filios continuetur, †
Qui propterea est in dicta possessione per statutum
continuata manutenendus, *Gabr.de acq. poss. concl.7.*
num. 3.& 6. Honded.cons.18.num.15.& seqq.lib.2. Me-
noch.de retin.remed.3.num.39. Et fuit dictum *in Roma-*
na domus de Nocchiellis 27. Iunij, 1622. Et in termi-
nis statuti Vrbis, *in Romana hæreditatis 31.Maij,1613.*
coram bon. mem. Vbaldo.

8 Neque obstat dicta donatio, † Quia vti facta præ-
dictis solemnitatibus statuti, quod continet clausu-
lam irritantem actum aliàs factum, fuit nulla, & ac si
nunquam fuisset facta *glos.* communiter approbata *in*
Clem.1.in verb.inhibentes, de Iur.pat.Rebuff.de insinuan.
9 *donat.art.1.glos.6.& 7.Bursat. cons. 396. num.19.* † Et
multò magis, ex quo statutum fundatur in causa pu-
blicæ vtilitatis, nempe ad euitandas fraudes, quæ
fortiùs procedit in casu nostro, in quo donatio facta
fuit coniunctæ personæ vt in puncto, *Bald. in l. data*
iampridem, num.3.& 4.C.de donat. Barbat.cons.23.num.
12.in fin.lib.2. Marescot.variar.resolut.lib.1.cap.29.nu.
7. & Modern.Roman discept.forens. cap.887.numer.17.
cum seqq.

10 Non obstat, quòd donatio fuerit iurata; † Quia,
vt disponit dictum statutum iuramentum præsumitur
etiam fraudulenter interpositum; adeò vt non possit
11 contrarium probari; † Quod propterea vti annulla-
tum ob publicam vtilitatem, nihil operatur, *Bart. in*
l.si quis pro eo, num.8.ff.de fideiussor, Bald.cons.150.li.5.
Et fuit latè dictum *in Romana nullitatis obligationis*
16.Ianuarij,1626.coram me. Cui propterea meritò po-
tuit Asdrubal contrauenire; vt in terminis, *Imol in l.*
12 *Aquilius, ff.de donat.Surd.cons.361.num.10.* † Et quòd
solemnitati insinuationis non possit renunciari, etiam
cum iuramento, stante dicto statuto, *Cas.de Cras.decis.*
150.aliàs 2.de donat.num.14.

13 Non etiam obstat, † quòd prædicta donatio fuerit
correspectiua, & ob causam, quo casu non requiritur
insinuatio, *Tiraq. in l.si vnquam, verb.donatione largi-*
tus, num.139.C.de reuoc.donat.Molin.de Hispan.primog.
lib.2.cap.8.num.15. Quia, Aut causa donationis dedu-
citur, ex quo illa prætenditur facta contemplatione
matrimonij, & vltrà quòd talis causa non subsistit in
facto, quia Camillus tempore donationis erat iam ma-
14 trimonio coniunctus, & ex eo habebat filios, † cum il-
la quoad Asdrubalem non fuerit necessaria, nec respi-
ciat eius commodum, nec etiam sit dos, nec donatio
propter nuptias, correspectiua ad dotem, erat nihilo-
minus donatio insinuanda, *Veg.con.52.num.22.Surd.d.*
cons.361.num.24.& Rot.apud Pic. ad Statut.Vrb decis.
22.num.7.& decis.49.num 10. Aut verò causa deduci-
tur, ex quo Camillus donatarius se obligauit soluere
debita Asdrubalis scutorum 2500.† & huiusmodi cau-
sa solùm operatur, vt vsque ad æquiualentem dicto-
rum debitorum quantitatem, dicta donatio non esset 15
insinuanda, non autem si quòd donatur, vt hic, longè
excedit, quia in excessu habetur pro mera, & simplici
donatione, iux.tex.*in cap.relatum*, ibi, iuxtà seruitij me-
ritum, &c. *de testam. Bald.in d.l.illud, C.de Sacros.Eccl.*
Ioan.Garz.in tract.de donat.remuner num.51. Gab.cons.
77.num 10. Et pleniùs, *Rot.apud Seraf.decis.416.num.*
20.& 28. Et in puncto, quòd in excessu requiritur in-
sinuatio, *Angel.Imol.& Roman.in d.l. Aquilius, ff.de do-*
nat. Tiraq.in d.l.si vnquam, verb.donatione largitus, nu.
80.Mantic.de tacit.& ambig.lib.13.tit.15.num.31. Ex-
cessus autem est patens, cùm res donatæ, vt cernere
licet ad oculum ex enumeratione specierum donata-
rum, nec non medietatis dotis maternæ, etiam dona-
tæ; nedum decies, sed bis decies, & multò pluris ex-
cedunt dictam summam scutorum 2500. quam vice
versa D.Camillus soluere promisit.

Nec releuat, quòd bona donata essent fideicommis-
so grauata ad fauorem Camilli, & propterea, quòd
Asdrubal non dedit nisi vsumfructum durante vita
sua; Quia præterquam quòd sola medietas dotis ma-
ternæ donata, quæ erat libera, & liquida, ex confessio-
ne Camilli in scutis 4750. excedit ferè duplum, præ-
dictam summam debitorum, cùm tempore donationis
Asdrubal esset ætatis 37. annorum, clarè liquet, quòd
facta computatione, iuxt. *text.in l. hæreditatum, ff.ad l.*
falcid fructus rerum donatarum longè excedunt di-
cta debita accollata; † cùm enim hæres fideicommis-
so grauatus interim sit verus Dominus, verúsque pos-
sessor, *l.filij, & l filios hæredes.ff.de vsufr.leg Soc-* 16
cin sen.cons.10.n.11.Peregr.de fideic.art.40.nu.6. Molin.
de Hispan.primog.lib.1.cap.19.num.4. cum seqq. & Rot.
in Reatina fideicommiss.17.Maij,& in Ariminen. legiti-
mæ,5.Maij,1627.coram me, non est dubium, quin † ex-
cessus veniat etiam æstimandus, ex eo, quòd hæres
grauatus percipere potest vti Dominus, iuxtà com- 17
putationem d.legis, *Crauet cons.159.n.10.& Rot.in Bo-*
nonien.de Monterentiis 17.Aprilis,1617.coram bon.mem.
Salucien.

Minùs releuat, quòd Asdrubal non possit agere, †
nisi priùs restitutis per eum acceptis, vel solutis per
Camillum ex causa huius donationis, iuxt. regulam 18
tex. *in l.si diuersa, C.de transact.* Tum quia non con-
stat, quòd fuerit quicquam acceptum, vel solutum: †
tum etiam, quia quando dispositio d.legis (quæ lo-
quitur in transactione, in qua non versamur, cum nul- 19
la esset lis, nec esse poterat, quia ex confessione Camil-
li, bona donata, erant Asdrubalis, ab eóque possideban-
tur) habeat etiam locum in donatione correspectiua:
non intrat in casu nostro, ex quo non agitur ad re-
scissionem, nec ad exequutionem rescissionis, sed ad
manutentionem, ex eo, quòd donatio fuit nulla: Et sic
possessio nunquam amissa ab Asdrubale, nec Camillo
acquisita: quo casu etiam nulla præmissa restitutione
agi potest, *Roland.cons.7.nu.3.lib.3.Rot.apud Greg.XV.*
decis.271.num 16. & benè ibi, *additio, num 28.* Et in om-
nem casum Camillus peteret quòd intus habet, quia,
iux.computa data, fructus ab eo percepti ex rebus do-
natis, longè excedunt dicta debita.

Demùm non obstat, quòd † ex contractu inutili
transfertur possessio, *l.1.§.si vir vxori,* vbi communiter
D.D. *ff. de acq.possess.* & sic quòd fuit translata in Ca- 20
millum etiam, quòd dicta donatio fuerit nulla; Quia
d.regula non procedit in casu nostro; † Tum quia 21
non fuit deuentum ad actum actualis traditionis vt

post *Bald. Tiraq.& alios, Honded.cons.23.num.25. cum seqq lib.1.* quinimò nec fuit apposita clausula Consti-
22 tuti,† quæ etiam nihil operatetur, vt ibidem *Honded. num. 26.*

23 Tum etiam quia † possessio etiam per actum realis traditionis non amittitur, nec transfertur sine animo, *leg.3.§.in amittenda,& leg.quemadmodum.ff.de acq.poss. Bald.in l.non dubium.num. 18.in 10.opposit.C.de leg.* & in puncto, *Honded. vbi supra, num.27. Put.decis.276.*
24 *lib.3. in nou.impress.Rot.decis.93.num.2. par.2. diuers.* † Stante autem defectu iosinuationis, donatio fuit imperfecta, & nulla ex defectu consensus, tam quoad translationem dominij, quàm possessionis, *Rebuff. de insinuan. donat. glos. 6.& 7. art.1. Honded. Put.& Rot. vbi supra.*

Et ita, vtraque, &c.

Romana Saluiani.

Lun. 28. Iunij, 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex decisione in hac eadem causa facta die 7. Aprilis eiusdem anni, quæ est supra Decisio 145.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum Primogenituræ obligatio pro restitutione opulenta dotis, tendit ad conseruationem ipsius Primogenituræ, & eius augmentum, & est conformis naturali voto parentum, num.2.*

3 *Pactum reuersiuum aduersatur naturæ donationis.*

4 *Donatio Parentum facta filiis ex causa dotis, præsumitur correspectiua ad matrimonium, quod tunc instabat.*

5 *Mater non præsumitur desiderare filium de recenti, & honorabiliter de eiusdem matris consensu matrimonio collocatum, iterum vxorari.*

6 *Papæ intentio regulanda est ab intentione supplicantis. Item à petitione eiusdem, num.7. Contrarium quòd imò regulari debeat ex verbis dispositiuis Gratiæ, si illa non est per verbum* Fiat, *sed sit determinata, & extensa, verius est, num.10.*

8 *Causa primaua, & originalis petitionis attendi debet.*

9 *Licentia Papæ extenditur ad vtrúmque casum, prout petitio supplicantis, si Papa dicat velle eidem supplicanti gratificare, & absque extensione ad vtrúmque casum gratificatio non sequeretur.*

11 *Hypothecandi licentia concessa per hæc verba,* E per chi più li piacerà, *est ampliatiua personarum: & ad quos casus extendatur.*

12 *Hypothecandi licentia concessa per hæc verba,* nel modo, e forma che più li parerà e piacerà da specificarsi nell'Instrumento, che si stipolerà sopra di ciò, *quid operetur.*

13 *Feudum hypothecandi facultas, concedi de facili solet à Principe, fauore dotium.*

14 *Primogenituram constituendi facultas super bonis prohibitis alienari, censetur in se virtualiter continere facultatem adyciendi onera respicientia conseruationem eiusdem Primogenituræ.*

15 *Feudum hypothecandi licentia, an, & quando requiratur, quod de nouo à Principe impetretur.*

16 *Exhibitio, & dimissio licentiæ alienandi feudum penès Notarium facienda in actu celebrationis contractus, iuxta Constit. Pauli V. quando non sint necessaria.*

17 Bursat.cons.80.num.27.*reprobatur.*

DECISIO CLVI.

N vltima decisione in hac causa facta die 7. Aprilis præteriti, fuit per maiorem partem Dominorum resolutum, Licentiam Papæ datam D. Iuliæ de Balleonibus suffragari D. Dimitillæ de Cæsiis, relictæ quondam Adriani de Balleonibus, ad effectum, vt non obstantibus Constitutionibus Apostolicis Sixti V. Clementis VIII. & Pauli V. prohibentibus alienationes, & obligationes rerum feudalium & Iurisdictionalium, sit illi pro restitutione suæ dotis, ex lutiúmque dotalium danda immissio, vtili Saluiano, in possessionem Castri Graffignani, & aliorum stabilium, quæ priùs dicta D. Iulia cum pacto reuersionis, vt in Instrumento donationis, dederat dicto Adriano eius filio, cum constitutione Primogenituræ, & prohibitione alienationis, nisi pro assecuratione, & restitutione dotis prima vice recipiendæ; Et cùm hodie fuetir ea proposita super eisdem Domini etiam pro maiori patre perstiterunt in decisis: Et moti fuerunt eo solido, & irrefragabili fundamento, quo tendont omnia latiùs discussa in dicta decisione; nempe quòd tam ex verbis dictæ licentiæ, quàm ea mente Papæ non videtur posse dubitari, quin ipse voluerit per dictam licentiam dare, & concedere dictæ D. Iuliæ facultatem hypothecandi dicta bona pro restitutione huius dotis.

Nam in primis hoc certum Dominis videbatur, quòd dicta licentia fuit impetrata à D. Iulia ea mente, & intentione, vt eius vigore posset nedum facere Primogenituism, sed etiam bona Primogenituræ obligare pro restitutione primæ dotis; prout exitus comprobauit, & ipsa declarauit, dum posteà vtendo dicta licentia, dedit Adriano dicta bona, cum constitutione Primogenituræ, & prohibitione alienationis, nisi pro assecuratione dotis, quæ vtique vt ad sensum patet, non fecisset, quatenus obstarent Constitutiones cum rigorosis pœnis in illis appositis, nisi credidisset sibi vtrúmque licere per dictam licentiam; nec aliter excusari posset à dictis pœnis, nisi prætextu, quòd vtrúmque petiit, & quòd iustè credere potuit amplissima, & prægnantia verba licentiæ ad vtrúmque 1
se extendere: Et eo maximè, † Quia, quod dicta bona sint pro hac opulenta dote obligata, nedum redundabat ad conseruationem Primogenituræ, & eius augmentum, ad quæ d. Iulia enixè, & principaliter erat intenta, *Sfort. Odd de fideic.q.46.nu.62.* & fuit dictum 2
in d.vlt.decis.vers. quæ facultas, † sed etiam erat conforme naturali voto, & desiderio eiusdem, Idem *Odd. q.44.num.42.vers. ad octauum,* & notant communiter Doctores, *in auth.res quæ, C.comm.de legat.* Quibus etiam illud accedit, quod dubio procul D. Iulia intellexit in d. licentia comprehendi etiam facultatem ap- 3
ponendi pactum reuersiuum, † quamuis aduersetur naturæ donationis, *leg.1.de donat.* ex quo illud apposuit in dicta donatione; & in effectu post Adriani mortem eo vsa fuit; ergo multò magis idem dicendum est de facultate hypothecandi pro dicta dote, quæ erat Iuri communi, & naturali voto matris conformis.

Vnde illud etiam in consequenter erat apud Do- 4
minos non minùs certum,† quòd d. donatio cum constitutione Primogenituræ, & facultate hypothecandi pro 1. dote vigore d. licentiæ subsequuta, fuit correspectiua ad matrimonium cum Dimitilla, & eius dote quamuis iam tunc (de recenti tamen) sponsalia præcessissent, quia concurrit eadem ratio, ex quo matrimonium non erat adhuc contractum per verba de præsenti, & sic dissolui poterat: Et prætetea est aduertendum,

uertendum, quòd ante præceſſerat alia ſimilis dona-
tio; cuius mentio fit in d. 2. donatione, de qua nunc
agitur; Vnde ſicut illa fuit correſpectiua ad hoc ma-
trimonium, quod tunc Inſtabat, *ad l. bones, §. hoc ſer-
mo 1e, ff. de verb. ſignif. Peregr. conſ. 78. num 10. lib. 3. Mo-
dern. de pact. nupc. clauſ. 4. gloſ. 9. num. 19. cum ſeqq. par. 1.
Vinc. de Franc deciſ.* 105. Sic & d. 2. donatio per relatio-
nem ad primam fuit pariter facta ad eundem finem,
& ſic contemplatione huius matrimonij; quòd etiam
dictat alia vrgens ratio; Quia cauſa finalis, ſeu im-
pulſiua donandi fuit (prout cantāt eiuſdem donatio-
nis verba) *vt Adrianus quamprimum, & decentius
matrimonio collocaretur:* Quæ non poteſt intelligi de
5 alio matrimonio, quàm de iſto; † Quia eſſet à pieta-
te materna alienum quòd d. Iulia tunc deſideraret A-
drianum eius filium de recenti, & honorabiliter de
eiuſdem conſenſu matrimonio collocatum, iterùm
vxorari; quod fieri non poterat, niſi ſoluto illo matri-
monio per mortem D. Dinnillæ, vt in 1. *deciſione* in
hac cauſa facta 10. *Iunij, 1626. verſ. non minus*, fuit ple-
niùs conſideratum.

De mente autem, & intentione Papæ clarè etiam
6 conſtare videtur; † Quia, Aut illa eſt regulanda ab
intentione D. Iuliæ ſupplicantis, prout in puncto,
Palet. Mierez. de maior. par. 1. quæſt. 21. num. 4. & res
7 eſt clara ex ſupradictis, † Aut ab eiuſdem petitione,
iox. tex. *in cap. inter dilectos, ex forma petitionis*, vbi
Bald. de fid. inſtr. Dec. conſ. 142. num. 6. Menoch. conſ. 310.
num. 21. Grat. conſ. 6. num. 17. lib. 1. & in terminis ſimi-
lis licentiæ, *Mierez. de maiorat. par. 1. quæſt. 60. num. 36.*
& fuit dictum *in vlt. deciſ. verſ. ex quo Papa:* Et pari-
ter idem dicendum eſt; Quia quamuis petitio in
verbis non exprimat huiuſmodi facultatem hypothe-
candi; tamen eam virtualiter continet, tam ex natu-
rali voto, matris petentis *ex Oddo vbi ſupra*, quam
8 ex primæua, & originali cauſa petitionis, † quæ cùm
alia non fuerit, quàm dictum matrimonium, eſt illa
propterea attendenda, *l. dotem dedit, ff. de collat. bono-
rum, l. manumiſſiones, ff. de inſt. & Iur.* Quod etiam Papa
declarat dum dicit, quòd volebat dictæ Iuliæ grati-
cari, quod non feciſſet, niſi (iuxt d. Iuliæ finem) licen-
9 tia extenderetur ad caſum, de quo nunc agitur, † Et
propterea licentia Papæ ad vtrumque etiã ſe extendit,
prout petitio, *l. 1. C. de diuerſ. reſc.* Sicque ceſſat penitùs,
quòd dicta licentia fuerit reſtricta ex illis verbis ibi,
ſopradicto, & ex illis, ibi, *per la cauſa predetta*, Quia
imò dicta retorquentur, ex quo D. Iulia vtrúmque vo-
luit, & virtualiter Papæ expoſuit.

Aut verò circumſcriptis intentione D. Iuliæ, & eius
10 petitione, † Mens Papæ eſt abſolutè regulanda ex ver-
bis diſpoſitiuis dictæ licentiæ, ex quo illa non eſt per
verbum *Fiat*, ſed eſt determinata, & extenſa; prout
veriùs videtur ex *Abbate in cap. 2. de tregis, & pace*, &
aliis adductis *in eadem deciſione*, vbi proximè; & tunc
minùs dubitari poteſt, quin Papa voluerit dare etiam
11 prædictam facultatem hypothecandi. † Primò, quia
verba licentiæ, ibi, *e perche più le parerà*, cùm ſint
ampliatiua perſonarum, & ſic intelligenda de diuer-
ſis perſonis ab Adriano, & deſcendentibus, prout fuit
lucidè demonſtratum in *ead. deciſ. verſ. ſed his non ob-
ſtantibus*, eſſent penitùs ſuperflua, niſi ad caſum, de
quo quæritur extenderentur; Prout in ſimili, *Surd.
conſ. 10. num. 6. & in dicta deciſ. verſ. & quod iſte, & verſ.
propterea.* Secundò ex illis verbis eiuſdem licentiæ, ibi,
12 † *nel modo e forma, che ſimilmēte più le parerà e piacerà
da ſpecificarſi nell' Inſtrumento, che ſi ſtipularà ſopra di ciò
liberamente*, Ex quibus apertè conſpicitur, quod Pa-
pa voluit reſtringere, aut ampliare dictam licentiam
ex modis, & formis appoſitis in dicto Inſtrumento
donationis poſteà confecto; & ad quod in dicta li-
centia fuit habita relatio; vt in puncto, *Ioan. Franch.*
*à Ponte conſ. 2. num. 25. verſ. ex verbis igitur præfati con-
ſenſus, & num. 26 & 27.* Idem *à Ponte in tract. de poteſt.
Proreg. ſub tit. 6. de aſſenſ. Reg. num. 20. propè fin. verſ. &
inſuper ſi aſſenſus, cum ſeqq.* & fuit latiùs diſcuſſum in
ead. Deciſ. verſ. tandem videtur. Tertiò, ex quo ſolent
† Principes de facili concedere huiuſmodi facultatem 13
pro obligatione dotium, *Couar. lib. 1. variar. cap. 6. nu.
10. Gregor. Lopez. in l. 10. tit. 26. partit. 4.* Vnde tantò
magis ampliſſima verba licentiæ eam comprehen-
dunt, prout ſonant, vt in eadem *Deciſ. verſ. quæ fa-
cultas, & verſ. & quod Papa*, & præſertim cùm ſit du-
bium probabile, an in prædictis Conſtitutionibus
Apoſtolicis ſit excepta cauſa dotis: & multò magis, † 14
ex quo in facultate conſtituendi Primogenituram
ſuper bonis prohibitis alienari; cenſetur virtualiter
ineſſe facultas adiiciendi onera, & grauamina, quæ
tendunt ad eiuſdem commodum, & conſeruationem,
Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 2. cap. 12. per totum,
Obligatio autem pro dote; vt ſupra dictum fuit, ad
conſeruationem, & commodum dictæ Primogenitu-
ræ tendit. Tandem tollit omne dubium, & magis
Dominos mouebat indiuidua, & ſpecialis reſeruatio
Iurium Cameræ; vltrà ioi verba prægnantia, & ge-
minata, quæ ideò multò magis importat in aliis fuiſſe
datam alienandi, & obligandi licentiam, & maximè
in his, quæ tendunt ad conſeruationem, & augmen-
tum Primogenituræ, prout hæc ratio fuit ſæpius, &
latiùs expenſa, & ponderata in dicta vltima deciſione,
& præſertim in *verſ. ſed quod magis eſt, & in verſ. ex
quibus non obſtant:* Et tandem in *verſ. non obſtat tertium*,
vſque ad finem.

Ex quibus facili negotio tolluntur per ſcribentes
ex aduerſo adducta: Nam illud, quòd dicta verba præ-
gnantia ſint reſtringenda præcisè ad Primogenituram,
tollitur penitùs, vt ſupra dictum fuit ex contraria vo-
luntate D. Iuliæ ſupplicantis, & Papæ concedentis;
& ſignanter per ſpecialem reſeruationem Iurium Ca-
meræ, & relationem ad Inſtrumentum conficiendum;
Et quia dicta facultas hypothecandi pro dote eſt con-
formis Primogenituræ, & ſolent Principes de facili
eam concedere Prout etiam ex eiſdem tollitur, quòd
facultas donandi non comprehendit de iure faculta-
tem hypothecandi; Quia quicquid ſit de Iure, ceſſat
quæſtio ex Principis voluntate, prout ſic vltrà alias
reſponſiones fuit ſatisfactum in *d. vltima deciſione d.
verſ. ex quibus non obſtant*; & tandem etiam ex prædi-
ctis, & ſignanter ex reſeruatione Iurium Cameræ
ceſſat, quòd dicta bona redigantur ad inſtar allo-
dialium.

Minùs obſtat obiectum, quòd Adrianus non po-
terat hypothecare ſine noua licentia; † Quia cùm hoc 15
fecerit ex facultate ſibi data per D. Iuliam, quæ ad hoc
licentiam habebat, non erat opus noua licentia, iuxt.
tex. *in cap. 1. de Feud. non hab. prop. nat. feud.* & latiùs in
eadem *deciſ. verſ. ad ſecundum.* Quibus illud annecti-
tur, quòd hypotheca conſtituta per Adrianum, nihil
aliud fuit, quàm exequutio facultatis ſibi datæ: Vnde
in ea non fuit opus noua licentia, arg. tex. optimi,
*in leg. vſufructu, verſ. quod an verum ſit, ff. ſolut. matrim.
Afflict. deciſ. 285. num. 14. & in cap. Imperialem verſ. vi-
geſimo quarto nota de prohib. feud. alienat. per Federic.
Tiraq. de legib. connub. gloſ. 5. num. 167. in fine. Frec. de
ſub feud. lib 7. quæſt. 2. num. 11. & ſeq. Paſchal. de virib.
patr. poteſt. par. 2. cap. 9. num. 123. & ſeqq. Pu ad ſtat. Vrb.
lib. 1. cap. 151. gloſ. 7. num* 133. Prout etiam non fuit
noua licentia neceſſaria in actu reuerſionis ſequuto,
vigore pacti reuerſiui appoſiti in dicta donatione ad
fauorem D. Iuliæ. Et tantò magis non fuit opus no-
ua licentia, quia dicta hypotheca fuit iam conſti-
tuta ad fauorem Adriani, vigore facultatis vendendi,
quæ cùm remanſerit in eiuſdem hæreditate, tranſiit eo
ipſo

ipso cum obligatione generali omnium bonorum ad fauorem Dimitillæ, vt fuit firmatum in dicta 1, *Decis. in hac causa facta, vers. sed vnum est.*

Non obstat etiam obiectum nouiter excitatum ex
16 dicta Constitutione Pauli V. vers. *praeterea*; † Quæ disponit licentiam in actu celebrationis contractus esse realiter exhibendam, & dimittendam penès Notarium, & quòd d. forma non fuit seruata in constitutione d. hypothecæ facta per D. Adrianum; Quia quicquid sit an stante amplissima derogatione d. Constitutionis, censeatur etiam derogatum necessitati exhibendi, & dimittendi d. licentiam, & maximè ex quo dicta derogatio fuit cum clausula, *habite tenore pro registrato*, Prout in puncto voluit *Roland. cons. 61. num 31. vers. vlterius dicitur, & numer. seqq. lib. 3.* nec non an d. solemnitas sit remissa ex amplissima, & libera facultate D. Iuliæ data cum reseruatione Iurium Cameræ, prout resoluit, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. titul. 24. num. 5.* cum aliis allegatis in eadem *vltima decis. vers. ad secundum:* Dicebant Domini, quòd forma dictæ Constitutionis fuit obseruata per insertionem Chyrographi in donatione, & illius dimissionem penès acta eiusdem Notarij, ex eadem ratione supra tradita; nempe quia dicta constitutio hypothecæ non fuit aliud, quàm exequutio d. donationis, quæ propterea non requirit reiterationem formæ, & solemnitatum, sed sufficit, quòd dictæ formæ, & solemnitates fuerint à principio, prout fuerunt, adhibitæ in donatione, ex Iuribus, & Doctoribus supra citatis. Si enim in actuali constitutione hypothecæ per Adrianum facta, non fuit opus nouo Principis consensu, ex quo est exequutio dictæ donationis, in qua iam consensus interuenit, multò minùs in ea requiritur dicta forma insertionis, & dimissionis, cùm illa etiam fuerit iam obseruata in dicta donatione; Vnde nihil ad rem facit, quòd Bulla requirat etiam dictam formam insertionis in correspectiuis, & connexis; quia est intelligendum de connexis, & correspectiuis, in quibus desideratur etiam nouus consensus, vt in verbis Bullæ, ibi, *quatenus etiam in subditis*, & ibi, *ita videlicet, quòd nostra, &c.* Et sic in his contractibus, qui aliquid de nouo præcedentibus, addunt aut detrahunt, qui ideò dicuntur connexi, aut correspectiui; non autem in contractibus, seu actibus dependentibus, & qui nudam solam executionem præcedentium continent, vt in casu nostro, tunc enim cùm nec noua licentia requiratur, sed sufficiat iam obtenta, ita nec alia solemnitas desideratur, sed sufficit, quòd illa fuerit obseruata in præcedentibus.

Tandem ad ea, quæ dicuntur de excussione priùs facienda, fuit latè satisfactum in eadem *decis. in fin.*
17 & ibi tradita Dominis placuerunt, † Quicquid dicat, *Bursat. cons. 80. num. 27.* Quia loquitur contra receptam sententiam; & Doctores, quos ibi citat, aut illud non dicunt, aut loquuntur in diuersis terminis.

Et ita vtraque parte, &c.

Romana, seu Carthaginen. Pensionis.

Merc. 28. Iunij, 1628.

ARGVMENTVM.

Subsidium, & Excusatum, an, & quando sint defalcanda à pensione libera, & immuni ab omni onere reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium, & Excusatum defalcari non debent ex pensione, quæ fuit reseruata, immunis etiam ab onere subsidij.*

2 *Et quid subsidium, & Excusatum fuerint prorogata, seu de nouo concessa post reseruationem dictæ pensionis, cum expressa clausula, quod etiam Pensionarij ad illa teneantur, & cum specifica derogatione pactorum, & conuentionum initarum inter Pensionarium, & Titularem, num. 3.*

3 *Subsidium, & Excusatum defalcari debent ex Pensione reseruata immuni, & ab onere subsidij: si post dictam reseruationem fuerit inita concordia inter Regem, & Clerum à Papa confirmata, in qua cautum sit, vt non obstante quacúmque exemptione ab omni décima, seu subsidio, pensionarij teneantur pro rata contribuere, etiam dicta concordia afficiat Pensionarium quoad Titularem, & num. 5.*

Fallit primò si Titularis non agat contra Pensionarium, sed Pensionarius contra tertium, numer. 6.

Fallit secundò si d. Tertius post præfatam concordiam se obligauerit integram Pensionem soluere, quia tunc illi obstat exceptio pacti nouissimi, numero 7.

Fallit tertiò si pensio fuerit, vt supra immunis reseruata post dictam concordiam; quia tunc, licèt Pensionarius quoad Regem teneatur; potest tamen integram pensionem à Titulari exigere, numer. 8.

4 *Soluere obligatus cum alio siue pro parte, siue in solidum, soluendo solidum repetit à correo.*

9 *Compensatio quando non admittatur in obligatione Camerali, & num. 10.*

DECISIO CLVII.



PRÆSVPPOSITO facto prout *in decisione 24 Febr. præsentis anni coram R.P.D. meo Dunozette*, fuit hodie coram me dubitatum, An, & quomodo sit defalcandum subsidium & Excusatum ex pensione, de qua in dicta decisione, † Et non esse defalcandum 5
prætendabat D. Tiberius de Caualeriis Pensionarius, ex quo dicta Pensio fuit ei reseruata, libera & immunis ab omni impositione, & onere, etiam Subsidij Charitatiui imposito, seu pro tempore imponendo; etiam quòd in impositionibus huiusmodi expressè caueatur, quòd Pensionarius pro rata Pensionis quamtumuis exemptæ contribuere teneatur: Et fuisse ita sæpissimè resolutum, & præsertim apud *Seraf. decis. 1548. num. 2. & in Valentina Subsidij 4. Maij, & 26. Nouembris, 1611. coram bon. mem. Pena, & in Perusina Pensionis 13. Ianuarij, 1614 coram bon. mem. Cardinali Sacrato, in alia Valentina Subsidij 22. Maij, 1615. coram D. meo Pamphilio*, quæ est *decis. 702. par. 2. recent. in Ceneten. Pensionis 7. Iunij 1621. coram bon. mem. Remboldo*, & in aliis adductis per *modernos Romanos, discept. forens. cap. 547. num 26. cum seqq.* & tandem *in Bergomen. Pensionis 13. Nouembr. 1626. & 16. Aprilis, 1627. coram me, & in Parmen. Pensionis 5. Iulij, 1627. coram ben. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Neque obstare, quòd † Subsidium, & Excusatum 2
fuerint prorogata, seu de nouo concessa post reseruationem dictæ Pensionis, cum expressa clausula, quòd etiam Pensionarij ad illa teneantur; & quòd in specie in ea derogetur pactis, & conuentionibus initis inter Pensionarium, & Titularem; & cum aliis amplissimis clausulis

clausulis derogatoriis exemptionis, de qua in literis reseruationis; Quia (vt dicebatur) grauamen huiusmodi, Pensionariis iniunctum, & derogationes præfatæ intelliguntur quoad Regem; itaut exemptione non obstante, possit Rex Subsidium, & Excusatum à Pensionariis pro rata pensionum exigere, non autem afficiunt Pensionarium quoad Titularem, adeò quòd Pensionarius nihilominus poterit integram Pensionem exigere à Titulari, qui vigore pacti, de quo in dictis literis tenetur Pensionarium indemnem ab omni contributione releuare, prout pleniùs, & clariùs in dicta *Bergomen. Pensionis* 13. *Nouembris*, 1616. *coram me*: Vnde cùm in præsenti non contendatur cum Rege, consequenter intrare videtur d. Decisiò.

Exaduerso autem pro Seminario Carthaginen. Titulari dicebatur; stantibus etiam supradictis decisionibus, nec non conclusione firmata *in Bergomen. Pensionis*, de qua supra, esse nihiluminus ex alio ca-
3 pite Subsidium, † & Excusatum defalcanda, nempe vigore concordiæ initæ inter Regem, & Clerum Hispaniarum à Papa confirmatæ post dictam reseruationem; qua cautum fuit, vt non obstante quacúmque exemptione ab omni decima, seu Subsidio, Pensionarij teneantur pro rata contribuere; Quæ concordia non solùm afficit Pensionarios quoad Regem, sed etiam totum Clerum inter se, quia totus Clerus in ea interuenit, & sic afficit etiam Pensionarios Hispanos quoad Titulares, & Titulares quoad dictos Pensionarios; itaut sicut extra terminos d. concordiæ Pensionarius opponere potest contra Titularem de pacto inter ipsos inito, in actu præstiti consensus; nempe quòd ipse non teneatur ad aliquod onus impositum, seu imponendum; pariter etiam in terminis concordiæ de qua agitur, ex quo illa fuit facta, & confirmata post reseruationem Pensionis cum amplissima derogatione cuiuscúmque exemptionis Titularis, rectè opponere potest contra Pensionarium de pacto inter ipsos conuento in d. concordia ad effectum defalci, seu repetitionis; vt in puncto decidit *Rot. in decis. 161. par. 2. diuers.* & admittunt d. *decis. in causa Valentina Subsidij* 4. *May*, 1611. *coram Penia*, & *dicta Decisio in causa Bergomen. Pensionis, vers. non obstat* 4. *coram me*; Quæ Decisiones licèt nihil allegent, videntur etiam quoad hoc in iure verissimæ, per tex.
4 *in l. si in rem* 12. *C. si cert. pet.* vbi † quod obligatus soluere cum alio, siue pro parte, siue in solidum, soluendo solidum, repetit à correo; & ibidem etiam, *glos. & Bald. & per text. in l. 2. C. de duob. re. Bart. in l. si reos col. 2. vers. si ergo quæritur, ff. eod. tit. & Nat. cons.* 658. *numer.* 4.

Sed nihilominus in casu, de quo agitur, fuit iure optimo resolutum, Subsidium, & Excusatum non es-
5 se defalcanda; Quia † quidquid esset dicendum stante d. concordia post reseruationem Pensionis, si Seminarium Carthaginen. titulare, seu alios titularis ageret contra Pensionarium Hispanum, iuxt. tex. *in d. l. si in rem, C. si cert. pet.* cum aliis supra allegat. Tamen in præsenti casu visum fuit Dominis non intrare d. concordiam, & sic non esse locum prætenso defalco; Tum
6 quia † hodie non agit Seminarium titulare contra Pensionarium, sed Pensionarius contra tertium, nempe Petrum Merzal, qui nihil Regi soluit, nec soluere
7 tenetur; Tum etiam, & in omnem casum, † quia agitur contra d. Petrum vigore propriæ obligationis, scilicet ex cedula bancaria per eum data post d. concordiam, per quam se obligauit etiam in forma Cameræ ad integram pensionem; Vnde, sicut Titularis circumscripta propria obligatione contracta post dictam concordiam, posset fortè, iuxtà prædicta, aduersus Pensionarium opponere de concordia cum amplissima derogatione prædictæ exemptionis, facta post reseruationem Pensionis; ita in præsenti obstat Petro exceptio nouissimi pacti ex dicta cedula bancaria, *l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. & l. pacta nouissima, C. de pact.* Prout † etiam Pensionarij Hispani, 8
quorum pensiones sunt reseruatæ post d. concordiam cum supradicta exemptione, licèt quoad Regem nihilominus tenerentur, possent tamen integram pensionem à Titulari exigere, vt in d. *Decis. Bergomen. coram me*, & in aliis supra alleg.

Neque obstat exceptio compensationis, quam Petrus prætendit esse faciendam cum prætenso credito Seminarij, ex quo, vt prætendit, Seminarium soluit Regi ratam tangentem Tiberium, vti Pensionarium, virtute prædictæ concordiæ; Quia vltrà quòd solutio non benè probatur, & prætensum creditum Seminarij fuit contractum ante obligationem Cameralem, † quo casu regulariter non admittitur com- 9
pensatio, *Zach. de oblig. Cam. qu.* 18. *num.* 18. & *Modern. Roman. disceptat. forens. cap.* 129. *num.* 19. *cum seqq.* In præsenti penitùs difficultas, ex quo Petrus Merzal, stante propria obligatione etiam in forma Cameræ quoad dictum prætensum creditum Seminarij est tertius, & sic non gaudet beneficio compensationis, vt idem *Zach. d. quæst.* 18. *num.* 9. vbi quòd ita fuit decisum per Rotam in vna *Pictorien. depositi* 10. *Octobris*, 1561. *coram Rubeo*.

Et ita decisum vtraque, &c.

Parmen. Pensionis.

Merc. 28. Iunij, 1628.

ARGVMENTVM.

Manutentio non debetur ei, qui per publicum Instrumentum renunciauit suæ possessioni; Et quid si renunciatio metu facta fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum renunciationis possessionis facit notoriam per renunciationem.*
2 *Possessio amittitur per renunciationem.*
3 *Renunciantibus Iura sua non datur regressus ad illa.*
4 *Renuncians possessioni parte præsente, si postea agat possessorio, obstat ei exceptio renunciationis.*
5 *Exceptio defectus dominij, de quo notoriè constat ex renunciatione ipsius dominij ab actore facta ad commodum Rei conuenti, obijci potest agenti Interdicto Retinendæ.*
6 *Exceptio defectus Dominij probata ex notoria renunciatione, obstat agenti Interdicto Recuperandæ.*
7 *Probatio spontanea renunciationis, resultans ex publico Instrumento, præponderat probationi factæ per Testes, asserentes, renunciationem factam fuisse per metum, si dd. Testium fides, & dicta turbida reddantur, & num. 9.*
8 *Præsertim si renunciatio facta fuerit coram consanguineis, & amicis renunciantis, & aliis honestis viris, & in loco insigni.*
10 *Metus præsumptio, ex quibus excludatur, & num. præced.*
11 *Possessio amittitur per renunciationem metu factam.*
12 *Possessio amittitur solo animo.*

13 *Voluntas*

13 *Voluntas coacta, voluntas est.*
14 *Renuncians possessioni metu ductus, agere non potest possessorio, vel quatenus agat, debet pracedere iudicium super rescissione, seu sententia declaratoria nullitatis renunciationis.*

DECISIO CLVIII.

FVIT resolutum Dominico Matiæ non
esse dandum mandatum de manutenen-
do; Quia licèt eius quasi possessio exi-
gendi Pensionem de tempore litis mo-
tæ fuerit canonizata per Rotam in *de-*
cisione in hac causa facta 17. Febr. 1625. coram bon. mem.
1 *Vbaldo.* Tamen † ex quo Idem Dominicus posteà
die 14. Maij eiusdem anni expressè renunciauit dicti
quasi possessioni, & manutentioni per publicum In-
strumentum, quod facit probationem notoriam; vt
in terminis Instrumenti renunciationis possessionis,
2 *Abb. in c. sollicitè, num. 7. de rest. spoliat.* † per huiusmo-
di renunciationem fuit amissa quasi possessio, *Panor.*
in c. accepta, num. 4. eod. tit. Propterea ei non est danda
3 manutentio, Quia † renunciantibus iura sua non da-
tur regressus ad illa, *l. quaritur, §. si venditor, ff. de adil.*
edil. & in c. ex transmissa, cum vulgatis *de renunciat.*
4 & quod † renuncians possessioni parte præsente; vt
hîc, si posteà agat possessorio, nostet ei exceptio re-
nunciationis, *Abb. in d. cap. sollicitè in fin.* prout etiam
5 quòd † exceptio defectus dominij, de qua notoriè
constat, causata ex renunciatione ipsius dominij ab
actore facta, ad commodum Rei conuenti obiici pos-
sit agenti interdicto retinendæ, dixit *Horman. Dec. in*
l. naturaliter, §. nihil commune, num. 50. ff. de acq. possess.
6 Et in simili † exceptio defectus dominij probata ex
notoria renunciatione obstat agenti Interdicto Recu-
perandæ. *c. 3. de rest. spoliat. Menoch. de recuper. remed. 1.*
q. 27. num. 297.

7 Neque obstat, quòd dicta renunciatio † prætendatur
facta per metum; Quia prætensa metus proba-
tio fuit per Testes facta, quorum fides, nec non eo-
rum dicta ex obiectis datis pro parte D. Mussi Titu-
latis, videntur subidari: & ideò debet præpondera-
re probatio spontaneæ renunciationis, ex d. publico
Instrumento, *Neuiza. cons. 46. num. 36.* & præsertim ex
8 quo † renunciatio facta fuit coram Consanguineis,
& amicis Dominici, & aliis honestis viris, *l. quaro, §. fin.*
9 *ff. de adil. edil.* Et in loco insigni, nempe in Palatio
Episcopali Parmen. *Anton. de Butr. in c. super hoc. n. 28.*
col. 7. de renunciat. Alber. in l. 2. C. de his qua vi met. caus.
10 Ex quibus excluditur præsumptio metus; † itaut
præponderet probatio Instrumenti de spontanea re-
nunciatione, ad *tex. in vltima in princ. ff. de eo, quod*
met. caus.

Et in omnem casum fuit responsum, quòd per re-
11 nunciationem † etiam metu factam, amittitur posses-
sio *l. 3. §. si quis nuntiet ff. de acq. possess. Abb. in d. c.*
12 *super hoc n. 44. de renunciat.* Et ratio est, † quia possessio
13 solo animo amittitur *d. l. 3. §. in amittenda,* † Et vo-
luntas coacta voluntas est *l. si mulier §. si metu, ff. de*
eo, quod met caus. Dec. in l. velle non videtur nu. 1. cum
14 *sequen. de reg. iur.* Quo fit, vt metu † renuncians pos-
sessioni, aut agere non possit possessorio, vel quatenus
ei sit locus, debeat præcedere iudicium particulare
super rescissione, seu sententia declaratoria nullitatis
renunciationis, *Paris. cons. 5. num. 179.* & in puncto,
Menoch. de recuper. remed pr. n. 103. & seqq.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Sabinen. Siluæ.

Lun. 3. Iulij, 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur possessori de tempore mota litis.*
2 *Possessio probatur ex fructuum perceptione, qua nulla alia certior regula datur vera possessionis.*
3 *Possessio Antecessoris in beneficio suffragatur successori ad effectum manutentionis.*
4 *Possessio generalis vnius Tenuta non se extendit ad siluam sitam intra fines eiusdem Tenuta.*
5 *Confessione propria nulla maior probatio.*

DECISIO CLIX.

DOMINI dixerunt Thadæo vti Cano-
nico S. Mariæ Magdalenæ Castri Mon-
tis Rotondi, esse dandum mandatum
de manutenendo contra Dominos de
Cæsiis, in possessione Siluæ nuncupatæ
Monteli fiocchi; † Cùm enim constet de eius posses- 1
sione de tempore litis motæ, manutenendus est, *§. re-*
tinenda instit. de interd. l. 1. vbi *Bart. ff. vti possid. Rot.*
apud Greg. XV. decis. 582. num. 1. & decis. 147. n. 1. p. 2.
recent. & alibi sæpiùs.

Quòd autem dictus Canonicus possideret de tem-
pore motæ litis dictam Siluam, & priùs eandem pos-
siderent eius antecessores in dicto Canonicatu, benè
probatur † ex pluribus Instrumentis locationum e- 2
iusdem Siluæ, cum fructuum perceptione, *Summario*
Thadei, num. 2. qua nulla alia veræ possessionis certior
regula, *l. Titia,* vbi *Bart. & alij, ff. de solut. Gabr. tit. de*
locat. conclus. 4. num. 2. & seqq. Ludou. Gomez. in reg. de
annal. quast. 47. num. 1. & 2. Cas. de Grass. decis. 10. num. 3.
de caus. poss. & propr. Greg. XV. decis. 6. num. 6. & Rot.
in recent. decis. 555. num. 1. & decis. 508. num. 1. & decis.
639. num. 6. par. 2. Et fuit dictum *in Perusina Pecunia-*
ria 22. Mai, 1626. coram me; Et quòd † possessio ante- 3
cessorum suffragetur Thadæo existenti in possessione
eiusdem beneficij ad effectum manutentionis, *Tiraq.*
in tract. le mort saisi, par. 1. declar. 5. Surd. cons. 183.
nu. 38. & Rota apud Greg. decis. 246. nu. 1. vbi latè *Ad-*
dentes nu. 2.

Neque obstat, si dicatur, quòd de dicto tempore
motæ litis Domini de Cesijs possidebāt quandam te-
nutam, intra cuius fines sita est Silua, de qua agitur,
& quòd alias fuerunt in ea manutenti; Quia † eorum 4
generalis possessio non comprehendit, nec se extendit
ad dictam Siluam per Thadæum possessam, *Abb. cons.*
71. num. 3. par. 2 Rot. decis. 1. num. 3. vers. hac vera, de pra-
script. in nou. Put. decis. 301. num. 1. par. 2. & Addentes ad
decis. Gregor. 557. num. 12. Quòd verò Silua infrà limi-
tes tenutæ existat Domini non dubitarunt; quia satis
probatur ex relatione peritorum, eod. *Summario, num.*
3. & ex Instrumento venditionis lignorum tenutæ, in
quo excipitur huiusmodi Silua; Et demùm † ex pro- 5
pria confessione D. Federici Cesij in quadam eius
Epistola *d. Summario nu. 4.* qua nulla melior probatio,
l. cum precum C. de liber. caus. & c. per tuas de pro-
bat.

Et ita decisum vtraque, &c.

Florentina Iurispatronatus de Iansigliaccis.

Lun. 3. Iulij, 1628.

ARGVMENTVM.

Possessio capta pendente termino ad appellandum, & postquàm causa appellationis fuit à Papa simpliciter commissa est attentata. Appellatio an, & quando detur à collatione Parochialis ad effectum suspensiuum.

SVMMARIVM.

1 *Attentata est immissio sequuta intra terminum datum ad appellandum, & nu.6.*
2 *Appellatio non datur à collatione Parochialis ad effectum suspensiuum.*
3 *Declara id procedere in Parochialibus, quæ prouidentur per concursum, non autem quando agitur inter Patronos, aut præsentatos, & appellatur ab institutione facta ad præsentationem vnius ex patronis.*
4 *Attentata est possessio capta, postquàm causa appellationis fuit à Papa simpliciter commissa.*
5 *Appellatio datur à sententia lata super subreptione Commissionis causa, & sic super incompetentia Iudicis.*

DECISIO CLX.

FVIT resolutum, Possessionem Parochialium S.Mariæ, & S. Andreæ vnitarum, captam per Stephanum de Bonfantibus die 19. Septembris 1627. vigore mandati de immittendo, Ordinarij Florentini, fuisse attentatam: Nam ex quo ab institutione dicti Ordinarij facta die 26. Nouembr. 1616. de dicto Stephano vti præsentato ab Horatio tam nomine proprio, quàm Procuratorio aliorum familiæ de Iansigliaccis, fuit appellatum die 27. eiusdem
1 mensis; † immissio postea sequuta, fuit attentata, *capit. non solum*, & ibi *glos. de appellat. in 6.* cum vulgar.

2 Neque obstat, quòd agatur in Parochiali, † in qua appellatio non admittitur, nisi ad effectum deuolutiuum, iux. *Sacr. Conc. Trident. sess. 24. cap. 18. vers. in omnibus de reformat. & ex Bulla Pij V. de Conferen.*
3 *Parochialibus*, † Quia Sacrum Concilium, & Bulla disponunt in Parochialibus, quæ prouidentur per concursum, non autem, prout in casu nostro, quando agitur inter Patronos, aut præsentatos, & appellatur ab institutione facta ad præsentationem vnius ex patronis; prout in puncto sic distinguit *Rot. decis. 656. nu. 2. par. 1. recent.* vbi etiam aliæ Rotæ Decisiones recensentur.

Et tantò magis dicebant Domini, dictam possessionem fuisse attentatam, † quia causa dictæ appellationis ab Ordinario interpositæ, fuit per Signaturam vtraque parte informante simpliciter commissa vni ex Iudicibus Synodalibus Florentiæ; Vndè quamuis non constet, Ordinarium fuisse inhibitum seu habuisse notitiam de ista Commissione, satis est, quòd Papa causam simpliciter commiserit, ad effectum, vt possessio posteà capta, sit attentata; vt fuit in termi-
4 nis resolutum; *in Romana Denariorum de Zanonibus 17. May, 1621 coram bon. mem. Vbaldo, & in Leodien. Dominij de Hollonia, 25. Iunij, 1628. coram me.*

Neque obstat, quòd Iudex Synodalis declarauerit Commissionem fuisse subrepticiam, ita vt remoto obstaculo Commissionis, Ordinarius potuerit procedere ad immissionem; † Quia nihilominus Ordinarius 5
hoc facere non potuit sine vitio attentatorum, tùm vigore appellationis ab eodem Ordinario, vt dictum est interpositæ; tum etiam quia à Sententia Iudicis Synodalis super subreptione lata, & sic super incompetentia dabatur appellatio, *Bart. in l. 2. nu. 10 vers. quæro vtrum à Sententia, ff. si quis in ius vocatus non ierit, Bellam. in cap. super eo, num. 16. de appell.* Vnde cùm fuerit posteà appellatum, possessio deinde per Stephanum capta fuit attentata; etiam vigore dictæ appellationis à Iudice Synodali interpositæ, *glos. in d. cap. non solum de appell. in 6.*

Et ita vna tantùm parte informante, &c.

Romana Expensarum.

Lun. 3 Iuly, 1628.

ARGVMENTVM.

Expensæ Litis quæ debeantur, & quomodo taxandæ.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio expensarum Iudicialium est iusta; Et quæ dicantur expensæ Iudiciales.*
2 *Expensæ Iudiciales dicuntur certæ, quia liquent ex actis: & proptereà debentur, nu. 2.*
3 *Pro mercede Procuratoris, & Aduocati semper solet aliquid taxari, arbitrio Rotæ.*
4 *Peritis merces regulari non debet à quantitate pecuniarum calculatarum, sed solùm pro modo laboris, qui impenditur in inspiciendis libris, & computis faciendis.*
5 *Expensæ factæ pro extrahendis Instrumentis, dicuntur excessiuæ, quando extractio fieri poterat cum minori impensa, præuia partis citatione ad declarandum an vellet stare simplici copia.*

DECISIO CLXI.

CVM hæredes q. Ioannis Rotuli fuerint condemnati ad reficiendas expensas factas per D. Marchionem Ruspolum in tribus instantiis habitis in causa Romana scutorum 100. millium; Iudex tertiæ Instantiæ illas taxauit ad ducatos centum septuaginta octo; Sed quia à dicta taxatione fuit appellatum, dedi dubium, An illa esset iusta; Et Domini exceptis duabus infrascriptis partitis, dixerunt, iustam esse, Quia dictæ expensæ, prout in lista, seu taxa,
Aut sunt † Iudiciales, videlicet registri, citationum, 1
examinis Testium, extractionis scripturarum, & similium; quæ sunt certæ; † quia liquent ex actis, *l. hac* 2
sententia, l. 1. C. de sent. quæ sin. cert. quant. profer. Quæ proptereà debentur, *l. properandum, §. sine autem, C. de Iudic.* vbi etiam *Ias. num. 14. Rot. decis. 283. num. 1. par. 1. recent.* Aut pro mercede † Procuratoris, & Aduocati, 3
pro quibus semper solet aliquid taxari arbitrio Rotæ, *Vestr. in prax. lib. 8. cap. 2. num. 11. Rot. in Lunen. Sarzanen. expensarum 28. May, 1627. coram Reuerend. D. meo Decano.*

Duæ autem partitæ, in quibus taxationem mode-
randam esse dixerunt, sunt in primis partita scuto-
rum 100. soluta Perito ad calculandum data, & acce-
pta ex libris rationis Bancariæ, quæ fuit moderata ad
scuta 25. Quia fuit consideratum, quòd licet dicta
scuta centum fuerint erogata ex causa litis; tamen
4 erogatio ex dicta causa fuit excessiua, † Non enim
debuit regulari à quantitate pecuniarum calculata-
rum, sed pro modo laboris, qui impenditur in inspi-
ciendis libris, & computis dispungendis, iuxtà tex-
tum optimum, *in l. Seio amico, ff. de ann. leg.* Porrò ma-
gna summa sæpè æquè faciliter potest calculari, si-
cut parua, vt patet ad sansum; Secunda verò partita
reformata fuit, nempe illa scutorum 35. soluta pro ha-
beodis quibusdam Instrumentis emptiunum aliquo-
rum stabilium, quæ fuit diminuta ad scuta sex, Quia
extractio prædictorum Instrumentorum poterat fieri
cum minori impensa, præuia pacti citatione, ad de-
clarandum; an vellet stare simplici copiæ.

Et ita vtraque, &c.

Valentina Expensarum.

Lun. 3. Iulij, 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Aggrauatoria contra quos dari debeat.*
2 *De contumacia constare dicitur eo ipso, quòd facta intimatione, non docetur de aliqua paritione.*
3 *Absolutio nulla est, defectu Iurisdictionis.*

DECISIO CLXII.

LIQVIDATIS expensis factis in Valentina legitimitatis ad ducatos 1638. nec noo Executorialibus pro illis relaxatis, legitimè iotimatis D. Iacobo Sotell, quia non paruit, fuit contra eum data Declaratoria; quæ fuit etiam eidem legitimè intimata; Cùm autem adhuc non paruerit, Dubitaui hodie; An
sit daoda Aggrauatoria; Et fuit affirmatiuè resolu-
1 tum, † Quia Aggrauatoria de Iure est danda contra
perseuerantes in contumacia; & sic contra eos, qui
Executorialibus, & sententiç declaratoriæ oon parent,
sed censuras Ecclesiasticas sustineot, *Vestr. in prax. lib. 8. cap. vlt. num. 19. vers. lata denique, Rot. decis. 557. nu. 1. par. 1. recent.* Et fuit millies decisum.

2 De contumacia † autem dicti Iacobi eo ipso con-
stare dicitur; quòd facta intimatione non docetur
de aliqua paritione, *Put. decis. 324. lib. 1. in non impress. Rot. decis. 478. num. 2. par. 2. recent.* vbi quod eo ipso dicitùr incursa, & purificata, *Seraph. decis. 1113. num. 3.*

Nec releuat prætensa absolutio, obtenta; vt dicitur
3 à quodam Iudice delegato Nuntij Hispaniarum; †
Quia fuit nulla defectu Iurisdictionis, ex quo Executoriales, & Declaratoria emanarunt à Rota vigore specialis Papæ Commissionis, & idem Nuntius cogoita rei veritate moderatus fuit, suam Commissionem cum omnibus inde secutis, & partes remisit ad Rotam; à qua prædicta emanarunt.

Et ita vna tantùm, &c.

Barchinonen. Beneficij.

Lun. 3. Iulij, 1628.

ARGVMENTVM.

Plures numerantur nullitates sententiæ, & permutationis beneficij de Iurepatronatus; de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla est, si lata sit absque citatione.*
2 *Item si non constet de die, qua fuit promulgata.*
3 *Item si non apparet fuisse lectam.*
4 *Permutatio Beneficiorum expediri non potest per Vicarium sine speciali mandato Episcopi.*
5 *Permutatio Beneficiorum est nulla, si facta fuerit absque aliqua Ecclesia necessitate, vel vtilitate, sine quarum altera, permutationes fieri non possunt, coram inferiore.*
6 *Ordinario attestanti, permutationem fuisse factam ex iusta causa, credendum non est, nisi alibi de causa constet.*
7 *Resignatio in fauorem, coram Ordinario facta, non valet.*
8 *Permutatio Beneficij de Iurepatronatus non valet sine consensu Patroni.*
9 *Permutans Beneficium de Iurepatronatus sine consensu Patroni, si posteà contrahat matrimonium, non potest ampliùs ad beneficium permutatum redire, & ideò aperitur via patroni ad alium præsentandum.*
10 *Patronus requisitus ad præstandum consensum permutationi beneficij de Iurepatronatus, si contradicat, potest Ordinarius permutationem approbare.*
11 *Declara 1. quod requisitio debet fieri personaliter, peremptoriè, & cum expressione causæ, ob quam patronus debeat præstare consensum.*
12 *Declara 2. quòd Ordinarius possit facere dictam approbationem, contradicente patrono, si concurrat magna Ecclesiæ vtilitas, aut necessitas.*
13 *Iuspatronatus, & pertinentia illius ex quibus probentur ad effectum annullandi permutationem factam sine consensu patroni.*
14 *Iuspatronatus, & pertinentia illius ex quibus probentur, si Ordinarius non sit in causa, & n. 15.*

DECISIO CLXIII.



IOSAPH Fuluisia prouisus de beneficio SS. Iuliaoi & Iustinæ ad præsentationē q. Benedicti de Fuluisia dicti beneficij patroni, nullo habito consensu ab Antonio Fuluisia filio, & herede d. Benedicti, ac moderno patrono, illud permutauit cum alio beneficio, possesso per Franciscum Gomes; & deinde matrimonium contraxit; Sed cùm Antonius Patronus prætenderet permutationem fuisse nullam, & beneficium vacare, præsentauit intra legitima tempora Gerardum Maurum: Et introducta desuper lite, Officialis Barchinonen. pronunciauit; Permutationem fuisse validam; Commissaqua mihi causa appellationis, Domini resoluerunt, dictam sententiam esse infirmandam, tam ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ.

Nullitas fuit visa euidens, nedum Quia † non 1
apparet

apparet de citatione ad sententiam, *ad l. de vno quoque, ff. de re Iudic. Bart. in l. mulier in interest ad fin. ff. de condit. & demonstr. Greg. XV. decis. 4. nu. 1.* Sed etiam
2 † quia non constat de die, qua fuit promulgata, *Speculat. in tit. de sententia, §. iuxtà, num. 7. lib. 2. Modern.*
3 *Romani de Senten. & re Iudic. glos 16. n. 7.* Sicut † nec quod fuerit lecta, *Bart. in l. 3. in fin. n. 5. C. de sent. ex peric. recit. Modern. Rom. vbi supra num. 2. cum seq.*

Iniustitia visa fuit non minùs clara, stante inualiditate dictæ permutationis, quæ ex pluribus deduce-
4 batur, Et primò quia † permutatio non fuit expedita per Episcopum, sed per Vicarium, qui sine speciali mandato, de quo non constat, id facere non potuit, *Feder. in tract. de permut. benef. quæst. 26. Petr. de Vbald. eod. tract. quæst. 4. & Bellam. q. 3. Azor. Instit. Moral. pa. 2. ca. 29. qu. 4. lib. 7. Garz. de benef. par. 11. cap. 4. num. 74.*
5 Secundò, Quia † facta fuit absque aliqua Ecclesiæ necessitate, vel vtilitate, sine quarum altera, coram inferiori permutationes fieri non possunt, *Pars. de resig. lib. 11. qu. 5. nu. 14.* adeò, vt, iuxtà magis veram, & recce-
6 ptam sententiam, Ordinario † attestanti, permutationem fuisse factam ex iusta causa, cred. non sit, nisi alibi de causa constet, vt ex pluribus cumulat, *Garz. vbi supra, num. 52.* In præsenti autem non solùm de Iustitia causæ non constat; quinimò ex quo permutatio fuit facta de beneficio pingui cum beneficio nullius valoris, & vt dicunt, de Pertica, & Ioseph illius possessionem adipisci non curauit, sed statim matrimonium contraxit; visum fuit Dominis, dictam permutationem fuisse factam ad palliandam resignationem ad fa-
7 uorem, † quæ coram Ordinario fieri non potest, *Pars. de Resig. lib. 9. q. 9. n. 5. & 6.*

Tertiò, quia cùm dictum beneficium SS. Cypriani, & Iustinæ esset de Iurepatronatus Laicorum, & Ioseph permutans, haberet notitiam Iurispatronatus, nõ
8 potuit deueniri ad permutationem † sine consensu Patroni; prout deuentum fuit, *Sarnen. de infirmand. resignat. quæst. 17. col. 4. in princ. in 2. cas. Suar. de relig. lib. 4. cap. 32. nu. 12.* Et plures cumulant, & sequuntur, *Garz. de benef. par. 11. cap. 3. num. 19. cum seqq. & cap. 4. num 72. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 10. num. 369. Modern. Roman. discept. forens. cap. 835. per tot.* præsertim *num. 6. lib. 1.* Et fuit laté discussum, *in Gerunden. beneficij de Agrillana 8. Martij, 1617. & 21. Februarij*
9 *præteriti, coram D. meo Pirouano:* Vnde † fuit omninò aperta via patronis ad alium præsentandum, stante matrimonio postcà contracto, ex quo Ioseph non poterat ampliùs allegare, se velle ad beneficium permutatum redire, vt fuit in puncto resolutum in *Mediolanen. Iurispatronatus coram Blanchetto*, quæ habetur apud *Garz. dicta parte 11. cap. 3. num. 17.*

Non obstat, quòd cùm Antonius modernus Patro-
10 nus fuerit requisitus ad præstandum consensum, † illo contradicente, potuit Ordinarius permutationem approbare, prout de hoc videtur esse *Declaratio Sacr. Concilij*, Quia, vltrà quòd de valida requisitione non
11 constat, † cùm requisitio debeat fieri personaliter, peremptoriè, & cum expressione causæ, ob quam deboat præstari consensus, vt per *Lambert. de Iurepatr. par. 1. lib. 2. ar. 6. quæst. 6. numero* 44. hoc intelligendum
12 est prout supra, nempe † concurrente magna Ecclesiæ vtilitate, aut necessitate, *Garz. vbi supra cap. 3. nu. 28. Monet. d. cap 10. num. 374.*

Non etiam obstat, si dicatur, quòd non constat de Iurepatronatus, illiúsque pertinentia; quia, vltra quòd
13 ad effectum † annullandi permutationem factam sine consensu patroni, sufficit probare Iuspatronatus, & pertinentiam ex sola confessione permutantium, quæ hîc probatur ex requisitione Antonij ad præstandum consensum, vt fuit in puncto resolutum, *in Gerunden. permutationis 17. May, 1598. coram bon. mem. Litta*;

In casu nostro cùm Ordinarius non sit in causa, † sa- 14
tis visum fuit Dominis probari Iuspatronatus, & pertinentiam, ex pluribus præsentationibus, per longissimum tempus effectum sortitis; Et ex quo Antonius, qui Gerardum præsentauit, est filius, & hæres d. q. Benedicti, qui fuit in quasi possessione præsentandi, *Gregor. XV. decis. 349. nu. 1.* & ibi *Add.* & fuit dictum in *Elnen. beneficij, 28. Iunij, 1627. coram me.*

Et ita vnæ tantum, &c.

Leodien. Educationis Prolis.

Lun. 3. Iulij, 1628.

ARGVMENTVM.

Diuortio facto, apud quem liberi debeant educari.

SVMMARIVM.

1 Auth. si pater, C. diuort. fact. apud. &c. *quando non procedat.*
2 *Liberi apud quem ali debeant facto diuortio, residet in arbitrio iudicis: & quomodo hoc arbitrium sit regulandum, n. 3. & 4.*
5 *De consuetudine Leodien. etiam masculi vsque ad septennium solent educari in Monasterijs Monialium.*
6 *Liberos alendi onus post triennium ad Patrem spectat.*

DECISIO CLXIV.

PENDENTE lite super Diuortio inter Gerardum, & Catharinam Coniuges, Dubitaui, apud quem duo eorum filij, vnus masculus ætatis quatuor annorum, alter verò fœmina circiter trium, sint educandi; & cuius expensis: Et quamuis interim dicti Coniuges separatim viuant; cum Catharina de Ordine Rotæ insequendo rescriptum Signaturæ, debeat commorari in aliquo Monasterio Monialium Ciuitatis Leodien. sibi benè viso; quia tamen pendet lis super Iustitia Diuortij, & cuius culpa Catharina à dicto suo viro diuerterit, Propterrà dicebant Domini
quòd non versamur in terminis † *Auth. si pater, C. di-* 1
uort. fact. apud quem liber. morar. vel educar. deb. sed in
terminis, *l. 1. eiusdem tituli*, quæ isto casu, † arbitrio Iu- 2
dicis relinquit, apud quem liberi debeant educari, *ibi, competens Iudex æstimabit, vtrum apud Patrem, an apud Matrem matrimonio separato, filij morari, ac nutriri debeant*, vt declarat & exponit *Zanch. de matrim. lib. 10. de diuort. disput. 20. num. 8. & 10.*

Vnde quamuis regulariter arbitrium sit regulan-
dum, † vt vsque ad triennium soboles apud matrem 3
educentur: maiores autem triennio apud Patrem eius expensis, *l. nec filium, C. de patr. potest. Specul. in tit. qui filij sint legitim, §. vnico, num. 26.* Hoc tamen est verum,
† præterquam si inspectis particularibus circumstan- 4
tiis, aliud expedire videatur, *l. prima, & penultima, ff. vbi pupill. educar. debeant, Bald. cons. 487. lib. 5. Vinc. de Franch decis. 350. in princip.* & in puncto, *d. l. 1. C. diuortio facto, Sanchez. supra num. 1. in fin.* & facit lex optimus, *in l. 3. §. etiam, ff. de liber. exhiben.* ibi, *etiam si maximè probet filium pater in sua potestate esse; tamen causa cognita mater in retinendo eum potior erit*, Et notant communiter *Doct. in c. fin. de conuers. infidel.* In casu autem nostro visum fuit Dominis ex quibusdam

particularibns causæ circũstãtiis, quę ex datis, pro parte Catharinæ resultant, filios præfatos educandos esse in eodem Monaltetio vbi deget Catharina mater, quòd in illis partibus non est inconueniens, in quibus
5 de consuetudine in † Monasteriis Monialium educari etiam masculi, vsque ad septennium, sæpins solent, &
6 quidem expensis Geraedi, † Cùm onus alendi post triennium ad eum spectat, *l. si quis à liberis in princ. & in §. si vel parens, ff. de liber. agnosc. & d. l. filinm, C. de patr. potest. & Sanchez. ibidem numer. 6. versic. quare tanqnam.*

Et ita vtraque, &c.

Maceraten. Legitimæ.

Lun. 6. Nouembris, 1628.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Hæres tenetur conficere Inuentarium, iuxtà præceptum Testatoris, aliàs si petit legitimam in bonis illius, obstat ei exceptio non confectionis Inuentarij.*

2 *Curator tenetur conficere inuentarinm nomine pupilli, cui omissio illius non præiudicat.*

DECISIO CLXV.

FVIT hodie resolntum, hæredibus Francisci d. Vicis tantum informantibus, esse confirmandas sententias Rotales in hac causa latas; firmantes, Pellicanis petentibns legitimam ex persona Philippi in bonis Mathæi Testatoris obstare omissionem confectionis inuentarij, Quia solidum visum fuit fundamentum, quo nituntur tres Decisiones conformes desuper factæ coram Domino meo Vbaldo, nempe,
1 Quod Philippus iuxtà præceptum Testatoris † tenebatur conficere inuentarium, *ad l. post legatum, ff. de his quæ vt indign.* cum aliis *in prima ex dictis Decisionibus* fusè traditis, Et quòd vice versa dicta exceptio non potest opponi dictis hæredibus ex persona Francisci nepotis, & hæredis eiosdem Testatoris; quia tunc Franciscus erat minor, & omnia bona hæreditaria administrabantur per Philippum, & alios eius patruos cohæredes, à quibus Pellicani causam habent, sub
2 quorum cura ipse existebat, † qui propterea tenebantur inuentarium conficere, & non Franciscus, *§. pupillis Auth. de hæred. & Falc.* & benè *in d. Decisione in hac causa facta.*
Et ita vtraque, &c.

Conuersana Iurisdictionis.

Ven. 10. Nouembris, 1628.

ARGVMENTVM.

Successor in Episcopatu, an, & quando teneatur exhibere processum accommodatum procuratori Antecessoris; Et an stetur iuramento successoris asserentis, se illum non habere; Et an, & quando successori noceant attentata per Antecessorem.

SVMMARIVM.

1. *Exhibitionem Processus petens, tenetur probare concludenter existentiam illius penes eum, à quo petit exhibitionem.*

2 *Episcopus successor an, & quando teneatur exhibere processum habitum ab Episcopo antecessore; & an stetur iuramento successoris asserentis, se illum non habere.*

Et declarantur plures Decisiones Rotales ad id allegata.

3 *Instantia transit ad successorem in Ecclesia: declara, vt num. 6.*

4 *Attentata prædecessoris purganda sunt à successore. Declara id procedere, quando successor succedit etiam Antecessori in attentatis; itaut ex eis commodum percipiat, alias secus, num. 7. & 9.*

5 *Hæres tenetur soluere debita defuncti. Declara hoc procedere, iuxtà vires hæreditarias, numer. 11.*

8 *Episcopus successor iudicatur tanquam tertius habens ius de nouo creatum à Papa.*

10 *Attentata quando purgari non possunt, habentur pro purgatis adhibita possibili diligentia; quæ censetur adhibita præstito iuramento.*

DECISIO CLXVI.

DVBITAVI hodie, an Episcopus Conuersanus teneatur exhibere Processum in causa Conuersana Iurisdictionis, quæ vertitur inter ipsum, & Archipresbyterum Terræ Rutiliani, accommdatum de anno 1589. procuratori Episcopi dictæ Ecclesiæ, qui tunc erat; itaut illo non exhibito, sit ei audientia deneganda; & quoad vtrámque dubij partem, fuit negatiuè resolutum, Quia non probatur † existentia 1
dicti Processus apud Episcopum, quæ de iure plenè, & concludenter probàri debet, *l. 3. in princ.* vbi *glos. in verb. summatim, & l. Celsus, §. sed & si, ff. ad exhiben. & l. 4.* vbi communiter notatur, *C. eodem, Seraf. dec. 1224. num. 1. Mantic. decis. 298. Rot.* post secundum volumen Consiliorum Farinac. *decis. 296. & apud Reuerendissim. D. meum Decanum decis. 63.*

Neque obstant Decisiones in causa *Marsicen. Iurisdictionis 3. Iunij, & 20. Nouembris, 1617. coram bon. mem. Buratto*; Quia licet ibi Episcopus, à quo petebatur exhibitio esset successor Episcopi, qui Processum habuit, † tamen plenè constabat de Processus exi- 2
stentia apud d. Episcopum, quia erat in ipsius Archiuio, qui propterea non poterat excusari, cùm posset cogere Archiuistam ad exhibendam, qui ad custodiam tenebatur, & propterea erat successor proximior, & agebatur de processu originali; hic autem agitur de simplici copia seu exemplo processus; quo casu semper est succursum petenti exhibitionem, illum extrahendo ab originali, & Episcopus Conuersanus est successor post alios quatuor Episcopos prædecessores: nec probatur, processum peruenisse ad manus alicuius ex dictis Episcopis; Vnde dictæ Decisiones procedunt in terminis longè diuersis,

Non obstat etiam Decisio in causa *Beneuentana Decimarum 28. Iunij, 1595. coram bon. mem. Penia*, vbi fuit dictum, successorem in dignitate teneri exhibere processum accommodatum procuratori antecessoris; Quia vltrà quòd ibi antecessor erat proximior, d. Decisio debet intelligi iuxtà terminos Iuris, nempe, nisi successor iuret non habere processum, nec operam dedisse, quo minùs illum exhibere posset; & quòd adhibitis congruis diligentiis

diligentiis, illum non potuit reperire, iuxt. tex. *in l.*
vltima, §.sin autem, C.de fid.instr.glos. in cap.significasti,
in verbo, si ita est, extr.de homicid. Specul.tit.de edit. In-
strum.§.postquam, & Gui d.decis.244. A quo iuramen-
to præstando, D. Episcopum in nostro casu non posse
excusari, Dominis visum fuit.

Neque obstat Decisio in causa *Valentina Illegiti-*
mitatis, 9. Decembris, 1609. coram Illustrissimo Card. Ca-
ualerio, impressa post secundum volumen Consilio-
rum Farinacij; vbi non fuit admissum tale iuramen-
tum, sed præcisè responsum pro exhibitione, Quia
ibi non agebatur ad exhiben. contra successorem, vt
hîc, sed aduersus eum, qui processum receperat à
Notario; & fuit probatum, quòd liber, in quo erat
registrata scriptura, de qua erat controuersia, erat
apud eum, qui fuit conuentus pro exhibitione, nec
non quòd in dicto libro repeciebantur aliqua folia la-
cerata, inter quæ deficiebat illa scriptura, quę peteba-
tur exhiberi; & in hoc fecit Rota præcipuum funda-
mentum, vt ibi *num.9.* Vnde dicta Decisio in hoc casu
non applicatur, prout nec etiam in eo, quòd in ea-
dem *Decisione num.5.* habetur, videlicet, quòd attendi
debet existentia scripturæ penes eum, à quo petitur
exhiberi de tempore motæ litis super negotio princi-
pali, non autem de tempore motæ litis super illius
exhibitione, Quia procedit retentis seriè facti, & cir-
cumstantiis supradictis: Et quidem meritò, quia ade-
rat vrgens præsumptio doli, qua non extante, prout
non extat in casu nostro, regula est in contrarium,
l.sigm appellatione septima, §.si quis non possideat, vers.si
quis cum Iudicij, ff ad exhib. vbi *Odofred. Alberic. & alij,*
Et agnouit eadem *Decisio d.nu.5.* nec contrarium di-
cit *glos.in l. non ignorabat, vers.iusse, C.ad exhib.* Prout
nec *Decisio Ianuen.475.num.10.apud Bellon.* quæ potiùs
hanc sententiam probat.

3 Demùm non obstat, quòd † instantia transeat, ad
successorem in Ecclesia, *Dec.in cap. quia 11.nu.25.de*
iudi.Mohed.decis.1. eodem tit. & Put. decis.177. lib. 2.
4 Nec quòd † Successor debeat purgare attentata præ-
decessoris, vt dicitur in d.*Decisione Mursicen.* Nec de-
5 mùm, quòd hæres † teneatur soluere debita defuncti;
Quia in primis illud de instantia non applicatur, ex
quo hic Episcopus Conuersanus non venit ad causam
prosequendo factum prætensæ occultationis proces-
sus, quia in hoc non est successor, prout in puncto re-
spondet *Rot decis.705 nu.4.par.1.recent* Sed venit pro
6 iure Ecclesiæ super iurisdictione de qua agitur: † &
in hoc tenetur prosequi eandem instantiam vti suc-
cessor qui ex natura Iudicij tenetur prosequi instan-
tiam à prędecessore cœptam; Similiter non applicatur
illud, quòd successor teneatur purgare attentata præ-
7 decessoris, Quia † procedit quando Episcopus succe-
dit etiam prædecessori in attentatis; itaut ex eis per-
cipiat commodum, aut vtilitatem; hoc enim cessan-
8 te, Episcopus successor † iudicatur tanquam tertius,
habens de nouo creatum à Papa, *Rom.cons 374.sub nu.*
9 *5.vers.sed Prelato, Rot.decis.13.de procur.in nou.* Et sic †
non tenetur purgare attentata prædecessoris, vt in
puncto respondet *Rota in d. Decisione 705.num.1.*
10 Et accedit, quòd quando attentata † non possunt
purgari habentur pro purgatis adhibita possibili dili-
gentia, *Crescent.decis.1.de sequestr.poss.& fruct. & Ad-*
dit.ad Gregor. XV. decis.503. num.3. Quæ diligentia
in casu nostro censetur adhibita præstito d.iuramen-
to; Et eodem modo respondetur ad illud de debito
11 defuncti, quia hæres † non tenetur, nisi in quantum
potest, id est, iuxtà vires hæreditarias, &c.

Et ita decisum vtraque, &c.

Giennen. Beneficij de Anduxar.

Lun.20. Nouembris, 1628.

ARGVMENTVM.

Valoris expressio facta in Gratia, motu proprio concessa, non indiget iustificatione.

SVMMARIVM.

1 *Valoris expressio facta motu proprio, non indiget iu-*
stificatione.
2 *Valor exprimi debet etiam in Gratiis motu proprio*
emanatis, iuxtà Regulam Cancellariæ, *non au-*
tem est iustificandus; Et ratio redditur, num.3.
4 *Valoris expressio requisita per* Regulam Cancella-
riæ *in Gratiis motu proprio, est contra ius commu-*
ne, & contra formam Regularum anteriorum
Pontificum, & ideò vti odiosa extendi non debet
ad valoris iustificationem; Quod comprobatur, nu.
5. Et reprobatur Decisio in Oxomen. Thesaura-
riæ coram Cotta, num.6.
7 *Indultum conferendi beneficia reseruata, si fuerit*
concessum à Papa cum exceptione, vt non com-
prehendat beneficia familiarium suorum, dicta
exceptio non expirat per mortem illius.
8 *Reseruatio, seu affectio durat etiam post mortem Pa-*
pa; Quod intellige prout ibidem.

DECISIO CLXVII.

LACVIT Dominis Decisio in hac cau-
sa facta 21. Iunij præteriti, in qua fuit
firmatum, Gratiam D. Beltrandi, motu
proprio emanatam, esse iustificatam; &
non obstare Indultum D. Cardinalis
Giennen. ex rationibus in dicta Decisione latè de-
ductis.

Neque hodie obstare visum fuit, quòd D. Beltran-
dus, valorem expressum in litteris non iustificauit,
Quia cùm valoris expressio † facta fuerit motu pro- 1
prio, non indiget iustificatione, *c.si motu proprio de præ-*
ben.in 6.Rot.decis.656.nu.1.& 2.p.2.recent. Et latiùs in
dicta *Decisione, vers.& præterea videtur.*

Non etiam obstat *Regula Cancellaria* de exprimen-
do valore; iuxtà quam † etiam in Gratiis motu pro- 2
prio emanatis, valor est exprimendus: quasi in con-
sequentiam sit etiam iustificandus, vt voluit *Garz.de*
ben.p.1.c.5.n.508. Quia vltrà quòd Garzi. hoc non re-
soluit, sed loquitur dubitatiuè, Rota decidit contra-
rium in *Casalen. Beneficiorum 10. Decembris præteriti*
coram D.meo Merlino; Et meritò; † nam ex quo per 3
Regulas antiquas valor non erat exprimendus in
Gratiis motu proprio, vt ex multis comprobat *Gabr.*
de clausconcl.2. n.81. Dum posteà in dicta Regula de
valore, nouiter additũ fuit, vt ille etiam in huiusmo-
di Gratiis exprimatur, non debet fieri extensiò ad iu-
stificationem, ex iis, quæ in fortioribus terminis circa
dictam Regulam aduertit, *Seraf. decis.911.* vbi quòd
cùm dicta Regula, † quoad valoris expressionem in 4
Gratiis motu proprio, sit contra ius commune, & cō-
tra formam Regularum anteriorum Pontificum, de-
bet vti odiosa restringi; Vnde in casu nostro non de-
bet ad iustificationem extendi, † imò cùm fuerit ca- 5
sus omissus; dicendum est, quòd Motus proprius
operatur quoad illam, iuxtà Regulas antiquas, Et
quod Papa per suos Officiales habuit notitiam veri
valoris, *Seraf. ibidem nu.5.*

Minùs obstat *Decisio Oxomen. Thesauraria 12. Iun.
1559. coram Cotta*, vbi quòd etiam valor expressus in
6 Gratia motu proprio, est iustificandus; † Quia vltrà
quòd dictam Decisionem conciliat *Garz.* vbi supra,
& Rota illam non sequitur, sed contrarium, vt in di-
ctâ Decisione *Casalen. coram D. meo Merlino*; In om-
nem casum, vt Domini dicebant, illa non applicatur
casui nostro; Nam cùm D. Beltrando vti filio Ora-
toris Catholici Hispaniarum Regis, Papa condonet,
seu gratiosè remittat anuatam, cessat præcipua ratio
Regulæ de valore; itaut non videatur posse dari de
defectu intentionis Papæ, ob non expressionem veri
valoris.

Demùm non obstat Indultum in illis verbis ibi, *aut
quandiu militantis Ecclesiæ, &c.* ex quibus prætenditur
post mortem Papæ cessare exceptionem Indulti; &
illud intrare ad fauorem D. Lupi, Quia, vt dictum
7 fuit in dicta Decisione, † illa verba non limitant re-
seruationem ad vitam Pontificis, sed solum qualifi-
cant, & declarant personas familiarium suorum, siue
dum ille Cardinalatus fungebatur honore; siue dum
vniuersali Ecclesiæ præfuit; ita vt solùm beneficia
prædictorum familiarium, qui fuerunt, dum Papa
erat Cardinalis, & Ecclesiæ præfuit, sint ab Indul-
8 to excepta, † Quæ exceptio, & sic reseruatio, seu af-
fectio durat etiam post mortem Papæ, dum nihil in
contrarium in Indulto disponitur, iuxtà *Extrauagan-
tem ad Roman. de praeben. inter commun. & Reg. 11. Can-
cellariæ*, Prout fuit pleniùs dictum in dicta *Decis. vers.
caeterum his, &c.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Leodien. Beneficij.

Ven. 24. Nouembris, 1628.

ARGVMENTVM.

Canonicus gaudere potest Thurno, etiam si non sit in Sacris constitutus.

SVMMARIVM.

1 *Notario referenti ad quem ex Canonicis Thurnus spectet, creditur, si sit ad id à Capitulo deputatus.*

2 *Canonicus gaudere non potest Thurno, si non sit in sacris constitutus: Contrarium nu. 3. & 4. & declarantur Iura exaduerso allegata.*

3 *Canonico in sacris non existenti si sint prohibiti actus Capitulares, non censentur prohibiti actus, qui fiunt extra Capitulum.*

4 *Collatio si spectet ad Canonicum Hebdomadarium per Thurnum, Canonicus etiam non constitutus in sacris debet habere suam Hebdomadam.*

5 *Prouisio Beneficiorum computatur inter fructus.*

6 *Fides factæ lite pendente, & parte non citata non probant.*

7 *Beneficium non dicitur incompatibile cum Canonicatu, si illud requirat residentiam arbitrio.*

8 *Beneficia simplicia non requirunt residentiam ex generali consuetudine.*

9 *Sacerdotium, qui tenetur suscipere intra annum à die prouisionis, sufficit quod illud suscipiat intra annum post adeptam possessionem Beneficij, si de tempore prouisionis erat habilis ætatis.*

DECISIO CLXVIII.

DOMINI censuerunt Henrico esse ad-
iudicandum Beneficium seu Cappel-
lam Sanctorum Pholiani, & Quintini
vti prouiso per D. Hermannum Canoni-
cum Ecclesiæ Collegiatæ de Corthe-
sem, ad quem vigore Thurni pro hac vice prouisio
spectabat, † prout de dicto Thurno constat ex rela- 1
tione facta per Notarium Capituli, cui propterea,
cùm non controuertatur, quin ad Capitulum spectet
collatio, credendum est vti ab eodem Capitulo per
speciale decretum deputato, vt referret ad quem
Thurnus spectabat, ad *l. septimo mense, ff. de stat. homin.
l. si irruptione, ff. fin. regund. Bart. in l. Theopompus, nu. 7.
ff. de dot. praelegat. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 13.
num. 3. vers. tertia conclusio, & Gregor. XV. decis. 125.
numer. 9.*

Neque obstat si dicatur; † quod Hermannus qui 2
de tempore prouisionis non erat in sacris constitu-
tus, non poterat gaudere Thurno ex dispositione
*Clement. vt ij qui de ætat. & qualit. ordin. & ex Concil.
Trident. sess. 22. c. 4. de reformat.* † quia cum dicta iura 3
solùm disponant, vt qui non sunt in sacris, nec vo-
cem in Capitulo habeant, nec in actibus capitulari-
ter expediendis interueniant, illis non prohibentur
actus, qui fiunt extra Capitulum, *glos. in d. Clem. vt ij
qui, verbo in Capitulo Rebuff. de nominat. quæst. 8. nu. 4.*
† *vbi, quod si collatio* spectat ad Canonicum hebdo- 4
madarium per Thurnum, Canonicus etiam non con-
stitutus in sacris debet habere suam hebdomadam,
Garz. de Benef. par. 3. cap. 4. nu. 30. & 31. Et in puncto,
quòd Canonicus, qui non est in sacris habeat vsum
Thurni dixit *Rota in Romana Beneficiatus S. Petri 13.
Maij, 1594. coram Gypsio*, & ratio est † quia prouisio 5
Beneficiorum computatur inter fructus, *cu. querelam
de elect. & c. Consultationibus de iurepatr.* Vnde quam-
uis Hermannus non esset in sacris, quia tamen erat in
possessione Canonicatus & fructus percipiebat, nihil
est, cur etiam non debeat frui Thurno.

Minùs obstãt † attestationes datæ ad probandã cõ- 6
suetudinẽ, quod non cõstitutus in sacris nũ potest vti
Thurno, quia illę sunt informes, ex quo emanarũt lite
pendente, & parte non citata quę ideò nihil probant,
c. fin. de fid. Instr. & Rot. decis. 1. de fid. Instr. in nou. Prout
etiam nec vnio exaduerso prætensa ad rem facit; quia
laborat eodem defectu, ex quo fuit etiam facta lite
pendente, & tanquam de Beneficio vacante, cum ta-
men illud fuisset iam Henrico collatum.

Non obstat etiam, quod Henricus postquàm fuit
prouisus de dicto Beneficio seu Cappella assequutus
fuerit Canonicatum in Ecclesia Leodien. qui, vt dici-
tur est incompatibilis cum dicta Cappella vigore cu-
iusdam statuti super Iuramento præstando per Cap-
pellanum; quia vltra quod dictum statutum non est
in forma probanti. & fuit data fides Episcopi, in qua
attestatur, quòd hæc Cappella non requirit residen-
tiam, † illud non disponit super residentia præcisa, 7
& necessariò sed solùm de residentia arbitrio Capitu-
li d. Ecclesiæ de Corthesem, ex qua propterea non in-
fertur ad incompatibilitatem, præsertim cum dictum
Beneficium sit simplex †, & Beneficia simplicia ex 8
generali consuetudine residentiam non requirant,
*Abb in cap. exturpanda, §. qui verò, num. 8. de praeben.
Imol. in cap. fin. num. 9. vers. sed attento de cler. non resid.
Dec in cap. ad aures, num. 22. in fin. de rescript. Cas. de
Grass. decis 4. n. 3. de praeb. & Rot. dec. 375. n. 2. p. 2. recent.*
& alibi sæpius.

Tandem non releuat, quòd dicta Cappella vigore
prædicti statuti requirit, quòd Cappellanus sit
Presbyter

Presbyter, quia quidquid sit, vt dictum est de exi-
2 stentia dicti statuti, & eius validitate, † illud non re-
quirit Presbyterarum de tempore prouisionis, sed so-
lùm, vt prouisus infra annum fiat Presbyter; Vndè
cum Henricus de tempore, quo fuit prouisus de hoc
beneficio vigore dicti Thurni esset io tali ætate quòd
poterat ad Sacerdotium infra annum promoueri non
currit ei tempus pendente lite, sed à die, quo pacifi-
cam dictæ Cappellæ possessionem fuetit assequutus,
*cap. licet canon. de elect. in 6. & d. clem. vt ij qui, & Rota
decis. 496. num. 4. par. 1. recent.*

Et ita vtraque, &c.

Rauennaten. Censuum.

Lun. 27. Nouembris, 1628.

ARGVMENTVM.

Cōdemnatio plurium, quamuis fit cum clausula omni meliori modo, tamen censetur facta pro virili, nisi eorum obligatio fuetit in solidum concepta.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxatum contra plures obligatos exequi debet pro virili.*

2 *Condemnatio plurium cum clausula* omni meliori *modo videtur facta insolidum.*

3 *Declara procedere quando condemnati sunt insolidum obligati siue ex conuentione, siue ex natura obligationis, aliàs secus, & ratio differentiæ redditur, num. 4.*

4 *Condemnatio plurium simpliciter facta operatur, vt quilibet pro virili solùm teneatur: etiam si illi essent insolidum obligati.*

5 *Condemnatio cum clausula* omni melioti modo, *operatur, vt illa valeat eo modo quo de iure valere potest.*

6 *Obligatio, quæ ex sententia, non quæ ex contractu oritur, attendi debet ad effectum executionis.*

7 *Expensæ non debentur nisi in eis victus victori condemnetur.*

DECISIO CLXIX.

IN Causa Rauennaten. Censuum, Monitorium fuit conceptum contra quatuor, exequutum autem contra duos dumtaxat, nempe procuratorem hæredum bon. me. Cardinalis Dezæ, & Marcum Antonium Sabbatinum, contra quos etiam fuit solùm ab A. C. sententia lata cum condemnatione in expensis, quæ fuit posteà in Rota confirmata etiam cum expensarum condemnatione, quæ fuerunt liquidatæ ad scuta trecenta tria, & pro tota dicta quantitate vigore mandati relaxati fuerunt sequestrata quædam credita dictorum hæredum Cardinalis, qui cum prætenderent non teneri ad dictas expensas nisi pro
rata; victores autem prætenderent eos in solidum te-
1 neri, propterea super hoc hodie dubitaui, & † fuit re-
solutum, mandatum pro dictis expensis relaxatum es-
se solùm pro medietate dictarum expensarum & sic
pro virili contra dictos hæredes exequendum per
tex. in l. Paulus respondit 2. ff. de re iud. & l. 1. vbi *Paul.
de Castr. num. 2. & 3. C. si plur. un. sent. condemn. Afflict.
decis. 215. Caputaquen. decis. 343. par. 1.* & est recepta, &
communis Doctorum sententia, quam Rota passim,
fuit sequuta, & signanter apud Reuerendiss. D. meum
Decanum, *decis. 77. num. 12.*

Non obstat, † quòd condemnatio in expensis ema- 2
nauerit cum clausula *omni meliori modo*, quo casu vi-
detur facta insolidum, *Corn. cons. 71. num. 7. lib. 1. Cost. de
rat. port. quæst. 33. num. 8. in fin. Vrsill. in addit. ad d. decis.
a 15. Afflict. Giurb. decis. Sicil. 46. num. 6.* † Quia hoc 3
procedit quando condemnati sunt insolidum obliga-
ti, siue ex conuentione, siue ex natura obligationis, vt
in diuiduis, in quibus terminis loquuntur dicti Do-
ctores, non autem quando, vt hic condemnati non
tenebantur in solidum, vt benè declarat, *Corn. ubi su-
pra d. num. 7. & Vrsill. ibidem num. 2.* † ratio differentiæ 4
est quia in primo casu poterant insolidum in expensis
condemnari; Vnde quamuis si simpliciter condem-
nati fuissent, quilibet solùm pro virili teneretur, *l. si
mandato Titij, §. Paulus respondit 3. ff. mand. Corn. d.
cons. 71. num. 2. Afflict. vbi vbi supra,* & benè *Modern.
Roman. discept. forens. cap. 33. num. 51.* Tamen dum Iudex
apposuit clausulam *omni meliori modo* non simpliciter,
sed quemlibet insolidum prout potuit, visus fuit con-
demnare, vt explicat *Corn. d. num. 7. vers. nam ex quo.*
quæ ratio non militat in secundo casu, quia Iudex
non poterat eos, qui insolidum non erant obligati,
condemnare insolidum in expensis; & propterea in
hoc casu † clausula *omni meliori modo* non operatur 5
condemnationem insolidum, sed tantùm, quod con-
demnatio, de qua in sententia; valeat eo modo, quo
de Iure valere potest, *Felin. in cap. cùm super, num. 11.
de offic. deleg. Put. decis. 224. num. 2. lib. 2. & Mart. de
clausul. par. 1. claus. 84. num. 1.* Et sic, quòd valeat contra
dictos hæredes pro virili; prout de Iure valere potest,
non autem insolidum, quia sic valere non potest, ex
prædictis.

Nec obstat, † quòd hæredes prædicti ennbenti 6
fuerint pro multò maiori quantitate, quàm Sabbati-
nus, & ideò, vt prætendebatur, non pro rata debiti
esse contra eos exequutionem faciendam pro dictis
expensis; Quia non originalis obligatio etiam quòd
fuisset insolidum, vt fuit dictum, est attendenda, sed
illa solùm, quæ oritur ex sententia, iuxtà doctrinam,
*Castr. in d. l. 1. C. si plur. un. sent. condemn. Afflict. d. decis.
215. num. 1. & Modern. Roman. vbi supra num. 51.* & † 7
multò magis quoad expensas, quia illæ non debentur,
nisi quatenus in sententia victus victori in eis con-
demnetur, *l. terminato, C. de fruct. & lit. expen. &c.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Romana Domus.

Lun. 4. Decembris, 1628.

ARGVMENTVM.

De possessione tertij an opponi possit ad impediendam manutentionem, & quandò possessio amittatur vel non.

SVMMARIVM.

1 *Possessor ad excludendum eum qui petit manuteneri, opponere potest de anteriori possessione tertij; & in hoc casu non dicitur oppositio de Iure tertij, sed exceptio de non Iure agentis, & num. 3.*

2 *Possessor amittit possessionem, si sciat illam ab alio capi, & non contradicat, secus si se opponat, & contradicat, num. 6.*

4 *Actor qui petit manuteneri, si possideat, fundat suam intentionem, quamuis respectu tertij sit iniustus possessor.*

5 *Oppositio de Iure tertij non admittitur in Iudiciis Summariis.*
7 *Possessio ciuilis non amittitur ab eo, in quo non probatur scientia possessionis naturalis ab alio capta.*

DECISIO CLXX.

DIe 25. Iunij 1627. fuit resolutum, Iulium Pocobellum, esse manutenendum in possessione domus, de qua agitur, nec ei obstare possessionem anteriorem Capituli, & Canonicorum S. Mariæ ad Rotundam, quia fuit instrumentalis, & capta Cæsare
1 Magnolo possidente, † Et ideo potuisse Pocobellum dare de possessione Magnoli ad excludendum possessionem Capituli, iuxtà doctrinam *Bart.* communiter approbatam in *l. 1. § fin. num. 19. ff. uti possid. Menoch de retinend. remed. 3. quæst. 75. num. 602. & Rot. decis. ult. nu. 1. de rest. Spoliat. in nou. & apud Greg. XV. decis. 138. numero 3.*

Sed quia reproposita causa, die 10. Aprilis præteriti
2 Informantes pro Capitulo contendebant, † quòd Magnolus, aut eius hæredes desierunt possidere, ex quo habuerunt scientiam possessionis per Capitulum captæ, & passi fuerunt ab eo exigi pensiones, & fieri alios actus possessorios; Propterea Domini voluerunt videre super prætensa scientia Magnoli, quia quatenus illa, vt supra probaretur; dicebatur per dictam instrumentalem possessionem, Capitulum fuisse effectum verum possessorem, & ideo esse manutenendum, contra Pocobellum possessorem posteriorem; & consequenter non intrare conclusionem *Bartoli*, &
3 aliorum supra firmatam; † quæ procedit quando possessio eius, qui petit manuteneri excluditur per possessionem tertij, de qua meritò opponi potest, quia non est oppositio de iure tertij, sed exceptio de non Iure agentis. *Achill. decis. 7. num. 3. de restit. Spoliat. Rota apud Gregor. XV. decis. 415. num. 5.* vbi *addit.* & latiùs *in Maceraten. hæreditatis 17. Nouembr. 1589. coram Cardinali Pamphilio,* & in dicta decisione in hac
4 causa facta, † Sed potiùs intrare dispositionem, *tex. in l. 2. ff. vti possid.* vbi quòd si actor, qui petit manuteneri, possideat, fundat suam intentionem quamuis respectu tertij sit iniustus possessor, & in hoc casu intrare illam aliam conclusionem non minùs commu-
5 niter receptam, Quòd † in Iudiciis Summariis non potest opponi de Iure tertij, *Alex.* post *Castr. in l. fin. num. 24. vers. Quia in Iudiciis. C. de edict. Diu. Adr. toll. Ruin. cons. 129. nu. 9. lib. 2. & Put. decis. 308. num. 4. lib. 1. in correct.*

Vnde cum hodie super hoc dubitaretur, Domini nihilominus resoluerunt non constare de tali scientia Magnoli, aut eius hæredum, per quam ipsi amiserint possessionem, & illa fuerit Capitulo acquisita, quia quamuis distinctio superiùs facta vera in se sit, tamen ex facto clarè constitit, tantùm abesse, quod Magnolus aut eius hæredes passi fuerint Capitulum possidere vigore dictæ instrumentalis possessionis, quòd imò expressè contradixerunt, & iudicialiter se opposue-
6 runt, vt in *Summario Pocobelli. nu. 5. & 7.* † Quæ contradictio operatur, vt Magnoli nunquam desierint possidere, *l. quod meo, § fin.* vbi *glos. in verbo, non desiisse, & l. si id, quod, §. quod autem, ff. de acquir. poss. Corn. cons.*
7 *193. num. 3. lib. 3. & Seraph. decis. 637. num. 5* † Quinimò nec probatur, quòd habuerint scientiam de prædictis possessoriis exaduerso prætensis; quo casu faciliùs admittendum est, quòd Magnoli nunquam amiserint ciuilem possessionem, *l. clam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poss. l. fin. C. si per vim vel al. mod.* & latè *Menoch. de retin. remed. 3. num. 27. cum sequentib.* Et proinde versamur in casu in quo Pocobellus potest opponere de illorum possessione ad excludendam possessionem Capituli, iuxtà supradicta.

Cætera quæ fuerunt deducta non percutiunt punctum difficultatis reseruatum, & ideò opus non fuit alia responsione.

Et ita decisum vtraque, &c.

Romana Commutationis Voluntatis.

Ven. 15. Decembris, 1628.

ARGVMENTVM.

Cautio pro restitutione dotis an, & quando præstari debeat vel non, plenè in hac decisione discutitur.

SVMMARIVM.

1 *Cautio non præstatur de iure pro restitutione dotis, & præsertim quando dos non est restituenda ei, qui cautionem petit, nec vllo modo ille creditor est, nu. 3. fallit, vt nn. 7. & 8.*
2 *Papa censetur in dubio disponere secundùm Ius.*
4 *Legatum annuum si fuerit relictum Confraternitati pro maritandis puellis, ab alio tamen eligendis, Confraternitas non censetur dotare de proprio, sed solùm reputatur nuda ministra, & ideò dotes ei non sunt restituendæ, nn. 5.*
6 *Dos relicta ab extraneo restitui non debet, si aliud cautum non sit, & nn. 15.*
9 *Eligens potest in bonis, in quibus eligit grauare electum ad fauorem illorum, quos potuisset eligere.*
10 *Gratia debet esse vniformis.*
11 *Concessio plurium annuorum redditcum facta à Principe ad effectum ex illis constituendi dotem reputatur solùm vna Gratia non autem censentur tot Gratiæ, quot sunt annui redditus.*
12 *Vna, & eadem Gratia non debet diuerso iure censeri.*
13 *Translatio quæ fit de vna persona in aliam, importat ademptionem ab eo, à quo transfertur.*
14 *Dotata à Principe de bonis Testatoris, habetur ac si fuisset dotata ab ipsomet Testatore, si ex verisimili mente illius Princeps motus fuit.*
16 *Translatio, seu subrogatio intelligitur facta cum eisdem qualitatibus: fallit quando cessat causa, & constat de contraria transferentis voluntate, numer. 17.*
18 *Commutatio Voti, seu vltima voluntatis facta per Papam quando non censeatur facta cum eisdem qualitatibus.*

DECISIO CLXXI.

FIRMATO iam coram me *die 25. Iunij,* 1627. Non intrare Arbitrium, ad retardandam exequutionem Breuis, quo Papa (narrato sibi tenore testamenti q. Ioan. Antonij de S. Petro circa annuum legatum scutor. centum sexaginta per ipsum factum Confraternitati Charitatis S. Hieronymi, pro maritandis quatuor puellis, duabus scilicet nominandis per Vxores Primogenitorum de familia d. Testatoris, & aliis duabus per dictam Confraternitatem, iuxtà eius solitum eligendis) concessit Cæsari de S. Petro vti de eadem familia decem annatas, pro subsidio do-
tis vnius

tis vniuscuiusque dictarum eius filiatum pauperum: Informantes pro Confraternitate contendebant huiusmodi annatas non esse soluendas, nisi priùs, iuxtà solitum Confraternitatis, caueretur de illis restituendis in casu discessus ab Vrbe sine licentia Confraternitatis, inhonestæ vitæ, & mortis sine filiis; Quapropter dato dubio An cautio hæc sit præstanda; post trinam propositionem, Fuit hodie negatiuè resolu-
1 tum; Et ratio resolutionis fuit; † Quia illa de iure etiam pro restitutione dotis non debetur, l. generalis, vbi glos. in ver. Vir, Vxoris, circa fin. & Bart. num. 2. C. ne fideiuss. dot. dent. Azo. in summa eod. tit. num. 1. & Innoc. in c. per vestras, num. 1. de donat. inter Vir. & Vxor. Vnde
2 nec Papa illam præstari voluit, ex quo † in dubio semper secundùm Ius disponere censetur, ad l. ex facto vbi notant Doct. ff. de vulg. & pupill. Innoc. in cap. dubium vbi Ioan. Andr. & alij de Decim. & Dec. cons. 64. in fine.

3 Præterea † quando dos, vt hic non est restituenda, nec ille, qui petit cautionem, vllo modo creditor est, sine dubio cautio non est præstanda, ad l. omne as, ff. pro for. l. inter omnes, ff. qui satis d. cog. Et in terminis cautionis pro restitutione dotis, Surd. decis. 279. num. 11. & 12. Quod autem Confraternitati dos de qua agitur non sit restituenda, nec aliter illa creditrix sit, benè Dominis probari visum fuit, Quia aut loquimur de annatis, seu dotibus debitis duabus puellis eligendis per Vxores Primogenitorum de familia Testato-
4 ris, Et hoc casu † cum Ius eligendi non fuerit relictū Confraternitati, non censetur dotare de proprio, sed solùm est nuda ministra, l. vnum ex familia, §. 1. ff. de leg. 2. Crauett. cons. 144. num. 1. Rot. apud Greg. XV. decis. 544. num. 2. & in terminis in Romana dotium de Mai-
5 theu 9. Decembris 1584. Coram Bubalo † Propterea dictæ dotes seu annatæ ei non sunt restituendæ, l. Lucius, §. à te peto, ff. de leg. 2. vbi Bar. & add. communiter notant, Et accedit quod Testator has dotes, seu annatas simpliciter reliquit Puellis per Vxores Primo-
6 genitorum eligendis, Vnde intrat regula quòd † dos ab extraneo relicta, dum aliud cautum non est nunquam restitui debet, l. vnic. §. accedit, vbi glos. in verb. fecerit, C. de rei Vxor. act. & l. ex morte in fin. C. de pact. conuent. & in puncto Rota in causa Romana dotis 29. Martij, 1596. coram Cardinali Arigonio.

Aut verò loquimur de annatis, seu dotibus debitis, aliis duabus puellis nominandis per Confraternitatem, iuxtà eius solitum quo casu si versaremur in simplicibus terminis, nempe, prout Testator in verbis
7 disposuit, † Confraternitas de proprio dotaret, & ci in casibus, in quibus prætenditur cautio, essent dotes restituendæ, quæ propterea in actu solutionis, aut consignationis ceduiæ, possent d. cautionem exigere,
8 tum ex dispositione, d. l. ex morte in fine. † tum etiam vigore soliti, seu d. prætensæ consuetudinis Confraternitatis, vt communiter notatur, in d. l. generali, C. ne fideiuss. dot. dent. Et admictis, Rota in d. Rom. dotis, vers. neque aliquid, coram Card. Arigonio. Et demum, cum in d. casu restitutionis Confraternitas posset ex dotibus sibi restitutis alias similes puellas dotare, intraret re-
9 gula † Quòd eligens potest in bonis, in quibus eligit grauare electum ad fauorem illorum, quos potuisset eligere, d. leg. vnum ex familia, §. sed & si fundum in fin. Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita, par. 4. num. 459. ff. ad Trebell. Ruin. in l. x. num. 48. ff. de vulg. & pupill. Tamen dicebant Domini prædicta huic nostro casui ex Papæ voluntate, & qualitate Gratiæ non applicari: In primis quia Papa non distinguit annatas debitas puellis eligendis per Vxores Primogenitorum, ab annatis debitis puellis nominandis per Confraternitatem; Sed vnico contextu, vnicaque oratione concessit Cæsari decem annatas, pro dote vniuscuiusque filiæ; vnde si- cuti pro prioribus annatis, per supradicta non est dan-
10 da cautio, † pariter, vt Gratia sit vniformis, iuxta reg. 10 Tex. in l. iam hoc iure, ff. de vulgar. nec etiam pro secun-
11 dis: † Rursus, quamuis Papa concesserit Cæsari pro 11 vnaquaque filia decem annatas; tamen cum illæ tendant ad constituendam vnam dotem, non intrat dispositio, Text. in l. si in annos singulos, ff. de ann. l. videlicet, quòd sint plures Gratiæ, sed est vna tantùm pro vnaquaque filia; vt in simili benè considerat Grat. cons. 81. num. 20. vers. 3. præsuppono. Absurdum enim esset quòd dos esset vna, prout est, & quòd Gratia vnius dotis continens plures annatas esset multiplex, Vnde
12 cum † Gratia vna sit, non debet diuerso Iure censeri, ex regula, Text. in leg. cum, qui ades, ff. de vsucap. 12

13 Præterea † dum Papa Cæsari istas annatas concessit, seu in ipsum transtulit, à Confraternitate illas ademit, leg. sicut adimit, & leg. seq. ff. de adim. leg. Imò hoc expressè cauit, dum dixit, quòd Confraternitas, interim ad dotandas puellas non teneatur, & quòd liceat Cæsari annatas exigere, leuare, & pro dote suarum filiarum nullo Confraternitatis requisito consensu assignare: Vnde intrat dilemma, Aut cautio, prætenditur ad fauorem Cæsaris subrogati, & in quem fuit legatum translatum; Aut ad fauorem Confraternitatis, & neutri debetur; Non Cæsari, Quia nec illam petit, nec quoad illum applicatur solitum, quo nititur Confraternitas, cuius non interest Cæsari esse cauendum, Non etiam, & multò minus Confraternitati, Quia cùm ab ea, quoad annatas in Gratia contentas, legatum penitùs ademptum fuerit, & adempta quoque dotandi causa; versamur in casu in quo ipsa non dotat, nec ei dos restitui debet; quinimò nec est nuda ministra, cum nec annatas exigat, nec illas de facto soluat; Vnde benè applicantur superiùs dicta de dotibus debitis puellis eligendis per Vxores Primogenitorum.

14 Tandem cum Papæ narratum fuerit prout etiam fuit benè iustificatum, Cæsaris filias esse de familia Testatoris, & adeò pauperes, vt aliunde decenter dotari non possent, † dum annatas ob dictam causam Cæsari concessit, fecit, quòd verisimiliter Testator fecisset: Vnde debet haberi, perinde ac si ipsemet Testator dotasset, l. talè pactum in fin. vbi glos. & Doct. ff. de pact. & ferè in puncto, Cephal. cons. 701. num. 9. cum seqq. Testator autem dubio procul cautionem huiusmodi non exegisset: Non de honestè viuendo, & de non recedendo ab Vrbe, quia hoc cederet in eius, & suæ familiæ dedecus, vt ad sensum patet; Non etiam de restituendo, si sine filiis decederent, quia cùm Testator non haberet filios, si de filiabus Cæsaris, qui erat de sua familia cogitasset, dubio procul non solùm dictas annatas, sed forsan totum dictum legatum, vt eius filiæ decentiùs nubere possent, reliquisset, prout illud reliquit pro maritandis puellis sibi penitùs incognitis,
15 & extraneis, Quibus annecti potest † quòd si Testator cautionem exigere noluit à puellis eligendis per Vxores Primogenitorum, ex eo solùm quia hoc non dixit; & quia ita Iure cautum est, ex supradictis, & firmauit Rota in d. Romana dotis coram Car. Arigonio, nec paritèr, in casu nostro, vt puellæ suæ familiæ non sint deterioris conditionis, illam præstari voluit; Quinimò multò minùs, vt inter illas, & istas sit aliqua differentia. 15

16 Neque obstat quòd † translatio, aut subrogatio intelligatur facta cum eisdem qualitatibus, leg. Caio, vbi Bart. de alim. leg. & ideò, quòd sicuti esset præstanda cautio, si Confraternitas dotasset, iuxtà prætensum solitum, ita etiam præstari debeat in casu nostro, † 17
17 Quia hoc non procedit, quando vt hic cessat causa, & constat de contraria transferentis voluntate, iux. tex. optimum, in l. licèt Imperator, 77. ff. de leg. 1. Sanchez. in Summ.

Summ.lib.4.ca.56. cum seque t.& Monet. de Commut. vlt.vol.cap.7.quaest.7.num.41. vbi quòd Commutatio Voti, seu vltimae voluntatis facta per Papam, ex circumstantiis,aut quando subest alia causa, aut ratione materiae subrogatae, non censetur facta cum eisdem qualitatibus: Vnde nihil facit,quòd Testator voluerit Confraternitatem nominare puellas,iuxtà eius stylum,siue solitum, quia vltra quòd forma obseruanda in electione de qua meminit Testator, nihil commune habet cum dotis restitutione, nec de vno ad aliud inferri potest, in omnem casum, ex supradictis solutum non procederet in casu nostro, sed retorqueretur,Quia solùm concluderet,quod in fauorem Caesaris subrogati,& in quem legatum fuit translatum esset cautio praestanda, ex *d. l. Cato,* quòd iuxtà subiectam materiam esset peoitùs absurdum.

Et ita decisum vtraque, &c.

Fanen. Beneficij.

Ven. 15. Decembris, 1628.

ARGVMENTVM.

Valor narratus per non excessum, ex quibus dicatur iustificatus. Et an, & quando Declaratoria iustificari possit ex nouiter deductis.

SVMMARIVM.

1 *Valor narratus per non excessum, non probatur per testes de certa summa per ascensum deponentes. Declara,vt num.2.*
2 *Testis depositio recipit interpretationem ab articulis.*
3 *Valor probatur per vnicum testem deponentem de publica voce,& fama iunctis adminiculis.*
5 *Valor probatur ex aestimationibus extractis ex libris publicis Ciuitatis.*
6 *Declaratoria iustificari debet ex eisdem, non autem ex nouiter deductis.*
7 *Fallit quando noua probationes non fiunt principaliter, sed solùm ad coadiuuandum probationes iam factas.*

DECISIO CLXXII.



VIT Decisum *die 28.Iunij,1624. coram bon.mem.Vbaldo.* Grattam Matthaei esse in omnibus iustificatam,excepto quoad valorem; & ex hoc capite, tantùm, instare arbitrium pro retardatione executionis literarum Apostolicarum; Et fundamentum Decisionis fuit,Quia valor fuit narratus per non ex-
1 cessum in centum ducatis Camerae, & tamen † duo Testes pro Matthaeo dumtaxat tunc examinati,d.valorem non probant, Quia primus deponit de redditibus cuiusdam praedij, quoad certam quantitatem vini, grani, & olei, & nihil penitùs de valore dicit, Secundus verò post similem depositionem circa redditus, subiicit, *può render la detta Cappella, l'Anno scudi 40. più, e meno;* Ex quibus Testibus sic affirmatiuè deponentibus non probatur valor narratus negatiuè per non excessum, *Seraf.decis.1017,nu.5.& Rot. decis.443.num.1.par.2. recent.* cum aliis in dicta Decisione allegatis.

Sed reproposita causa *die 2. Iunij, 1625.* super eisdem fuit dictum, quòd reuideretur praedicta Decisio strictè quoad valorem, quem hodie Domini recedendo in hoc à dicta Decisione, dixerunt esse iustificatum, & sic instare Arbitrium pro exequutione dictarum Literarum.

Nam † in primis cum valor narratus fuerit artico- 2
latus etiam per non excessum,dictus secundus Testis, qui post enumerationem redditum subiicit,*può render la detta Cappella,&c.* videtur deponere de summo valore ad quem fructus possunt ascendere, & non excedere † cùm eius depositio recipiat interpretatio- 3
nem, & declarationem à dictis articulis,ex doctrina *Alex.cons.88.num.3.*vbi etiam *addit num.25.* Praetereà 4
† datus fuit alius Testis nouiter in curia examinatus, qui benè informatus distinctè deponit de redditibus, & de eorum valore per non excessum, prout ille fuit narratus, ac de publica voce, è fama, qui Testis licèt esset vnicus sufficeret pro iustificatione d. valoris, iunctis adminiculis, *Mantic.decis.81. num.2. & Rota coram Gregor. XV. decis. 143. num. 2.* Isti autem duo Testes adminiculantur, tam ex dicto primo teste remissoriae, quàm ex alio in Curia pariter examinato.

Nequeobstat si dicatur, quòd Testes remissoriae · fuerint nulliter examinati,Quia tollitur ex facto,vt in nouo *Summario Matthaei,num.8.& 9.*

Minùs obstat, quòd praedicti duo Testes non faciant distinctam mentionem de valore redditum, Quia cum benè deponant de quantitate redditum per non excessum, † satis valor illorum probatur ex 5
dicto teste in Curia recepto,& ex aestimationibus extractis ex libris publicis Ciuitatis Fani, *Bar. in l.Septem,num.1.C. de erog.milit.lib. 12.* cum aliis cumulatis per Rotam,*in decis.479num.3.par.2.recent.*

Demum † non obstat quòd Testes in Curia fuit 6
examinati post declaratoriam, & quòd illa debet iustificari ex iisdem, non autem ex nouiter deductis, *Abb.in cap. de re iud. Seraf. decis.279. num.5.* † Quia 7
non fuerunt examinati principaliter ad effectum iustificandi, sed ad effectum coadiuuandi probationes iam factas,quod etiam post declaratoriam fieri potest, *Cas.de Grass.decis.2.de iudic. circa fin. Rota in Interamn. pensionis 24.Ianuarij,1602.coram Corduba, & in Romana de Sacchettis 26. Nouembris, 1612. coram Illustrissimo D. Cardinale Caualerio, & in Corduben. praestimonij 30. Aprilis, 1621. coram bon. memor. Remboldo.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Florentina Subdecanatus.

Merc. 20. Decembris, 1628.

ARGVMENTVM.

Obseruantia Iurispatronatus quando praesumatur de Haereditario, seu potiùs de Gentilitio.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus obseruantia talis praesumitur, quale fuit Iuspatronatus ab initio; & ideò si Iuspatronatus fuit a principio haereditarium, obseruantia pariter haereditaria praesumitur.*
2 *Enunciatiua Iurispatronatus, cum mentione quòd illud sit N.& suorum filiorum,non probat Iuspatronatus esse Gentilitium, si non sit facta taxatiuè, sed est intelligenda de filiis vti haeredibus.*
3 *Enunciatiua vnica non probat.*

4 *Enuncia*

4 *Enunciatiua Iurispatronatus cum dictione, Descendentium, censetur apposita demonstratiuè, non autem taxatiuè, ad exclusionem heredum.*
5 *Ex actu aequiuoco non probatur obseruantia.*
6 *Praesentatio praesumitur facta titulo hereditario, non autem Gentilitio, si praesentantes fuerint heredes fundatoris.*

DECISIO CLXXIII.

IN secunda Decisione in hac causa facta *die 22. Maij praeteriti*, fuit resolutum, Bullam Iulij II. non obstare, quo minùs Iuspatronatus de quo agitur sit haereditatium; Sed quia in eadem Decisione fuit reseruatum, vt videretur qualis fuerit obseruantia post dictam Bullam, nempe an de haereditario, an verò de Gentilitio; proposita hodie causa super reseruatis, † Domini dixerunt obseruantiam esse de iurepatronatu haereditario, & ratio resolutionis fuit, Quia, cùm firmatum fuerit in prima Decisione in cadē causa facta, *die 20. Ian. praeteriti*, statū huius iurispatronatus ante d. Bullam esse liberū, & ad haeredes transitorium, & in d. secunda Decisione non obstare dictam Bullam quò minus illud sit haereditarium, consequenter, cùm de existentia iurispatronatus non dubitetur, praesumptio iuris est, quòd talis fuerit semper obseruantia, quale ab initio fuit iuspatronatus, ex regola, *l. 1. C. de impon. Lucr. descript. lib. 10. & l. 2. C. de acq. possess. Cranet. cons. 284. nu. 6. Anchar. cons. 7. nu. 6.* & in puncto fuit dictum in *Pistorien. Parochialis 9. Febr. 1624. in fin. coram R. P. D. Merlino.* Et accedit quia cum dicta praesumptione concurrit etiam, quòd de anno 1523. & sic post dictam Bullam Alexander de Puccis, vti Patronus tam nomine proprio, quàm suorum haeredum constituit Antonium eius filium procuratorem ad consentiendum prouisioni Apostolicae, ad fauorem Leonardi de Guasconibus, quod verisimiliter non fecisset, nisi Patroni etiam post dictam Bullam hoc iuspatronatus reputassent haereditarium.

2 Neque obstat † visitatio Ordinarij de anno 1514. dum in ea enunciatur istud iuspatronatus esse Antonij Pucci, & suorum filiorum, ex quibus verbis praetenditur ex aduerso probari, obseruantiam esse de iurepatronatu Familiari, seu Gentilitio, Quia cum d. enunciatiua non sit facta taxatiuè est intelligenda de filiis, vti haeredibus, iuxtà naturam d. iurispatronatus, ex iis, quae tradit *Socc. Iun. cons. 144. n. 77. lib. 3.* & in specie, *Seraph. decis. 364. n. 3. & 4.* Prout etiam non obstat quòd Ordinarius in institutione per eum facta de anno 1577. enunciet hoc iuspatronatus esse des-
3 cendentium Antonij Pucci, Quia vltrà quòd † d. enunciatiua tanquam vnica non probat, *Leon epistolis, C. de probat. Soc. cons. 266. nu. 12. lib. 2. & Rot. decis. 160. nu. 2. par. 1. recent.* fuit responsum, † quòd cum illud
4 verbum, *descendentium*, fuerit appositum in dispositione rei de sui natura transitoria ad haeredes, prout est iuspatronatus, censetur appositum demonstratiuè, nō autem taxatiuè ad exclusionem haeredum, ex traditis per *Anchar. cons. 81. sub num. 3. vers. licèt ergo, Seraph. d. decis. 364. num. 8. & 9. Rot. decis. 385. num. 4. par. 1. diuersor.*

Et in omnem casum negari nō potest quin d. enunciatiua ex praedictis reddatur aequiuoca: † ex actu au-
5 tem aequiuoco non probatur obseruantia, *Aret. cons. 115. num. 3. Rot. decis. 240. nu. 2. & decis. 294. nu. 6. par. 2. diuers. & decis. 120. n. 2. p. 2. recent.*
6 Demum non obstat, † quòd Domini de Puccis semper praesentauerint, Quia potiùs retorquetur, Nā cum dicti de Puccis semper fuerint haeredes, praesumptio est quòd praesentauerint, etiam vti tales, ex supradictis: prout nihil facit Decisio *in causa Florentina Canonicatus 15. Maij, 1616. coram Ilon. mem. Buratto.* Quia loquitur de alio iurepatronatu competenti Dominis de Puccis ex alia acquisitione, & in ea allegata non militant in hoc iurepatronatu.

Et ita decisum vna tantùm parte, &c.

Meliten. Pensionis Burdegalen.

Merc. 20. Decembris, 1628.

ARGVMENTVM.

Prior Religionis Hierosolymitanae potest eius vita, seu administratione durante reseruare pensionem super Prioratu absque consensu Magni Magistri, vel Capituli Generalis.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non datur sine laesione.*
2 *Obligatio soluendi pensionem facta à Titulari probatur ex apoca desuper facta.*
3 *Pensio reseruari non potest per Priorem Religionis Hierosolymitanae sine consensu Magni Magistri, vel Capituli Generalis.*
4 *Declara procedere in Pensionibus perpetuis, secus in temporalibus.*
5 *Regularis est Dominus fructuum Beneficij, & de illis potest ad libitum disponere.*

DECISIO CLXXIV.



QVIA Ioanne Baptista solùm informante fuit resolutum, Non constare de causis restitutionis in integrum aduersus sentētiam Magni Magistri Hierosolymitani ad eius fauorem latam contra Dom. Equitem Iacobum Priorem Aquitaniae, Et ratio resolutionis fuit, Quia non constat de iniustitia, † seu lae- 1
sione, sine qua nunquam datur restitutio, *cap. 1. & ibi Abb. nu. 1. de restit. in integr. Salic. in l. 1. num. 8. & sequ. C. si aduers. rem. iudic. & Rot. decis. 1. nu. 1. & de restit. in integr. in noa. & in Romana Restitutionis in integrum, 16. praeteriti coram me.* Quinimò iustitia dictae sententiae dum in ea praedictus Prior condemnatur ad soluendum pensionem de qua agitur durante eius vita, seu administratione, † visa fuit Dominis clara ex apoca, 2
qua ille se obligauit ad dictam pensionem, *ad l. 1. de const. pecun.* & in simili *Rot. decis. 650. num. 1. part. 1. recentior.*

Neque obstat quòd dicta pensio fuerit promissa seu constituta per dictum Priorem sine authoritate Magni Magistri, vel Capituli Generalis, & sic contra stabilimenta Religionis, Quia † illa sunt intelligenda de pē- 3
sionibus perpetuis aut duraturis etiam post mortem, Titularis, qui pensionem imponit, non autem de pensionibus temporalibus, seu personalibus, qualis est ista; quae, vt cantat apoca praedicta est dumtaxat duratura, vità, seu administratione dicti Prioris durante; in qua propterea cessat ratio prohibitionis, cum nullius praeiudicium, nisi solius dicti Prioris imponentis, possit considerari † quòd autem ipse durante 4
sua administratione, potuerit sibi libere praeiudicare, non est dubium, cùm quamuis Regularis, sit Dominus fructuum Prioratus, † & de illis possit ad libitum 5
disponere

disponere, *Card. in Clem. 2. §. sed, & tales in primo notab. de vit. & honest. Cleric. & in Clem. Gratia, num. 12. vers. per hoc dico de rescript. Nauar. de redditi. Ecclesiast. quaest. 1. mon. 46. num. 5. & Rot. decis. 772 nn. 4. p. 1. diuers. & apud Greg. XV. decis. 401. n. 5. & seq.*

Et ita decisum, &c.

Romana, seu Carthaginen. Pensionis.

Ven. 15. Decembris, 1628.

ARGVMENTVM.

Obligatus soluere pensionem pro titulari reputatur fideiussor; itaut sicut titularis defalcare potest à pensione ratam subsidij, & Excusati tangentem pensionarium, ita possit fideiussor.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus soluere cum alio siue pro parte siue insolidum, soluendo solidum repetit à correo.*
2 *Compensatio quando non admittatur in obligatione Camerali.*
3 *Solutio facta per principalem liberat etiam fideiussorem.*
4 *Fideiussori competunt exceptiones, quae competunt principali.*
5 *Fideiussor obligari non potest in plus quàm principalis.*
6 *Fideiussor reputatur, qui se obligauit contemplatione alterius, & pro re, cuius ipse non erat debitor.*
7 *Obligatus in forma Camerae soluere pensionem pro titulari, dicitur fideiussor, itaut eius obligatio sit nulla, si etiam principalis obligatio corruat.*
8 *Dispositio regulatur à sua causa.*
9 *Verba sunt restringenda ad causam, super qua exprimuntur, & latius, num. 10.*
11 *Agens ex stipulatione sine causa repellitur doli exceptione.*

DECISIO CLXXV.



N Decisione in hac causa facta die 28. Iunij praeteriti duo fuerunt firmata. Primum, quòd concordia inita inter Regem Catholicum, & Clerum Hispaniarum post reseruationem pensionis, de qua agitur, qua cautum fuit, vt non obstante quacumque exemptione ab omni decima seu subsidio, pensionarij tenerentur pro rata contribuere, non solùm afficit pensionarios quoad Regem, sed etiam totum Clerum inter se, & sic quod afficit etiam pensionarios Hispanos quoad Titulares, & consequenter D. Tiberium de Canalerijs Pensionarium Hispanum quoad Seminarium Carthaginense titulare, ex quo eius pensio fuit ante dictam concordiam reseruata,
1 ex regula, † quòd obligatus soluere cum alio siue pro parte, siue insolidum, soluendo solidum repetit à correo, *l. si in rem 11. C. si cert. pet. & ibi glos. & Bal. in l. a. C. de duob. re. Bar. in l. si reus col. 2. vers. si ergo quaeritur ff. eod. tit.* & in puncto decidit *Rot. decis. 161. par. 2. diuers.* & alibi saepius.

Secundò in eadem decisione firmatum fuit, quòd licèt, vt supra dictum est, Seminarium iuxtà dictam concordiam posset à pensione defalcare ratam subsidij, & excusati tangentem Tiberium pensionarium, & illam iam Regi solutam repetere, aut cum futuris terminis pensionis compensare, non tamen hoc potest Petrus Marzal, qui post dictam concordiam se obligauit per cedulam bancariam, & in forma Camerae ad integram pensionem, tum quia obligatio Petri fuit post dictam concordiam, quae propterea illi non potest suffragari, obstante exceptione nouissimi pacti, ex regula *tex. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. & l. pacta nouissima, C. de pact.* tum etiam quia exceptio compensationis, quam Petrus praetendit esse faciendam cum credito Seminarij, non videtur intrare, quia creditum Seminarij non probatur, & in omnem casum, † quia Petrus, stante propria obligatione in forma Camerae, vti tertius non gaudet beneficio compensationis, *Zach. de oblig. Camer. quaest. 19. num. 9.* 2

Sed cum hodie instante Petro causa fuerit repropòsita super eisdem, Domini quoad primum steterunt in decisis, quoad secundum verò à decisis recesserunt, & firmarunt, dictam concordiam afficere Tiberium pensionarium quoad dictum Petrum Marzal, prout etiam illum afficit quoad dictum Seminarium Titulare, itaut possit etiam Petrus opponere de credito Seminarij, de quo credito visum fuit constare, ex quo in actis benè probatur Seminarium soluisse integrum subsidium, & excusatum, & sic etiam ratam, quam Tiberius vti pensionarius Hispanus vigore dictae concordiae soluere tenebatur, † solutio enim facta 3 per principalem, liberat etiam fideiussorem, *l. Vranio, ff. de fideiuss.* † & regula est, quòd fideiussori competunt 4 principali, *l. minor ff. de procur. & l. 2. ff. quae res pignor. Bal. in l. 2. num. 3. C. de fideiuss. min. Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 169. Surd. consil. 317. num. 36. & consil. 359. num. 26. Modern. Roman. discept. 310. num. 34.* & ferè in his terminis *Rota decis. 392. num. 4. par. 2. recent.* & clarum est, † quòd fideiussor, qualis est Petrus Marzal, non 5 potuit se obligare in plus quàm Seminarium debitor principale, *leg. graec. §. illud & leg. 9. qui. ff. de fideiuss.*

Neque obstat, quòd Petrus se obligauerit in forma Camerae, & sic quòd habeatur vti tertius, † quia nihilominus est fideiussor, ex quo, vt cantat cedula, se 6 obligauit contemplatione Seminarij, & ad soluendum pensionem, cuius ipse non erat debitor, sed Seminarium ex regula *tex. in l. sed Iulianus in princ. & §. item si duas cum glos. ff. ad Maced. Paul. de Castr. cons. 331. nu. 5. lib. 1. Cran. cons. 91. n. 2. Tiraq. de retract. §. 10. num. 5.* & in puncto, † quod obligatus in forma Camerae, prout 7 Petrus, soluere pensionem pro Titulari, sit nihilominus fideiussor itaut eius obligatio sit nulla si etiam principalis obligatio corruat, decidit *Rota in causa Legionen. pensionis, 5. Iuny, coram bon. mem. Cardinal. Marcemon.*

Et in omnem casum quando Petrus vigore obligationis cameralis haberetur vti tertius, aut aliàs vti principalis, quod tamen in facto non subsistit, nihilominus ex clara mente contrahentium, tam ex verbis cedulae, quàm ex subiecta materia noluit se obligare, nec re vera fuit obligatus in plus quàm Seminarium Titulare; quandoquidem in cedula dixit, quòd se obligabat pro Seminario, & eius contemplatione animo ab eo se releuandi; Vnde cùm in eo, in quò Seminarium Tiberio non tenebatur, & sic in dicta rata, nō possit Petrus à Seminario se releuare; consequenter etiam nec voluit in illo se obligare, cum enim pensio, quae erat causa finalis cur Petrus se obligauit cum relatione ad literas reseruationis, esset per dictā cōcordiam obnoxia oneri soluendi pro rata subsidium, & excusatum, propterea in casu sequuto quo Seminarium soluit dictam ratam in Petro deficiebat causa obligandi

obligandi se ad eam soluendam, quia in prædicto casu Tiberio non debebatur, quinimò ipse illam debe-
8 bat Hispaniarum Regi, à † causa autem finali regulatur dispositio, *l.cum Pater,§.dulcissimus,ff. de leg.2. l.si*
9 *de certa*, vbi *Bart.C.de transact.cons.* 16.*num.*5. vbi †
quòd verba sunt restringenda ad causam, super qua
10 exprimuntur,*Surd.decis.*217.*num.*6. vbi † quòd quando exprimitur certa causa verba vltrà dictam causam nihil operantur, sed debent ad eam restringi quando salua ratione recti sermonis restrictio fieri potest, & *Mohed.decis.*13. *de prab.* & in simili dixit *Rotam causa Bergom.Pensionis*, 13 *Nouembr.*1626.*coram me.*

Nec similiter credendum est, quòd Tiberius de tempore obligationis voluerit sibi obligare Petrum ad dictam ratam in casu sequuto in quo Seminarium
11 illã Regi pro dicto Tiberio soluit;tum † quia similiter in Tiberio deficiebat causa ita credendi, & quando hoc credidisset iniquè profectò, & iniustè, & nunc agens, supposita solutione dictæ ratæ per Seminarium Regi facta, meritò doli exceptione est repellendus ex vulg.tex.qui benè hunc casum decidit, *in l.* 1.*§.circa, vers.si quis sine causa,ff.de dol.except.*& ibi *glos.in verbo,& indebitè,extr. de fide Instr.*

Vnde non releuat, quòd Petrus se obligauerit ad integram pensionem, quia eius obligatio ex mente contrahentium debet declarari, & regulari ex dicta causa, & intelligi iuxtà subiectam materiam, nempe casu quo Tiberius soluisset Regi dictam ratam, quia sicut tunc potuisset à Seminario Titolari integram pensionẽ exigere,ita& à Petro;nõ autem,vt dictum est,in casu nostro,in quo non Tiberius,sed Seminarium pro eo illam Regi soluit ex dictis iuribus. Ex quibus cessant omnia pro Tiberio adducta,itaut vt non sit opus vlteriori discussione.

Et ita decisum vtraque, &c.

Turritana Dotis.

Lun. 15. *Ianuarij*, 1629.

ARGVMENTVM.

Interesse dotis non restitutæ an & quando Viduæ debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio extinguitur solutione eius quod debetur.*
2 *Saluianum cessat deficiente hypotheca.*
3 *Solutio censetur primò facta in causam fructuum, quàm sortis principalis.*
4 *Viduæ non debetur interesse dotis non restitutæ, nisi duo concurrant, nempe interpellatio cum possibili diligentia pro repetenda dote, & quòd non habeat aliunde, vnde viuere possit, &, horum probatio Viduæ incumbit, n.* 5. *& quid si Vidua sit solita negotiari, num* 6.
7 *Interesse dotis non restitutæ ab hæredibus primi viri, debetur secundo viro, non autem vxori.*

DECISIO CLXXVI.

ANGELA Canalis nupsit Ioanni Carte cum dote librarum 1500. & eo mortuo transiit ad secundas nuptias, cui deinde ab intestato decedenti successerunt Andræas, & Matthæus de Canalibus, qui coram A.C. intentarunt vtile Saluianum contra Collegium Societatis Iesu possessorem cuiusdam vineæ possessæ per d. Ioannem pro recuperanda dicta dote cum interesse, ad rationem octo pro centenario debito post finitum annum luctus iuxtà consuetudinem Sardineæ; cùm autem lata fuerit absolutoria ad fauorem Collegij, & causa per appellationem ad Rotam deuoluta, & mihi cõmissa dubitaui hodie, An dicta sententia A.C. sit confirmãda, vel infirmanda, & Domini confirmandam esse censuerunt; Nam quamuis cõstet de extremis in Iudicio Saluiani requisitis, nec non de credito cum hypotheca à principio ex instrumento dotali, tamen constat etiam de extinctione; quandoquidem solùm probatur solutio dotis in libris 1300.& tamen † apparet ex legitimis 1
documentis, hæredem Ioannis ex causa dictæ dotis soluisse eidem Angelæ libras 1625. vnde succedit vulg. reg. *tex.in §.1. Inst. quib.mod.toll.obl.& l.ferè,ff.de reg. iur.*& cessat hypotheca, *l.item liberatur.ff.quib.mod.pig. vel hyp.solui*, † & consequenter Saluianum, *ad l.1.ff.* 2
*de Salu.Pac.in tract.de Salu.insp.5.c.vn.num.*54.& fuit sæpius decisum.

Neque obstat vnicum fundamentum dictorum hæredum, videlicet quòd à tempore finiti anni luctus iuxtà supradictam Sardineæ consuetudinem erat debitum interesse dotis ad rationem octo pro centenario, anno quolibet, & quòd † dicta solutio librarum 3
1625. censetur primò in causam fructuum, quàm sortis principalis, *l.in iis,§.Imper.ff.de sol.l.si vsuras*, vbi *glos.in verbo,facultatem,C.de vsur.& l.1.C.de sol.* quia cessat † 4
ex quo Viduæ non debetur interesse dotis non restitutæ nisi duo copulatiuè concurrant, nempe interpellatio cum possibili diligentia pro repetenda dote, & quòd non habeat aliundè, quo viuere possit, *Bar. Ang. Ias.*& communiter alij DD. *in l.diuor.& in l.Titio,ff.sol. matr.& in c.salubrit.de vs.Crau.cons.*189.*n.*7.*v.*6.*castit. Sur.cons.*194.*per tot.vbi n.*17. † quòd Viduæ petenti in- 5
teresse dotis non solutæ incumbit hæc probare. *Neg. de pign.in 5 memb.5.p.prin. n.*17. quam conclusionem Rota pluries canonizauit præsertim, *apud Greg. XV. dec.*204.*& in Perus.dot.*9.*Iun.*1614.*coram b.m.Vbaldo, & in Firmana.seu Maceraten.Dotis*,23.*Ianuarij*,1621. *coram D.meo Pirouano.*

Vnde nõ obstat cõsuetudo Sardineæ soluẽdi dictũ interesse ad rationem octo pro centenario, quia quidquid de ea sit, tamen est intelligenda quoad debitum secundùm ius commune, & sic concurrentibus prædictis duobus requisitis, † vel aliàs habita ratione lu- 6
cri cessantis si mulier sit sólita negotiari, & non aliter. *Are.in §.fuerat,n.4 cum seq.& Ias.*ibidem, *n.*19. vbi testatur de communi *Inst.de act.& in l.cunctos populos,n.*49. vbi *Cast.n.*13.*C.de sum.Trin.& fid.Cath.Ab.con.*39. *n.*3.*& seq.p.*2.*Soc.sen.cons.*56.*n.*2.*v.quinimò Stat. lib.*3. *Alex.cons.*27.*n.*2.*&* 5.*li.*4.& alij plures, quos refert, & sequitur, *Sur.de ali.tit.q.*45.*n.*25.*& Mant.dec.*171.*in fi.* prædicta autem requisita nedum non probantur, sed constat Angelam potuisse aliunde se alere, nempe ex legatis vsusfructus huius vineæ, & medietatis omnium bonorum sibi per maritum factis.

Tandem non obstat si dicatur saltem interesse de-
beri à die secundi matrimonij, quia in dicto casu † il- 7
lud debetur marito, qui onera matrimonij supportauit, *Ang.in d.l.diuertio,n.*2.*in fin.Imol. in l.in insulam, ff.§.vsuras,n.*6.*ff.sol.matr.Ias.vbi supra,nu.*25. *Anchar. cons.*150.*incip.in quæst.quæ vertitur,nu.*4.*circa med.* non autem vxori, aut eius hæredibus, *Bart.cons.*128.*incip. Franciscus habuit,in fin. Alex.cons.*141.*n.*3.*& seq.Crau. cons.*189.*n.*7.*in fin.vers.sed contra, Rum.cons.*53.*nu.*29. *libr.*1.*Grat.cons.*56.*num.*3.*lib.*1.*& Surd. de alim,d.tit.* 1. *quæst.* 44. *& in fin.& d.quæst.*45.*nu.*49.*&* 50.*&c.*

Et ita vtraque, &c.

Corduben. Cappellaniæ.

Lun. 15. Ianuarij, 1629.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à mero Executore. Declara, vt numer. 2.*

2 *Appellatio conceditur quoad vtrumque effectum à sententia mixturam continente.*

3 *Possessio capta pendente termino ad appellandum est attentata.*

4 *Appellatio si non fuit interposita intra terminum iuris, medio tempore gesta non reuocantur.*

5 *Declara quod licèt non reuocentur ex priuilegio, & per viam attentatorum, reuocantur tamen per viam nullitatis officio Iudicis.*

6 *Possessio attentata, est sequestranda de stylo Rotæ.*

7 *Recursus ad Iudices Laicos quando non praiudicent.*

DECISIO CLXXVII.

PENDENTE lite coram Ordinario Corduben. super Cappellania, de qua agitur inter Ioannem Baptistam à Patrono præsentatum, & Ioannem Sanchez, Laurentium Paz, aliósque oppositores; Ioan. Baptista præfatus, narrata lite, obtinuit à Papa de ea prouideri, vt in literis Apostolicis desuper emanatis, & Exequutor earum vigore, die octaua Februarij, 1612. pronunciauit, ei Cappellaniam competere, & esse debitam collatione, & possessione etiam eadem die sequutis: lata deinde sententia per Ordinarium ad fauorem Laurentij, & commissa mihi appellationis causa, dubitaui An possessio vt supra per Ioan. Baptistam capta sit attentata, & fuit affirmatiuè resolutum,
1 quia etiam dato, quòd † exequutor iuxtà formam literarum esset merus, à quo non datur appellatio, *cap. monit. de appell. l. ab exequutore ff. eod.* tamen cùm explicitè pronunciauerit, Cappellaniam esse debitam, & competere Ioan. Baptistæ, & sic formaliter super
2 petitorio, † eius sententia continebat mixturam, à qua propterea de iure dabatur appellatio quoad vtrumque effectum, *Bald. cons. 141. num. 7. lib. 1. Contard. in l. vnic. in 2. lim. C. de mom. poss. Seraf. decis. 603. num. 1. & Rot. apud Greg. XV. decis. 232. nu. 3. & in impress. apud Pacif. de Saluian. decis. 229. num. 4. decis. 242. & 243.*
3 Vnde † cùm possessio fuerit capta eodem die, quo fuit lata dicta sententia exequutoris, & sic pendente termino ad appellandum, fuit attentata, *cap. non solùm, vbi glos. de appellat. in 6. Seraf. decis. 1045. num. 4. & Rota decis. 592. num. 1. p. 2. recent.*

4 Non obstat, † quòd posteà intra terminum iuris non fuerit appellatum, quo casu medio tempore gesta non reuocantur, *glos. in cap. non solùm, Felin. in cap. quod ad consultationem, num. 26. vers. quinta conclusio de*
5 *re iudic. Lancell. de attentat. par. 2. cap. 1. num. 50.* † Quia quamuis non reuocentur ex priuilegio, & per modum attentatorum, in quo sensu loquuntur *glos. & DD. supracitati*, tamen reuocantur per viam nullitatis ex officio Iudicis, vt distinguit *Lancellot. ibidem, num. 51. Put. decis. 27. num. 6. lib. 1. Cæsar de Graff. decis. 2. nu. 4. & seqq. de appellat. Rot. decis. 406. n. 2. p. 1. diuers. & decis. 513. num. 8. par. 1. recent.* & apud *Gregor. XV. decis. 339. num. 4.* vbi etiam *Additio, num. 6.*
Ex quibus etiam Domini censuerunt, † possessionem 6
esse sequestrandam iuxtà stylum Rotæ, de quo attestantur, *decis. 2. circa fin. de restit. spoliat. in nou. Cassad. decis. 3. in fin. eod. tit. Capuaquen. decis. 70. par. 1. & decis. 157. par. 3. & Rot. apud Gregor. XV. decisio. 10. numer. 1.*

Non obstant † prætensi recursus ad Iudices Lai- 7
cos, quia cum potuerint haberi ab aliis colligantibus, non probant contra Ioannem Sanchez, qui non fuit in illis nominatus, *Rot. decis. 191. num. 5. part. 2. recentior.* & apud *Gregor. XV. decis. 96. numer. 3.* Nec mandatum fisci Regij in personam illius pro executione recursuum, probatur ab eo acceptatum, qui consequenter vigore dicti mandati non probatur cooperasse in dictis recursibus, *Clem. 1. à* contrario sensu, *cum ibi notat. de procurat. Paul. de Castr. in leg. absenti, num. 4. & seqq. ff. de donat. Bart. consil. 37. An Procurator constitutus, Hieron. Laur. decis. Auen. 69. num. 4. & Rot. decis. 8. de Procurat. in nou.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Romana Successionis.

Ven. 19. Ianuarij, 1629.

ARGVMENTVM.

Impugnans testamentum sub prætextu dementiæ Testatoris, quid probare teneatur: Et ex quibus illa excludatur. Elegans est decisio, & in materia exemplaris.

SVMMARIVM.

1 *Recusatio Iudicis facta per procuratorem non habentem speciale mandatum, non valet.*

2 *Item non valet, si fuerit proposita post litem contestatam, dum non probatur nouam causam superuenisse.*

3 *Primum testamentum tollitur ipso iure per secundum testamentum.*

4 *Immissio debetur haredi,* ex leg fin. C. de edict. Diu. Adri. tol. *si producat testamentum in forma probanti, non vitiatum, &c. Et sufficit producere exemplum in publica forma, traditum à Notario rogato, num. 5.*

6 *Recognitio manus testatoris, qui se in testamento subscripsit, quando non sit necessaria.*

7 *Primum testamentum factum cum clausula derogatoria posterioris voluntatis, nisi in ea describantur hac formalia verba* Aue Maria, &c. *non censetur reuocatum per secundum testamentum, in quo dicta verba descripta non reperiuntur.*

8 *Fallit si testator in secundo testamento reuocauerit primum, non obstantibus quibuscúmque verbis derogatoriis in eo appositis.*

9 *Naturale est quem esse sana mentis, insanum verò accidentale, & ideo præsumptio stat contra dementiam.*

10 *Impugnans testamentum sub prætextu dementia Testatoris, tenetur illam probare de tempore conditi testamenti, nec sufficit quod aliqua die, Testator furiosus probetur: Et efficaciores probationes requiruntur si constet illum in pracedenti tempore vita sua, sana mentis fuisse, & testamentum sit ritè, & rectè ordinatum, nu. 11. 13. & 16.*

11 *Mentis*

13 *Mentis integritas arguitur ex ordinata scriptura compositione, prout ex inordinata, defectus.*
14 *Item arguitur ex susceptione Sacramentorum, qua nisi hominibus sana mentis conceduntur.*
15 *Testibus habentibus interesse in primo testamento, fides minuitur, si deponant de superuenienti dementia Testatoris, ad effectum annullandi secundum testamentum, primi reuocatorium.*
17 *Testes deponentes de dementia, non probant, nisi reddant causam sui dicti, etiam non interrogati.*
18 *Memoria imbecillitas non infert ad intellectus defectum, præsertim in infirmo, & num. 19.*
20 *Dementia non probatur in testatore ex rumoribus, & strepitibus per eum factis, si antea sana mentis reputabatur, & posteà ritè, & rectè testamentum fecit, saneque mentis repertus fuit à probis viris.*
21 *Viri sana mentis, licèt de tempore testamenti, aliqua ex accidenti faciant, à sana mente aliena, non ideò insani reputantur, nec testari prohibentur, dum suspicio furoris ex aliis causata amoueatur. Et plura exempla referuntur, numeris seqq.*
22 *Pater exhæredans sine causa filios suos, rem quasi furiosi facere dicitur: Eius tamen testamentum valet, & opus est illud rescindi per querelam inofficiosi, & num. 23.*
24 *Testamentum furiosi est nullum ipso iure.*
25 *Demens omnino, & in furore confirmatus, si testetur, quamuis ordinatè, eius testamentum est nullum: & ratio redditur numer. 26. Nec desinit esse furiosus, quamuis faciat aliquot actus sapientis, numero 27.*
28 *Infirmus, licèt aliquot actus faciat, qui sanitatem arguunt, non tamen sanus reputatur.*
29 *Dementia arguitur ex datione Curatoris.*
30 *Declara, quòd ex dicta datione non concluditur dementia, ad effectum annullandi testamentum.*
31 *Contradictor legitimus dicitur qui venit ex primo testamento, ad impediendam immissionem ex remed.* leg. fin. *hæredi venienti ex secundo testamento.*
32 *Declara id verum esse ad hoc, ut non sit procedendum via executiua, secus si via ordinaria.*

DECISIO CLXXVIII.

IOANNES Maria Vertema duo condidit testamenta; In primo Venerabilem Archiconfraternitatem Sanctissimi Crucifixi de Vrbe; In secundo Franciscum, Catharinam, & Cæciliam de Vertemis hæredes instituit: Cum autem Archiconfraternitas, mortuo testatore, vigore primi testamenti, bonorum hæreditariorum possessionem occupasset, Orta lite inter eam, & dictas fœminas (Franciscus enim nunquam fuit in causa) Iudex causarum dictæ Archiconfraternitatis pronunciauit dictas Catharinam, & Cæciliam esse immittendas, pro duabus ex tribus partibus, ex secundo testamento; Sed cum habitus fuerit recursus ad Illustrissimum Cardinalem Protectorem, qui me in Iudicem deputauit. Dubitaui hodie in Rota de viribus dictæ sententiæ, & Domini esse confirmandam resoluerunt; Quia de validitate non est dubitandum; Nam vltrà quòd Illustrissimus Cardinalis in suis facultatibus, potest procedere, nullis etiam seruatis terminis substantialibus; fuerunt nihilominus seruata omnia requisita, de quibus *per*
1 *Caputaq. decis. 260. par. 2.* † & recusatio Iudicis fuit facta per procuratorem non habentem ad id specia-
le mandatum ad recusandum de iure requisitum, *ad l. non solum, §. fin. ff. de procurat. Rebuff. de recusat. ar. 1. glos. 1. num. 2. Paris. cons. 31. num. 102. lib. 1. Caputaq. decis. 168. pa. 1. Rot. apud Greg. XV. decis. 368. num. 1.* † & non 2
fuit proposita in tempore, sed post litem contestatam; quæ propterea non afficit, cùm non probetur nouam causam superuenisse, *l. apertissimi in princ. C. de iud. cap. inter Monasterium de sentent. & re iudic. Conar. prat. quæst. 26. num. 1. in fin. & Rot. decis. 2. num. 2. par. 2. diuersor.*

De iustitia similiter visum fuit constare, † Quia 3
eùm per dictum secundum testamentum, primum ipso iure sublatum fuerit, *§. posteriore, Instit. quib. mod. testam. infirm. cum vulgat.* † & illud productum fuerit in 4
forma probanti, non vitiatum, & c. hæredibus in eo institutis debetur immissio, ex *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 368.* latè *Peregr. de fideic. art. 48. per tot. & Rot. apud Greg. XV. decis. 206. nu. 1.* & alibi sæpiùs.

Nec † releuat, quòd in actis non fuerit productum 5
originale, seu matrix dicti secundi testamenti, iuxtà requisita, *dicta l. fin.* quià sufficit quòd productum fuerit exemplum in publica forma, traditum à Notario rogato, *Ias. in d. l. fin. sub num. 4.* vbi *Zaccard. num. 92. vers. nihilominus, Menoch. dicto remed. 4. num. 654.* & ita obseruat Rota, vt testatur, *Verall. decis. 351. nu. 1. par. 2. & Perusina hæreditatis, 28. Nouembris 1616. coram bon. mem. Buratto*; & nouissimè *in Romana hæreditatis de Arigonis, 13. Ianuarij, 1627. coram Domino meo Virili.*

Minùs † releuat quòd non fuerit recognita sub- 6
scriptio testatoris, Quia versamur in testamento nuncupatiuo, quod redditur certum eo ipso, quòd fuit per testatorem consignatum Notario clausum, & Notarius à tergo illius rogitum consignationis coram septem testibus adnotauit, & ibidem testator, ac testes prædicti etiam se subscripserunt; Vnde non est opus alia recognitione, *Bart. in l. 2. num. 5. vers. tunc si tabellio, ff. quemadm. test. aper. Paul. de Castr. cons. 93. num. 3. lib. 1. Rot. decis. 752. num. 6. & 7. par. 1. diuers.* & in dicta Romana hæreditatis coram D. meo Virili, & in eadem 28. Iunij 1627. coram eodem.

Non obstat etiam † quòd in primo testamento, in 7
quo Archiconfraternitas fuit hæres instituta, adsit clausula derogatoria posterioris voluntatis, nisi in ea describantur hæc formalia verba: *Aue Maria, gratia plena*, quæ in dicto secũdo testamẽto non inueniuntur descripta: quo casu non censetur primum per posterius reuocatum, *ad l. si quis in principio testamenti*, & ibi communiter *DD. ff. de legat. 3. Ias. in l. si mihi, & tibi, §. in legatis, num. 11. ff. de legat. 1. Cornel. cons. 86. num. 7. vol. 3. Alex. cons. 134. num. 1. lib. 1. Cæsar. de Graff. decis. 1. num. 1. & 2. de testament.* † Quià fuit be- 8
nè responsum, quòd in dicto secundo testamento adest sufficiens derogatio, ex quo testator in eo dixit, quòd valere debeat non obstante quouis alio testamento, habente clausulam derogatoriam, subdens; *sotto qualsiuoglia parole derogatorie, de quali non mi ricordo, ma se mi ricordassi, adesso de verbo ad verbum, le direi*, vt tradunt *Bart. in d. l. si quis in principio testamenti, num. 8. Clar. in §. testamentum quæst. 99. vers. sed quæro, Nat. cons. 639. num. 9. lib. 3. Modern. Roman. disçept. 48. num. 22. & seqq. Hieron. Lauren. decis. Auenion. 81. num. 3.* Et in puncto quod per verba illa; *sotto qualsiuoglia parole derogatorie*, sit sufficienter derogatum cuicúmque clausulæ derogatoriæ, etiam continenti dicta verba, *Aue Maria*; dixit *Rot. decis. 721. num 3. par. 2. recent. & in Romana Legati, 9. Iunij, 1578. coram Bubalo.*

Non etiam obstare visa fuit prætensa testatoris dementia de tempore secundi testamenti, in qua

fiebat principale fundamentum pro parte Archicon-
9 fraternitatis,† Quia cùm naturale sit quã asse mentis
cõpotem, furiosum verò, & insanum accidentale vt di-
xit *Bald. in l. nec codicillos, C. de codic.* vbi etiam *glos. Bart.*
& alij, præsumptio stat contra dementiam, *cap. fin. de*
10 *successs. ab intest.* † Propterea ad probandam demen-
tiam, præsertim in Ioanne Maria testatore, qui non
solùm pro se habet sanæ mentis præsumptionem, sed
in præcedenti tempore vitæ suæ talis probatur, effi-
cacioribus, & vrgentioribus probationibus, de tem-
pore conditi tastamenti, opus est, itaut non sufficiat,
quòd aliqua alia die probetur furiosus, vt late *Bart. in*
l. 1. num. 3. vers. sed quid, ff. de bon. poss. fur. Alex. cons. 85.
num. 7. vers. & illud recte, lib. 2. Roder. Suar. alleg. 1. per
11 *tot. Magon. decis. Florent. 97. num. 13.* † Et tantò magis,
quia cum his concurrit, quòd omnia in dicto secundo
testamento descripta, ritè, & ordinatè composita repe-
12 riuntur: † Debita autem ordinis obseruantia, & scriptu-
ræ compositio, mentis integritatem ad notãt; sicut in-
ordinatio defectum, *cap. 1. §. si verò de Cler. agrot. in 6.*
cap. fily, de haret. eod. lib. cap. legitimus, 93. distinctione,
Ioan. Andr. in cap. cum dilectus, de success. ab intest. A-
lex. in d. leg. furiosum. C. qui testam. facere pos. Honded.
cons. 78. num. 60. lib. 2. Tiraq. de leg. connub. glos. 1. part. 11.
num. 7. Mantic de coniect. vlt volunt. lib. 2. titul. 5. num.
13 *13. & Anton. Gam. decis. 262. num. 2.* † Et præterea
nulla maior sanæ mentis coniectura, quàm illa, quæ
desumitur ex qualitate testamentariæ dispositionis
Ioannis Mariæ, qui instituit hæredes dictas fœminas
sibi sanguine proximiores, & quibus circumscripto
testamento, à lega deferebatur eius hæreditas, & le-
gata pia fecit, qualia ipsius testatoris qualitati, & cui-
libet prudenti viro conueniebant, *Suar d. alleg. 1. num.*
2. & 10. Honded. d. cons. 78. num. 61. lib. 2. Mantic. vbi su-
pra, num. 7. Afflict. decis. 143. num. 5. Ioseph. Ludou. de-
cis. Perus. 1. num. 9. Gram. decis. 73. circa fin. & Rot. decis.
129. n. 15 p. 2. diuers.

14 His accedunt † fides Parochorum, quibus in hoc
multùm deferri debet, attestantium quòd Ioannes
Maria, in vltima infirmitate in qua fecit testamentum,
& ex qua dementiam ortam fuisse prætenditur, bis
peccata sua cum sana memoria, sensu perfecto, & ani-
mi dolore confessus fuit, & Sacram Eucharistiam sus-
cepit; horum enim Sacramentorum susceptio, non
nisi hominibus sanæ mentis conuenit, & permittitur,
vt latè *Surdus cons. 89. per tot.* Quæ ideò plurimum
conferi ad mentis integritatem præsumendam, *Me-*
noch. pres. 45. num. 21. lib. 6. Rot. decis. 384. num. 4. par. 1.
recent. & in Romana hæreditatis de Gracchis 5. Decem-
bris 1618. coram bon. mem. Remboldo: Adminiculantur
etiam attestationes Reuerendissimi Episcopi Vicege-
rentis, Illustrissimi Cardinalis Vicarij, & aliorum qua-
tuor Sacerdotum, qui circa tempus conditi secundi
testamẽti, Ioannem Mariam personaliter visitarunt, &
eum sani iudicij, vt dicunt, repererunt: Et tandem
subscriptiones ipsiúsmet testatoris, & septem testium
non parum faciunt, quia testator mentis expers non
facilè subscripsisset, & testes subscribere recu-
sassent.

15 Vnde † non obstant testes de dementia deponen-
tes, Quia vltrà quòd quidam sunt aliqualiter interes-
sati; quia aut sunt legatarij ex primo testamento, aut
aliàs eorum interest, vt illud substineatur; quorum fi-
des propterea saltem diminuitur, *ad l. omnibus, C. de*
16 *testi.* † In primis non concludunt de dementia de
tampore conditi secundi tastamenti, de quo tempore
maximè, supradictis attentis, illam determinatè
concludere debent, iuxt. *text. in leg. 2. & leg. qui te-*
stamento, §. quacúmque, versicul. nec furiosus, ff. de te-
stament. & tradunt *DD. in d. leg. furiosum, Cornel.*
consil. 261. numer. 22. lib. 4. Anton. Gamm. d. decision.
262. num. 2. & Rot. d. decis. 384. numer. 10. part. 1.
recentior. † Præterea non reddunt conuenientem ra- 17
tionem sui dicti, quam tamen in hoc casu etiam non
interrogati exprimere debent, cùm enim dementia
cognoscatur per inquisitionem quandam, quæ se ani-
mo non offert nisi per multa, & diuersa media; cir-
ca quæ testes de facili possunt errare, ideò eis non
creditur, nisi causam sui dicti, etiam non interro-
gati faciant manifestam, *Bald. in leg. solam, C. de te-*
stib. Innocent. in capit. cùm causam de testib. Fulgos. &
Castr. in d. leg. furiosum, vbi *Ias. num. 6. Soccin. cons.*
42. num. 4. lib. 1. Surd. d. cons. 89. num. 4. Boer. decis. 23. nu.
41. Magon. d. decis. 97. num. 5. Rot. in d. decis. 384.
numero 7.

Non obstat quòd aliqui testes reddant rationem
dementiæ, quia viderunt Ioannem Mariam memoria
destitutum, & facientem strepita, & alia, more de-
mentium, † Quia memoriæ imbecillitas non infert 18
ad intallectus defectum. *Menoch. d. presumpt. 45. nu-*
mer. 31. & Rot. dicta decis. 384. num. 5. † præsertim 19
in Ioanne Maria corporis infirmitate oppresso, iuxtà
taxtum optimum, *in leg. hac consultissima, §. at cùm*
humana fragilitas, C. qui testament. facere poss. † quòd 20
verò fecerit strepita, & alia huiusmodi, similiter non
concludit dementiam continuatam, & confirmatam,
& sic eum non fuisse in potestate mentis de tempore
conditi testamenti, stante, vt dictum est, quòd antea
communi existimatione sani consilij reputabatur; &
tastamentum condidit rectè, & ordinatè composi-
tum, & eius dispositionis qualitas conuenit homini
perfectę mentis, & quòd post prædicta strepita, & testiũ
depositiones, sanus mente repertus fuit à Parochis,
quibus fuit peccata confessus, nec nõ à Reuerendiss.
D. Vicegerente, & alijs Sacerdotibus supradictis: † 21
Quandóque enim, sani intellectus viri aliqua ex ac-
cidenti faciunt à sana mente aliena, etiam tempore
conditi tastamenti, & sic in fortioribus terminis, &
tamen non ideò semper de iure furorem superuenis-
se præsumitur, nec insani reputantur, quoad testa-
menti, actiuam factionem, modò ex alijs suspicio
furoris inde caosata amoueatur; Prout † Pater, qui 22
filios suos sine causa exhæredat, meritò rem quasi fu-
riosi facere dicitur, *leg. 1. & 2. ff. de inoffic. testam.* † 23
& tamen eius testamentum mero iure tenet, cùm opus
sit illud rescindi per querelam inofficiosi, *leg. si non*
mortis, §. si quis, & toto tit. ff. eod. † Cùm tamen te- 24
stamentum furiosi sit ipso iure nullum, *d. leg. 1. & leg.*
filiusfamilias, ff. de testament. & d. leg. furiosum, C.
qui testam. facer. poss. Ille etiam testator, qui apud
Iurisconsultum, *in l. quidam in suo, ff. de cond. instit.* ius-
sit ossa sua proijci in Tiberim, rem furiosi iussit, vt ibi
textus dicit, & tamen eius testamentum valuit. Sicut
valuit testamentum illius mulieris, quæ in *l. fin. §. fin.*
ff. de aur. & argent. legat. iussit se sepeliri cum quibus-
dam ornamentis, quæ ipsa ad se sepeliendum fecerat
ex smaragdis, & margaritis; Et facit bonus textus, *in*
l. seruo alieno, §. fin. ff. de legat. primo. Et quod refert
Paris. cons. 88. num. 65. vol. 3. de testamento illius, qui
peccata sua non confitebatur: Et *Corn. cons. 219 in fin.*
volum. 1. de testamento alterius, qui Missam non
audiebat, & cùm diues esset legata pro anima sua non
reliquit: Et sic intelligit *Roder. Suarez. vbi suprà:* Et
quòd refert Valerius Maximus de testamento demen-
tis benè ordinato, quod Senatus Romanus validum
declarauit, quòd scilicet furiosus ille non erat in con-
tinuo, & confirmato furore, sed habens dilucida in-
terualla, itaut ex benè ordinata dispositione iudicatus
fuerit in sanitatis interuallo esse de tempore facti te-
stamenti; Prout etiam sic intelligenda est Decisio *in d.*
Romana hæreditatis de Gracchis, v. tum etiam. † Quando- 25
quidẽ qui prorsus demẽs est, & in furore confirmatus,
si de

ſi de facto teſtetur, quamuis ordinatè, ſemper eius te-
ſtamentum nullum eſt, *Roder. Suar. & Mantic. vbi ſu-*
26 *pra, Menoch.d.dicta præſumpt. 45. num. 68.* † ſiquidem
tunc optima compoſitio non à perſona, ſed caſu magis
facta creditur, argum. optimi text. in *l. fin. ff. de admin.*
27 *tut.* † Non enim propterea deſinit eſſe furioſus, quam-
uis faciat aliquos actus ſapientis, vt dicit *Roman. poſt
gloſ. in l. filium emancipatum, nu. 3. ff. de acquir. hæred.
Zabarell. conſ. 57. vol. 2. Corn. conſ. 69. vol. 1. & Menoch.*
28 *conſ. 82. num. 234.* Vt in ſimili † infirmus, qui, & ſi a-
ctus aliquos faciat, qui ſanitatem arguunt, tamen
non eſt ſanus, *Prepoſition. in capit. dilectus extra de
ſponſ. Corſet. ſingul. 368. verbo teſtamentum*, vbi me-
minit illius egregiæ ſententiæ, quam dixiſſe
quendam fatuum Pariſienſem, multi alij etiam
referunt.

Non etiam obſtare dixerunt Domini, quòd Ioanni
Mariæ, vti inſano, fuerit datus Curator ante dictum
29 teſtamentum, de quo agitur; † quæ Curatoris datio
dementiam arguit, *Alex. d. conſ. 85. num. 9. lib. 2. Ber-
trand. conſ. 48. num. 22. vol. 1. par. 2. Surd. d. conſ. 86. n. 19.
& Mantic. & vbi ſupra, num. 15.* Quia quidquid ſit, an
d. Curatoris datio fuerit cauſa cognita, & an fuerit ad
hoc procurata, vt videtur ab habentibus pinguius
30 intereſſe ex primo teſtamento; † illa ſimiliter non
concludit dementiam ad effectum de quo agitur, vt
in puncto, *Ioan. Fab. in §. prætereà*, & ibi etiam *Aret.
inſtit. quib. non eſt permiſ. facere teſtam. Iaſ. in d. l. furio-
ſum, ſub num. 2. verſ. tertio ſingulariter limita, Boer. d.
deciſ. 13. num. 79. & Rota in dicta Romana hæreditatis de
Gracchis.* Et in omnem caſum in conflictu probatio-
num Dominis ex ſupradictis, viſum fuit, probatio-
nem ſanæ mentis de tempore conditi ſecundi teſta-
menti præponderare.
31 Tandem † non obſtat quòd Archiconfraternitas,
quæ venit ex alio teſtamento, & ſic ex pari titulo, &
poſſidet, ſit legitima contradictrix ad impediendam
immiſſionem, *ex d. l. fin. Bart.* ibi *ſub num. 21. verſ. ante
compareat, & Zuccard. num. 373. Menoch. de adipiſc. d.
rem. 40. nu. 565. Pereg. de fideic. art. 48. num. 40. Mohed.
deciſ. 13. vt lit. pend. & Caputaq. deciſ. 392. par. 1. & Rot.*
32 *in Reatina hæreditatis, 4. Iunij, 1599. coram Iuſto;* † Quia
eſt verum ad effectum, vt non ſit procedendum ex di-
cto remedio executiuè, & ſummariè, vt loquuntur
DD. & Deciſiones ſupra allegatæ. Domini autem,
quamuis dixerint Sententiam eſſe confirmandam,
dixerunt tamen procedendum eſſe via ordinaria.

Et ita deciſum vtraque, &c.

Aquilana Cappellaniæ.

Ven. 19. Ianuarij, 1629.

ARGVMENTVM.

Plura habes notanda in materia probationis pertinentiæ Iuriſpatronatus, & Conſtitutionis Regni Neapolis excludentis filias fœminas ab hæreditate propter maſculos, quæ patent ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus exiſtentia probatur ex inſtrumento fundationis, & dotationis.*

2 *Iuriſpatronatus pertinentia probatur, ſi quis probet ſe hæredem illius, cui fuit Iuſpatronatus reſeruatum.*

3 *Inſtitutio debetur præſentato intra legitima tempora, & habenti cæteras qualitates neceſſarias.*

4 *Conſtitutio Regni excludens filias fœminas ab hæreditate paterna propter filios maſculos, procedit ſolùm in hæreditate Comitum, & Baronum.*

5 *Filia excluſa per Conſtitutionem Regni, ſi ſit congruè dotata, intelligitur excluſa, dum dos non ſit minor legitima.*

6 *Filia dotata, excluſa per Conſtitutionem Regni ab hæreditate paterna, ſuccedit ſimul cum fratribus, ſi nullo modo conſtet fuiſſe dotatam de bonis paternis.*

7 *Iuriſpatronatus donatio facta ſine conſenſu Ordinarij non eſt attendenda.*

8 *Iuſpatronatus acquiri non poteſt ex augmento dotis, ſi Beneficium fuit iam congruè dotatum.*

DECISIO CLXXIX.

VACANTE per obitum Lucæ Antonij
Capellania ſub inuocatione B. Mariæ
Virginis, ſeu S. Amici, in Collegiata
Eccleſia S. Martialis de Aquila, quæ eſt
de Iurepatronatu Laicorum, Palma Plo-
tta, Iulianum, & Gabriel Reſullus, Dominicum præ-
ſentarunt: Inter quos Patronos, & præſentatos orta li-
te, Ordinarius Aquilanus per ſuam ſententiam decla-
rauit, Iuſpatronatus ſpectare pro medietate ad Pal-
mam, & pro alia medietate ad Gabrielem, à qua ſen-
tentia vtraque pars appellauit: Et commiſſa mihi
cauſa appellationis, Dubitaui, An conſtaret de bono
iure Iuliani: Et dubio bis propoſito; Domini hodie,
affirmatiuè reſponderunt; Quandoquidem † exiſtentia 1
Iuriſpatronatus, vltra quòd non controuertitur inter
partes, probatur ex inſtrumento fundationis, & dota-
tionis, † & illius pertinentia ad fauorem Palmæ, vide- 2
batur clara, quia ex perſonis Mariæ, Ioannis Baptiſtæ,
Hieronymi, & Lucæ Antonij eſt hæres Angeli An-
tonij Reſulli, cui, & eius hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus, Iuſpatronatus fuit à principio reſer-
uatum; Vnde illud ad Palmam vti hæredem perti-
net; *gloſ. in capit. filiis in verbo propinquis 16. quæſtio. 7.
Abbas in cap. 1. de Iurepatr. Calderin. conſil. 2. eod. tit.
Deciſ. conſil. 149. ſub num. 1. Seraph. deciſ. 364. num. 3.* 3
& Rot. deciſ. 975. num. 1. part. 1. recent. † & per conſe-
quens cum Iulianus fuerit intra legitima tempora à di-
cta Palma præſentatus, & habeat cæteras qualitates ne-
ceſſarias, ſatis conſtat de eius bono iure, cui propterea
debetur inſtitutio, *cap. ex inſinuatione de Iurepatr. Fer-
ret. conſ. 33. num. 4. Garz. de benef. par. 5. cap. 8. num. 85.
& Rot. deciſ. 680. num. 3. par. 1. recent.*
Neque obſtat ſi dicatur † quòd Maria filia Angeli 4
Antonij, & mater Palmæ per Conſtitutionem Regni,
vti dotata, fuit excluſa ab hæreditate eius patris, ex quò
extabant prædicti Ioannes Baptiſta, Hieronymus, &
Lucas Antonius filij maſculi; & ſic etiam fuit excluſa
ab hoc Iurepatronatu hæreditario, Quia vltra quòd
Palma ſucceſſit etiam dictis maſculis, fuit reſponſum,
quòd Conſtitutio Regni ſolùm procedit in hæreditate
Comitum, & Baronum, vt aduertit *Rota in Beneuenta-
na Iuriſpatronatus, 26. Iunij præteriti, coram R. P. D.
meo Dunozetto*, quæ ideò in caſu noſtro non applica- 5
tur: † Et in omnem caſum illa excludit fœminam con-
gruè dotatam, ita tamen quòd dos non ſit minor legi-
tima, *Gram. deciſ. 101. num. 13. & 14. & Rota in dicta Be-* 6
neuentana Iuriſpatronatus. † In præſenti autem non
conſtat, Mariam fuiſſe de bonis paternis aliquo modo
dotatam; Vnde non fuit excluſa, ſed ſucceſſit patri, ſi-
mul cum fratribus, *Afflict. ad d. Conſtit. lib. 3. tit. de ſuc-
ceſſ. filiorum rub. 23. ſub num. 25. Gram. d. deciſ. 101. nu. 13.
& Rot. vbi ſupra.*

Non obstat quòd prædictus Lucas Antonius, vnus
ea filiis, & hæredibus Angeli donauerit suam portio-
nem Iurispatronatus Gabrieli, qui Dominicum præ-
7 sentauit † quia cùm non constet interuenisse consen-
sum Ordinarij, dicta donatio non est attendenda, *Ab-
bas in cap. illud col. penult. de iurep. Dec. qui plures alleg.
conf. 541. num. 2. Put. decis. 18. lib. 1. & Rot. decis. 576. n. 1.
par. 1. recent.*

Non obstat demum quòd Ioannes Baptista, alter
filius, & hæres dicti Angeli, relictis quibusdam bonis
Cappellaniæ præfatæ, voluit Iuspatronatus spectare
8 ad illos de domo & familia de Refrullis, † Quia si
Cappellania iam erat congruè dotata, ex tali legato,
seu augmento dotis, Iuspatronatus acquiri non po-
tuit, *glos. in cap. pia mentis 16. quæst. 7. Rot. decis. 58. n. 5.
& 6. par. 1. recent.* & alibi sæpiùs.

Et ita decisum vna tantùm parte informante, &c.

Narnien. Hæreditatis.

Merc. 24. Ianuarij, 1629.

ARGVMENTVM.

Identitas testamenti Notario consignati per
testatorem, ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi debetur immissio ex remedio,* l. fin. C. de edic. D. Adri. tol. *constito de testamento, & de bonorum identitate.*
2 *Testamento originale non est necesse producere in iudicio,* l. fin. C. de edic. D. Adr. *Sed sufficit exemplum authenticum, traditum à Notario rogato.*
3 *Notario attestanti de identitate foliorum testamenti sibi à Testatore consignatorum creditur, si constet de illorum consignatione per septem testes, & interuenerint cætera solemnitates necessaria, nec est opus alia recognitione, & num. 6.*
4 *Testamenti identitas probatur, si Notarius à tergo illius adnotauit rogitum consignationis in præsentia septem testium.*
5 *Præsertim si d. testamentum fuerit obsignatum anulo Testatoris, signúmque S. Crucis ab eo appositum: nec tunc est necessaria recognitio, nu. 7.*
8 *Immissio debetur hæredi pro indiuiso, si testator eum aliis prò indiuiso possidebat.*
9 *Fideicommissarius, quamuis possideat non est legitimus contradictor ad impediendam hæredis immissionem, quando sunt faciendæ detractiones.*

DECISIO CLXXX.



1 FVIT resolutum † Capitulum, & Cano-
nicos S. Nicolai Collisscipionis hære-
des scriptos q. Rosæ Floræ esse immit-
tendos ex remedio, *leg. fin. C. de edict. D.
Adr. tollend.* in possessionem bonorum
per testatricem de tempore eius mortis possessorum,
Quia exhibuerunt instrumentum publicum testamen-
ti; & ex depositionibus quatuor testium probatur
possessio testatricis, ac bonorum identitas, quò fit vt
eis debeatur immissio, *ex d. l. fin.* vbi *glo. & Bart. nu. 3.*
& communiter notant *DD. Menoch. de adipis. remed.
4. nu. 56. & seq.* Latè *Pereg. de fid. art. 48. per tot. apud
Greg. XV. decis. 194. nu. 1.* & alibi sæpiùs.

2 Neque obstat † quòd non sit productum origina-
le, siue matrix testamenti, vt Iudici constare possit
per ocularem inspectionem, an illud sit abolitum,
vel cancellatum, aut in aliqua sui parte vitiatum, iux-
tà requisita; *d. l. fin.* Quia vltrà quod originale fuit o-
stensum in Rota, quod Dominis visum fuit nullum
continere in se defectum apparentem; sufficit quòd in
actis producatur exemplum in publica forma, prout
in præsenti productum fuit traditum à Notario ro-
gato, *Ias. in d. l. fin. sub num. 4. Zuccard. num. 91. Menoch.
d. remed. 4 num. 654.* prout etiam obseruat Rota, vt atte-
statur, *Verall. decis. 351. num. 1. par. 2.* & fuit sæpiùs se-
quuta; præsertim in *Perusina hæreditatis, 28. Nouembr.
1616. coram bon. mem. Buratto,* & plenius *in Romana hæ-
reditatis de Arigoniis, 23. Ianuar. 1627. coram D. meo
Virili,* & nouissimè *in Romana successionis 19. currentis
mensis, coram me.*

Non obstat etiam quòd cum versemur in testamē-
to, quod à testatrice fuit consignatum Notario clau-
sum, debet probari identitas foliorum, in quibus fue-
runt descripta nomina hæredum, † Quia cùm dictum 3
testamentum constans duobus foliis fuerit à testatri-
ce consignatum Notario sigillatum, & in actu consi-
gnationis interuenerint septem testes, ac adhibitæ
fuerint cæteræ solemnitates necessariæ, circa identi-
tatem foliorum statur fidei Notarij, *Lan. in tract. de
form. testament. nuncup. nu. 14. 32. & seq. & conf. 1. nu. 48.
& 86. post d. tract. & Rot. in d. l. Romana hæreditatis:* Et † 4
vlterius identitas primi folij visa fuit Dominis clara
ex quo à tergo eiusdem folij, Notarius adnotauit ro-
gitum consignationis in præsentia septem testium,
qui etiam se subscripserunt; ex quibus certitudo, seu
identitas concludenter probatur, *Clar. in §. testamentū
quæst. 4. num. 3. vers. sed pone, Mantic. de coniectur. lib. 1.
tit. 7. num. 7. vers. vnde etiam. Rota in Romana testamenti
9. Decembr. 1624. coram bon. mem. Vbaldo, & in d. Roma-
na hæreditatis,* & tandem *in dicta Romana successionis
coram me.* Et videbatur omnis difficultas cessare, † 5
Quia dictum folium fuit etiam obsignatum anulo
quodam ipsius testatricis, & istud signum fuit in actu
aperitionis per duos ex prædictis testibus recogni-
tum; quò fit vt tanto minùs de certitudine dicti folij
possit dubitari, cùm illa satis probetur ex supradictis,
etiam sine alia recognitione, *Lan. d. conf. 1. num. 39. v.
verùm his non obstantibus, & n. 4. Alex. conf. 176. num. 4.
vers. quia respondere potest lib. 5. Clar. & Mantic.
vbi supra;* Et firmauit *Rota in dicta Romana hære-
ditatis.*

Identitas † verò secundi folij intermedij, in quo 6
fuerunt descripta nomina hæredū, & finitur testamē-
tū vltrà quòd, quoad eam statur pariter fidei Notarij
sine aliqua recognitione, *Fulg. conf. 56. nu. 2.* cum aliis
cumulatis per Rotam *in dicta Romana hæreditatis* de
Arigoniis, redditur etiam indubitata ex quò in calce
eiusdem folij, testatrix manu propria fecit signum
Crucis, † & apposuit signum prædicti anuli, & se sub- 7
scripserunt tres testes, quorum duo in actu d. aperitio-
nis recognouerunt proprias, & alterius testis subscri-
ptiones; nec non etiam prædicta signa testatricis; ex
quibus dictum secundum folium redditur certissi-
mum ex supra allegatis.

Non obstat demum, quòd testes deponant, bona de
quibus agitur, fuisse possessa pro indiuiso à testatrice,
& Francisca eius sorore, vti bona hæreditaria Anto-
nij communis patris, & quòd per mortem testatricis
sine filiis, fuerit purificatum fideicommissum om-
nium bonorum, vel saltem pro duabus ex tribus par-
tibus ad fauorem dictæ Franciscæ, Quia quoad pri-
mum, hoc vnum certum est, quòd possessio Franciscæ
non impedit Capitulo, † & Canonicis immissionem 8
in possessionem omnium bonorū pro indiuiso, prout
testatrix possidebat, *Menoch. vbi supra num. 365. & seq.
Rota in Tusculana fideicommissi 4. Iulij, 1618. coram Re-
uerendiss.*

ucrend. D. meo Decano, Add. ad Greg. XV decis. 185. n. 4. vbi plures Rotæ Decisiones in similibus terminis cumulantur.

Quo verò ad secundum, de prætenso fideicommisso, quidquid de eo sit, in omnem casum, ex quò competerent Capitulo, & Canonicis, ex persona d. testatricis detractiones pro legitima, & trebellianica, nec non scutis 1875. pro dotis supplemento ei à pa-
9 tre relictis, † etiam quod Francisca esset fideicommissaria, & possideret, non esset legitima contradictrix ad impediendum Capitulo hæredi immissionem, *Zucc. in d. l. fin. num. 426. cum seqq. Ruin. cons. 140. num. 6. lib. 5. Boer. decis. 156. num. 2. & Rot. decis. 115. num. 11. part. 1. recentior.*

Et ita decisum vna tantum parte informante.

Meliten. Pensionis Burdegalen.

Ven. 26. Ianuarij, 1629.

ARGVMENTVM.

Regularis an, & quomodo disponere possit de fructibus beneficij, & super illis Pensionem imponere.

SVMMARIVM.

1 *Pensio reseruari potest per Priorem Religionis Hierosolymitanæ super eius Prioratu, sua vita durante, etiam sine consensu Magni Magistri, vel Capituli Generalis.*

Regularis disponere potest, durante eius vita de fructibus beneficij.

2 *Religiosi habentes administrationem non possunt vendere, aut locare fructus, durante vita sua.*

Declara procedere quando transferunt ius percipiendi fructus iure proprio, secus quando d. ius apud eos remanet cum onere aliquid soluendi, num. 6. & per tot.

3 *Titulares non possunt transferre in alium ius percipiendi pensionem sine Papæ authoritate. Declara, vt num. 4.*

5 *Pensio solui non debet à successore Titularis, quando illa promissa fuit ob seruitia priuata.*

7 *Voluntas declaratur à subiecta materia.*

8 *Voluntas regulatur à potestate.*

9 *Pensio si fuit simpliciter imposita per Titularem super eius Prioratu, si posteà illam super alio Prioratu subrogauit, censetur eodem modo subrogasse.*

DECISIO CLXXXI.

DOMINI persteterunt in decisis *die 20. Decembris præteriti*, & sic non constare de causis restitutionis in integrum, aduersus sententiam Magni Magistri Hierosolymitani, qua declarauit pensionem promissam per Priorem Aquitaniæ Equiti Ioanni Baptistæ esse validam; Placuit enim fundamentum il-
1 lud Decisionis, † quòd cùm hæc pensio sit temporalis, & ex ea nulli fiat præiudicium, nisi soli imponenti, qui quamuis Regularis, potest in vita sua de fructibus Prioratus liberè disponere, *Card. in clem. 2. §. sed & tales, in primo notab. de vit. & honest. Cleric. Nauar. de reddit. Ecclesiast. quæst. 1. moni. 46. num. 5.* cum aliis in dicta decisione allegatis. non iuuat quoad illam statutum Religionis prohibens pensiones imponi super Commendis sine authoritate Magni Magistri, vel Capituli Generalis, vt latiùs in eadem decisione.

Neque hodie Dominis obstare visum fuit, quòd † 2
Religiosi etiam habentes administrationem, non possunt vendere, aut locare fructus durante vita sua,
Clem. 1. de rec. Eccl. non alien. & quòd † Titulares non 3
possint ius percipiendi pensionem in alium transferre sine Papæ authoritate, *Nauar. cons. 11. de reb. Eccles.*
non alien. lib. 3. † quia nihilominus benè possunt obli- 4
gari ad annuam pensionem ex fructibus soluendam vita sua durante, quo casu Titulares non transferunt ius percipiendi fructus, sed solùm obligantur actione personali, iure percipiendi fructus apud ipsos remanente, iuxtà doctrin. *Bart. in l. Codicillis, §. instituto, nu.*
4. ff. de leg. 2. & in puncto Vital. in d. clem. 1. num. 47. † 5
Prout nec onus soluendi pensionem, quando promissio vt hic facta fuit ob seruitia priuata, transit in Titularis successorem, argum. *tex. in l. si quis domum, §. hic subiungi, ff. locat. glos. in cap. fin. in verbo terminum, ne*
Prælat. vic. suc. & Vitalin. ibidem, num. 51. † Vnde non 6
applicantur dispositio, *d. Clem. & Nauar. cons.* & alia iura, & DD. per informantes ex aduerso citati, quia loquuntur in venditione, & locatione, seu aliis similibus contractibus, ex quibus transfertur ius percipiendi fructus iure propriu, & propria authoritate, qui ideò quodammodo alienationes dicuntur, ex quibus de facili bona Ecclesiæ vsurpantur, aut simonia committitur, quæ cessant in casu nostro ex prædictis.

Minùs obstat, quod pensio fuerit perpetua ex verbis promissionis ibi, *vita sua durante*, quæ ex lectura apocæ necessariò referuntur ad vitam pensionarij, quod Prior facere non potuit iuxtà statutum Reli-
gionis prædictum, Quia respondetur quòd † dicta 7
verba sunt intelligenda retentis terminis habilibus, & secundùm subiectam materiam à qua voluntas declaratur, ex doctrina *Bartol. in l. si vno in princ. per illum tex. ff. locat. Dec. in l. non vult. num. 8. ff. de reg. iur.*
Et clarum est † quòd voluntas regulatur à potestate, 8
vt notant communiter *DD. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig.* Quo fit vt dicta verba intelligi debeant, quatenus idem Prior obtineret Prioratum, & interim dumtaxat vita Pensionarij durante, *ex glos. & Vitalin. vbi supra:* & etiam Prior præfatus ne de eius voluntate hæsitari posset, hoc ipsũ in dicta promissione, seu apoca expressis verbis declarauit ibi, *& hanc pensionem soluere singulis annis durante tẽpore, quo Deo placebit nos*
frui dicto Prioratu, † & cum priùs, prout narratur in 9
apoca similem pensionem eidem Equiti promisisset, dum erat Prior Campaniæ super illo Prioratu, quem dimisit per assecutionem Prioratus Aquitaniæ, cum posteà loco illius hanc, de qua agitur subrogauerit super hoc Prioratu, dubitandum non est, quin sicut intellexit pensionem super Prioratu Campaniæ non fuisse perpetuam; quinimo ex eo aliam promisit, quia credidit priorem fuisse extinctam, idem etiam intellexisse de Pensione nouiter subrogata super Prioratu Aquitaniæ, *ad l. licet Imperator,* cum ibi notat. *ff. de legat. 3.*

Quæ verò dicebantur de non integra transportatione actorum visa fuerunt Dominis nullo modo releuare.

Et ita decisum vtraque, &c.

Ariminen. Legatorum.

Lun. 29. Ianuarij, 1629.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Immobilia fructifera reddunt fructus ad rationem quinque pro centenario, qui ideò ad hanc rationem taxantur.*

2 *Fructus legati debiti in bonis stabilibus debentur ad rationem quinque pro centenario.*

DECISIO CLXXXII.

Domini de Ricciardellis per sententiam Rotalem bon. mem. Patriarchæ Manzanedi fuerunt condemnati ad soluendum D. Eleonoræ, etiam de Ricciardellis scuta quinque millia auri in auro ex legato per q. Iulium Cæsarem eius patrem, in tot bonis hæreditariis, nec non ad soluendum eorum fructus à die moræ litis; Vnde hodie dubitaui ad quam summam dicti fructus sint taxandi; Et Domini Eleonora solùm informante censuerunt, eos esse taxandos ad rationem quinque pro centenario, Quia cum inatâ formam testamenti, & sententiæ, legatum sit soluendum de bonis hæreditariis, non expresso certo corpore bonorum, quæ iuxtà iouentarium per Comitem Hieronymum patrem prædictorum de Ricciardellis confectum, consistunt in stabilibus de sui natura fructiferis, propterea ad
1 quinque pro centenario fructus taxari debent † Quia etiam iuris interpretatione, immobilia fructifera ad d. rationem fructus reddunt, *gloss. in auth. perpetua, in verbo insta, C. de Sacros. Eccles. Corn. consil. 155. num. 5. libr. 1. Crauett. consil. 145. nu. 8. Nauar. consil. 10. de vsur. lib. 5. to. 2. Natt. consil. 147. num. 11. Honded. consil. 30. num. 10. libr. 1. Menoch. præs. 1 22. num. 50. lib. 3. V in. decis. 414. num. 19. Cæsar. de Graff. decis. 2. nu. 3. & 4. de vsur. Rot. decis. 116. nu. 1. pa. 2. diuers. & in Bononien. de Pannolinis, 28. Aprilis, 1614. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in Bononien. de Guidalottis, 24. Maij, 1619. coram Cardinali*
2 *Caualerio:* Et in terminis † quòd fructus, seu interesse legati, sint ad dictam rationem liquidanda, *Rota in Nouarien. Legati, 10. Maij, 1621. coram Reuerendissimo Domino Decano.*

Et ita decisum, &c.

Romana donationis de Capranica.

Ven. 9. Februarij, 1629.

ARGVMENTVM.

Hæc decisio plura notanda separata continet, quæ omnia habes in summario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debetur donatori in possessione bonorum donatorum, si donatio fuit nulla, cum tunc non amittit possessionem, & num. 8.*

2 *Donatio ob causam non requirit insinuationem.*

3 *Cessio capit solùm expressa, & ideò, quæ non sunt expressa remanent in dominio cedentis.*

4 *Concessio facta ab herede in inuentario, contra eum plenè probat.*

4 *Bona fideicommissi non sunt obnoxia debitis, quæ non fuerunt à fideicommittente, sed ab aliis contracta.*

6 *Dos materna filij, non est obnoxia debitis paternis.*

7 *Legitima, & Trebellianica semel detracta non possunt iterum detrahi.*

DECISIO CLXXXIII.

Dis 26. *Iunij*, præteriti fuit resolutum, Constare de bono iure D. Asdrubalis, ad effectum vt sit illi danda manutentio in bonis per eum donatis 2. *Iunij*, 1615. D. Camillo eius fratri, ex illo Decisionis fundamēto, † quòd cum donatio fuerit nulla, ex defe- 1
ctu insinuationis, & sic consensus Asdrubal nunquam amisit possessionem, in qua antea erat, ex *Rebuff de in. sinuand. donat. gloss. 6. & 7. Honded. Pute. Rot.* & aliis latiùs deductis, & allegatis in dicta Decisione, quæ Dominis placuerunt.

Sed ex benignitate Dominorum concessa Camillo noua audientia, tota difficultas stetit: An bona donata excedant debita Asdrubalis scutorum 2500. †, quæ 2
vice versa in dicta donatione Camillus pro eo soluere promisit, quia si non excedunt, donatio etiam sine insinuatione sustinetur, *Tiraq. in l. si vnquam, verbo donatione largitus num. 139. C. de reuoc. donat.* quatenùs vero excedant, fuit nulla, & sic manutentio est danda Asdrubali, vt etiam in eadem Decisione firmatur: Et causa vtraque parte informante bis proposita: Hodie dum tertiò proponeretur, excessus visus fuit Dominis patens, & sic fuit conclusum, Standum esse in Decisis: Quandoquidem Asdrubal donauit Camillo medietatem dotis q. D. Iuliæ communis matris, liquidam in scutis 4750. & plura alia credita, & iura, inter quæ connumerantur scuta mille, & quingenta ipsum Asdrubalem tangentia, pro medietate pretij iuris redimendi Casale Capicottæ, quod ius fuit venditum D. Principi Burghesio, pretio scutorum 3000. medietas crediti contra DD. de Cappls, & ius fideicommissi q. Iuliæ Cæsarinæ, quod vltimo loco per mortem Liniæ Capranicæ fuit purificatum, & eius vigore fideicommissariis concessa immissio in possessionem Casalis Montis Gabioni, in territorio Corneti, & vnius Palatij siti in Ciuitate Plebis: Præterea donauit vsumfructum bonorum fideicommissorum Domus de Capranica ad se spectantium ascendentium pro sua portione, iuxtà calculum datum per Camillum ad annua scuta sexcenta, 64. Qui vsusfructus attenta Asdrubalis ætate de tempore donationis, & facta computatione, iuxtà *text. in l. hereditatum, ff. ad leg. falcid.* constituit summam scutorum circiter 13000. & sic ille solùm, etiam circumscripta dote materna & scutis 1500. aliisque iuribus supradictis, longè excedit dicta debita Asdrubalis, quæ in dicta donatione extinguere promisit.

Neque obstare visa fuerunt pro parte Camilli nouiter deducta ad excludendum excessum. Et primò quòd non sit habenda ratio medietatis dotis maternæ donatæ in donatione, de qua agitur, ex quò Asdrubal illam antea eidem Camillo cesserat in alio instrumento, de anno 1612. Quia fuit benè responsum, quòd in dicto priori instrumento, Asdrubal, dumtaxat Camillo cessit vsumfructum Castri Capranicæ, quem habebat, vt sunt clara verba cessionis ibi *detto Sig. Camillo non possa vendere detta Terra di Capranica, non intendendo*

intendendo si per la sopradetta concordia far pregiuditio alcuno ali fideicommessi, che sono in Casa Capranica, come se questo instrumento non fosse fatto; ita quòd sit permutatio tantùm rerum in vsumfructum, & iuris-
3 dictionem tantùm: † de dote autem prædicta in dict. cessione, nec verbum vllum, quæ propterea Asdrubalis remansit, ad *l. quidquid adstringenda, ff. de verb. oblig. & l. fundi nihil, & cap. 1. §. ff. de act. empt. Bald. in l. ad probationem la prima in princ. C. de prob. Alex. cons. 46. num. 4. lib. 2. Alciat. cons. 3. nu. 5. lib. 4. & Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 11. nu. 14.*

Vnde minùs obstat; quòd Angelus auus maternus, qui dotem receperat, assignauerit Octauio marito Iuliæ eius filio, & patri Asdrubalis, & Camilli, Castrum Capranicæ pro satisfactione dictæ dotis, itaut eo ipso quòd Asdrubal de anno 1612. fecit prædictam cessionem, vsus fuerit omnia iura, quæ habebat in dicto Castro, & sic dotem maternam Camillo cessisse, Quia semper verum est, quòd vsumfructum d. Castri, dumtaxat cessit, quem habebat vti successor pro medietate in dicta dote, pro qua fuit Castrum consignatum; quo fit, vt medietas proprietatis dicti Castri libera apud ipsum remanserit, quæ ideò venit in dicta donatione de anno 1615. & consequenter excessus est tantò maior, quantò valor dictæ medietatis Castri excedit medietatem dotis, vt ad sensum patet.

Non obstat secundò quòd Camillus in d. donatione in se susceperit alia debita, seu onera bonorum donatorum de quibus in eius *Summario, nu. 5.* Quia in d. donationis instrumento conuentum fuit, vt Camillus solùm debita illa in se susciperet, quæ ex bonis donatis prouenirent, qualia non sunt prætensa debita, vt patet ex eorum speciali dinumeratione. Nam Census ad fauorem Capo Blanchæ, seu Margani, & census ad fauorem fratrum S. Mariæ de Populo, & vt dicitur *della Spagnola*, sunt debita Angeli Capranicæ, vt con-
4 stat † ex confessione ipsius Camilli, de qua in inuentario bonorum Octauij per eundem Camillum eius filium confecto, qua nulla maior probatio, *l. cum te, C. de probat. Bald. cons. 354. num. 2. lib. 3. & Rot. decis. 518. num. 3. par. 2. recent.* Census ad fauorem Dominorum de Lante, vltrà quòd non iustificatur, etiam, ex eadem Camilli confessione, constat pariter esse debitum Angeli: Census verò ad fauorem Dominorum de Vitellis, & census ad fauorem Monialium S. Luciæ, sunt debita Octauij, vt similiter Camillus expressè confitetur: in prædicto inuentario: Demum census ad fauorem Monialium S. Susannæ, vltrà quod fuit etiam ab Octauio impositus, & sic militat eadem responsio, hodie pro medietate est debitum proprium Camilli; dum in diuerso instrumento, non vti hæres patris, sed vti tertius illum in se suscepit; pro alia verò medietate, licèt sit debitum Asdrubalis, qui eodem modo se obligauit, tamen Camillus ad dictam medietatem, vti debitum Asdrubalis, vigore instrumenti donationis non tenetur, cùm non fuerit comprehensa in scutis 2500. quæ tamen soluere promisit, vt constat ex notula in donatione inserta, in qua in specie recensentur debita Asdrubalis, ex quibus conflatur dicta
5 summa scutorum 2500. † Vnde cum bona donata proueniant ex antiquis fideicommissis Dominorum Cardinalium de Capranica, Faustinæ de Valle, & Camilli Capranicæ senioris, prout ex eorum testamentis, de quibus in actis, & ex geminata eiusdem Camilli confessione, nempe in prædicto inuentario, & in dicto instrumento donationis, proptereà illa non sunt prædictis debitis Angeli, & Octauij obnoxia, *ad l. fin. §.*
6 *fin. C. comm. de legat.* † Prout nec medietas dotis maternæ, vt supra donata, *ad l. 1. C. de bon. mater.* & consequenter debita prædicta non excludunt excessum.

Nec releuat si dicatur, bona donata esse saltem dictis debitis obnoxia pro legitima, & Trebellianica
Angeli, & Octauij ex eis detrahendis, † quia cessat 7
penitus ex quo fuerunt semel detractæ, vt constat ex sententia bon. mem. Cardinalium Sfortiæ, & Vrsini, executioni demandata, & sic non sunt iterum detrahendæ, *Paul. de Castr. cons. 80. num. 2. lib. 1. post Bald. in l. scimus, num. 3. ff. de inoffic. testament. & Rota in Anconitana fideicommissi, 5. Decembris, 1584. coram Blanchetto.*

Minùs releuant ad diminuendum excessum, alia debita in eodem summario Camilli, quia in primis census per Camillum post donationem impositus ad fauorem Ioannis Baptistæ de Haste pro soluendis vt dicitur dictis scutis 2500 quæ Camillus pro extinguendis debitis Asdrubalis in dicta donatione soluere promisit, est debitum proprium Camilli, & non debet diminuere excessum vltrà dicta scuta 2500. Cœtera autem debita, videlicet ad fauorem Dominorum de Valle, Odescalchi, Piccolominei, & Orphanorum sunt penitus aërea, & sine aliquo fundamento, cum nullibi iustificentur nisi in solo dicto Camilli.

Non obstat demum, quòd ex quo Asdrubal citauit, & requisiuit Camillum, vt adimpleret contenta in dicto donationis instrumento, visus fuerit, facto proprio à possessione recidisse, & sic manutentionem prætendere non posse. Quia præterquam quòd hoc non concluderet, nisi quoad concurrentem quantitatem eius, quod adimpleri requisiuit, in quo solùm donatio erat valida, etiam sine insinuatione. & Camillus recepit iam multò plus ex fructibus rerum donatarum, vt fuit dictum in prima Decisione, in omnem casum, stante insinuationis defectu, Asdrubal nunquam amisit possessionem, & sic ab ea non cecidit, *ex Rebuff.* & aliis supra allegatis.

Et ita decisum, &c.

Romana, seu Carthaginen. Pensionis.

Ven. 9. Februarij, 1629.

ARGVMENTVM.

Subsidium, & Excusatum Regi concessa, an & quando solui debeant pro rata à Titularibus, & Pensionariis.

SVMMARIVM.

1. *Subsidij, & Excusati concessio facta Regi, afficit solùm Pensionarios quoad ipsum Regem, non autem quoad titulares.*
2. *Fallit si posteà inter Clerum illius Regni inita fuerit concordia, in qua cautum fuerit, vt ad illa teneantur pro rata Titulares, & Pensionarij, cum derogatione quarumcumque exemptionum, aliàs concordia esset superflua, & num 3.*
3. *Principis concessio ita intelligi debet, vt respectu imperrantis aliquid operetur.*
4. *Concordia inita super fructibus, & redditibus Ecclesiasticis, quando dicatur realis, ad hoc vt capiat omnes personas ad quas dicti fructus, & redditus perueniunt, & num. 6.*
5. *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
7. *Pensionarij non exempti tenentur pro rata cum Titularibus ad contributionem Subsidij, & Excusati, cum illa sint onera realia.*

8 *Pensiones*

8 *Pensiones Hispanæ, obstantibus Regiis Pragmaticis, solent tantum reseruari in capite Hispano, nisi per Regem tollatur obstaculum Extrangeriæ.*

9 *Ciuis vnius Ciuitatis, potest in certis casibus haberi, vti Ciuis alterius Ciuitatis.*

DECISIO CLXXXIV.

DIE 20. *Decembris*, 1628. Domini resoluerunt Concordiam initam inter Regem, & Clerum Hispaniarum super modo soluendi, & distribuendi Subsidium, & Excusatum per Papam, in forma speciali confirmatam, afficere non solùm Pensionarios quoad Regem, sed etiam totum Clerum inter se, & consequenter D. Tiberium de Caualeriis Pensionarium teneri contribuere pro rata suæ Pensionis, itaut Seminarium Carthaginense Titulare, quod soluit Regi integrum Subsidium, & Excusatum possit ex dicta Pensione defalcare ratam tangentem Tiberium vti Pensionarium, & idem possit Petrus Marzal, qui pro Seminario fideiussit ad Tiberij fauorem; sed quia fuit concessa Tiberio noua audiantia, proposui hodie causam super eisdem: Et Domini perstiterunt in decisis ex fundamentis Decisionis supradictæ.

1 Neque obstare visum fuit † concessionem Subsidij, & Excusati solùm afficere Pensionarios, quoad Regem, vt sæpiùs in similibus casibus fuit resolutum, & præsertim *in Vercellen. Subsidij apud Seraph. decis.* 1348. & latiùs *in Bergomen. Pensionis*, 13. *Nouemb.* 1626.

2 *coram me*; † Quia non versamur in terminis simplicis concessionis Regi factæ, in quibus loquuntur dictæ Decisiones, sed in terminis dictæ concordiæ postea sequutæ, quæ vt dictum fuit, afficit etiam Clerum inter se, ex regula, *textus in l. si in rem*, 11. *C. si cert. pet.* cum aliis allegatis in dicta Decisione in hac causa facta, & in puncto, *Rota decis.* 161. *par.* 2. *diuers. & in dicta Bergomen. pensionis coram me*, & alibi sæpiùs; Vnde non applicatur quòd concordia nihil addat concessioni Subsidij, & Excusati priùs factæ, quia est verum quoad Regem, cui tam Pensionarij, quàm Titulares, etiam circumscripta concordia, vigore conces-

3 sionis tenebantur † sed operatur tamen quoad Clerum inter se, prout sunt verba clara concordiæ, dum in ea conuentum fuit Subsidium, & Excusatum pro rata distribui inter Titulares, & Pensionarios, cum derogatione omnium, & quarumcumque exemptionum: quæ derogatio nisi effectum aliquem haberet ad Cleri vtilitatem, ad cuius etiam petitionem fuit concordia cõfirmata, profectò fuisset superflua; quia quoad Regem exemptio nihil operabatur, sed solùm quoad Titulares, vt resoluit *Rota in Valentina Subsidij*, 21. *May*, 1615. *coram D. meo Pamphilio*, quæ est *decisio* 701. *pa.* 2. *recent. & in dicta Bergomen. Pensionis coram me*: Principis autem concessio ita intelligi debet vt respectu impetrantis aliquid operetur, *cap. si Papa de priuileg. in* 6. *Dec. in l.* 1. *col. vlt. C. de secund. nupt.* & in simili, *Menoch. conf.* 176. *nu.* 2.

Non obstat etiam si dicatur, concordiam vti factam inter Clerum Hispaniarum, & Regem Catholicum non ligare Tiberium, cui vti Clerico Romano fuit

4 Pensio reseruata; quandoquidem cessat penitus †; Nam, Aut dicta Concordia est realis, prout esse dicebatur, tam ex qualitate subiectæ materiæ, & quia loquitur per verba in rem scripta per Commissarios ad hoc electos, etiam inter Pensionarios, quorum Pensiones reseruantur super fructibus, & redditibus beneficiorum, & Ecclesiarum Hispaniæ, quàm etiam ex aliis causis, quas congerit *Menoch. d. conf.* 176. & latiùs *præsumpt.* 103. *lib.* 3. Nec non ex quo à dicta distributione excipiuntur omnes S. R. E. Cardinales Pensio-

5 narij: † quæ exceptio regulam in contrarium firma- 5
re videtur quoad omnes non exceptos indistinctè, *ac l. nam quod liquidè*, §. *fin. ff. de pen. legat.* cum aliis: Quæ-

6 stiones non parum Dominis vrgere videbantur: † 6
Præsupposita autem realitate concordiæ (quàm tamen Domini non firmarunt) clarum est quod illa extenderetur ad omnes personas, ad quas perueniunt fructus, & redditus Beneficiorum, & Ecclesiarum Hispaniæ, ex doctrina *Vitalin.* & aliorum *in clem.* 1. *num.* 31. *de decim. Men. d. præsumptio.* 103. *num.* 46. & dixit, *Rot. decis.* 4. *de priuileg. in antiq.* & in puncto, † quod cir- 7
cumscripta exemptione ad huiusmodi onera vti realia, Pensionarij pro rata Pensionum teneantur, itaut Titulares possint dictam ratam ex Pensione retinere, resoluit *Gig. de Pens. quæst.* 59. *num.* 5.) cum igitur per derogationem, de qua in concordia fuerit sublatum impedimentum exemptionis, etiam quoad Titulares iuxta supradicta, propterea, tam Seminarium Titulare, quàm Petrus Marzal possent dictam ratam retinere, aut illam iam Tiberio solutam vti indebitam repetere.

Aut verò concordia non est realis, sed restricta ad Pensionarios Hispanos, & hoc casu † ex quo Tiberio, 8
de tempore reseruationis Pensionis, erat iam sublatum per Regem Hispaniarum impedimentum facti, obtinendi cum effectu Pensiones, causatum ex Regiis Pragmaticis, quamuis non ideò esset effectus Clericus Hispanus, nec de potestate Papæ sit dubitandum, quia tamen Papa ex benignitate solet Pensiones Hispanas reseruare in capite Hispano; credendum est quòd in gratiam Tiberij non fecerit, quod in gratiam Illustrissimorum Cardinalium facere non solet; Vnde quod in capite Tiberij fuerit Pensio reseruata inde verisimiliter prouenit, quia quod ipsum non aderat obstaculum Extrangeriæ, & quia in hoc erat sicut quilibet alius Clericus Hispanus, qui propterea etiam vti talis obligatur ex concordia, prout etiam alij Clerici Hispani: & nõ est inconueniens, vt Clericus Romanus in certis casibus habeatur pro Hispano, † vt in simili 9
de Ciue dixit *Surd. conf.* 106. *num.* 39. & ratio dictat, vt Tiberius per remotionem obstaculi non fuerit effectus melioris conditionis, quàm veri, & naturales Hispani, nec alia videtur fuisse Papæ, ac Regis intentio.

Et ita decisum vtraque, &c.

Mediolanen. Legati.

Ven. 16. *Februarij*, 1628.

ARGVMENTVM.

Saluianum competit pro legatis, & non solùm contra alia bona per Testatorem possessa, sed etiam contra res ipsas legatas, cùm super his quoque hypotheca legalis cadere dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*

2 *Saluianum competit pro legatis, iuxta communem, & veriorem opinionem, quam Rota sequitur, & n.* 5.

3 *Saluiani interdictum intrat vbicumque datur hypothecaria.*

4 *Hypothecaria datur etiam pro legatis, & fideicommissis.*

6 Saluianum

6 *Saluianum competit pro legatis contra alia bona per Testatorem possessa, quæ pro legatis sunt hypothecata, non autem competit cōtra res ipsas legatas, in quibus talis hypotheca non cadit. & ratio redditur, n.7. Contrarium verius, num.8. & 16. & vide rationem, nu.9. & seqq. & præsertim, num.13.*

7 *Legatarij sunt Domini rerum legatarum à die mortis Testatoris.*

Declara id procedere ex speciali legis priuilegio, & iuris fictione, num.9.

Hypotheca non cadit in re, cuius quis Dominus existit.

10 *Dominium regulare non subijcitur irregulis ordinarijs dominij acquisiti per actus de sui natura habiles ad illud acquirendum.*

11 *Rei vendicatio, & actio personalis sunt inter se contrariæ, cum vna præsupponat dominium; alia verò non.*

12 *Possessio rei legatæ non transit ad legatarium, antequam sit corporaliter apprehensa.*

14 *Hypotheca resoluitur assecuta rei possessione.*

15 *Fallit quando dominium rei est commutabile, & tempore duraturum, quod exemplifica, prout ibid.*

17 *Instrumenta probant contra producentem.*

18 *Consequens volens; vult etiam necessarium antecedens.*

Possessionis continuatio, vigore statuti de continuanda possessione defuncti in hæredem, non procedit, si deficiat possessio defuncti.

19 *Possessio probatur ex sublentatione litis.*

20 *Exceptio fideicommissi non admittitur ad impediendam immissionem legatarij ex Saluiano interdicto, tanquam requirens altiorem indaginem.*

21 *Sententia non præiudicat ei, qui in iudicio non fuit citatus.*

22 *Sententia lata contra vsumfructuarium, non nocet proprietario.*

DECISIO CLXXXV.



HIERONYMVS Pallauicinus Marchio Buxeti, Instituto hærede Sfortia Pallauicino, legauit Eleonoræ eius Vxori vsumfructum, & Hospitali Magno Mediolanen. proprietatem aliquorum stabilium; Cùm autem Alphonsus Pallauicinus, à quo causam habet D. Marchio Alexander eius filius, litem coram Iudicibus Laicis Parmen. mouisset contra dictam vsufructuariam, ex quo prætendebat, dicta bona stabilia esse supposita fideicommisso antiquo Christophori Pallauicini, ad fauorem masculorum de Domo Pallauicina, & illud in eius persona vti masculo de dicta Domo fuisse purificatum, sententiámque fauorabilem desuper obtinuisset; Hospitale prædictum, cui, vt dictum est, fuit legata proprietas pro suo interesse, causam in Rota committi obtinuit, in qua fuit coram me sæpiùs disputatum, An Hospitali esset danda manutentio vigore instrumentalis possessionis, quam acceperat; Domini autem *die* 13. *Nouembris*, anni præteriti, ordinarunt, vt informaretur etiam, An dicto Hospitali debeatur immissio, quam hodie illi dandam esse resoluerunt, ex remedio vtilis Saluiani; Quia in primis de credito, nempe de legato dubitari non potest, quia probatur ex publico Instrumento Testamen-
1 ti, † quod facit probationem probatam, *Bald. in leg.*
2 *quoties, num.7. C. de Iud. Dec. consf.36. numer.1.* † Quòd
autem pro legatis competat Saluianum (quicquid dicant *Sarmient. in comment. de reddit. Eccles. par.3. cap.2. num. 19. & Menoch. de adipisc. remed.3. num.35.*) est communiter receptum, *Aret. in §. Item Seruiana, nu.9. Instit. de action. Gabr. cons.46. num.21. & Vin. decis.395.*
num.1. Et est etiam verius, & Iuri magis conforme ex
regula, † quod hoc interdictum intrat vbicúmque 3
datur hypothecaria, vt notant communiter *Doctor. in*
l.1. C. de Saluian. interd. & Aret. vbi supra num.8. † 4
Hypothecariam autem dari etiam pro legatis, & fidei-
commissis, est in Iure clarum, *l.1. C. comm. de leg. & §.*
nostra instit. de leg. † Et ideò quòd pro legatis compe- 5
tat Saluianum, passim Rota sequuta fuit, & præser-
tim, *decis.689. num.4. & 674. num.4. par.3. diuers. & de-*
cis.187. num.1. & decis.559. par.1. recent. & apud Reueren-
dissimum D. meum Decanum decis.66. num.11. & in Fa-
uentina Legati, 24. Nouembris, 1589. coram Cardinali
Pamphilio, & in Romana bonorum de Capite ferreo, 4.
Maij, 1598. coram Litta, & in alijs impressis, *post Pac.*
de Saluia. Interd.

Neque obstàt, si dicatur esse verum, † Saluianum 6
competere pro consequendis legatis contra alia bona
per Testatorem possessa, quæ pro legatis dubio pro-
cul sunt hypothecata, *l.1. C. comm. de leg.* & in his ter-
minis loqui DD. & Rotæ Decisiones supra allegatas;
non autem contra res ipsas legatas, † quarum cùm 7
legatarij sint Domini à die mortis Testatoris, *l. à Ti-*
tio, ff. de furt. videntur in illis non posse habere hypo-
thecam, ex reg. tex. *in l. si rem alienam la a. ff. de pign.*
act. & l. neque pignus, ff. de reg. iur. prout in specie fir-
mant, & distinguunt, *glos. in auth. contra cum rogatus,*
verb. in rem, C. ad Trebell. & in d. §. in nostra, instit. de le-
gat. Bart. in d. l.1. num.1. in fin. vers. oppono res sua, vbi e-
tiam Rip. in l.1. num.65. ff. de leg.1. Crass. in §. legatum, q.
76. & Modern. Roman. discept. forens. cap.62. nu.28. to.1.
& alij plures; † Quandoquidem verius est, dictam 8
hypothecam legalem, de qua *in d. l.1.* dari etiam in re-
bus ipsis legatis, vt videtur esse text. si benè pondere-
tur in *d. auth. contra cum rogatus, Cin. in d. l.1. num.5. Bar.*
sibi contrarius, *in d. l.1. num.13. ff. de leg.1.* vbi *Soccin. n.*
15. Alex. num.26. Ang. nu.87. Gabr. qui de magis com-
muni testatur, *d. con.46. num.21. & 43. Peregr. de fideic.*
art.45. num.40. circa med. Pacif. de Saluian. inspect.3. c.4.
num.190. & Surd. decis.76. num.9. Et ratio est, † quia 9
quamuis legatarius sit Dominus rei legatæ à die mor-
tis Testatoris, est tamen Dominus ex speciali legis
priuilegio, & Iuris fictione; quod propterea † Do- 10
minium vti irregulare non subiicitur regulis ordina-
rijs dominij acquisiti per actus de sui natura habiles
ad illud acquirendum, *Bart. Soccin. Peregr. Pacific. &*
Surd. vbi supra, alioquin nec pro legatis competerent
rei vendicatio, & actio personalis, † quæ sunt contra- 11
riæ; quia vna præsupponit dominium, alia verò non,
vt ponderat *Bart. ibidem,* † Et cùm possessio non tran- 12
seat ad legatarium, antequam sit corporaliter appre-
hensa, *Alex. in l. cum hæredes, num.2. ff. de acq. poss.* † ni- 14
hil est, cur lex, quæ illicò in legatarium transtulit do-
minium rei legatæ non potuerit etiam eodem tem-
pore constituere in ea hypothecam; vt legatarius, il-
lius possessionem facilius assequi valeat, *l. in bello, §. si*
quis seruum, ff. de capti. & post lim. reuers. & benè *Bart.*
in d. l.1. num.1. vers. Item oppono, C. comm. de leg. Illa au-
tem assequuta, resoluitur hypotheca, & intrat dispo-
sitio, *d. l. neque pignus*; prout vice versa † quando do- 15
minium est commutabile, & tempore duraturum, vt
quia subiaceat restitutioni, benè potest esse hypothe-
ca ei, qui possidet, & debet restituere, vt illam habeat
post restitutionem, *l. ex sextante, §. latinus, ff. de except.*
rei Iud. Bart. in l. debitor, ff. ad Trebell. Bald. cons.167. nu.
2. vers. neque obstat lib.1. Ias. in §. sic itaque discretis, nu.
21. instit. de action. Negusan. de pignor. 4. membr. par.5.
num.2. vers. non obstat, & fuit dictum *in Romana Sal-*
uiani, 10. Iunij. 1626. coram me; † Vnde meritò contra 16
res ipsas legatas datur etiam Saluianum, *Gabr. Peregr.*
Pacif. & Vin. vbi suprà, in quibus terminis etiam illi-
cò concessit, *Rot. apud Seraf. d. decis.828. num.1. & de-*
cis.193.

cis.193.p.1.recent.& decis.192.n.1.post Pacif. in d.tract. de Salu.& in Viterbien.Castrorum,12.Iunij,1627.coram Reuerendiss.D.meo Decano.

De possessiooe autem Hieronymi Testatoris, & in primis Palatij Buxeri, constat ex Instrnmenro adeptæ possessionis per D.Sfortiam hæredem, dum iste fuit in eo confessus, Palatium fuisse per dictum Testatorem possessum; & de possessione prædictorum legatorum, constat ex alio Instrumento, in quo pariter Sfortia, seu eius legitimus Procurator post aditam hæreditatem fatetur dicta prædia fuisse in bonis Hieroonymi,& per eundem locata Conductoribus ibi no-
17 minatis,qui Sfortiam in Dominum recognouerunt,†
Quæ Instrumenta cùm fuerint per D. Marchionem Alexandrum producta, plenè contra ipsum probant, *l.publica,§.fin.ff. Deposit.c.cum olim de cens. DD.in ca. cum venerabilis,*vbi *Dec.num.120.& seq.de except.Sur. cons.5.num.37.& Rot.decis.2.num.1.par.2.recentior.* & alibi sæpius.

Et cessare videtur penitus difficultas, ex quo Marchio Alexander ad excludendum Hospitale à manutentione, quam super istis bonis sibi dari petebat, vigore dictæ Instrumentalis possessionis, sæpius opposuit, possessionem dicti Hieronymi Testatoris fuisse in Sfortiam continuatam vigore Statutorum Domus Pallauicinæ, & status Mediolanen. de continuanda possessione Testatoris in hæredem; prætendens inde dictam instrumentalem possessionem Hospitali non posse suffragari vti captam, Sfortia possidente, Quo fit, vt Dominus Marchio Alexander confessus fuerit, Hieronymum Testatorem tempore suæ mortis,posse-
18 disse ex regula, † qui vult consequens,etiam vult necessarium antecedens, *ad l.illud, ff. de acq.hæred.Bald. in l.quamuis, per illum text. C. de fideicomm.* alioquin non procederet continuatio, quia in termino, à quo deficeret possessio, in qua illa fundatur, *ad l. eum, qui in Prouincia,ff.si cert.pet.Menoch cons.848.num.4.Boer. decis.172.num.14.*Et in terminis similium Statutorum dixit *Rimin. Iun.cons.44.num.48.Surd cons.491.num.1.*
Et demum possessio D. Marchionis Alexandri, vltrà
19 quod non controuertitur,† probatur ex substentatione litis, *Caputaq. decis.369. num.2.p.2. Rot.in d.decis. 387.n.2.p.1.recent. & in d.Romana Saluiani coram me.*

Non etiam obstare visum fuit, prætensum fideicommissum q. Marchionis Christophori ad fauorem masculorum de Domo Pallauicina; Quia cum non constet de descendentia D.Marchionis à Christophoro fideicommittente; nec etiam de bonorum identi-
20 tate,huiusmodi exceptio,quæ respicit petitorium,†& requirit altiorem indaginem, non admittitur ad impediendam immissionem ex Saluiano,*l fin.C.quor.bon. Rip.in Rub.de pign.num.19.propè fin. Natt.cons.532.n.4. lib.3.Menoch.de adipisc.remed.3.num.180. Seraph.decis. 1200.n.5.& 6.Rot.decis.674.n.8.p.3.diu.& d. decis.387. n.3.p.1.recent.*

Neque releuant Testes super bonorum identitate examinati coram DD. Iudicibus Parmen. prout nec releuat sententia ab iisdem lata contra D.Eleonoram vsufructuariam, qua declaratum fuit, dictum fideicommissum fuisse ad fauorem q. Vberti patris d. Al-
21 phonsi Pallauicini purificatum, † Quia nec de dictis testibus,nec de sententia est habenda ratio, in præiudicium Hospitalis in iudicio non citati,*l.de vnoquoque, vbi gloss.ff.de re iud.Clem.sæpe.* vbi etiam *glos.de verb.signif.& Rot.decis.759.nu.1.p.2.recent*

Tandem non obstat,si dicatur, quòd sententia lata contra Eleonoram vsufructuariam nocet Hospitali
22 proprietario,† Quia veritas est in contrarium,*Bar.in l.sæpè,n.6.Paul. de Cast.n.6.Alex.n.106.& Ang.n.2.ff.de re iud.*& est communiter receptum.

Et ita decisum vtraque,&c.

Meliten. Pensionis Burdegalen.

Ven. 16. Februarij, 1629.

ARGVMENTVM.

Res iudicata ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata probatur ex confessione partis aduersæ, dum obtinuit, committi causam restitutionis in integrum.*

2 *Item probatur, si constet nunquam fuisse appellatum à sententia, diu contra partem aduersam lata.*

DECISIO CLXXXVI.



POSTQVAM fuit bis decisum, Non constare de causis restitutionis in integrum aduersus Sententiam Magistri Hierosolymitani, qua declaratum fuit, Pensionem promissam per Priorem Aquitaniæ Eq.Ioan.Baptistæ,esse validam,vt in duabus Decisionibus desuper factis, fuit petitum, vt causa expediretur: Verùm quia in vltima Commissione, mihi directa, continetur etiam clausula, *consito de re iudicata*, Domini hodie in relationibus Eq.Io. Baptistæ, citato etiam dicto Priore responderunt, rem iu-
dicatam esse claram,† tum ex confessione Prioris, dũ 1
obtinuit committi, & disputari causam restitutionis
in integrum, tum etiam quia † sententia Magni Ma- 2
gistri fuit lata *die 23. Decembris*, 1625. & ex actis, nec aliunde hucúsque constitit de appellatione; Vnde cum nec de iustitia amplius dubitari possit,ex latè deductis in dictis Decisionibus, propterea Domini ordinarunt causam expediri,&c.

Et ita decisum, &c.

Narnien. Frumenti.

Lun. 19. Februarij, 1629.

ARGVMENTVM.

Locator agens contra Conductorem, si semel adimpleuisse docuerit, non tenetur posteà probare,se semper adimpleuisse. Conductor probans non adimplementum locatoris, & asserens ex eo fuisse sibi damnum sequutum, non tenetur illud probare, sed onus probandi contrarium locatori incumbit.

SVMMARIVM.

1 *Locator agens contra conductorem tenetur probare se adimpleuisse,quòd promisit.*

2 *Fallit si locator semel adimpleuerit,quia tunc conductori excipienti de non adimplemento, incumbit onus probandi, quòd postea locator cessauerit adimplere.*

3 *Exceptio non implementi opponi non potest, quando ex eo nullum damnum fuit sequutum.*

4 *Onus probandi damnum passum, incumbit illi qui in eo se fundat.*

5 *Fallit, quando docetur de non implemento eorum, ex quibus prætenditur fuisse damnum causatum, quia tunc Reo replicanti damnum non fuisse sequutum, onus probandi incumbit.*

Reus dicitur Actor in sua replicatione.

6 *Conductori damnum sequutum ob non implementum locatoris, liquidandum est arbitrio Iudicis.*

DECISIO CLXXXVII.

D. Marchio Montorius locauit Stephano & Iustiniano de Cassinis moleudina Castri Montorij pro annua mercede de Salmarum centum quindecim, & eum pacto, quòd in illis essent quinq; molæ effectiuæ durante locationis tempore, aliàs, quòd fieret defalcum; Soluerunt Conductores ad computum d. mercedis quinquaginta salmas; Sed cum locatione finita fuissent conuenti coram A. C. pro solutione reliquarum salmarum sexaginta quinque, opposuerunt de defalco, ob non implementum d. pacti manutenendi quinque molas ad molendum aptas, prout fuit promissum, & exinde fuisse damnum passos; & nihilominus fuerunt condemnari ad solutionem integri residui vsque ad complementum supradictarum salmarum 115. Causa autem ad Rotam deuoluta, fuit resolutum, 14. *Ianuarij*, 1605. *coram bon. me. Card. Lancellotto*, Mandatum A. C. non esse exequendum, ex eo, quòd Marchio non probauit, quòd tradiderit, prout promisit, quinque molas effectiuas, quinimò quòd conductores probarunt contrarium, & inde damnum passos fuisse; Postea autem sæpius causa proposita super eisdem, Domini combinatis probationibus vtrinque factis, pro certo habuerunt quòd D. Marchio in principio anni d. locationis tradidit quatuor molas effectiuas; quia de his eius Testes benè deponunt, Testes autem Conductorum in hoc nihil
1 releuans in contrarium concludunt; † Vnde quamuis Locator si agere vult contra Conductorem, teneatur probare se adimpleuisse, quod promisit, *l. ex conducto in princ. ff. loc.* & ibi notat, *Bald.* & communiter *DD. in l. si quis domum in pr. ff. eod. tit.* Et ex reg. tex. *in l. Iu-*
2 *lianus, §. offerri, ff. de auth. empt.* † Tamen si semel adimpleuit, & contractus habuit executionem, conductori excipienti de non adimplemento, incumbit onus probandi, posteà locator cessauit adimplere, & fuit impeditus vti reconducta, *Menoch. præs. 86. nu. 2. lib. 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 1. n. 17. vers. si tamen conductor, Osasch. decis. 51. n. 9. & seq. & Rot. decis. 399. n. 1. p. 2. recent.*

Vnde solùm dubitabatur de quinta Mola, quam Domini benè consideratis supradictis vtriusque partis probationibus, deducebant non fuisse à principio, nec posteà effectiuè traditam, & in hoc D. Marchionem defecisse; Verùm quia ipse replicabat, non proptereà esse locum prætenso defalco, dum ex deficientia dictæ quintæ Molæ, damnum aliquod, vt prætendebat, Conductoribus sequutum non fuit, ex regula,
3 quæ habet, quòd † excipi non potest de non implemento, quando ille, cui impleri debuit, nullum damnum passus fuit. *Bald. cons. 127. lib. 1. Crauet. cons. 59. nu. 2. Cephal. cons. 80. num. 9. Siluan. cons. 100. num. 15. Paris. cons. 60. num. 18. lib. 1. Couar. lib. 3. var. 4. num. 6. vers. duodecimo hinc deducitur, & Surd. decis. 265. nu. 38. & cons. 101. num. 24.* Proptereà fuit difficultas restricta ad damnum verè per Conductores passum, & cui onus probandi illud incumberet; contendebat enim D.
4 Marchio, incumbere † Conductoribus qui in illo se fundant, *l. ei incumbit, & l. in exceptionibus, ff. de prob.* Sed fuit hodie resolutum, Conductores stante deficientia quintæ Molæ, habere intentionem fundatam, quòd fuerunt passi damnum, Quandoquidem D. Marchio agit ad integram mercedem vigore Instrumenti: excipiunt Conductores de non adimplemen-
to, † & hoc benè probant, quoad dictã quintam Mo- 5
lam; Tum eo ipso quòd adimplementum exaduerso non probatur, vt dictum est; Tum etiam quia ex dictis testibus eius deficientia benè concluditur. Replicat D. Marchio de damno passo, qui proptereà illud non fuisse sequutum probare tenetur, quia in sua replicatione est actor, *ex d. l. ei incumbit, cum vulgatis, Alex. in l. fin. post nu. 25. C. de eden. Seraph. decis. 356. nu. 15. & Rot. decis. 137. n. 24. par. 2. diuers. & apud Greg. XV.*
decis. 535. n. 17. Et tantò magis, † quia ex testibus Cō- 6
ductorum probatur, quòd sæpius venientes ad molendum, ex deficientia molarum, transibant ad molendina aliorum, cum damno prædictorum conductorum, & verisimile est, quòd nisi fuisset quandoque opus quinque molis, non fuissent molendina parata ad quinque molas, nec quinque fuissent promissæ; Vnde quia ex deficientia dictæ quintæ molæ, de damno in genere ex supradictis constabat, illud autem non sequebatur continuò per totum annum, sed certis tēporibus; & in his non vniformiter, & ideò liquidatio difficilis videbatur: His proptereà, & aliis maturè perpensis, Domini fuerunt dictum damnum arbitrati ad salmas quindecim, prout in simili arbitrandum esse, dixit *Bald. cons. 329. circa fin. vol. 1. & Rot. in Romana affictus, 5. Decemb. 1612. coram Illustriss. Cardinali Caualerio*; Pro residuo autem Salmarum 115. dixerunt mandatum contra conductores esse exequendum.

Et ita decisum, &c.

Romana Mutui.

Lun. 5. Martij, 1629.

ARGVMENTVM.

Debitum ex quibus probetur: Et quando testes examinati sine interrogatoriis probent, nec repeti debeant.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extraiudicialis Debitoris plenè probat contra eum, & eius hæredes, de æquitate Canonica.*

2 *Præsertim si facta fuerit præsente, & acceptante Creditore.*

3 *Testes contestes de loco præsumuntur etiam contestes de tempore, nisi in eo probentur singulares.*

4 *Debitum probatur ex coniecturis, & adminiculis, quæ plura numerantur ibidem.*

5 *Testes singulares probant cum adminiculis, illisque Iudex plenam fidem adhibere potest, & nu. 6.*

7 *Testes examinati sine interrogatoriis probant, quando pars fuit citata ad illa dandum, & negligens fuit.*

8 *Testes examinati sine interrogatoriis, quando repeti non debeant.*

DECISIO CLXXXVIII.

FVIT resolutum Michaële tantùm informante, sententiam d. Vicarij, in quã condemnatur Gregorius, & Vrsula hæredes q. Christofari Piscatorij ad restituendum dicto Michaëli hæredi q. Bartoli Anselmi scuta 383. esse confirmandam, Quia de illius validitate dubitari potest, cum concurrant

omnia requisita per *Capataquea.decis.260.par.2.* Iu-
stitia verò deducitur ex Testibus in causa examina-
sis, qui benè probant debitum Christofari, ex quo
duo, nempe primus, super septimo articulo, & octa-
uus, super nono deponunt, quòd Christofarus con-
fessus fuit se esse debitorem prædicti Bartoli in dicta
summa scutorum 383. ex causa mutui, de quo inter
1 eos fuit confecta quædam apocha priuata, † Quæ
confessio licèt extraiudicialis, de æquitate canonica
plenè probat contra d. Christofarum confitentem, &
eius hæredes, *Felin.in cap.si cautio, nu.27. de fid.instru-
ment.Gabr.de confess.conclus.1.num.46. Dec. cons. 163.
num.2.Put.decis.53.num.1.lib.2.Rot.decis.4. num.1.par.
2.diuers.decis.159.num.11.par.1.recent.& apud Gregor.*
2 *XV. decis. 408. num. 2. vbi Add. num.5.* † Præsertim
cùm fuerit facta Bartolo præsente,& acceptante,*Gab.
vbi supra concl.2.per tot.*

3 Neque obstat † quòd dicti duo testes non sint con-
testes de tempore, Quia cùm sint contestes de loco,
ex quo ambo deponunt de confessione facta in domo
ipsius Christofari, vbi Bartolus ægrotabat, identi-
tas temporis videbatur Dominis posse deduci ex iu-
ris præsumptione, iuxtà quam testes præsumuntur
contestes, nisi probentur singulares, *Bald. in l.de qui-
bus,num.124.ff.de leg. Alex.in l.2.num.10. C.de bon.pos-
sess.secund.tab.Mod.Rom.de testib.q.64.n.317. & Rota*
4 *decis.191.n.4.par.1.diuers.* † Et in omnem casum,cessat
difficultas ex tot adminiculis,vltrà testes concurren-
tibus, quæ non leuia visa fuerunt; quorum primum
est confessio dicti Bartoli in mortis articulo gemina-
ta,quòd ipse erat creditor Christofari in d.summa ex
causa mutui,prout in prędicta apocha,de qua confes-
sione deponunt secundus testis super sexto, sextus
super septimo,& nonus super nono: quam apocham
conseruabat in quadam eius capsa, existenti in domo
Christofari,vt deponit primus super sexto.Alterū est
quòd Christofarus, etiā corā aliis diuersis personis,di-
uersis tēporibus debitū confessus fuit, vt dicit sextus
super sexto,& septimus super nono.Tertium admini-
culū est aperitio dictæ capsæ facta de nocte per Chri-
stofarū post mortē Bartoli,ex qua subripuit,& lacera-
uit quandam scripturam, vt dicit secundus testis de
visu super duodecimo;ac demum alia confessio debi-
ti in genere eiusdem Christofari, facta post Bartoli
mortem, vt deponunt tertius super duodecimo, &
5 sextus super decimo sexto; †cum quibus,& similibus
adminiculis etiam Testes singulares probant, *Alex.in
l.sæpè,n.70.ad fin.ff.de re iud.Castr.cons.270. Viso pun-
cto suprascripto,n.3.lib.2.Aym.cons.73.n.36.& Rot.decis.*
6 *191. n.4.* † eisque Iudex potest plenam fidem adhibe-
re, cùm negari non possit, quin ex prædictis omni-
bus,eius animus inducatur ad plenè credendum,*Pau.
de Castr.in l.Lucius,n.4.ff.de iis,qui notant.infam.Curt.
Iun.cons.106.n.4.Aym.d.cons.73.n.35 & cons.78.nu.7.&
Seraph.decis.676.nu.2.*

7 Non etiam obstat,† quòd Testes fuerint examina-
ti sine partis aduersæ interrogatoriis. Quia cum fuis-
set per quatuor vices interpellata ad interrogatoria
dandum,& conducendum interpretem, & nihilomi-
nus fuerit negligens. Testes potuerunt sine interro-
gatoriis validè examinari, *Alex.cons.173.nu.6.lib.2.&
Rot.apud Greg.XV.decis.351.nu.46. & Addit. ad eius-*
8 *dem decis. 351. numer. 23.* † Repetitio verò dictorum
Testium visa fuit Dominis calumniosè petita, post
longam contumaciam, & Testium publicationem, &
in termino citationis ad sententiam.

Et ita decisum, &c.

Aquilana Cappellaniæ.

Merc. 14. Martij, 1629.

ARGVMENTVM.

Agitur de probatione pertinentiæ Iurispatro-
natus.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus pertinet ad hæredes illius cui fuit re-
seruatum.*
2 *Institutio debetur præsentato à vero patrono.*
3 *Testes non probant contra non citatum.*
4 *Processus, & sententia inter patronos, præiudicant
præsentatis,scientibus causam inter illos verti.*
5 *Filij probant se hæredes parentum, eo ipso quòd de
filiatione docent, quando agitur de eorum com-
modo.*
6 *Additio resultat eo ipso,quòd quis re integra se hære-
dem facit,etiam post elapsum terminum iuris.*
7 *Constitutio Regni Neapolis excludens filiam dota-
tam ab hæreditate Patris,extantibus masculis,pro-
cedit solùm in hæreditate Comitum, & Baro-
num.*
8 *Donatio Iurispatronatus non tenet sine consensu Or-
dinarij: & quid si consensus interueniat post præ-
sentationem,num.9.*

DECISIO CLXXXIX.

FVIT resolutum, die 19.*Ianuarij*, præte-
riti constare de bono iure Iuliani præ-
sentati ad Cappellaniam de qua agitur
per Palmam Piotiam, quæ ex personis
Mariæ eius matris, & Ioannis Baptistæ,
Hieronymi, & Lucæ Antonij fratrum, est hæres An-
geli Antonij Refrulli, cui, & eius hæredibus, & suc-
cessoribus,Iuspatronatus fuit à principio reseruatum:
Et re proposita hodie causa super eisdē, Domini ste-
terunt in Decisis, Quia de existentia Iurispatronatus
& quòd illud fuerit reseruatum dicto Angelo Anto-
nio non dubitatur; Vnde cum satis probetur ex Te-
stibus,& aliis datis in præterita positione,Palmam ex
personis eius matris, & fratrum supradictorum dicto
Angelo Antonio successisse.† Proptereà ad ipsam vti 1
hæredem pertinet Iuspatronatus, *glos.in cap. filiis, in
verbo propinquis,16.quæst.7. Abbas in cap.1.de iurepatr.*
cum aliis in Decisione allegatis, & † consequenter 2
Iuliano ab ea præsentato debetur institutio,*c.ex insi-
nuatione de iurep.cum vulg.*

Neque obstare visum fuit † Testes prædictos exa- 3
minatos in causa vertente super pertinentia Iurispa-
tronatus inter dictam Palmam,& Gabriëlem,qui prę-
sentauit Dominicum ad effectum probandi quòd
Palma sit hæres prædictorum,non probant contra di-
ctum Dominicum non citatum,ad *l.de vnoquoque*,vbi
*glos.ff.de re iud.*Quia † imò verius est processus,& sē- 4
tentiam inter Patronos,præiudicare præsentatis,scie-
tibus,vt hîc causam inter illos verti,*glos.*communiter
approbata in c. cupientes, §. cæterum, verbo nullum
præiudicium, *de elect.in 6. Bald.in l.si fine,nu.13.C.ad
Vellean. Alex.in l.sæpè, num.54.ff.de re iudic. Abbas
cap. quamuis, numer. 23.* vbi etiam *Felin. numer. 11. de
re iudic. Lambertin. de iurepatronat. libr. 2. quæstio-
ne 11 articul.9.numer.2.& Rota in Ianuen. Abbatiæ,24.
May,1624.coram bon.mem.Baratto.*

Et cessat

5 Et cessat difficultas. † quòd Palma sit hæres Mariæ eius matris, & quòd Maria fuerit hæres Angeli Antonij eius patris, probatur eo ipso quòd sunt filiæ, & agitur de earum commodo, non obstante beneficio abstinendi, iuxtà doctrinam *Bar. in l. si filius ff. de vulg. & pupill. Anton. Gom. var. resol. tom. 1. cap. 9. nu. 25.* Quòd vero Palma sit hæres Ioannis Baptistæ, Hieronymi, & Lucæ Antonij fratrum, constat ex additione, quam fecit, hæreditatis Lucæ Antonij vltimò defuncti, quæ fuit data in Summario Iuliani præteritæ positionis, *num.* 8. nec non eo ipso quòd illi sunt mortui, & non constat de hæredibus Testamentariis, nec de aliis, qui super eorum hæreditate faciant controuersiam, aut
6 illam occupauerint, † & Palma re integra dicit se hæredem, vnde resultat additio, *ad l. 1. & 2. C. de iur. delib.* Etiam post lapsum terminum iuris, *Bald. in l. si quis instituatur. §. 1. num. 3. ff. de hæred. instit.* & ibi *Angel. nu. 2. vers. sed si Iudex*, Et notant communiter *DD. in leg. licèt, C. de iur. deliberand.* Et facit regula textus, *in leg. absent.* & ibi notata *per Bart. Angel. & Imol ff. de donat. Nat. cons. 501. num. 10. Surd. cons. 139 num. 40. & Capic. decis. 133. num. 4.* Et in omnem casum cùm Palma sit hæres indubitata Mariæ matris suæ, & Lucæ Antonij, quamuis non esset hæres aliorum fratrum, Iuliano deberetur institutio ex sola præsentatione Palmæ, cùm non constet de præsentatione aliorum Patronorum.

7 Non etiam obstat † quòd Maria vti dotata fuerit exclusa ab hæreditate patris, extantibus masculis per Constitutionem Regni, & quòd stante dicta exclusione Lucas Antonius vnus ex dictis filiis, vltimo loco defunctus, successerit in toto Iurepatronatu, quòd propterea donare potuit Gabrieli, qui Dominicum præsentauit. Quia vltrà quòd de dote non constat, & dicta Constitutio procedit solùm in hæreditate Comitum, & Baronum, fuit iam responsum, in prima
8 decisione in hac causa facta, † dictam donationem non esse attendendam, vti factam sine Ordinarij con-
9 sensu †: Ille autem Ordinarij consensus datus, in summario Dominici, interuenit post præsentationem de Iuliano factam, qui ideò non releuat in eius præiudicium, *Calder. cons. 6. de Iurepatr. Lambert. de Iurepatr. art. 7. quæst. 1. princip. par. 2. lib. 1. num. 11. vers. hanc etiam.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Toletana Decimarum de Capilla.

Ven. 23. Martij, 1629.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum impedit executionem Rei iudicatæ, quando executio expressè petita non fuit ante commissam causam restitutionis: Nec petita censetur ex seruatione terminorum ad docendum de appellatione, eiúsque legitima prosecutione, cùm expressa petitio requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum impedit executionem Rei iudicatæ.*

2 *Fallit quando executio fuit petita ante commissam causam restitutionis; & petita censetur ex seruatione terminorum ad docendum de appellatione, &c. num. 3. Contrarium, num. 7. & num. 13. vbi quòd*

non sufficit seruatio dictorum terminorum, nisi explicitè executio petita fuerit, imò secundùm aliquos requiritur etiam quòd executio fuerit capta, num. 14. & quid stante Bulla Pij IV. & Pauli V. numer. 9.

4 *Commissio causæ restitutionis in integrum, in dubio præsumitur præcessisse petitionem executionis Rei iudicatæ, quia sic euitatur executio.*

Appellatio præsumitur in tempore interposita ad euitandam desertionem.

5 *Commissio sufficit quòd peruenerit ad Banchum Cursoris, quamuis illa non fuerit Iudici præsentata, ad hoc vt causa illi commissa dicatur.*

6 *Restitutio in integrum regulariter non differt in effectu ab appellatione.*

8 *Commissio Executorialis continet in corpore explicitam executionis petitionem, & num. 10.*

9 *Rota Auditoribus concessa est facultas per Pium IV. & Paulum V. exequendi suas sententias, absque alia commissione.*

Commissio vnica sufficit in qualibet causa, vsque ad illius executionem inclusiuè.

11 *Seruatio terminorum ad docendum de appellatione, &c. est preparatio quædam ad executionem, non autem expressa petitio executionis.*

13 *Actus tacitus non est tantæ potentiæ, quantum expressus, ad aliquid inducendum contra regulas iuris communis.*

15 *Termini ad docendum de appellatione, &c. debent esse quatuor, & si vnus deficiat reliqui nihil operantur.*

16 *Restitutio faciliùs conceditur Ecclesiæ ad impediendam executionem ex aduerso petitam.*

17 *Restitutio in integrum impedit in certis casibus executionem petitam.*

DECISIO CLXXXX.

FVIT resolutum coram D. meo Nauarro die 16. Nouem. 1622. Serenissi. Cardin. Infanti Archiepiscopo Toletano esse dãdam Remissoriam, pendente termino restitutionis in integrum aduersus sententiam in iudicatum trãsactam ad fauorem D. Ducis de Veiar. Cum autem hodie causa super eisdem proponeretur, non fiebat magna vis super releuantia articulorum, & sic super remissoria, prout fieri non poterat, ex deductis in d. decisione; Sed solum an interim sit suspendenda executio Rei iudicatæ: Et Domini persistendo in Decisis quoad Remissoriam, resoluerunt etiã executionem Rei esse retardandam, ex regula quòd † 1
restitutio in integrum impedit executionem, *l. defendente*, vbi notant *Bar. & alij ff. de auth. tut. l. vn. C. in integ. rest. post. Ias. in l. 4. §. condemnatum, n. 20.* & ibi *Rip. n. 30. ff. de re iud. Alex. cons. 62. n. 3. in fin. lib 6. Lanc. de attea. rest. in integr. pend. ampl. 2. n. 22. Odd. de rest. in integ. p. 1. q. 43. ar. 1. Put. decis. 277. lib. 2. in nou. impress. Cas. de Grass. decis. 1. de rest. in integr.*

Neque obstare visum fuit vnicum fundamentũ D. Ducis, videlicet, † Regulam prædictã non procedere, 2
quando executio Rei iudicatæ fuit petita ante cõmissã causam restitutionis, *Bal. in l. fi. n. 4. C. si ex fals. inst. Rip.* vbi supra, *Alex cons. 223. n. 6 li. 6. Bellon. cons. 18. nu. 23. Put. d. decis. 277. Cas. de Grass. d. decis. 1. nu. 14. & Rot. in Ferrar. Bonorum de Zaualeis, 16. Iun. 1613. coram Illustr. Patriarcha Antiocheno*, & alibi sæpius; † In præsenti 3
autem executionem priùs fuisse petitam prætendebatur ex seruatione trium ex quatuor terminis ad docẽdũ de appellatione, & eius legitima prosecutione, ante commissam causam restitutionis, *Rot. dec. 595. p. 1. recen.*

Quia fuit responsum, primò non esse verũ, quòd d.

dæ executionis petito resultans vt prætenditur ex dict. seruatione terminorum præcesserit restitutionem in integrum; Quandoquidem Commissio restitutionis peruenit ad Banchum Cursorum, & vt vulgò dicitur fuit incapsata die 10. Decembr. 1621. & primus terminus fuit seruatus eadem die decima; adeò vt non constet quid præcesserit, nempe, an d. prætensa petitio
4 executionis; an Commissio restitutionis; † Quò fit, vt in dubio præsumendum sit, præcessisse Commissionem ad effectũ euitandi executionem, prout in dubio iudicandum est, fuisse in tempore appellatum, ad euitandam desertionem, *Paul. de Castr. in l. 1. sub num. 3. per illum tex.* vbi etiam *Alex. nu. 21. ff. si quis caut. Dec. cons. 356. nu. 1. & cons. 524. nu. 11. & Crescent. decis. 8. n. 2. de app.* vbi *n. 6.* quòd sufficit sola impetratio Rescripti quod vtique si in præsenti attendatur, multùm præcessit seruationem primi termini, quia vt dictum est, Commissio peruenit ad Banchum eadem die, qua fuit seruatus primus terminus, & tamen illuc peruenire non potuit, quin per multos dies ante fuerit porre-
5 cta, & signata, vt notum est; † quòd autem sufficiat, Commissionem peruenisse ad Banchum, quamuis illa non fuerit Iudici præsentata, dixit *Rot. apud Cassad. decis. 4. nu. 1. de appella. Put. decis. 379. lib. 2. Cresc. decis. 1. de appellat. & Rot. decis. 790 part. 3. lib. 1. diuers.* Quæ Decisiones licèt loquantur in terminis appellationis,
6 † tamen ex identitate rationis, idem dicendum est de Commissione restitutionis in integrum, quę in effectu regulariter non differt ab appellatione, *Odd. de restit. p. 1. q. 1. ar. 6 n. 64.*

7 Secundò fuit responsum † nec etiam esse verum, quòd ex seruatione terminorum dicatur petita executio, nisi illa explicitè, & verbis claris fuerit petita, prout sic petita fuit in casu d. Decisionis *595. p. 1. rec.* in quo aderat Commissio Executorialis cum citatio-
8 ne partis ad dicendum contra Commissionem †, quæ Commissio continebat in corpore explicitam executionis petitionem, vt in formula apud *March. de commiss. p. 2. tit. de Commiss. super d. cert. caus. fol. mihi 24.* & tradit *Vest. in prax. lib. 8. tit. de exec. rei iud. n. 11.* Et præterea in casu d. decisionis fuerat citata pars ad videndum taxari expensas, & relaxari mandatum.

9 Neque obstat † si dicatur, quòd d. terminorum seruatio continet implicitam executionis petitionem stante Bulla Pij IV. 44. in nouo Bullario, & noua Reformatione Pauli V. quibus Rotæ Auditoribus concessa fuit facultas exequendi suas sententias absque alia Commissione, & quòd vnica tantùm Commissio sufficiat in qualibet causa, vsque ad illius finem, & executionem inclusiuè, itaut idem quod ante dictam Bullam operabatur Commissio Executorialis, quæ tunc erat necessaria, operatur hodie seruatio terminorum & consequenter quòd, quemadmodum per solam Commissionem dicebatur executio petita, ita, & hodie, dum Commissio non requiritur per solam terminorum obseruationem.

Quia fuit benè responsum, quòd Commissio Executorialis vt dictum fuit; continebat explicitam exe-
11 cutionis petitionem & ad hoc solùm impetrabatur, † obseruatio verò terminorum, aut solùm est præparatio quædam ad executionem, prout veriùs videtur, aut ad summum potest etiam continere quandam implicitam, & tacitam executionis petitionem; Vnde de Commissione Executoriali ad seruationem terminorum, non benè infertur, Quia formalis illa, & explicita petitio executionis in Commissione facta non potest aliud inducere, & operari, quàm ipsammet exe-
12 cutionis petitionem, quam in verbis continet; † & de hac loquuntur, & intelligi debent omnes Rotæ decisiones, quæ ad limitationem regulæ *d. legis vnic. C. in integ. rest. post.* firmant restitutionem in integrum non suspendere executionem iam petitam; Seruatio autem vti æquiuoca potest intelligi solùm facta ad præparandam executionem, quæ propterea in dubio non debet limitare regulam *d. l. vnic.* ex iis quæ benè examinat *Odd. de rest. p. 1. q. 47. ar. 7. nu. 95. cum seq.* Et ac-
cedit, quòd in omnem casum † actus tacitus non est 13
tantæ potentiæ, quantæ expressus, ad aliquid inducendum contra regulas iuris communis, vt post *Bart. & Bald. Crau. cons. 200. nu. 8.* Et tantò minùs in casu nostro, cum in iure, si circumscriberetur Rotæ au-
thoritas, non transiret sine difficultate, † An conclu- 14
sio quòd restitutio in integrum non impedit executionem iam petitam, sit intelligenda de explicita petitione executionis, etiam quòd non fuerit cœpta, an verò solùm de explicita, quæ cum effectu iam cœpta fuit, prout de hac vltima esse intelligendam magis inclinarunt *Benintend. decis. 85 nu. 15. Lancell. vbi suprà, nu. 128. Odd. d. ar. 7. per tot.* qui sic etiam intelligunt *Bald. Rip. Alex.* & alios supra allegatos.

Tertiò & vltimo dicebant Domini in casu nostro concurrere duo specialia, ex quibus per seruationem dictorum terminorum non est dicendum, fuisse executionem petitam ad effectum prætensum: Primum est quod ante commissam restitutionem non fuerunt seruati omnes quatuor termini necessarij, sed aut vnus dumtaxat, si attendamus tempus, quo Commissio peruenit ad bancum, & supponamus peruenisse post seruatum primum terminum eadem die, aut ad summum fuerunt seruati tres termini, si attendamus tempus, quo Commissio fuit Iudici præsentata; Vn-
de non fuit integra, & perfecta petitio, † Quia vnus, 15
duo, aut tres termini siue quarto nihil sunt, nihilque operantur, sed omnes quatuor cocurrere oportet, *Vest. vbi supra d. tit. de exec. rei iudic. num. 8. & Salust. Tiber. in prax. lib. 2. eodem tit. num. 3.* Et tamen multùm operarentur si ex vno, aut tribus induceretur petitio executionis ad effectum de quo agitur. Secundum est,
quòd † versamur in restitutione concessa Ecclesiæ, 16
quæ priùs habuit tres sententias conformes, & cui de iure ex causa arbitrio Iudicis, faciliùs datur restitutio, etiam ad impediendam executionem petitam, *Caputaq. decis. 330. par. 1. & Rot. in d. Ferrarien. de Zanaleis in fin.* & in hoc, & similibus casibus est intelligenda decisio *Put. 10. de rest. in integ.* † dum dicit, quòd in certis casibus executio petita impeditur per restitutionem in integrum.

Et ita decisum vtraque, &c.

Mantuana Iurispascendi.

Lun. 26. Martij, 1629.

ARGVMENTVM.

Appellatio quando censeatur admissa quo ad vtrúmque effectum, ad hoc vt gesta, illa pendente, sint vti attentata reuocanda.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, licèt admissa fuerit cum clausula si &* inquantum, *tamen censetur simpliciter admissa, quando à sententia dabatur appellatio quoad vtrúmque effectum.*

2 *Statutum laicale non intrat in re Ecclesiastica, quamuis agatur inter laicos, & ad hoc vt intret est necessaria particularis dispositio Superioris, nu. 3.*

4 *Appellationes ad Sedem Apostolicam tolli non possunt per constitutiones particulares in contrarium.*

5 *Appellatio*

5 *Appellatio censetur admissa quoad vtrúmque effectum, si Signatura causam appellationis simpliciter commisit.*
6 *Attentata sunt, gesta ante appellationem per Papam simpliciter admissam, & ideò reuocari debent.*
7 *Continuans non attentat.*
8 *Attentata vltima purganda sunt.*

DECISIO CLXXXXI.

DOMINI censuerunt esse confirmandam sententiam Rotalem D. mei Virilis; qua fuit declaratum omnia gesta in hac causa post sententiam Iudicum ab Episcopo Mantuano deputatorum, latam die 17. Apr.1626.& post appellationem per D.de Valentibus ab ea interpositam die 29.prædictorum mensis,& anni, esse nulla,& attentata; Quia de validitate non hæsitabatur, Iustitia autem visa fuit clara, ex rationibus, & fundamentis decisionis desuper factæ 26.Iun.1628
1 coram eodem, † vbi quod à d.sententia dabatur appellatio quoad vtrumque effectum, & ideò quòd licèt illa non fuerit admissa, nisi si & in quantum, tamen simpliciter admissa censetur, ex doctrina *Bald.in l.edita,n.98.in secunda lectura,C.de eden.Rom.cons.501.n.3.Mar.de claus.p.1.claus.136.n.1. & Sera.dec.499.n.2.* cum allegatis in decisione in hac causa facta.

Neque obstat quòd appellatio non fuerit prosequuta intra quindecim dies, vt disponit statutum Man-
2 tuanum†, Quia illud vti laicale non intrat in casu nostro, cùm versemur in lite super emphyteusi Ecclesiæ, quamuis inter laicos, *Abb.in ca.inter alia,n.16.de immun.Eccl.Grat.cons.*110 *n.36.li.1. Rot. in Rom. Domus de Scapuccis.19.Ian.1611.coram Reuerend.D.meo Decano, quæ in impr.post Pac.de Salu.est decis.*238. & fuit dictum *in Romana Domus ad S.Onuphrium,29. April.1626. coram me.*

Non obstat etiam Breue Clementis Octaui, nec quòd Congregatio super Consultationibus Episcoporum, impartita fuerit licentiam Episc. Mantuanis recipiendi in sua Curia d.statutum, quia vltrà quòd in iis, quæ data sunt pro parte Communitatis Campitelli *sum.n.*8.solùm enunciantur duæ literæ Congregationis Episcoporum, quid autem contineant istæ literæ,
3 ibi non legitur,† cùm tamen sit necessaria particularis dispositio, vt communiter notant DD. *in c.Eccles.*
4 *S.Mariæ de constit.* Quidquid sit,† nec Breue, nec prætensæ literæ tollant appellationes ad Sedem Apostolicam, *cap.dudum de præb.in 6.& Rot.decis.196.p.2.diu.* cum aliis optimè deductis in prædicta decisione D. mei Virilis. Et in omnem casum ex subiecta materia, tam Breui, quàm literis, obstat defectus voluntatis, ex ipsomet statuto, dum præfigit terminum octo dierum in criminalibus, & quindecim in ciuilibus ad docendum coram Iudice à quo de prosecutione appellationis, quòd propterea non potest comprehendere appellationes interpositas ad Curiam Romanam, quia per indirectum idem esset, quod illas penitus tollere, cùm penè impossibile sit quòd intra tam breue tempus possit in Curia causa committi, & in Ciuitate Mantoanâ doceri de causa appellationis commissa in Curia, & sic de illius prosecutione, *ad text.in cap.erit autem lex 4.distin. cum vulg.*

Prætereà dicebant Domini ex hoc vno prorsus tol-
5 li omnia supradicta; † nam ex quo causa appellationis per Signaturam fuit simpliciter commissa, etiam quòd aliàs intrarent statutum, & literæ supradictæ, perinde haberi debet, ac si ab initio illis circumscriptis appellatio habuisset vtrúmque effectum, ex doctrina *glos.in leg.appellatione, in verbo deliberationis,* & ibi *Bald.C.de appell.Ioan.Andr.in cap.si à Iudice de appell.in 6.Ias.in l.1.n.1.C.de bon.poss.secund.tab.* & in terminis *Rota in Rom.Domorum de Zasconis,17. Maij,1621. coram bon.mem.Vbaldo,& in Vrbenetana bonorum,26. Ianu.& 27.Mart.1614.coram eodem, & in Rom.Domus 27.Octobr.1625.coram Reuerendiss.D.meo Decano:* † Et 6
in d. casu omnia gesta ante appellationem per Papam simpliciter admissam, esse attentata,& vt talia esse reuocanda, resoluit *Rot.in Leodien.Dominij de Hollonia, 25.Iun.1627.coram me.*

Demum quæ dicebantur, Quòd d.Communitas,& lites Consortes continuarunt possessionem,† & con- 7
tinuans non attentat: nec non quòd Domini de Valentibus primò attentarunt: ad rem faciunt, quia non quæritur an possessio sit attentata, sed solùm an attentata sint acta iudicialia, facta post sententiam, & appellationem, vt supra interpositam, quæ prorsus diuersa sunt à possessione, cum possit vnum sine alio stare: Prætensa vero attentata Dominorum de Valentibus, quando adsint non tollunt quin posteà Communitas,& litis consortes attentauerint;† Vltima au- 8
tem attentata sunt purganda, *cap.fin.de ord cog.& Rot. decis.27.in fin. de appell in nou.* cum aliis in dicta decisione in hac causa facta allegatis.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Ariminen. Legatorum.

Lun. 26. Martij, 1629.

ARGVMENTVM.

Legatum filiæ factum in pecunia, soluendum tamen in stabilibus, quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona stabilia fructifera reddunt ad rationem quinque pro centenario quolibet anno, & ideo ad hanc rationem fructus taxantur, num.*2.
3 *Legatum certæ quantitatis soluendum in tot bonis stabilibus, dicitur legatum quantitatis, & non speciei; itaut quantitas sit in obligatione, species verò in solutione, & in hoc casu fructus non debentur iure Dominij, n.*4. *Declara vt per tot.*
5 *In legato quantitatis non intrat dispositio,* tex in l.à Titio, ff.de furt.
6 *Facultas soluendi pecuniam quæ est in obligatione, non expirat per litis contestationem, sed durat post sententiam vsque ad realem executionem.*
7 L. si quis stipulatus fuerit decem, ff. de solut. *declaratur.*
8 *Legatum factum filiæ iure institutionis, & pro legitima intelligitur solùm factum in bonis stabilibus, & ideò filia cogi non potest ad accipiendum pecuniam.*
9 *Legitima debetur in corporibus hereditariis, & ex illis debentur fructus iure dominij ad rationem stabilium, num.*10.
11 *Bona mobilia præsumuntur ab herede consumpta spatio* 10. *annorum.*
12 *Item præsumitur ex illis fuisse soluta debita testatoris.*
13 *Debita Testatoris probantur ex Inuentario confecto per heredem, quod contra eum & suos successores plenè probat.*

DECI

DECISIO CLXXXXII.

DIa 29. Ianuarij præteriti fuit resolu-
tum Fructus legati scutorum 5000.
in auro in tot bonis hæreditatis fa-
cti per Comitem Iulium Cæsarem de
Rieciardellis D. Eleonoræ eius filiæ
esse taxandos ad rationem quinque pro centena-
1 tio: Et ratio resolutionis fuit; † quia cùm bona
hæreditaria ex quibus legatum erat soluendum, con-
sistat in stabilibus fructiferis, quæ iuris interpretatio-
ne reddunt ad rationem quinque pro centenario quo-
libet anno, *glos. in auth. perpetua, in verbo, iusta. C. de Sa-
cros. Eccles. Paris. cons. 60. num. 29. lib. 1.* cum aliis per
Tiraq. de retract. §. 1. glos. 6. num. 19. Couar. var. resol. lib. 3.
2 *cap. 9. num. 5.* † Etiam ad dictam rationem fructus præ-
dicti taxati debent, vt in puncto de fructibus legati
dixit *Rot. in Nouarien. Legati, 20. May, 1622. coram Re-
uerend. D. meo Decano.*

Sed nihilominus ex solita benignitate Dominorum
iterum hodie causam proposui super eisdem: Et tota
3 difficultas fiebat in eo quòd † legatum de quo supra,
non erat legatum speciei, sed quantitatis, itaut quan-
titas esset in obligatione, species vero in solutione,
iuxtà text. *in l. si quis stipulatus fuerit decem in mille, ff.*
4 *de solut.* ubi *Bart. & Alber.* † & sic fructus non deberi
5 iure dominij, † Quia in legato quantitatis non intrat
dispositio textus in *l. à Titio, ff. de furt. Bart in l. 1. n. 12.
ff. de legat 1.* vbi etiam *Rip. num. 54. Ruin. cons. 153. num.*
6 *4 lib. 5. & Moder. Roman. discept. forens. cap. 400. num. 1.* †
Vnde dicebatur, facultatem soluendi pecuniam, quæ
erat in obligatione, non expirasse per litis contesta-
tionem, sed durare etiam post sententiam, vsque ad
7 realem executionem, † Quia *d. l. si quis stipulatus*, dum
etiam disponit facultatem soluendi illud, quod est in
solutione, extingui per litis contestationem, non pro-
cedit quando facultas soluendi vnum pro alio compe-
tit, aut ex legis dispositione. *l. item veniunt, §. idem re-
ctè, ff. de petit. hæred. l. si verò, §. fin ff. solut. matr.* quam ita
esse intelligendum dicit *Bar in l. si quis stipulatus, n. 6.*
aut ex dispositione Testatoris quæ lex est, vt in specie
notat *Bart. in l. si quando, §. hæres per illum text. ff. de le-
gat. 1.* & consequenter nec ratione dominij, nec ratio-
ne moræ fructus deberi.

Sed huic difficultati, vltrà quòd illa non videban-
tur ad propositum, quia non agitur de quæstione, an
fructus debeantur, quæ fuit iam absoluta per senten-
tiam transactam in rem iudicatam, & executioni de-
mandatum, qua declaratum fuit fructus deberi, à die
8 motæ litis, fuit hodie benè responsum, † legatum præ-
dictum, vti factum filiæ iure institutionis, & pro legi-
tima, intelligi factum in bonis stabilibus, in quibus
solùm hæreditas consistit: Et propterea Eleonoram
9 nunquam potuisse compelli accipere pecuniam, † cum
legitima debeatur in corporibus hæreditariis, *Bart.
in l. ex facto, la seconda ff. de hæred. instit. Alex. in l. non
amplius, §. cum bonorum, num. 5. ff. de legat. 1. Ruin. cons.*
10 *65. num. 5. vol. 2. Peregr. cons. 86. num. 4. lib. 5.* † Vnde de-
bentur fructus iure dominij ad rationem stabilium
prout supra, *Alex. cons. 127. per tot. lib. 6. Decia. cons. 79.
num. 6. lib. 2. Modern. Rom. d. discept. 400. num. 38. cum
seqq. Surd. decis. 25. num. 26. Gratian. decis. March. 4. nu.
61. & Rot. decis. 750. par. 2. recent.* Et ideò cùm in sen-
tentia solùm fuerit habita ratio fructuum à die motæ
litis, qui an etiam de tempore anteriori deberentur,
meritò poterat dubitari, non est cur Domini de Ric-
ciardellis conquerantur.

Non obstat quòd in hæreditate essent etiam plura
bona mobilia, vt ex Inuentario, quæ fructus non red-
11 dunt, Quia aut † illa præsumuntur consumpta, spa-
tio plus decem annorum, *Peregr. cons. 70. num. 21. lib. 1.
Rot. apud Greg. XV. decis. 285. num. 3. & in Romana fi-* 12
deicommissi de Cruciariis, 19. Febr. præteriti coram me, †
Aut ex illis præsumuntur soluta plura debita testato-
ris, *ad tex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione ff. de re iud. &* 13
l. magis puto, §. non passim, & §. in primis, ff. de reb. cor. †
Quæ debita tempore eius mortis adfuisse probatur
ex eodem Inuentario confecto per Comitem Hiero-
nymum, quod plenè probat, contra dictos de Ricciar-
dellis eius hæredes, *l. fin. C. de arb. tut. Rot. decis. 426. n. 2.
p. 2. recent.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Bononien. Pecuniaria.

Ven. 30. Martij, 1629.

ARGVMENTVM.

Ad obtinendum in Iudicio Saluiani quæ sint necessaria probanda. Executio quando dicatur vulnerata per sententiam, qua fuit pronunciatum Reum conuentum esse absoluendum; & alia de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Creditum, & Hypotheca, in Saluiano, probantur, etiam per Apocham priuatam, subscriptam, & iudicialiter recognitam.*

2 *Primum extremum in Saluiano probatur per Instrumentum venditionis facta cum clausula Constituti.*

3 *Clausula Constituti probat possessionem Constituentis, contra habentem ab eo causam.*

4 *Possessio Rei conuenti probatur ex subITentatione litis.*

5 *Iudex pronuncians, Reum conuentum esse absoluendum, dicitur pronunciasse Petitorio.*

6 *Apocha executio quando dicatur vulnerata itaut ex ea non possit amplius agi executiuè: & quando possit, num. 7.*

8 *Dua sententia conformes faciunt rem iudicatam, ex dispositione Statuti Bononien.*

9 *Si Apocha Executio sit per sententiam vulnerata; si postmodum fuerit ei data executio, per duas sententias conformes, qua vigore Statuti faciunt rem iudicatam; poterit postea ex ea agi sicut à principio poterat: & quando hoc sit verum numero sequenti.*

10 *Sententia, qua mandat Reum conuentum esse absoluendum, debet expressè reuocari, ad hoc, vt executio vulnerata, dicatur sanata per sententias conformes.*

11 *Nulla maior probatio quam propria confessio.*

12 *In Iudicio Saluiani admittuntur exceptiones qua aliàs non essent admittenda modò incontinenti probentur.*

13 *Exceptio non numerata pecunia non admittitur, in mutuo, & numer. sequenti. vbi quando admittitur.*

14 *Dispositio,* l. generaliter, C. de non numerat. pec. *limitatur.*

DECI

DECISIO CLXXXIII.



ANDRÆAS de Fortis prætendens se
creditorem, virtute cuiusdam apochæ
priuatæ Ioan. Baptistæ, & Francisci de
Negrinis in corbis 211. frumenti ex
causa mutui, eos conuenit coram Au-
ditore Turroni Bononiæ Iudice Commissario, qui
per sententiam in forma declarauit Negrinos absol-
uendos esse: Commissa verò pro parte Andreæ causa
appellationis in Rota Bononien. emanauit sententia,
qua fuit declaratum, executionem vigore apochæ
prædictæ esse committendam, & mandatum esse
relaxandum, quæ in gradu appellationis fuit per
eandem Rotam confirmata; Et demum Andræas
obtento etiam contra Negrinos committi execu-
tionem prædictarum duarum conformium, quæ ex
Statuto Bononien. faciunt rem iudicatam, egit contra
Paulum de Zanis tertium possessorem quorumdam
bonorum, per ipsum emptorum à dictis Negrinis, &
obtinuit, prout in sententia, à qua fuit appellatum;
& causa mihi commissa, fuit resolutum *die 15. No-
uembris*, 1627. dictam sententiam esse nullam ex ra-
tionibus, de quibus in decisione desuper facta. Vnde
hodie stante renunciatione dictæ sententiæ in actis fa-
cta per hæredes Andreæ, ex integro dubitani. An di-
ctis hæredibus sit danda immissio ex vtili Saluiano in
possessionem dictorum bonorum per Paulum possef-
sorum. Et dandam esse prædicti hæredes contende-
bant; quia eorum creditum aduersus Negrinos cum
1 hypotheca omnium bonorum probatur † ex dicta a-
pocha priuata per Negrinos subscripta, & iudiciali-
ter recognita. *ad l. Publia, §. fin. ff. deposit. l. cum de inde-
bito, §. fin. ff. de probat. Bald. in l. nuda ratio, num. 6. ff. de
donatio. Paul. de Castr. in l. admonendi, sub num 42. ff. de
Iur. iur. Pacif. de Saluian. inspect. 1. cap. 7. num. 65. & Rota
post dictum tractatum, decis. 47. num. 4. & decis. 53. nu. 1.*
Quod verò Negrini debitores possederint ista bona
2 post contractam obligationem, constabat † ex Instru-
mento venditionis per eos factæ eum clausula Con-
3 stituti, † quod probat possessionem constituentis con-
tra habentem ab eo causam, *Ang. in l. quædam mu-
lier, num. 2. ff. de re vend. Ruin. cons. 169. in fin. lib. 1. Grat.
cons. 42. num. 12. & 13. Tiraq. qui plura allegat. de iure
constit. par. 3. limit. 1. num. 11. in fine, & num. 25. Seraph.
decis. 1415. num. 12. & Rota decis. 776. par. 1. diuers.* Et
4 demum possessio dicti Pauli probatur † ex litis sub-
stentatione. *Caputaq. decis. 369. num. 1. par. 2. & Seraph.
d. decis. 1415. num. 3.* Quibus concorrentibus intrat
Saluianum, vt *latè Pacif. d. tract. inspect. 1. c. 5 & 6. per
tot. & Seraph. vbi suprà.*

Neque obstare dicebant Auditorem Turroni pro-
5 nunciasse, Negrinos esse absoluendos, † & sic super
petitorio, & per consequens apocham prædictam ad
6 effectum, de quo agitur, † fuisse vulneratam, *Rota de-
cis. 132. num. 1. par. 2. diuers. & apud Reuerend. D. meum
Decanum, decis. 78. num. 21.* Itaut ex illa non possit agi
nisi via ordinaria, *Rip. in l. naturaliter, §. nihil commu-
ne, num. 72. ff. de acq. poss. Felin. in cap. Monasterium lim.
8. de re iud. & Rot. post Zach. de oblig. Cam. decis. 36. nu.
6. decis. 45. num. 4. & decis. 65. num. 8. in princip.* Quia
7 respondebant, vulnus fuisse sanatum, † ex quo posteà
in contrarium obtinuerunt duas sententias confor-
8 mes, quæ ex Statuto † Bononien. vt dictum fuit, fa-
9 ciunt rem iudicatam, atque † ita vigore dictæ apo-
chæ hodie agi posse, prout poterat agi à principio,
*Gonzal. super reg. 8. glos. 6. num. 202. & Rota in Romana
census, 5. Iunij, 1600. coram Litta*, quæ est *decis. 76. post
dictum tract. de oblig. Camer.*

Sed nihilominus fuit resolutum, immissionem non
esse concedendam; Quia præterquàm quod dicta † 10
Sententia Auditoris Turroni debuit expressè reuo-
cari, quod tamen non legitur in dictis duabus sen-
tentiis Rotæ Bononien. & sic vulnus prædictum non
videtur fuisse sanatum, visa fuit Dominis inconti nen-
ti probata simulatio dictæ apochæ ex confessione An- 11
dreæ, † dum fuit confessus non consignasse frumen- 12
tum dictis Negrinis, qua nulla maior probatio: † In
Iudicio autem Saluiani admittuntur exceptiones in-
continenti probatæ, quæ aliàs non admitterentur. *Se-
raph. decis. 757. num. 1. & Rota decis. 57. in fin. par. 2. di-
uers. & decis. 19. num. 4. post dictum tractat. de Saluian. &
in Rom. bonorum de Cellis, 15. Nouemb. 1610. coram Pena.*

Neque obstat quòd dictum Chyrographum, seu
apocha priuata contineat confessionem ex causa mu-
tui de præterito specialiter expressa, videlicet, *che i
Negrini confessano hauer hauuto, & receuuto in prestito
dal Sig. Andrea Forti corbe 211. de Frumento bello, e mer-
cantile, & hauerlo hauuto posto nel Borgo di Castel San
Pietro*; † Quo casu videtur non esse locum exceptio- 13
ni non numeratæ pecuniæ, *l. generaliter, C. de non nu.
pecun.* prout etiam quando aliquis confitetur se mu-
tuò habere quod iam ex alia causa priùs debebat, iuxtà
*tex. in l. singularia, ff. de reb. cred. in fin. & l. aduersus, C.
de non num. pecun.* vbi *Paul. de Castr. in fin. & Salicet. in
d. l. generaliter, num. 3.* Quia vltrà quòd semper potest
probari contrarium, & hic sumus in claris ex dicta
confessione, Communis opinio videtur esse, quòd † 14
dispositio, *d. l. generaliter*, non habeat locum in con-
fessione mutui de præterito habiti, sed solùm in con-
fessione debiti de præterito ex alia causa redacti in
mutuum, iuxtà *text. in d. l. singularia, & l. aduersus*, vt
post *Alex, Curt. Iun. & Dec.* attestatur *Eman. Cost. in l. si
ex cautione fals. 5. vers. & tamen fertur, C. de non nu-
mer. pecun.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Maceraten. Legitimæ.

Ven. 30. Martij, 1629.

ARGVMENTVM.

Accipe ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua non existentia bonorum liberorum testato-
ris probatur ex fideicommissa, cui ipse omnia eius
bona supposuit.*

2 *Testes examinati in alio Iudicio, & inter alias per-
sonas non probant contra non attentatos.*

3 *Institutus in bonis mobilibus, iuribus, & actionibus
censetur etiam in stabilibus institutus.*

4 *Institutus in re certa, vel quota, censetur institutus in
vniuersa hæreditatis; ne testator decedat pro par-
te testatus, & pro parte intestatus.*

5 *Inuentarij omissio obstat filiis petentibus legitimam,
& multò magis petentibus Trebellianicam, quæ est
minus debita, num. 6.*

DECISIO CLXXXIV.



FVIT resolututū coram me *die 6. No-
uembris, & 1. Decembris*, anni præteri-
ti, Esse confirmandas sententias Rotales
in hac causa latas; firmantes Pellicanis
petentibus legitimam ex persona Philip-
pi in bonis Matthæi testatoris, obstare omissionem

confectionis inuentatij ex rationibus deductis in tribus Decisionibus desuper factis coram D. meo Vbaldo, & in dictis duabus coram me: Sed quia Pellicani prætendebant vltrà dictam legitimã extare apud hæredes Francisci nepotis dicti Matthæi ex Hieronymo filio, vel apud tertios possessores, alia bona libera Matthæi, eis debita, ex persona eiusdem Philippi, & aliorum eius fratrum: licèt Domini, iam tunc facilè inclinarent in negatiuam nempe alia bona libera non extare, ex latè deductis in vltima Decisione coram me, tamen ex solita benignitate ordinarunt super hoc iterum Pellicanos audiri; Et hodie stante nimia Pellicanorum contumacia dum sæpius citati informare non curarunt, particulariter dubitaui, prout Pellicani ipsi institerunt, An extent bona libera Matthæi; Et fuit negatiuè resolutum; Resolutionis ratio fuit, Quia Matthæus præfatus omnia bona sua fideicommisso supposuit, scilicet quædam bona stabilia duobus strictissimis fideicommissis particularibus, cum prohibitione alienationis, etiam ex causa legitimæ & Trebellianicæ, vt in testamento dato, *in Summario* hæredum Francisci *nu.*1. 2. *&* 3. alia verò bona omnia, iura, & actiones fideicommisso vniuersali, vt in eodem *Summario*, *num.* 4. Vnde cùm non sit dare
1 alia bona testatoris, † & hæc omnia supposita fuerint fideicommisso, resultat luce clariùs probata negatiua, quòd non extant alia bona, *Iason l. T tia testores, num.* 17. *ff. de leg.* 1. *Innoc. in cap. cum Ecclesia Sutrina num.* 6. *de caus. poss. & propr. & in cap. tertio loco de probat. Ang. cons.* 265. *nu.* 4. *in fin. Gabr. de testib. concl.* 4. *nu.* 6. *& Rota decis.* 129. *n.* 4. *p.* 1. *diuers.*

Neque obstant testes dati pro parte Pellicanorum *in Summario* præteritæ positionis, *num.* 10. ad probandum non adesse bona libera, Quia vltrà quòd super hoc nihil concludunt, nec concludere possunt, ex su-
2 pradictis; † fuerunt examinati in alio iudicio, & inter alias personas, & consequenter non probant contra hæredes Francisci, in illo iudicio non citatos, *leg. de vnoquoque*, vbi *glos. ff. de re iud. Clem. sæpè* vbi etiam *glos. de verbo. signif. Felin. in c. causam quæ in* 1. *num.* 18. *de testi. & Rot. decis.* 795. *n.* 1. *p.* 2. *recent.*

3 Non etiam † obstat si dicatur, quòd testator in dictis duobus fideicommissis particularibus supposuit certa quædam stabilia ibi designata, & quòd fideicommisso vniuersali supposuit bona mobilia, iura, & actiones, nullum autem verbum de aliis stabilibus, quæ esse poterant, vltrà illa contenta in dictis fideicommissis particularibus; & propterea non probari negatiuam, quòd non adsint alia bona libera, Quia cessat penitus, nam ex quo testator post fideicommissa particularia, instituit filios suos hæredes vniuersales in bonis mobilibus, iuribus, & actionibus, & illa inter eos, & eorum descendentes perpetuo fideicommisso supposuit, etiam veniunt in dicta institutione, & sic in fideicommisso quæcùmque alia bona stabilia quæ
4 habere poterat, ex regula, † quòd ne aliquis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, instituti in re certa, vel quota censentur instituti in omnibus bonis, & in vniuersa hæreditate, *leg.* 1. *§. si ex fundo*, vbi *glos. ordin. Bart.* & communiter DD. *& l. si alterius, ff. de hæred. instit.* & ideò impossibile est quòd adsint alia bona, quæ ad dictos filios hæredes, aut eorum descendentes spectare possint, quæ non sint fideicommisso supposita, & consequenter non adsunt alia bona libera.

Non obstat demum si dicatur, quòd saltem extant bona libera in quantùm capiunt legitima, & Trebellianica debitæ Philippo, & aliis eius fratribus,
5 filiis dicti Matthæi, † Quia obstat Pellicanis exceptio confecti inuentarij, ex rationibus, & fundamentis,
6 de quibus in Decisionibus supradictis: † Quæ exceptio multò magis obstat detractioni Trebellianicæ minùs debitæ, *leg. fin. §. cum igitur*, *C. de iur. delib. & §. si verò non fecerit in authent. de hæred. & falcid.*

Et ita fuit decisum, &c.

Romana Pecuniaria.

Merc. 4. Aprilis, 1629.

ARGVMENTVM.

Furtum pecuniæ de nocte substractæ ex capsis defuncti; ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus, si distinctè deponat, & causam sui dicti reddat, nec sit interessatus plenè probat cum adminiculis.*

2 *Hoc procedit in quacumque materia ciuili.*

3 *Furtum commissum in domo de nocte est difficilis probationis, & ideò admittuntur coniecturæ, & adminicula, quæ plura numerantur, num. 4. 5. & 6.*

7 *Pecuniam repertam fuisse in hæreditate defuncti, valde verisimile redditur ex assertione illius, qui in infirmitate, qua decessit, dixit se pecunias habere; præsertim concurrentibus aliis adminiculis, quæ vide, num. 8.*

DECISIO CLXXXXV.

DOMINI resoluerunt, esse confirmandam sententiam D. Locumtenentis Illustriss. Vicarij, quâ Georgius, & alij hæredes q. Christofari Piscatorij condemnantur ad restituendum Michaeli, vti fratri, & hæredi quondam Bartoli Anselmi, scuta 1440 monetæ, quæ prædictus Christofarus furtò subtraxit, post mortem dicti Bartoli, ex duabus eius capsis, in quibus, tempore sui obitus, aderant scuta plus duorum millium: Nam de sententiæ validitate constat ex actorum resolutione: De iustitia verò, ex testibus, & aliis datis pro parte Michaëlis, & præsertim ex dicto secundi testis, super 12. 13. & 14. articulis deponentis de visu, quòd Christofarus prima nocte, post obitum Bartoli, alteram ex dictis capsis in domo & camera ipsiusmet Christofari existentibus, vbi etiam Bartolus obiit, instrumento quodam ferreo aperuit, & inde sacculum altitudinis vnius palmi & circumferentiæ plusquàm duorum, pecuniis plenum subripuit, & quòd secunda nocte aliam capsam eodem instrumento reserauit, & ab ea amouit, & secum asportauit alium sacculum pecuniis etiam plenum, & illam clausit, & priorem capsam iterum aperuit, ex qua plura vasa argentea extraxit, & similiter asportauit, quam posteà etiam clausit eodem instrumento; Et subdit, quòd ex dictis pecuniis statim soluit quibusdam suis creditoribus, † Qui testis cùm versetur in ciuilibus, 1
& distinctè facti circumstantias recenseat, & nullum habeat interesse optimámque sui dicti rationem reddat, nempe quia præsens fuit, & omnia vidit, cum conuenientibus adminiculis plenè probat, *Bart. in l. prima, §. idem, Cornelio, num.* 3. *ff. de quæst. Bald cons.* 136. *sub num.* 5. *vers. persuadentur igitur, lib.* 2. *Cravet. consil.* 6. *num.* 66. *vers. facit, Cæsar de Graff. decis.* 3. *numer.* 6. *de probat.* vbi post *Ioan. And. in cap. fin. col.* 1. *ad fin. de success. ab intest.* † quòd hoc procedit in quacúmque ma- 2
teria ciuili, *& Rot. apud Greg. XV. decis.* 147. *nu.* 6.

Et in

3 Et in casu nostro hoc procedit sine difficultate † cùm agatur de probando furto commisso in propria domo Christofari, & ideò versemur in casu qui de sui natura & à communiter accidentibus est difficilis probationis, *Bart. in l. si quis ex argentariis, §. an vero haredi, num. 3. ff. de eden. Castr. & Salic. in l. si Creditor, C. de pignor. act. Alex. cons. 24. num. 5. cum seq. lib. 2. Crauet. cons. 178. num. 2. Alc. cons. 157. nu. 4. & 5. lib. 5. Menoch. præsumpt. 61. num. 20. & 21. lib. 6. & de arbit. cas. 116. n. 14. Farin. de furt. q. 136. p. 1. in princ. & Rot. decis. 762. n. 3. v. quia quòd furtum, p. 2. recent.*

4 Adminicula † verò in præsenti plura, & quidem vrgentissima concurrunt, & in primis multùm vrget confessio extraiudicialis ipsius Christofari, probata per tertium testē, cui Domini, quia erat Socer Christofari, multùm deferebant, qui super 12. deponit, quòd post mortem Bartoli Christofarus eius Gener, cupiens suam conscientiam exonerare, cum anxius adiuit, eique confidenter vti Patri aperuit, qualiter ipse penès se retinebat scuta mille, & maiorem summam hæreditatis dicti Bartoli, vltrà nonnulla argentea, & quòd vti Pater vellet ei consulere, quid cum facere oporteret; cui testis consuluit, vt ad hæredis fauorem imponere censum quantitatis apud se retentæ, quem Christofarus impònere resoluit, & minutam formare fecit, sed morte præuentus illum imponere non potuit.

5 Secundum † adminiculum est, quòd in altera ex eisdem capsis Bartolus retinebat quandam apocham scutorum 383. quæ Christofarus mutuo acceperat à dicto Bartolo, quam apocham idem Christofarus etiam dicta prima nocte subripuit, & lacerauit, & in alia sententia eiusdem Locumtenentis, prædicti eius hæredes fuerunt condemnati; ad dicti mutui restitutionem, prout in d. apocha contineri probatum fuit. Quam sententiam Domini confirmandam esse dixerunt *die 5. Martij, præterito coram me*, vt in Decisione desuper facta; Quod adminiculum in eodem genere mali, & inter easdem personas, & cum eiusdem facti circumstantiis, valde etiam vrget contra Christofarum in casu nostro, *ad l. de minore, §. pen. ff. de qu. & cap. semel malus de reg. iur. in 6.* cum aliis congestis per *Menoch. præsumpt. num. 32. lib. 5.*

6 Tertium † & vltimum adminiculum oritur ex rumore, qui post Christofari mortem statim inualuit, scilicet quòd ipse ex pecuniis Bartoli diues repentè euaserat, & quòd inde posteà moriens opulentam hæreditatem reliquit, vt deponunt tertius testis super 10. & sextus super 6. Ex quibus omnibus simul iunctis videtur negari non posse quin animus inducatur ad perfatè credendum Christofarum pecunias, vt supra, subripuisse, iuxtà ea, quæ tradunt *Paul. de Castr. in leg. Lucius, num. 4. ff. de iis, qui not. infam. Craneit. consil. 78. numer. 3.* cum aliis *in dicta Romana Mutui*, inter easdem partes coram me latiùs deductis.

7 Quòd † autem in dictis capsis de tempore mortis Bartoli adesset summa scutorum duorum millium, satis Dominis visum fuit probari ex sequentibus simul iunctis; Et in primis ex assertione Bartoli, dum in infirmitate, qua decessit, præsente Christofaro declarauit, se habere ibi scuta duo millia, vt de auditu à d. Bartolo in præsentia Christofari deponunt primus testis super 6. octauus, & nonus, super 9. Cuius assertio maximè, quia fuit de tempore non suspecto, dubio procul adminiculatur, vt communiter notant *DD. in leg. 3. §. si quis moriens, ff. ad Sillan. Iul. Clar. in*
8 *pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 21. num. 6.* Deinde † ex assertione, seu confessione eiusdem Christofari, dum aliàs dixerat, *che Bartolo haueua più di due mila scudi, che lui li sapeua*, vt deponit sextus testis super sexto, *e che detto Bartolo haueua dell' anelli d'oro, tazze d'argento, e danari*, vt deponit septimus testis super 9. Præterea ex fama inter amicos Bartoli, quòd reliquerat scuta duomillia, & vltrà in sua hæreditate: Vlterius benè hoc ipsum coadiuuant depositiones dicti secundi testis de visu; non prædicti soceri de auditu ab eodem Christofaro, vt suprà: Et tandem arguitur ex tribus notulis descriptis in inuentario, quæ fuerunt repertæ intus capsas mano Bartoli conscriptæ, in quibus adnotatæ leguntur variæ pecuniarum summæ, & præsertim ex vltima, in qua leguntur descriptæ pecuniæ, & alia huiusmodi: Ex quibus benè ad dictam quantitatem scutorum duorum mille infertur. Vndè stantibus supradictis, cùm in dictis capsis ex dictis scutis duobus millibus, defecerint scuta 1440. & subtractio contra Christofarum benè probetur, meritò Domini dixerunt Sententiam prædictam esse confirmandam, &c.

Et ita decisum Michaële tantùm informante, &c.

Florentina Subdecanatus.

Lun. 30. Aprilis, 1629.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegantur in multis casibus, qui singuli patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur si articuli sunt irreleuantes.*
2 *Item si materia articulorum potest probari per scripturas.*
3 *Rursus quando petitur ad probandum illud, de cuius contrario per scripturas constat, & nu. 5.*
4 *Remissoria non conceditur ad probandum Statutum, cum illud probari possit per scripturas, quæ confici solent de Statutis.*
5 *Item denegatur, quando ob lapsum longi temporis impossibile est inuenire testes, qui deponant super facto, de quo agitur.*
6 *Cancellario creditur in spectantibus ad eius Officium.*
7 *Remissoria calumniosè petita videtur post ordinatam causæ expeditionem.*

DECISIO CLXXXXVI.



N Decisione in hac causa facta *die 10. Ianuarij*, 1628 fuit resolutum ad fauorem D. Octauiæ Capponiæ, Iuspatronatus, de quo agitur, ante Bullam Iulij Secundi fuisse transitorium ad quoscùnque hæredes; *Et die 22. Maij*, eiusdem anni, dictam Bullam non obstare, quo minùs hoc Iuspatronatus sit hæreditarium, & sic illud per eam non fuisse immutatum; Et tandem die 10. *Decembris*, præteriti, etiam obseruantiam esse de Patronatu hæreditario; Sed cùm Domini de Venturis, quibus concessa fuit noua audientia super resolutis dicta, *die 22. Maij*, prospicerent, præcipuum eorum fundamentum stare in effectuatione dictæ Bullæ, quæ claré cantat de Gentilitio; peterent propterea Remissoriam, ad probandum, Antonium Puccium, qui Bullam impetrauit, in executionem illius, dedisse Mensæ Capitulari

lari Florentinæ scuta mille, vt ipse, & Subdecani pro tempore participare possent de distributionibus quotidianis; & insuper scuta 24. annua pro dote dicti Subdecanatus, & narratur in Bulla ipsum iam ad hoc se obligasse; Cui remissoriæ contradicente dicta D. Octauia, Dubitaui hodie, An illa sit concedenda; Et
1 fuit negatiue resolutum, † Quia Remissoria non conceditur si articuli sunt irrelevantes, *Bald. in cap. cum contingat ante numerum primum, vers. quòd non debet de Off. Deleg. d. decis. 2. de dilat. & Caputaq decis. 66. & 68.*
2 *par. 3.* † Aut materia articulorum potest probari per scripturas, *Felin. in capitulo primo, num. 4. de app. Bell.*
3 *decis. 9. & Rot. decis. 10. nu. 6. de Offi. Deleg. in nou.* † Aut demum quando petitur ad probandum illud, de cuius contrario per scripturas constat, *Seraph. decis. 1460. nu. 3. & Rot. decis. 589. num. 1. in fin. vers. & eo minus, par. 2. recent. & in Catanense Iurisdictionis, 14. May, 1604. coram Illustrissimo Cardinali Millino*, Quæ in præsenti concurrere ex speciali articulorum dinumeratione clarè patet.

Quandoquidem primus articulus continens, quòd in Ecclesia Florentina extat statutum, vt non admittantur ad participationem distributionum, nisi contribuentes pro conflanda, aut augenda massa earum, est penitus irrelevans, cùm non inde sequatur, vt ad sensum patet, Iuspatronatus, de quo hodie agitur, esse Gentilitium, & sic non excludatur qualitas hæreditaria, iuxtà statum ante dictam Bullam Iulij Secundi, & obseruantiam posteà subsecutam: adeò vt nec dici possit, quòd saltem releuet, ad effectum probãdi, quòd scuta mille, de quibus in tertio articulo, vt prætenditur per Antonium assignata, cesserint in causam dictarum distributionum, de quibus Subdecanus, iuxtà dictum prætensum statutum aliter participare non poterat; non autem in causam datis; Quia etiam cùm dicta assignatio prætendatur facta ab hinc centum viginti annis retrò, est improbabilis per testes, & præterea adest in contrarium publicum instrumentum,
4 vt infra dicetur: Et in omnem casum: † statutum prædictum probari potest per scripturas, quæ confici solent de statutis, *Rot. decis. 314. num. 1. p. 1. recent. & in Gerunden. Statuti, 9. Martij, 1592. coram Illust. Cardin. Millino.*

Secundus articulus, in quo habetur, quòd Capitulum Florentinum recusauit recipere Antonium aliàs ante dictam Bullam prouisum, de dicto Subdecanatu, eo quia in dicta massa distributionum nihil contribuerat, est irrelevans, & impertinens, quia dicta prætensa recusatio Capituli nihil commune habet cum Iurepatronatus, nec cum validitate prouisionis Antonij, quæ stare poterat sine participatione distribu-
5 tionum; & est etiam improbabilis † cùm post lapsum annorum 120. etiesiter impossibile sit inuenire testes, qui de dicto facto possint legitimè deponere, quo casu etiam Remissoria denegatur, *Seraph. d. decis. 1460. nu. 2. & indixit Rota, in Burg. Iurisdictionis, 3. Iul. 1595. coram L.tta*, & alibi sæpius.

Tertius articulus ad probandum tractatum, & conclusionem inter Capitulum, & Antonium, circa assignationem dd. scutorum mille, non pro dote, sed pro dictis distributionibus, nec non realem solutionem illorum, est etiam improbabilis per testes, & contra publicum instrumentum concordiæ inter dictum Capitulum, & Antonium, per tres menses ante dictam Bullam confectum; in quo non scuta mille; sed cum effectu tunc fuerunt assignata tot bona stabilia per Antonium, & alios de Puccis, etiam pro participatione dictarum distributionum; Vnde ad probandum dictum articulum non est concedenda Remissoria, ex *Seraphin.* & *aliis Rotæ* decisionibus suprà allegatis.

Quartus articulus, quòd Capitulum narrauit Papæ Subdecanatum esse sine dote, & Antonium obtulisse, assignare pro dote bona stabilia annui valoris 24. ducat. dummodò illi, & fratribus, eorúmque descendentibus Iuspatronatus reseruaretur, eundémque Antonium, vt faciliùs Gratiam obtineret, dedisse cautionem Florentiæ, de dicta dote danda, est similiter improbabilis per testes, ex supradictis, & contrarium probatur per dictam Bullam, in qua legitur, hoc narrasse Antonium, & de Capitulo nullum verbum; quòd verò cum effectu ante Bullam, cautionem dederit, similiter est per testes improbabile; & vlteriùs potest probari per scripturas, cùm à communiter accidentibus, vt quotidiè experimur; obligatio fideiussoria maximè ad fauorem Ecclesiæ, in scripturam redigatur.

Quintus articulus, in quo ponitur, quòd Antonius post dictam Bullam pro illius executione assignauit pro dote dicti Subdecanatus bona annui redditus 24. ducat. in vna Domo sita in dicta Ciuitate, quæ fuit semper possessa, & locata à Subdecano pro tempore, quoad prætensam assignationem, pariter est improbabilis per testes, iuxtà supradicta; & potest probari per scripturas: cùm etiam à communiter accidentibus de dotibus; quæ assignantur pro acquirendo Iuspatronatus soleant confici publica instrumenta; præsertim, quando beneficia in Cathedralibus insignibus fundantur; quorum Capitula cautiùs agunt; Quæ instrumenta facilè repetiri possunt, cùm sit notorium; Florentiæ extare publicum Archiuium, vbi Notariorum omnium prothocolla reconduntur, & conseruantur: Et cessat difficultas ex fide Cancellarij Fabricæ dictæ Ecclesiæ, attestantis, Domum, in qua inhabitat Subdecanus pro tempore, esse ipsius Ecclesiæ, quæ vacante Subdecanatu, de ea, vti propria ad sui libitum disponit, illam locando, pensiones exigendo, aut in alios vsus destinando, prout in præsenti destinauit pro habitatione Concionatoris; cui † 6
Cancellario, tanquam officiali publico credendum est, in spectantibus ad eius officium, *Bart. in l. 2. num. 1. C. de pond. lib. 10. Ruin. cons. 56. num. 5. lib. 1. Gab. de testib. concl. 1. nu. 19. & Rota decision. 525. numero quinto, par. 2. recent.*

Sextus, & vltimus articulus, quòd Iuspatronatus fuit semper reputatum Gentilitium, illúdque competere illis de sanguine, & familia, non autem hæredibus bonorum, stantibus supradictis non releuat, Quia nihilominus, ex firmatis in dd. decisionibus esset hæreditarium. Tandem dicebant Domini post plures Decisiones desuper factas fuisse iam bis ordinatum, vt causa expediretur, & nihilominus ex benignitate fuisse solùm concessam nouam audientiam super resolutis, *d. die 22. May*, Et sic petitionem Remissoriæ videri calumniosam, *Seraf. d. decis. 1460. nu. 1. Greg. XV. decis. 356. nu. 5. & Rot. decis. 322. p. 3. diuers. & in Meliten. Habitus, 10. Ianuary, 1610. coram b. m. Card. Canalerio.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

Romana de Marescottis.

Lun. 7. Maij, 1629.

ARGVMENTVM.

Plures exceptiones, quæ ad impediendam fideicommissarij immissionem opponebantur plenè euacuantur.

SVMMA

SUMMARIUM.

1 *Creditum liquidum dicitur quod est adeò clarum, vt controuerti nullo modo possit.*
2 *Partita Banchorum probant si sint adminiculatae.*
3 *Dotem filiae soluere, spectat ad patrem, & non ad matrem.*
4 *Societates Officij cantantes in personam vnius cum reseruatione tamen dispositionis illarum, ad fauorem alterius, important solùm liberam administrationem, ex qua probatur dominium ad fauorem reseruantis.*
5 *Societates Officij contractae per Vxorem, praesumuntur contractae ex pecuniis Mariti.*
6 *Exceptio*, L. Quintus Mutius, ff. de donat. inter vir. non admittitur, *in iudicio*, l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll.
7 *Credita hinc inde turbida, & dependentia à redditione rationis, non admittuntur ad retardandam immissionem fideicommissarij sed reijciuntur donec factis calculis computa hinc inde solidentur.*
8 *Retentio nulla competit pro solutione debiti proprij.*

DECISIO CXCVII.



QVAMVIS testamentum quoudam Comitis Alphonsi Marescotti, in quo d. Iuliam eius vxorem haeredem instituit, & testamentum dictae Iuliae, in quo instituit D. Pirrhum eius fratrem fuerint per Rotam nulla declarata, ex causa praeteritionis filiorum; & inde DD. Comitis Sfortiae, & Galeatio de Marescottis nepotibus praedictorum coniugum ex Marco Antonio communi filio, vti haeredibus ab intestato, fuerit data immissio in possessionem bonorum haereditariorum: Nihilominus Rota posteà resoluit, Iuliae testamentum ad fauorem Pitthi haeredis instituti, sustineri in vim fideicommissi, vigore clausulae codicillaris, eidémque vel fideicommissario dandam immissionem in omnibus bonis, cantantibus sub nomine Iuliae, praeterquam in comprehensis in quadam declaratione per ipsam facta, data tamen dd. DD. de Marescottis retentione pro creditis liquidis, & legitima ipsius debita in haereditate Iuliae eorum Auiae, *vt in Decisione 14. Iunij, 1619. coram bon. mem. Remboldo*, in qua Trebellianicam non deberi, optimis fundamentis firmatum fuit, ita vt de ea ampliùs non fuerit haesitatum; Suscepta autem disputatione, An, & quae credita essent liquida, pro quibus possit DD. de Marescottis retentio competere, emanauit *Decisio 24. Maij, 1624. coram eodem*, in qua fuit resolutum de creditis liquidis non constare, praeter vltimum creditum; de quo Domini mandarunt, quatenus opus sit, particulariter videri; Sed concessa Marescottis noua audientia super eisdē, & causa saepius proposita, hodie Domini vnanimiter dixerunt, Non constare de aliquo credito liquido, quod possit impedire immissionem; Et ratio resolutionis fuit †, Quia ad hoc vt creditum dici possit liquidum, debet esse adeò clarum, & certum, vt controuerti nullo modo possit, *l. 1. C. si secundò nupt. mul. Bald. in l. item quia, num. 3 in 2. lectur. ff. de pact. Men. cons. 858. num. 8. Marescott. var. lib. 2. cap. 121. num. 88. & Rota post Zach. de oblig. cam. decision. 146. numer. 10.* Credita autem praetensa per Marescottos non fuut huiusmodi; quia, aut sunt turbida, aut non subsistunt, vt ex particulari eorum examine infra parebit; quae ideò, tanquam altioris indaginis, immissionem non impediunt, vt tradunt omnes *DD. in l. 4. §. condemnatū, ff. de re iud. & l. fin. C. de ed. Diu. Adr. toll. Rota apud Greg. XV. decis. 194. num. 12.* & latius in *d. vltima decis. in hac causa facta.*

Primum debitum scutorum septem millium quingentorum praetenditur ex causa quarumdam Societatum Officiorum, quae fuerunt contractae sub nomine Iuliae, cum DD. Mario S. Crucio, Gregorio Gregna, Antonio, Vrsino, Octauio Capranica, Marchione à Cornea, & Caesare Marsiano, quas dicta D. Iulia declarauit spectare ad dictum Alphonsum eius Virum, & eam in illis solùm habuisse nudum nomen; & tamen ex publicis instrumentis constat, quòd eadem D. Iulia, pecunias dictarum societatum, confessa fuit, recepisse de ordine praedictorum debitorum, directo S. Monti Pietatis, & Roberto Primo mercatori, & ideò Marescotti hinc fundare videntur hoc creditum esse liquidum contra Pirrhum, vti Iuliae haeredem.

Sed hoc creditum non subsistit, Quia quoad societates contractas cum praedictis Mario, Gregorio, Antonio, & Octauio benè probatur, pecunias illarum fuisse de ordine Iuliae realiter, & cum effectu solutas Marco Antonio eius filio, † vt constat ex partitis d. Montis, & Banchi Roberti Primi formaliter extractis: 2
Quae partitae adminiculatae ex verisimilitudine, & ex test bus deponentibus, quòd D. Iulia passim faciebat quietantias, & Marcus Antonius recipiebat pecunias, videbantur Dominis sufficienter probare, iuxtà not. per *Bald. in l. prima, num. 11. C. de ed. Ias. in l. admonendi, num. 434. in fin. de iureiur. Magon. decis. Flor. 95. num. 5. Seraph. decis. 436. num. 2. & Rota apud Gregor. XV. decis. 302. num. 2. & decis. 650. num. 4. part. 1. recentior.* Quae autem contra praedictos testes opponebantur visa fuerunt penitus non releuare. Quò verò ad pecunias Societatis scut. 1000. contractae cum dicto Marchione, licèt illae appareant exactae per Iuliam, & ad eius creditum positae in Bancho Roberti Primi, & alterius societatis scutorum 300. cum dicto Caesare per eam receptorum in pecunia numerata, quia tamen eadem Iulia mediante eodem Bancho multò maiorem summam, nempe scuta 3000. soluit pro dote D. Hortentiae dicti Marci Antonij filiae, quòd Marescotti non negant, clarè conspicitur, quòd Iulia, quae solùm nudū nomen habebat, exegit pro Marco Antonio, & pro eo soluit dotem; † Cuius solutio ad ipsum vti Patrem, & non ad Iuliam spectabat, ad *l. fin. C. de dot. promiss.* 3

Pro aliis autem societatibus, nec non censibus, in quibus etiam D. Iulia declarauit habere nudum nomen, quae etiam sunt descripta in mandato de immittendo, quod vt dictum est, fuit Marescottis concessum, vti successoribus ab intestato praedicti Alphonsi eorum Aui, iidem Marescotti palam confitentur, nullam eis competere retentionem, & meritò, Quia, aut clarè probantur peruenisse ad dictum Alphonsum, aut hodie ipsos possideri.

Alterum, & secundum scutorum 6000. circiter, praetenditur resultare ex quibusdam aliis societatibus Officiorum, quae licèt cantentin personam d. Iuliae, fuit tamen reseruata earum dispositio praedictis DD. Alphonso, vel Marco Antonio; quas, vt dicebatur, *Rota 14. Decembris, 1615. coram bon. mem. Cardinali Sacrato*, quae est *decis. 771. par. 2. recent.* resoluit, spectare ad Marescottos, eisque in illis concessit immissionem. 4

Sed placuit Dominis responsio data in dicta *decis. 24. Maij, 1624.* Nempe hoc creditum non probari ex reseruatione dispositionis ad fauorem Alphonsi seu Marci Antonij, Quia cùm societates cantarent in personam Iuliae, dominium erat ipsius Iuliae: ita vt dispositionis reseruatio importet solùm liberam administrationem; & ex ea potiùs probetur dominium Iu-

liæ reseruantis, *Rota decis.161.par.1.diner.& decis.415. par.1 & decis.305.par.2.recent.& decis.147. coram bon. mem.Cardinali Caualerio,& decis.488.num.3.coram Reuerend.D.meo Decano.*

Neque obstat:dicta Decisio in hac causa facta 14. *Decembr.* 1615. dum in ea inter easdem partes firmatur, per prædictam reseruationem dici non posse, dictas societates fuisse in bonis Iuliæ,sed esse dicendum fuisse in bonis dictorum Alphonsi,& Marci Antonij reseruatoriorũ, Quia,vt Domini benè animaduertebant,tunc aliud longè diuersum disputabatur,scilicet, An Marescottis vti hæredibus Alphonsi,& Marci Antonij, esset danda immissio in dictis Societatibus ; & quia credebatur,illas adhuc extare,& non fuisse exactas, meritò fuit resolutum ; Immissionem esse dandam , ex quo cum dicto præsupposito erant in Alphonsi , & Marci Antonij bonis de tempore eorum mortis, in vim prædictæ reseruationis disponendi, vt in dicta Decisione; Sed cum hodie clare detectum fuerit, dictas Societates ante immissionem Marescottis datam,fuisse per Iuliam exactas,& quia sic fuerunt exactæ, Marescotti tunc prætendunt , esse creditores D.Iuliæ , & sibi retentionem competere ; clarum est, eos in hoc penitus inre destitutos esse ; Si quidem si Iulia exegit,vti Domina exegit, quia Domina erat,vt ex Decisionibus supra allegatis ; Et firmatur etiam *in d.decis.14.Decembr.*1615. Quæ propterea Decisio,vt ad oculum patet,contra Marescottos retorquetur ; dicta enim reseruatio disponendi non obstabat quominùs Iulia, vti Domina exigere posset , prout nec libera facultas procuratori data , obstat Domino constituenti.

5 Neque obstat quòd Societates præsumantur,† per D.Iuliam contractæ ex pecuniis Mariti, *leg. Quintus Mutius,ff.de donat inter vir.& Vxor. Dec.cons.237.col. pen.vers.circa secundum. & Menoch.præsumpt.51.lib.3. num.1.& sequent.* Quia, vt benè responsum fuit *in d.*

6 *decis.14.Iuny,1619.coram bon mem.Remboldo,* † ista exceptio , iuxtà magis communem sententiam , in hoc iudicio non admittitur,*l.fin.C.quor.bon.*& ibi *Bald.& Salic.Bald.in l.si vxorem,num 8.C.de cond.infer. Alex. in l.qui iure,nu.5.ff.de acquir.poss. Socc.sen.cons.131.nu. 6. Alciat.præsumpt.26.nu.2.reg.3.Gabr.tit.de præsumpt. concl.15.nu.18. Menoch.d.præsumpt.51.nu.44.Osasc.dec. Pedem 140.n.9. & Rota decis.216.n.7.p.2.diuers. & in d.decis.in hac causa facta,14.Iunij,1619.*

Tertium creditum scutorum 6000. quæ prætenduntur fuisse exacta per Iuliam,& quartum creditum scutorum 9000.quæ prætenditur , fuisse per Marcum Antonium ad Iuliæ fauorem inuestita,nec non quintum scutorum tresdecimillium,quæ etiam Marescotti prætendunt, fuisse per Iuliam exacta,& ad hæreditatem Alphonsi spectare ; vltrà quòd informantes pro Marescottis,parum in illis insistebant,sed solùm vim faciebant in duobus prioribus creditis ; fuerunt visa Dominis nullatenus releuare,tum quia non benè iustificantur,tum etiam,Quia cùm Iulia esset Marci Antonij procuratrix , & exigeret vti talis , fuit omnino turbida cùm dependeant à redditione rationum , & seusione computorum inter partes faciendis ; maximè cùm pro parte Pirrhi non obscurè doceatur quòd Marcus Antonius Iuliæ pecunias exigebat,& illæ deponebantur etiam ad creditum Marci Antonij,& eius Vxoris,& quòd Iulia pecunias erogabat ad vtilitatem

7 Marci Antonij,& alia huiusmodi ; † Ex quibus prætentiones de Marescottis remanent penitus illiquidæ, donec factis calculis compu a hi c inde solidentur, *Crauett. cons. 275. num. 13. vers.3. principaliter Paris. cons.90.num.13.lib.1. Anchar.cons. 45.nu.1.Gabr.cons. 61.n.2.li.2.& Rot.post Pac.de Salu.dec 203.n.4.& 5.* Quò fit vt Pirrho non possit interim impediri immissio.

Tandem quoad vltimum creditum scutorum 1200. per Marescottos Dominis Falconeriis solutum pro extinctione debiti D.Iuliæ,de quo *Rot. d.die 14.Maij,* 1624.ordinauit,vt quatenus opus esset, particulariter videretur ; Dixerunt Domini non esse opus alia particulari discussione,cùm ex hodie datis pro parte Pirrhi,clarè constet,quòd Iulia illud contraxit cum Falconeriis ad commodum hæreditatis Alphonsi , seu Marci Antonij,quandoquidem illa,de anno 1606.obtinuit mandatum contra R.P.D. Roggerium debitorem hæreditatis Alphonsi, vnà cum sequestro contra Horatium de Bubalo Roggerij debitorem,qui Horatius deposuit in S. Monte Pietatis scuta 1400. quæ posteà Marcus Antonius exegit , cum cautione præstita per D.Iuliam de restituendo prioribus, & potioribus Roggerij creditoribus ; Vnde cùm de anno 1607. Iulia conuenta à creditoribus antetioribus, suscceperit dicta scuta milleducentum,de quibus agitur, ad Societatem Officij à Falconeriis cùm declaratione, quòd dictam Societatem contrahebat pro restituendo dictis creditoribus, vt in effectu restituit, *Summario Pirrhi num.11.& 12.*consequenter à primo ad vltimum liquet, quòd Societas prædicta, in qua consistit dictum vltimum creditum fuit inita, vel ad commodum hæreditatis Alphonsi vel Marci Antonij, qui pecunias per Horatium depositas receperat , & † 8 hæredes Marescotti vt Alphonsi, & Marci Antonij hæredes soluerunt Falconeriis debitum proptium ; quibus propterea nulla competit retentio bonorum Iuliæ, *ad tex.in l.Senatus,§.fin.ff.de leg.3.Salic.in l.3.n.17. C.de act.& oblig. Rnin.cons.88.nu.6.lib.5. & Rot.decis. 426.n.4.p.2.recent.*

Et ita decisum vtraque parte sæpius informante, &c.

Ferrarien. Attentatorum.

Lun. 7. Maij, 1629.

ARGVMENTVM.

Attentata non dicitur executio facta vigore sententiæ latæ super executione duarum conformium, non obstante appellatione exaduerso interposita ; quòd procedit etiamsi executio fuerit Iudici commissa cum clausulis *vocatis vocandis , & constito de duabus conformibus.* Sententiæ , An, & quando dicantur conformes : Et nonnulla alia notanda, quæ collige ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Attentare est delictum.*

2 *Attentata probari debent concludenter.*

3 *Attentata sunt mandatum , & possessio capta pendente adhuc termino appellationis.*

4 *Appellari non potest à decreto emanato vigore duarum conformium.*

5 *Statutum Ferrariæ prohibet appellationem à duabus conformibus.*

6 *Appellatio suspensiua non datur à Decreto de exequendo.*

7 *Clausula* vocatis vocandis , *& Clausula* constito de duabus conformibus *in Commissione apposite, faciunt Executorem mixtum , & quando secus, num. 9,*

8 *Appellatio*

8 *Appellatio datur à Decreto Executoris mixti, itaut citra vitium attentatorum non possit deueniri ad executionem. Declara, vt num. seq.*

9 *Executor reducitur ad instar aliorum Iudicum per clausulas* vocatis vocandis, & constito de duabus conformibus. *quando Decretum illius est appellabile de sui natura, aliàs secus.*

10 *Sententia dua, conformes dicuntur, si secunda contineat vnum caput conformatorium prima sententia, licèt contineat etiam aliud caput separatum, de quo in prima sententia mentio non fit; dicuntur enim conformes in eo capite, in quo concordant.*

Sententia approbari, & exequi separatim possunt in capite, in quo sunt conformes.

11 *Sententia tot esse dicuntur, quot sunt capita sententia, inter se diuersa.*

12 *Sententia lata contra defunctum est nulla.*

Fallit si lata fuerit contra illius Procuratorem, & Dominum litis effectum, contra quem procedi potest, & sententia proferri, num. 14.

13 *Statutum de exequendis duabus conformibus intelligitur de sententiis validis.*

15 *Continuans non attentat.*

16 *Possessio probatur ex instrumento adepta possessionis.*

17 *Iudex nulliter, aut iniustè procedens non priuat possessione.*

18 *Monitio Iudicis facta partibus, dicitur vera citatio.*

19 *Appellatio datur à sententia reintegratoria.*

20 *Executio excessiua est nulla.*

DECISIO CXCVIII.

D. Virginia vti hæres Cæsaris Palmiroli eius Patris, obtinuit per duas sententias, vnam Locumtenentis ciuilis, aliam Rotæ Prętoris Ferrarię, D. Violantem eius sororem, seu eius Procuratorem condemnari ad sibi restituendum duo prædia, de quibus agitur, Quæ sententiæ virtute Decreti emanati, & mandati relaxati *die 28. Nouem. 1623.* in vim specialis Commissionis, cum clausulis *vocatis vocandis: Et constito de duabus conformibus, &c.* fuerunt executioni demandatæ per V. Legatum Ferrariæ, cum possessione subsequuta ad fauorem D. Virginiæ *die 2. Decembris eiusdem anni.* Cum autem D. Comes Alphonsus filius, & hæres Violantis prætenderet etiam nomine proprio, executionẽ prædictam fuisse attentatam, obtinuit committi causam Rotæ Ferrarien. cũ expressa facultate reuocandi dicta prætensa attentata, quæ, vti talia, Rota prædicta declarauit esse reuocanda: A cuius sententia cùm Virginia appellasset, & D. Comes, vice versa, etiam dicta bona possidere prætenderet, fuit tandem de consensu partium causa in Rota mihi commissa in statu, & terminis &c: Vnde hodie de ordine Rotæ dubitaui. An constet de attentatis prætẽsis per dictum Comitem Alphonsum. An verò Virginiæ sit dandum mandatum de manutenendo; Et
1 quoad primam Dubij partẽ fuit negatiuè resolutum, †
Quia cùm attentare sit delictum, *Lancell. de attent. in*
2 *præfat. num. 102. Bellam. decis. 18. num. 1.* † attentata concludenter probari, *ad tex. in l. merito ff. pro Soc. c. super his,* vbi *Felyn. num. 17. de accusat. & Rota decis. 411. nu. 1. par. 2. recent.* Quæ tamen non probantur per d. Alphonsum.

Neque obstat si dicatur Decretum V. Legati fuisse
3 appellabile, & quòd † mandatum, & possessio inde sequuta fuerint pendente termino ad appellandum, quæ ideò videntur attentata, *c. non solum* & ibi *glos. de appell.*
4 *in 6.* Quia † cùm Decretum emanauerit in vim duarum
5 conformium, non potuit ab eo appellari: † Tum ex statuto Ferrariæ prohibente appellationem à duabus conformibus: Tum etiam quia † de iure à Decreto de 6
exequendo non datur appellatio suspensiua, *l. ab executore, ff. de appell. Gabr. de appellat. conclus. 4 n. 1. in fin. Surd. cons. 358. n. 2. Modern. de appellat. q. 17. limit. 10. num. 9. Rota decis. 620. n. 2. par. 1. recent.* & alibi sæpius. Et tandem quia alias dicta Commissio seu Rescriptum Papæ V. Legato directum quo mandauit exequi duas sententias conformes, esset superfluum, quia eius virtute non posset fieri executio.

Minùs obstat † quòd dicta Commissio, ex qua ema- 7
nauit Decretum de exequendo contineat clausulas *vocatis vocandis, & Constito duabus conformibus,* quæ faciunt Exequutorem mixtum, ac propterea quòd à sententia, seu Decreto V. Legati dabatur appellatio,
† ita vt citra vitium attentatorum non potuerit de- 8
ueniri ad executionem, *Staphil. de Litte. Grat. in tit. de non. form. mandat. nu. 3. Seraph. decis. 1045. n. 2. & Greg.*
XV decis. 91. nu. 3. & 4. † Quia hoc procederet si De- 9
cretum V. Legati de sui natura fuisset appellabile, quò casu Exequutor per dd. clausulas reduceretur ad instar aliorum Iudicum, *Abb. in c. exhibita nu. 6. Felyn. n. 4. de Iudic.* Sed cùm appellabile non sit ex supradictis, huiusmodi clausulæ non alterant, nec mutant ius commune, & dispositionem dicti statuti Ferrariensis, quæ imò vt dictum fuit, in dicta Commissione expressè præseruantur.

Non obstat etiam si dicatur, dictas duas sententias Locumtenentis, & Prætoris Rotæ non fuisse conformes, ex quò in prima D. Violans, seu eius Procurator condemnatur ad restitutionem dictorum prædiorum dumtaxat, iuxta petitionem, D. Virginiæ: in secunda autem, illa etiam absoluitur à reconuentione, quà D. Comes Alphonsus iure proprio se opposuit, prætendens d. prædia ad se spectare, ex fideicommisso d. q. Cæsaris Palmiroli eius Aui, ac ideò non stantibus duabus conformibus Decretum V. Legati fuisse ap-
pellabile; Quia fuit facile responsum † quòd dictæ 10
duæ sententiæ fuerunt conformes in eo quòd mandant dicta duo prædia restitui D. Virginiæ hæredi d. q. Cæsaris, ex quò D. Violans cui illa fuerunt specialiter legata, aut iure institutionis relicta, cum eo tamen quod non posset amplius petere pro legitima, aut eius supplemento, nihilominus supplementum petiit & obtinuit. Vndè cùm dicta secunda sententia contineat duo capita distincta, & separata, vnũ confirmatorium primæ sententiæ, aliud verò continens absolutionem à dicta reconuentione, in capite in quo fuerunt conformes, potuerunt etiam separatim approbari, & exequi, *ad l. etiam §. ex causa, ff. de minor. l. cum quæritur, cum duabus sequ. ff. de except. rei iudic. Bart. in leg. appellanti, ff. de appell. Couar. pract. quæstio. cap. 25. num. 5. Dec. cons. 385. num. 1. Boer. decis. 23. num. 1. & sequent. Guidop. decis. 436. numer. 74. Vincent. de Franch. decis. 173. Ant. Thesaur. decis. 122. num. 7. & Rota in Bonon. fideicommissi de Mazzochis 19. Febr. præte-*
ritis coram Reuerendiss. D. meo Decano. † Et ratio est 11
quia tot sunt sententiæ, quot sunt capita sententiæ inter se diuersa, *Rebuff. de sent. prouis. art. 2. gloss. 4. to. 1. ad l. Regn. Lancell. de attent. c. 12. lim. 2. num. 12. Io. Bapt. Costa in tract. de port. rat. q. 137. & Rot. coram Greg. XV. decis. 552. num. 1. & in recent. decis. 427. sub numero 2. part. 2.*

Non † obstare similiter visa fuit prætensa nullitas 12
sententię Locumtenentis, ex quo fuit lata contra Violantem iam defunctam, *ad l. eius qui in Prouincia vers. quòd si stipulatus, ff. si cert. pet.* vbi *Castr. Alex. & Ios. post Bar. in l. si summa §. si quis ex edicto, ff. de re. iudic. & Rota in Melenitana fideicommissi 9. Decembris 1620.*
coram bo. me. Serenicien. Statutũ autem de exequendis 13
duabus cõformibus esse intelligendũ de sentẽtijs validis, *Surd. cõs. 99. n. 18. Maresc. var. resol. c. 86. nu. 3. lib. 2.*

Mohed. dec. 11. de re iud. & Rot. in Mediolanen. Resciſsionis Contractus 4. Iulij, 1601. coram Lancell. Quia
14 facilè tollitur ex facto, † cùm d. ſententiam fuerit etiam lata contra Nigriſolium Procuratorem Violantis, & Dominum litis effectum; contra quem de iure procedi potuit & ſententia proferri, *ad leg. non ſolum, §. morte, ff. de nou. oper. nunc. l. nulla dubitatio,* vbi *Alex. C. de procur. Surd. d. conſ. 99. n. 5. Vant. de nullit. ex defec. cit. num. 85. & Greg. XV. deciſ. 396 num. 1.* & ibi *Add.*

Tandem non obſtat, quòd poſt Inhibitionem Rotalem fuerit ad inſtantiam D. Virginiæ præceptum Depoſitario fructuum, ne illos D. Comiti Alphonſo, aut alijs conſignaret, Quia vltra quòd dictum præceptum videtur obtentum in conformitatem Inhibitionis Rotalis, qua ſtante, nihil erat innouandum circa fructuum conſignationem; illud D. Virginia obtinuit pro coadiuuan-
15 da poſſeſſione, quam habebat, vt mox dicetur † Qui autem continuat non attentat *gloſ. in d. c. non ſolum de appellat. in 6. & in Clemen. 2. in verb. innouari, vt lit. pend. Lancell. de attent. lit. pend. limit. 1. num. 1. & Rota apud Greg. XV decis. 557. num. 1.*

Quo verò ad ſecundam partẽ Dubij Domini dixerunt Manutentionem eſſe dandam D. Virginiæ, Quia de eius poſſeſſione conſtat ex publico Inſtrumento poſſeſſionis adeptæ, vigore duarum conformium, & mandat de exe-
16 quendo dicti V. Legati, † ex quo Inſtrumento probatur poſſeſſio, iuxta, *l. iuſtè poſſidet, ff. de acq. poſſ. Zuccard. in l. fin. num. 433. C. de edict. Diui Adr. toll. Abb. in cap. cum nobis, num. 5. verſ. ego verò dico, de præſcript. Menoch. de retinend. remed. 3. numero 375. verſ. 9. probatur, & Rota deciſ. 6. num. 2 par. 1. diuerſ.*

Neque obſtat ſi dicatur quòd Decretum de exequendo V. Legati, cuius vigore Virginia fuit immiſſa,
17 fuit nullum defectu Citationis: Et † quòd Iudex nulliter, ſeu iniuſtè procedens non priuat aliquem ſua poſſeſſione, *Abb. in c. conquerente, de reſt. ſpol. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poſſ. & Rota deciſ. 802. num. 7. par. 1. diuerſ.* Quia fuit reſponſum,
18 quòd † cũ adſit monitio V. Legati, facta partibus præſentibus habetur, ac ſi citatio interueniſſet, *Marant. in Spec. par. 6. tit. de citat. nu. 48. Rol. conſ. 40. num. 29. vol. 3. Seraph. deciſ. 1118.*

Non obſtat etiam quòd Comes Alphonſus vltimo loco fuerit reintegratus ad poſſeſſionem dictorum prædiorum per Rotam Ferrarienſem vigore particularis Commiſſionis, Quia in primis dum dicta Rota illum reintegrauit, declarando poſſeſſionem D. Virginiæ fuiſſe attentatam, iniuſtè proceſſit quia non aderant attentata, ex ſupradictis †: Deindè dicta ſententia Reinte-
19 gratoria erat appellabilis, & cum effectu fuit ab ea legitimè appellatum, & conſequenter, ſi quæ poſſeſſio in executionem illius fuit capta per D. Alphonſum, fuit attentata: Et tandem dicta ſententia fuit nulla defectu Iuriſdictionis, quia Rotæ Ferrarienſi non fuit commiſſa cauſa ſuper Immiſſione petita per D. Victoriam, iam finita per dictas duas ſententias conformes executioni demandatas per dictum V. Legatum, ſed ſolùm cauſa reconuentionis ſuper dicto prætenſo fideicommiſſo à qua D. Virginia fuerat abſoluta in dicta ſecũda ſententia lata per Prætorem Rotæ Ferrarien. reſpectu cuius fuit etiam dictæ Rotæ ad Inſtantiam Comitis commiſſa cauſa attentatorum, quæ nihil commune habet cum attentatis, de quibus nunc agitur.

20 Tandem non obſtat, † quòd executio vigore dicti Decreti prætendatur exceſſiua, & ideò nulla ex *Iaſ. in l. ſi non Sortem, §. ſi centum, num. 2. ff. de condict. indeb.* Quia nullibi in facto de exceſſu conſtat, imò de contrario, cùm Decretum de exequendo, & Immiſſio in poſſeſſionem inde ſequuta emanauerint, iuxta tenorem dictarum duarum ſententiarum conformium.

Et ita deciſum vtraque, &c.

Florentina Iuriſpatronatus de Ianſigliaccis.

Ven. 11. Maij, 1629.

ARGVMENTVM.

Inſtitutio debetur præſentato à maiori parte Patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, & quomodo d. quaſi poſſeſſio acquiratur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio debetur præſentato à maiori parte Patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

2 *Quaſi poſſeſſio præſentandi pro certa rata Iuriſpatronatus acquiritur ex præſentatione effectum ſortita, quamuis ſit vnica, & num. 3.*

4 *Ordinarius gratificari non poteſt præſentato à minori parte Patronorum.*

5 *Gratia Apoſtolica eſt ſubreptitia, ſi adſit clauſula* dummodo non ſit alteri ius quæſitum, *& conſtet illud iam fuiſſe alteri quæſitum ex præſentatione facta à maiori parte Patronorum.*

6 *Item eſt ſubreptitia ſi adſit narratiua præſentationis facta à medietate Patronorum, & re vera præſentatio facta fuerit à minori parte.*

7 *Iura quæ non ſunt in actis non attenduntur.*

8 *Iuſpatronatus ſi ſpectet ad plures Patronos pro medietate, attenditur præſentatio facta à maiori parte illorum, itaut minor pars pro nihilo habeatur.*

9 *Præſentatio facta ab vno ex Patronis nomine etiam aliorum Compatronorum, non attenditur non conſtito de illorum mandato ad præſentandum, ſeu de ratificatione intra quadrimeſtre.*

10 *Iuſpatronatus eſt indiuiduum, & totum reſidet penes ſingulos, & ideo non attenditur maior numerus Patronorum in abſtracto, ſed ſolùm maior numerus eorum, qui realiter præſentant.*

11 *Iuſpatronatus Gentilitium competit in capita.*

12 *Iuſpatronatus non cenſetur Gentilitium ſtante præſentatione, in qua ſit hæredum mentio.*

13 *Status vltimus attenditur ad dignoſcendam qualitatem Iuriſpatronatus.*

DECISIO CXCIX.

CVM ad Parochiales SS. Mariæ, & Andreæ vnitas, quæ de Iurepatronatus laicorum eſſe dicuntur, Marius de Doctis, & Stephanus Bonfantes à diuerſis patronis fuerint præſentati; Dubitaui hodie in Rota Quis eorum ſit inſtituendus: Et fuit ad fauorem Marij reſolutum: † Quia cùm ille fuerit præſen- 1
tatus à maiori parte patronorum exiſtentiũ in quaſi poſſeſſione præſentandi, ei debetur inſtitutio, *c. ex frequentibus, & ibi gloſ. de Inſtitut. c. conſultationibus de Iurepatr. gloſ. in c. quoniam, verſ. qui maioribus eod. tit. Ferretti conſ. 33. num. 4. lib. 1. Mantic. deciſ. 86. num. 4. & Rota deciſ. 202. n. 1 par. 2. recent. & in Lunen. Sarzanen. beneficij 31. Maij, 1627. coram me.*

Quòd autem Marius habeat maiorem partem patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione, eſt clarum,

quia

quia fuit præſentatus à Vincentio Ianfigliaccio, qui
pro medietate, & à Ludouico, qui pro ſua portione,
quam aſſeruit habere in alia medietate præſentaue-
rant Carolum, per cuius obitum, hoc beneficium va-
2 cauit: † Ex qua præſentatione conſtituti fuerunt in
quaſi poſſeſſione præſentandi, reſpectiuè modo præ-
dicto, iuxtà reg. *text. in d. c. conſultationibus de Iurepat.*
3 *Achil. deciſ. 5. de Iurepatr.* † Etiam quod ſit vnica præ-
ſentatio, *Rip. in c. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſ. &
propr. Roman. conſ 311. num. 7. Federic. de ſen. conſ. 234.
Oldrad. conſ. 312. col. 2. Dec. conſ. 117. num. 2. verſ. quod
autem quaſi poſſeſſio, Rota deciſ. 4. de reſcript. in antiq.
& deciſ. 17. num. 3. par. 2. diuerſ.* & alibi ſæpius. Vnde
4 † cùm Stephanus fuerit præſentatus à ſolo Horatio;
qui vt conſtat ex d. vltima præſentatione de Carolo
facta, ſolùm eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi pro
ſua portione, quam habet in prædicta alia medietate,
Inſtitutio, vt dictum eſt, debetur Mario: Et propterea
gratificatio Stephano facta ab Ordinario, fuit nulla,
*gloſ. in c. ſi plures, verb. auferri, verſ. ſed ſi pones 6. quæſt.
7. Innoc. in c. 1. num. 2. eod. tit. Dec. conſil. 119. nu. 1. Lam-*
5 *bert. lib. 2. par. 3, quæſt. 5. artic. 5.* prout etiam † Gratia
Apoſtolica eidem, vt prætendebatur facta, fuit ſubre-
ptitia, ſtante clauſula, *dummodo non ſit alteri Ius, &c.*
quod hîc fuiſſe Mario quæſitum, eſt indubitatum, ex
præſentatione à maiori parte, *Card. Seraph 1238. Rot.*
6 *deciſ. 726. num. 3. par. 2. recent.* † Nec non ſtante nar-
ratiua præſentationis à medietate, *Rot. deciſ. 568. deciſ.
625. num. 2. par. 2. recentior.* quæ clauſula, & narratiua
veriſimiliter adſunt in literis dictæ Gratiæ: Et in om-
7 nem caſum † cum literæ non ſint in actis non ſunt
pro tunc attendendæ.

Non obſtat quòd Horatius præſentauerit Stepha-
num, etiam vti procurator alterius Vincentij, nec non
Nicolai, Lucæ Franciſci, Petri Philippi, & Alexandri;
qui vnà cum eo habent præfatam aliam dimidiam
Iuriſpatronatus, & ſunt pariter in quaſi poſſeſſione
ex d. Caroli præſentatione, effectum ſortita: Et ideò
Stephano potuiſſe Ordinarium Florentinum gratifi-
8 cari, vti præſentato à medietate patronorum, † ex
quo Ludouicus, & Ginus eorum compatroni in ea-
dem dimidia vti conſtituentes minorē partem pro ni-
hilo reputantur, *Rocch. de Iurepatr. verb. ipſe vel is, à quo
n. 7. Garz. de benef. par. 5 cap. 9. nu 225. Caſſador. deciſ 2.
de iurepatr. Rota deciſ. 443. num. 4. par 2. recent. & Ad-
dent. ad Greg. XV. deciſ. 452. nu. 23.* Quia fuit benè re-
ſponſum non eſſe verum quod Stephanus fuerit præ-
ſentatus ab omnibus ſupradictis compatronis in d. me-
9 dietate, ſed ab Horatio dumtaxat; † Cùm enim non
conſtiterit de mandato, aut de ratificatione prædi-
ctorum intra quadrimeſtre, Patronis laicis ad præſen-
tandum à Iure præfinitum; præſentatio per Hora-
tium eorum nomine facta non attenditur, *Lap. alleg.
22. Rocch. vbi ſupra verb. honorificum, quæſt. 5. num. 26.
Lambertin. de Iurepatr. libr. 2. part. 2. quæſt. 1. art. 21.
nu. 5. Put. deciſ. 311. num. 2. libr. 3. in correct. Rota
deciſ. 443. num. 3. par. 2. recent. & Addent. ad Gre-*
10 *gor. XV. deciſ. 177. numer. 7.* De iure autem cùm †
Iuſpatronatus ſit indiuiduum, & totum ſit penès ſin-
gulos non attenditur maior numerus patronorum in
abſtracto; ſed ſolùm maior numerus eorum, qui rea-
liter præſentant, *Ioan. Andr. in rapit. 3. verb. plu-
rimorum,* & ibi *Abb. numer. 13. de Iurepatronat.
Decius conſil. 127. in fin. verſicul. in iſta materia,
Lambertin. vbi ſuprà, libr. 1. parte 3. articul. 2. quæ-
ſtion. 4. per tot. Gonzal. in reg. 8. gloſ. 45. numer. 69.
Garz. de benefic. part. 5. numer. 47. Rota apud Reue-
rendiſſimum Dominum meum Decanum, deciſion. 212.
numer. 4. & in Compoſtellana Parochialis, 15.
Martij, 1627. coram bon. memor. Patriarcha Man-
zanedo.*

Minùs obſtat, † quòd prætendatur hoc Iuſpatro- 11
natus eſſe Gentilitium, & ſic competere in capita;
Quia ad hoc probandum ſolùm afferuntur quædam
præſentationes, quæ prætenduntur retrofactæ in ca-
pita, † quæ tamen hoc non concludunt; quinimò in 12
earum vna fit hæredum mentio; Vnde ſtante hac tur-
biditate, † attendi debet in præſenti prædictus vlti- 13
mus ſtatus, *ex d. cap. conſultationibus,* & aliis ſupra al-
legat. Et in omnem caſum, etiam quòd eſſe Gentili-
tium, Marius iuxta ſupradicta eſſet præſentatus à ma-
iori parte Patronorum, Stephanus autem à minori,
nempe à ſolo Horatio, &c.

Et ita deciſum vtraque, &c.

Peruſina Laudi.

Ven. 11. Maij, 1629.

ARGVMENTVM.

Laudum ex quibus nullum dicatur, & quando cenſeatur à partibus emologatum, ad hoc vt ſaltem valeat in vim pacti.

SVMMARIVM.

1 *Laudum tacitè emologatum cenſetur, ſi à tempore ſcientia illius, non fuit appellatum intra terminum iuris. Declara, vt num. 13.*

2 *Item emologatum cenſetur, ſi in vim illius fuerint traditæ claues & dimiſſa bona ſtabilia. Intellige, vt numer. 16.*

3 *Laudum dicitur expreſsè emologatum, ſi fuit ſubſcriptum cum promiſſione iurata obſeruandi omnia in eo contenta. Declara, vt num 18.*

4 *Laudum ſubſcriptum, & approbatum, quamuis nullum, valet in vim pacti, vt numer. 32.*

Declara primò procedere, quando ſubſcribitur laudum iam latum, non autem antequam feratur, quia tunc deficit conſenſus, num. 33.

Declara ſecundò habere locum, quando ſubſcriptio partium fuit facta ſimultaneè, ſecùs ſi ſeparatim, num. 34.

5 *Errores circa factum potiùs pertinent ad iniuſtitiam, & læſionem, quàm ad nullitatem.*

6 *Diſpoſitio text.* in l. 1. §. item ſi calculo, ff. quæ ſen-tent. ſine appellat. *quando intret.*

7 *Laudum eſt nullum ſi Æſtimatores bonorum in compromiſſo electi reſeruauerint ſibi facultatem illa diuidendi, & æſtimandi, cum talis reſeruatio fieri non poſſit ſine partium conſenſu, ſed omnia ſimul, vnicoque laudo diuidi, & æſtimari debeant.*

Æſtimatores bonorum in compromiſſo electi obtinent vicem Arbitrorum.

8 *Laudum eſt nullum ſi Arbitri excedant, aut extendant Compromiſſi formam.*

9 *Item eſt nullum, ſi derogent rebus, quibus derogare non poſſunt.*

10 *Rurſus ſi imponant partibus ſilentium, volentes laudum habere vim generalis quietationis.*

11 *Verba generalia, ampla, & geminata non admittunt diſtinctionem: Et latius, numero 12.*

13 *Appellare non eſt opus à laudo nullo.*

14 *Laudum nullum licèt à partibus emologatum, non valet in vim Laudi, nec rei iudicatæ auctoritatem obtinet, & numer. 18. Amplia, vt numer. 15.*

17 *Laudum, emologatum non censetur ex actibus aquiuocis.*

18 *Laudum emologari non potest antequam feratur.*

19 *Amplia etiam stante emologatione iurata.*

20 *Iuramentum de stando laudo, habet in se tacitam conditionem, si iustè fuerit arbitratum, & idem est in simplici promissione.*

21 *Læsio enormis in laudo ad effectum rescissionis, sufficit in sexta parte quantitatis controuersa, & quandoque in maiori, vel minori arbitrio Iudicis, & numer. 22.*

23 *Error probatur eo ipso quòd constat rem aliter se habere.*

24 *Laudum expressè emologatum ampliùs corrigi non potest, præsertim si sit iuratum.*

25 *Nec rescindi potest nisi probata enormissima læsione vltra dimidiam.*

26 *Declara procedere quando laudum emologatur, postquam est iam latum, & publicatum: secus si antea: & ratio redditur ibidem, & num. 33.*

27 *Subscribens se alieni scripturæ, censetur habere notitiam omnium contentorum in ea.*

28 *Laudum ratificans antequam feratur, tenetur illi stare, si approbationis tempore habebat notitiam de contentis in eo. Declara, vt numero sequent.*

29 *Laudum subscriptum à partibus non valet, quando subscriptio probatur facta eo non lecto, nec habita notitia de contentis in eo, imò præsumuntur partes non habuisse notitiam, quando subscriptio præcessit laudi publicationem, & num. 31.*

30 *Approbans scripturam non lectam, & errores continentem, præsumitur illam non approbasse, si eam legisset.*

35 *Laudum nullum, quod stante partium emologatione valet in vim pacti, non habet paratam executionem, sed via ordinaria agendum est.*

DECISIO CC.

ARBITRI electi pro terminandis differentiis inter Ioan. Antonium, & Iosephum de Cantucciis super hæreditatibus Iosephi senioris, & Marcelli etiam de Cantucciis, in Laudo desuper lato elegerunt vigore facultatis compromissi, Peritos, seu Æstimatores, ad effectum diuidendi, & æstimandi bona hæreditaria, prout in effectu Æstimatores sic electi diuiserunt, & æstimarunt, vt in quodam eorum prætenso Laudo, de eius executione agitur: Quod cùm Ioannes Antonius prætenderet fuisse à Iosepho emologatum, & staret in hoc difficultas, Dubitaui die 15. Martij anni præteriti, An constaret de emologa-
1 tione, Et fuit affirmatiuè resolutum, ex eo, † quòd Ioseph à tempore scientiæ Laudi nedum non appellauit
2 intra terminum iuris, † & sponte dimisit Ioanni Antonio quædam bona stabilia, & claues tradidit, vnde resultat tacita emologatio, *ad l. Paul. respondit. ff. rem rat. hab. Lancell. de attentat. appell pend. par. 2. 1. 12. lim.*
3 *50. num. 110. Paul. de Castr. cons. 116 nu. 3. ad fin. lib. 1.* † Sed etiam Laudo se subscripsit cum promissione iurata obseruandi omnia in eo contenta; quæ subscriptio importat expressam emologationem, *l. ne in arbitris. §. fin. autem*, vbi *Bald. num. 12. vers. alterius, & Aret. in princip. C. de arbitr.* Et tandem dicebatur in om-
4 nem casum, † Laudum vt supra subscriptum, & approbatum, valere in vim pacti, *glos. in l. 2.* & ibi *Doct. C. commun. vtr. Iud. Soccin. consil. 85. in princip. libr. 1. & Rota decision. 588. numero 1. parte 2. recentior.* cùm aliis in dicta Decisione coram me latiùs deductis.

Sed reproposita hodie causa super eisdem, Domini, præsertim ex nouiter deductis recesserunt à decisis, & firmarunt non constare de valida emologatione; † Præcipua resolutionis ratio fundata fuit in nul- 5
litatibus Laudi, quæ non consistunt (vt prætendebatur) in quibusdam erroribus circa factum per Arbitros commissis, qui potiùs pertinent ad iniustitiam, & læsionem, *ad l. cum prolatis*, cum ibi not. *ff de re iudic.*
Bar. in l. 1. de error. calcul. † cùm enim non fuerit erra- 6
tum in calculo, sed solùm in eo quòd computata fuerunt quædam non computanda, intrat distinctio, *tex.*
in l. 1. §. item si calculi. ff. quæ senten. sin. appell. † Sed stant 7
in eo quòd Æstimatores in d. Laudo reseruarunt sibi facultatem diuidendi, & æstimandi bona, & credita quædam, ac Ioa. Antonio præfixerunt terminum duorum annorum ad probandum in hæreditatibus Iosephi senioris alia bona remansisse, quas reseruationes cum Arbitrorum vicem obtinerent, *Alex. cons. 54. numer. 3. lib. 1. Couar. var. resol. ca. 13. nu. 3. vers. 3. conclusio*, de iure sine partium consensu facere non potuerunt, sed tenebantur omnia simul, vnicóque Laudo diuidere, & æstimare, *l. dicere 23. & l. non distinguemus, §. quæsitum de recepo. arbitr. addit. ad glo. in l. quid tamen, ver. separatim*, vbi *Bart. num. 3. ff. eod. Mantic. decis. 299. & Rota decis. 515. num. 17. vers. quod est etiam p. 2. recent.*

Præterea, & multò magis in eo alio quòd Æstimatores transgressi fuerunt potestatem eis datam per Arbitros, qui virtute compromissi eos elegerunt pro executione, & obseruantia Laudi priùs per eos promulgati, non autem vt illud subuerterent, & immu-
tarent, eique derogarent: Et clarum est quòd † si 8
Arbitri excedant, aut extendant compromissi formam, seu potestatem eis arbitratam, Laudum est nullum, *l. non distinguemus, §. de officio, & d. l. quin tamen. §. fin. l. si cum dies, §. si intra. & l. quia arbiter*, & ibi *glos. ff. de arbitr. c. cum dilectus extra eod. tit. Ias. in l. si super possessione, n. 3. C. de transact. Bald. cons. 309. n. 3. lib. 1. Cels. Vgo. cons. 51. nu. 30. Menoch. cons. 381. nu. 11. lib. 4. Vin. decis. 473. nu. 7. & seqq. par. 3. Vinc. de Franch. decis. 354. n. 4. & Rot. decis. 540. nu. 6. par. 1. recent.*

Quòd autem Æstimatores excesserint, ex facto clarè patet; in primis dum derogarunt capitibus primi Laudi, suo Laudo contrariis, ibi, *approuiamo la transattione, & concordia* (id est dictum primum Laudum, quod appellant concordiam) *nelle parti però non contrarie, & repugnanti al presente nostro Lodo, nelle quali dichiaramo, & vogliamo, che il presente a quella preuagli in ogni modo migliore, &c.* cui concordiæ seu Laudo derogarunt, dum laudarunt testamẽtum Marcelli quoad bona cuiusdam Primogenituræ in eo erectæ, cùm tamen in dicto primo Laudo, seu concordia, fuisset expresse cautum, bona sita in locis Miraldoli, & Monteroni non comprehendi in Primogenitura,
in præiudicium Iosephi, † Ex qua derogatione resul- 9
tat manifesta nullitas, ex defectu potestatis, *d. leg. dicere, §. vndè viden. erit*, cum aliis supra allegatis.

Rursus † excesserunt, imponentes partibus silen- 10
tium super iis, quæ sibi non reseruarunt: volentes Laudum vim habere generalis quietationis, quoad non reseruata, & in Laudo expressa; quod Arbitri facere non possunt, alias Laudum est nullum per tex. *in l. 3. §. contrarium, ff. de contr. act. tut.* quem ad hoc in puncto allegant *Rom. cons. 155. n. 5. Cor. cons. 140. n. 2. li. 4. Socc. cons. 733. n. 5. lib. 2. Cels. Ugo. vbi supra, nu. 3. Lanfr. de Orian. in tract. de arb. q. 9. n. 17. par. 5.*

Tandem fuit in eo patenter excessum, quia cùm Io. Antonius per d. primum Laudum iã habuisset domũ, iuxtà portam S. Angeli, & sitũ cuiusdã Apothecæ pro omni eo quod prætendere poterat super quodã serici negotio Iosephi Senioris; nihilominus Æstimatores in calculo, eiusdẽ hæreditatis, quẽ in suo Laudo fecerunt

computa

computarunt etiam dictum negotium, pro augenda
legitima eidem Ioan. Antonio debita ex persona Vin-
centiæ eiusdem Iosephi filiæ. Vnde pariter contra-
uenerunt prædicto Laudo Arbitrorum; iuxtà quod
prædictum negotium non poterat legitimam augere:
quia quoad illam non erat amplius in consideratione
habendum, ex quo erat iam penès ipsum Ioannem
Antonium, mediante æquiualenti bonorum assigna-
tione in dicto primo Laudo, vt supra facta: vnde fuit
etiam ex hoc capite Laudum nullum, *ex d. §. vnde vi-
den.* & aliis de quibus supra; adeò vt nihil releuet, si
dicatur domum, & situm apothecæ prædicta fuisse in
dicto primo Laudo Ioanni Antonio assignata pro por-
tione lucri, quod negotio serici prouenerat pòst mor-
tem Iosephi tantùm; Æstimatores autem in calculo
posuisse solùm capitale, & lucrum, quæ erant in hæ-
reditate tempore mortis d. Iosephi; & sic quid diuer-
sum ab eo, pro quo Ioanni Antonio fuerat facta dicta
assignatio. Quandoquidem hæc distinctio est contra
verba clara primi Laudi, seu concordiæ, ibi, *Gio: An-
tonio debbn far quietnnza generalissima speciale specialis-
sima de tutto quello potesse pretendere nella bottegn della*
11 *Setta, &c.* † Quæ verba tam generalia, ampla, & gemi-
nata non admittunt distinctionem, ad *leg. regula, §. fin.*
12 *de iur. & fact. ignor. Surd. decis.* 217. *num.* 9. † Sed com-
prehendunt omnem, & quamcùmque causam, ex qua
Ioannes Antonius vndecumque, & qualitercùmque
posset in dicto negotio quicquam prætendere ad tex.
in *l. Iulianus in princip. ff. de leg.* 3. *Oldrad. cons.* 322. *nu.*
6. latè *Cranett cons.* 194. *per tot. & Rot. decis.* 76. *num.* 3. *p.*
2. *recent. & apud Reuerend. D. meum Decanum decis.* 94.
numer. 3.

13 Ex quibus † non obstat tacita emologatio prætèn-
sa ex omissione appellationis; Quia vltra quod, stan-
te Laudi nullitate, vt suprà, non fuit appellatione o-
pus, *l. si constat, ff. de appellat. l.* 1. *§. si quis, ff. quand. appell.*
sit, & l. 1. *ff. quæ sent. appell. rescind. Felin. in cap. super li-*
14 *teris, num.* 15. *de rescript.* † Laudum sic nullum vtcùm-
que a partibus emologatum nunquam valet in vim
Laudi, nec rei iudicatæ authoritatem habere potest,
vt probat text. optimus, *in cap. examinata de confirm.*
vtil. quem ad hoc allegat *Bald. vt cit. de pac. constit. in*
glos. in pers. sententia quoque colla. 10 vbi rationem assi-
gnat, in *vsib. Fend. Roman. d. cons.* 155. *Angel. cons.* 199.
Dec. cons. 475. *num.* 31. *& sequen. Codex Fabr. lib.* 2. *titul.*
15 38. *de arbitr. diffin.* 1. † Quod procedit etiamsi adsit
compromissum, laudatur tamen aliquid extra com-
promissum (vt in casu nostro) quod posteà à parti-
bus emologatur, *Corset. sing.* 19. *verb. Arbit. Roman.*
cons. 175. *Paris. cons.* 85. *n.* 54. *&* 55. *lib.* 1. *Berret. cons.* 46.
n. 8. *& Barz. decis. Bonon.* 122. *n.* 1. *cum seq.*

16 Minùs † obstat alia tacita emologatio deducta ex
dimissione stabilium, & traditione clauium, Tùm
quia procedit eadem responsio; ex rationis identita-
te; Tùm etiam quia huiusmodi actus non fuerunt
præcisè facti in executionem Laudi Æstimatorum,
Quia hodie cauetur fuisse indifferenter factos, & po-
tuisse fieri etiam ex alia causa; videlicet in executio-
nem testamenti Marcelli, vel primi Laudi, seu concor-
diæ, in qua fuit expressè dictum, vt Ioseph iunior te-
neretur consignare Ioanni Antonio medietatem bo-
norum, quæ q. Ludouicus habuit ex dicto testamento:
† Ex actibus autem æquiuocis non est inferendum ad
17 Laudi emologationem in præiudicium Iosephi, qui
eos fecit, ad *l. non h. c. C. vnde cogn. Roman. cons.* 343. *nu-*
mer. 9. *Aym. cons.* 116. *num.* 9. *& Rota decis.* 329. *num.* 2. *p.*
1. *diuers.* & in terminis ratificationis idem *Aym. cons.*
197. *num.* 12. *Gabr. cons.* 36. *num.* 57. *lib.* 1. *& cons.* 180.
num. 17. *lib.* 2. *Surd. cons.* 328. *num.* 24. *libr.* 3. *& deci-*
sion. 221. *num.* 4. *& Rota decis.* 549. *numer.* 10. *par.* 1.
diuersar.

Non † obstat etiam expressa illa emologatio dedu- 18
cta ex subscriptione; quia fuit responsum primò i-
dem quod supra, quòd Laudum nullum nec expressè
emologari potest, vt valeat in vim Laudi ex *Bal. An-*
gel. Roman. & aliis supra citatis, Secundò Laudum
fuisse subscriptum ante publicationem; Et planum
esse Laudum antequam feratur emologari non posse,
quin nihilominus læsio possit prætendi, ad impedien-
dam Laudi executionem, *Bart. in l. si Societatem, § ar-*
bitrorum, num. 30. *ff. pro Soc.* Et in his terminis, *Bald.*
post Dyn. in l. final. quæst. 12. *C. de contrah. empt. Cels.*
Vgo. dicto cons. 51. *num.* 6. *Bursat. cons.* 432. *num.* 28. Et est
communiter receptum, † etiam quòd emologatio, vt 19
hic fuerit iurata, Quia † Iuramentum sicut & sim- 20
plex promissio de stando Laudo habent in se tacitam
conditionem, si æquum & iustum fuerit arbitratum,
argumento tex. in *l. si libertus, iur. ff. de oper. liber. & l.*
fin. C. de non num. pecun. cap. quinta vallis, vbi commu-
niter *Doctor. de iur. iur. Bart. in dicto § arbitrorum, num.*
30 *&* 31. *Alex. cons.* 131. *col.* 5. *lib.* 2. *Theob. Non. cons.* 68.
num. 15. *Guidop. quæst.* 519. *Boer. decis.* 284. *num.* 18. & la-
tè *Ioseph. Ludou. decis. Lucen.* 27. † Enormis autem læsio 11
in præsenti iuxtà communem ferè omnium resolutio-
nem, sufficit in sexta parte quantitatis controuersiæ,
Bart. in dicto § arbitrorum, Fulgos. cons. 50. *Dec. cons.* 39.
num. 7. *Socc. cons.* 16. *num.* 12. *libr.* 1. † Et quandoque in 22
minori, vel maiori arbitrio Iudicis, *Menoch. de arbitr.*
cas. 73. *& Ioseph Ludou. vbi supra, num.* 33.

Quòd autem hìc sit læsio in sexta parte, aut aliàs
arbitrio iudicis sufficiens, ad effectum, de quo agitur,
visum fuit Dominis satis probari ex facti circum-
stantiis supra dictis & ex erroribus per Arbitros com-
missis in eiusdem Iosephi præiudicium; † qui pro- 23
bantur eo ipso quòd constat rem aliter se habere,
quàm illi laudarunt, *ad l. de ætate, §. vlt. ff. de interrog.*
act. & leg. si post diuisionem, C. de iur. & fact. ignorant.
& ibi *Ias. Cranett. cons.* 157. *numer.* 8. *Cephal. cons.* 526.
numer. 2. *vol.* 4. & certè res aliter se habet in mul-
tis: Primò quoad negotium serici, quod vt dictum est,
nullatenus computari debuit; Secundò in computan-
do fructus dictæ legitimæ, non solùm habita ratio-
ne bonorum stabilium, quæ sui natura sunt fructife-
ra, verùm etiam mobilium quæ fructus non reddunt;
Tertiò quia computarunt ratam bonorum stabilium
debitam Ioanni Antonio in hæreditate Marcelli per
obitum dicti Ludouici sine filiis in scutis 3520. quæ
tamen vt benè per Iosephum, ostensum fuit, solùm
debuit computari in scutis 2500. Quartò dum fuit
computata rata bonorum mobilium, & quorundam
iocalium debita eidem Io. Antonio ex causa eiusdem
hæreditatis Marcelli in scut. 350. quæ tamen non de-
buit computari nisi in scutis 247. Et vltimò quia com-
putarunt in portione Iosephi integrum valorem do-
mus, iux. portam Sanctæ Susannæ, & tamen sola il-
lius medietas erat computanda; cùm alia medietas
longè antea fuisset euicta per Camillam Lancel-
lotam, vt ex sententia, & possessione inde se-
quuta.

Vnde non obstat quòd † Laudum expressè emolo- 24
gatum præsertim cum Iuramento amplius corrigi
non possit, ex regul. *quod semel de reg. iur. in 6.* Et in
puncto, *Bald. consil.* 126. *numer.* 2. *lib.* 4. *Magon. de-*
cis. Lucen. 59. *numer.* 19. † nec rescindi nisi proba- 25
ta enormissima læsione, & sic vltrà dimidiam, *Dec.*
cons. 60. quem refert, & sequitur, *Maranr. de or-*
din. Iudic. 4. *par. distinct.* 14. *num.* 8. *& Bomb. cons.* 3.
num. 8. *Oldrad. cons.* 165. *Calder. cons.* 2. *numer.* 1. *titul.*
de arbitr. Corn. cons. 140. *num.* 5. *Rota decis.* 588. *par.*
2. *recentior.* † Quia hoc est verum quando Laudum 26
emologatur postquam est iam latum, & publica-
tum, & sic postquam partes habent scientiam

de contentis in eo,in qoo casu loquuntur d.DD.Nos
autem versamur in longè diuersis terminis,nempe in
approbatione ante publicationem, & sic non habita
scientia contentorum in Laudo, quæ propterea vti
facta sub confidentia discretionis Arbitrorum,aut ad
captandum eorum beneuolentiam, haber illam taci-
tam conditionem,si Laudum fuerit æquum,& iustum,
ex *Dec. d. consil. 60. & 475. & Ioseph. Ludouic. vbi
suprà.*

Neqoe obstat si dicatur nos versari in approbatione
scripturæ Laudi iam concepti,& formati, & cui nihil
27 post subscriptionem potuit addi, aut detrahi: † Sub-
scribens autem alicui scripturæ censetur habere noti-
tiam omnium contentorum in ea, *Bart.in l sicut,§.non
videtur in primo not.ff.quib.mod.pign.vel hyp.solu. Cast.
cons.216.num.2. lib.1. Gabr.tit. de præsumpt. conclus.3.
num.29.* latè *Menoch. præsumpt.66. nu.7. & Rota apud
Greg. XV. decis.328.nu.1.*cum aliis in dicta Decisione
28 in hac causa corã me facta adductis, & quòd † ratifi-
cans Laudum antequam feratur,teneatur omnino illi
stare, si approbationis tempore habebat notitiam de
contentis in eo dixit, *Bald.in d l.simul.numer.43. vers.
29 & hoc credo verum,C.de contr.empt.* † Nam vltra quod
prædicta non procedunt, quando subscribitur Lau-
dum nullum ad effectum vt valeat in vim Laudi per
supradicta; Vlteriùs respondetur procedere in dubio,
non autem quando (vt in casu nostro) subscriptio
probatur facta non lecta scriptura Laudi, & non ha-
bita notitia de contentis in ea, *l. fin. C.plus.val. quod
agit,& l.2.C.de reb.al. non alien. Innoc. in cap.2. de fid.
Instr.Felin.in cap.quoniam contra,num.48.lib.5.de prob.
Castren.in l.si ita stipulatus,§.Chrysogonus,vbi Ias.num.
12.vers.secundo, limita,* & ibi communiter DD. *ff. de
verb. oblig. idem Ias.in l.emptor, §. Lucius num.4.ff. de
pact.Menoch.de præsumpt.66.num.21.cum sequent.lib.3.*
Et in puncto *Barz. in dicta decis. Bonomen. 112.
numer. 11.*

Quod autem Ioseph se subscripserit non lecta scri-
ptura Laudi,& contentorum in ea, non habita scien-
tia, & sic sub confidentiâ, & conditione prædictis;
imò, & deceptus credens firmare laudum validum,
visum fuit sufficienter probari ex testibus desuper
examinatis,& aliis facti circumstantiis,quibus Domi-
ni eo magis fidem adhibuerunt stantibus tot errori-
bus in præiudicium Iosephi, nec non excessibus Ar-
30 bitrorum contra facultatem eis datam, † quos si le-
gisset, verisimiliter non approbasset; vnde intrare
videtur doctrin. *Bart.in l.1.§.si quis neget,num.11.vers.
quæro quid si Instrumentum,ff. quemad. testam. aper.&
Castr.in d.cons.216.num.3.vers.ex quibus patet lib.1. Me-
31 noch.vbi supra,num.28. cum seqq.* Et tandem † in du-
bio ita præsumendum est, ex quo subscriptio præces-
sit publicationem, *Barz.vbi supra,num.12. vers.at in
casu isto.*

32 Non etiam releuat si dicatur, † quòd saltem sub-
scriptio operetur vt dictum laudum,quamuis nullum,
valeat in vim pacti ex alleg.in dicta decisione coram
33 me in fine; † Quia procederet si fuisset subscriptum
Laudum iam latum, non autem antequam feratur,
quia tunc non adest consensus purus,sed conditiona-
lis,quatenus Laudum sit iustum, & æquum vt supra,
in specie *Dec.d.cons.475.num.28.*& cessat penitus dif-
34 ficultas, † quia hic probatur subscriptiones fuisse à
partibus factas separatim,& in diuersis locis,& sic cō-
sensus debet esse simultaneus, vt Laudum valeat in
vim pacti, *Natt.cons.95.num.3.Gabr.d.cons.36.num.57.
lib.1.Surd.cons.236.num.56.& decis.53.num.21.* Et fuit
firmatum in decisione in hac causa facta super re-
35 missoria, 11. *Martij*,1622. *coram bon. mem. Vbaldo*, †
Tandem etiam quòd Laudum valeret in vim pacti,
non haberet paratam executionem, de qua principa-
liter quæritur,quia contra Laudum,quod ex partium
emologatione solùm valet in vim pacti, competunt
omnes exceptiones, & remedia, quæ aduersus pacta,
& transactiones,itaut sit procedendum via ordinaria,
*Angel.cons.198.Dec.dicto cons.475.num.36.Paris. Ber-
ret.& Barz.vbi supra,Caccialup.in tract. de transact.in
3.quæst.in fin.Surd.decis.130.num.15.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Mediolanen. Legati.

Lun. 14. Maij, 1629.

ARGVMENTVM.

Identitas bonorum fideicommissi est plenè probanda ad effectum impediendi immissionem Legatario agenti ex vtili Saluiano, & ex quibus probatio dictæ identitatis excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Identitas bonorum fideicommissi,nempe quòd illa fuerint in bonis fideicommittentis de tempore eius mortis,est benè probanda.*

2 *Hoc procedit etiam ad effectum impediendi immissionem in Saluiano.*

3 *Identitas bonorum fideicommissi, quando non probetur ex instrumento diuisionis facto inter hæredes.*

4 *Fideicommissarius impedire non potest hæredi,aut legatario immissionem in possessionem bonorum, quæ incertum est fuisse possessa à fideicommittente.*

5 *Testes examinati inter alios, & in alia causa non probant contra non citatum, & num.6.*

DECISIO CCI.



N Decisione in hac causa facta, 16. *Fe-
bruarij* præteriti, fuit resolutum Hospi-
tali magno Mediolanen. dandam esse
immissionem ex vtili Saluiano in bonis
ei legatis per q.Hieronymum Marchio-
nem Pallauicinum,non obstante prætenso fideicom-
misso q. Christophori; in qua hodie Domini persti-
terunt; Quia quicquid sit de dicto fideicommisso
& eius purificatione ad fauorem D.Marchionis Ale-
xandri rei conuenti, & sic de eius descendentia à
Christophoro, de qoibus hodie videbatur constare;
† Tamen visum fuit Dominis non probari identita- 1
tem bonorum per eum prætensam,nempe quòd bona
de quibus agitur Hospitali legata per dictum Hiero-
nymum, essent in bonis Christophori fideicommit-
tentis, de tempore eius mortis, quæ tamen identitas
debet benè probari, *Bald.cons.84.sub nu.1.lib.1. Paul.
de Castr.cons.94.num.2.lib.2. Alex.cons.82.nu.14.lib.2.
Cranet.cons.61.sub num.6.Peregr.cons.48. num.1. lib.1.
Magon.decis.Florentin.10.num.6. & decis.37. num.1.* † 2
& in puncto ad effectum impediendi immissionem in
Saluiano, *Rota in Romana Legatorum de Columna, 27.
Ianuarij*,1614.*coram b.m.Cardinali Sacrato*,quæ est *de-
cis.83.nu.12.in impress.post Pacif.de Salu.*

Neque obstat † Instrumentum diuisionis factæ in- 3
ter Hieronymum Hermetem, & Franciscum filios,&
hæredes Christophori fideicommittentis; Quia cùm
illi in eo non narrauerint, quod diuidebant bona fi-
deicommissi Christophori, nec de eius Testamento
mentionem fecerint, *ad leg. de his, ff. de transact.* &
ille obierit de anno 1515. diuisio autem facta fuerit
de anno

de anno 1542. & sic post 25. anoos à morte Christophori; Ex dicta diuisione non probatur bona diuisa, fuisse fideicommittentis, *Alex. cons.* 164.*num.*1.*lib* 4. *Peregr.de fideicom.ar.*44. *sub num.*21. & *Rota in Bononien.fideicommissi de Desideriis,*10.*Decembris*,1618. *coram D. meo Merlino*: Et tantò magis, quia nulla ferè corpora,de quibus in dicta diuisione, nec in nomine, nec in confinibus concordant cum corporibus Hospitali legatis; Quò verò ad Palatium S. Buxeti, in quo diuisio, & testamentum Hieronymi conuenire videntur, vltra quòd, vt dictum est, diuisio non probat identitatem, in omnem casum non concluderet, quòd omnia bona diuisa, aut aliqua ex illis, & sic quod dictum Palatium esset hæreditaria: quandoquidem cum diuisio facta fuerit post 25.annos à morte Christophori,in quo temporis spatio,prædicti fratres acquirere potuerunt multa ex corporibus, de quibus in diuisione, aut aliàs ex propria industria *ex Alex.& Peregr.vbi supra*, illaque vsque tunc communiter possidere; quia ideò non essent fideicommisso supposita, sed libera, non propterea non adesset concludens probatio,quòd dictum Palatium S.Buxeti esset in bonis Christophori de tempore eius mortis; & quod non esset de bonis liberis quæ interim dicti

4 fratres aliunde acquirere potuerunt,† qua incertitudine stante,fideicommissarios non potest hæredi, aut legatario impedire immissionem, vt in puncto, *Grat. discept. forens. cap.* 215. *num.* 13. *cum sequent.* & benè *Surd.decis.*339. *num.*14. *cum sequen. post quartum Volumen consil.*

5 Non obstant † testes recepti de anno 1544. quia fuerunt examinati inter alios & in alia causa, prout nec testes post mortem Hieronymi examinati de anno 1579. & de anno 1586. coram Iudicibus Parmen.

6 † quia cùm in eorum examine non fuerit citatum Hospitale, nullum genus probationis contra illud faciunt, vt latiùs in dicta Decisione in hac causa facta.

Et ita decisum vtraque, &c.

Florentina Subdecanatus.

Lun. 18. *Maij*, 1629.

ARGVMENTVM.

Remissoria conceditur ad probandam dotationem, aut fundationem Iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria conceditur in prophanis data releuantia vnius articuli.*
2 *Fama publica dotationis multùm confert ad probandum Iuspatronatus antiquum.*
3 *Dos probari potest aliter quàm per scripturas, quia scriptura non est de substantia dotis.*
4 *Remissoria conceditur ad probandum dotationem aut fundationem Iurispatronatus.*

DECISIO CCII.

DOMINI recesserunt à resolutione facta 30. Aprilis præteriti, super denegatione remissoriæ per DD. de Venturiis petitæ: quia quicquid sit de quatuor prioribus, & sexto articulis, materia quinti articuli,ad quem informantes hodie se restringunt,visa fuit Dominis releuans,dum in eo articulatur quòd Antonius Puccius post Bullam Iulij II.quæ cantat de Iurepatronatus Gentilitio, assignauit pro dote Subdecanatus in executionem dictæ Bullæ bona annui redditus 24.ducatorum in vna domo sita in Ciuitate Florentiæ,quæ fuit semper possessa,& locata à Subdecano pro tempore: † Data autem releuantia volus articuli in materia prophana, in qua versamur,Remissoria non denegatur, *Cassador. decis.* 5. *in fin.de seq.possess.Seraph. decis.*264. *num.*3. *Mantic.decis.*369.*nu.*1. & *Rota decis.*677.*nu.*1.*par.*2.*recent.* & in terminis Iurispatronatus, *Ces. de Graff. decis.*1.*num.*9. *de dilat.* 1

Neque obstat quòd dicta assignatio prætendatur facta sunt iam centum viginti anni,quæ ideò videtur improbabilis per Testes, Quia non prætenditur quòd Testes deponant de initio dotationis,percutiendo illud tempus,sed quòd Subdecanatus hodie est dotatus dicta de 24. ducatorum, quam ideò vt dicebatur, habere præsumeretur in executionem dictæ Bullæ, iuxt.*cons. Abb.*54.*nu.*2.*par.*1. *Felin.in cap sicut num.*35. *de re iud.* & fuit dictum *in Seuen. beneficij*,18. *Martij*, 1598. *coram Litta*, † Et præsertim stante fama publica dictæ dotationis, articulata in vltimo articulo,quæ per Testes probata, in materia Iurispatronatus antiqui non modicum facit,*Rota apud Card.Canal.decis.*336.*num.*3. 2

Non obstat quòd dos possit probari per scripturam,† quia cùm scriptura non sit de substantia dotis, potest illa aliter quàm per scripturas probari, *iux. doctrin.gloss.in cap.*1.*§.postquam in verb.in script. de censibus,in* 6. & *gloss.* 1. *in l. cùm circa, C. de Iur.dot.* † Vnde Rota passim concessit Remissoriam ad probandam dotationem, aut fundationem, vt apud *Ces. de Graff. d decis.*1.*num.*8.*cum seq.de dilat. Put. decis.*356. *num.*2. *lib.*2.& *apud Card.Canal.dicta decis.*336.*num.*3. & *alibi sæpius.* 3 4

Et ita decisum vtraque,&c.

Rauennaten. Censuum.

Ven. 25. *Maij*, 1629.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Procurator compelli non potest testificari contra Dominum causa pendente. Fallit,vt num.* 2.

DECISIO CCIII.

FVIT resolutum Franciscum Martinen. procuratorem in hac causa hæredum D. Cardinalis Dezæ, non teneri recognoscere quietantias,de quibus in actis;Ratio resolutionis fuit,quia recognitio petitur à d.Francisco fieri,vti teste: † Procurator autem dum pendet causa,prout hic,non potest compelli contra Dominum testificari,*l.fin.ff. de testib. Bart. in l.deferre,num.*1.*ff.de iur.fisc.Card.in cap. insuper, num.*3. *de test.Surd. cons.*561. *num.*36. *lib.*4. *Put.decis.*286.*libr.*2. & benè *Reuerendissimus Dominus meus Decanus*, *decis.* 404. *per tot.* 1

Neque obstat,† si dicatur, non peti, vt Franciscus recognoscat vti testis, sed tanquam principalis, quo casu videtur teneri ad respondendum non minus quam ipsemet principalis tenetur, *l.non solùm in prin. ff.de* 2

ff. de procur. prout sic distinguunt, *Bart. & Card. vbi supra, Paris. cons. 70. nu. 15. vers. illud autem, lib. 4. Afflict. decis. 92. & Modern. in prax. Auditoris Cam. cap. 13. numer. 17. lib. 2.* quia, quidquid de hoc sit, & an, & quando in d. casu Domino præiudicet, hoc voum certum est, in præsenti petitam fuisse dictam recognitionem à Francisco fieri vti teste, dum ad partis iostantiam Iudex decreuit examinari testes super recognitione; cuius decreti vigore Franciscus postea fuit citatus ad recognoscendum; Vnde intrant *doctr. Bart. & Card.* nec non decisiones, *Put. & Reuerend. D. mei Decani*, cum aliis de quibus supra.

Et ita decisum vtraque, &c.

Pacen. Cappellaniæ.

Ven. 25. Maij, 1629.

ARGVMENTVM.

Subrogatus gratiosè quæ probare debeat vt sit immittendus in possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio resultat ex lite.*
2 *Item ex vacatione in mense reseruato.*
3 *Clericatus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*
4 *Subrogato gratiosè non debetur immissio, si non probet possessionem illius in quam fuit Subrogatus.*
5 *Subrogatus gratiosè, ad effectum obtinendi immissionem, an iuuari possit reseruatione ex persona vnius, & possessione ex persona alterius.*

DECISIO CCIV.



CVM Melchior della Torre prouisus Apostolicus de Cappellania in Ecclesia S. Bartholomæi loci de Xerez, Pacen. Diœcesis vti vacante per obitum q. Alphonsi Garziæ, seu alterius Alphonsi Rodriquex fuerit etiam gratiosè subrogatus in ius & possessionem d. Rodriquez vltimò defuncti: Dubitaui: An d. Melchiori sit danda immissio, vigore d. Subrogationis, Et eo tantùm Informante, Fuit negatiuè resolutum; quia licèt ex
1 tribus requisitis duo benè probentur, † nempe reser-
2 uatio ex capite litis, *cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* † vel vacationis in mense reseruatio iuxtà regulam octauam
3 nunc nonam Cancellariæ, nec non † Clericatus per literas Patentes Ordinarij Toletani, *cap. 2.* & ibi Abb.
4 *in 1. not. de cler. Peregr. Gramm. decis. 81. num. 1.* † Tamen deficit tertium requisitum, scilicet possessio præfati Alphonsi Rodriquez de tempore eius obitus, quæ nullo modo probatur; Vnde Melchiori non est danda immissio, *Seraf. decis. 590. nu. 6. Greg. XV. decis. 307. n. 2. & 15. & alibi passim.*

5 Neque † obstat si dicatur probari possessionem Alphonsi Garziæ ex literis collationis Ioannis Barasi, qui ei successisse prætendit in d. Beneficio, & quòd Melchior iuuari posse videtur reseruatione ex persona vnius, & possessione ex persona alterius, iuxtà decisiones factas in causa, *Colonien. Canonicatus, 1. Ian. & 25. Aprilis, 1617. coram D. meo Vbaldo*, Quia vltrà quòd in literis d. collationis nullum verbum de possessione primi Alphonsi, sed solùm in eis simpliciter narratur, Beneficium vacasse per eius obitum. In omnem casum eius possessio non releuaret, quia Melchior non fuit subrogatus in possessionem Alphonsi Garziæ, sed solum in possessionem Alphonsi Rodriquez, de qua, vt dictum est, nullo modo constat, Vnde non intrant decisiones in dicta causa Colonien. factæ.

Et ita decisum Melchiore tantùm Informante, &c.

Placentina Decimarum.

Lun. 28. Maij, 1629.

ARGVMENTVM.

Alienatio Decimarum facta in Laicos est nulla non seruata forma Rescripti Apostolici. Et in pluribus dictam formam non fuisse seruatam ostenditur.

SVMMARIVM.

1 *Monitio facta à Iudice comparentibus in iudicio, habet vim citationis.*
2 *Notario Actuario attestanti de comparitione partium in iudicio, & aliis actibus iudicialibus creditur etiam sine testibus.*
3 *Alienationes Decimarum sunt nullæ ob non seruatam formam Rescripti Apostolici quæ ad vnguem seruari debet, & num. 4.*
5 *Gratia Apostolica habet conditionem si preces veritate nitantur.*
6 *Narratiua iustificatio præcedere debet Gratiæ executionem.*
7 Postquam *dictio inducit conditionem, & sic formam importat.*
8 *Venditiones Decimarum sunt nullæ si illas præcessit confirmatio Executorum, quæ subsequi debet.*
9 *Fides de pretio haberi non potest in venditione Decimarum, aliàs venditio est nulla.*
10 *Amplia procedere etiam si in pactum deductus fuerit annuus redditus soluendus durante dilatione.*
11 *Lex si requirat actum fieri cum aliqua qualitate, actum sine illa fieri non sufficit.*
12 *Laici sunt incapaces Decimarum, & num. 17.*
13 *Nec illas præscribere possunt, & præsertim post Concilium Lateranense, num. 14.*
15 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur interuenisse in alienatione Decimarum facta in Laicos.*
16 *Præsumptio alterius tituli validi cessat ex productione tituli inualidi, quia producens præsumitur meliorem non habere.*
18 *Rector habet assistentiam iuris in perceptione decimarum.*
19 *Decimæ præscribi debent à Rectore, cui ius assistit, non autem à laicis, quibus ius resistit.*

DECISIO CCV.



ANTONIVS Archipresbyter Ecclesiæ S. Germani de Potentiano Placentinæ Diœcesis, de anno 1554. impetrauit à Papa licentiam in forma, *si in euidentem, &c.* alienandi redditus decimales ducat. 200. aur. de Cam. non excedentes, directam Vicario, & Archipresb. Placent. vt in literis Apostolicis desuper emanatis, qui Executores de anno 1558. de mense Iunij, recepta informatione super *euidenti, &c.* in executionem literarum dictam licentiam Antonio præfato concesserunt, qui posteà eodem anno de mense *Nou.* vendidit D. Ferdinando de Anguissiolis quartam partem decimarum omnium fructuum Territorij Suzani pretio libr. 700. soluendarum ad nouem annos

annos proximos, & de anno 1562. vendidit Com.
Iulio etiam de Anguissiolis quartam partem totius
decimæ Territorij de Alcoë libr. 1700. intra septen-
nium soluendis, sed insurrexit Ioanoes modernus
Archipresbyter d. Ecclesiæ S. Germani, & lite per
eum mota coram Ordinario Placentino super nul-
litate huiusmodi venditionum, nec non super dimi-
dia alterius quartæ decimæ, in quâ prætendebat ab
Anguissiolis molestari, obtinoit contra eos duas sen-
tentias respectiuè, qoibus declaratum fuit, venditio-
nes fuisse nullas ob non seruatam formam litterarum
Apostolicarum nec non eundem non esse molestan-
dum in perceptione dictæ alterius quartæ decimæ;
cùm autem fuerit appellatum, & causa mihi commis-
sa. Domini hodie resoluerunt, sententias esse confir-
mandas: quia in primis de earum validitate non potest
dubitari, cùm habeant omnia requisita de quibus
Caputaq. dec. 260. pag. 2. Nullitas enim ex defectu le-
gitimæ citationis ad sententiam, de quâ opponebatur,
tollitur ex facto, quia Iudex die 6. *Nouem.* 1627. mo-
nuit partes compatentes pro die 10. *Nouem.* sub quâ
1 sententias promulgauit, † munitio autem facta com-
parentibus in iudicio citationis habet, *Felin. in cap. 1.
num. 18. de iudi. & Seraf. decis.* 1118. *num. 1. &* 2. Quod
verò dicebatur partes non fuisse in iudicio tempore
2 monitionis non iustificatur in actis, cùm tamen †
Notario actuario de comparitione, & aliis actibus
iudicialibus attestanti credendum sit etiam sine testi-
bus: *Dec. in c. quoniam contra, num. 32. &* 48. *de probat.
Marant. de ord. iudic. 6. par. tit. de act. edit. per tot.*
prout nec iustificatur, sententias latas fuisse contra
pupillos indefensos.

Deinde iustitia visa fuit clara, quia sententiæ de-
3 clarant, † alienationes decimarum ob non seruatam
formam Rescripti Apostolici fuisse nullas, quod in iu-
re est dubitatum, *c. cùm dilecta, §. dictum insuper,* & ibi,
*Felin. num. 6. vsque ad num. 14. de rescript. c. venerabi-
lis, §. porro de off. Deleg. Abb. in c. causam, num. 10. de
re iudic. & cons. 41. num. 3. lib. 1. Gozad. cons. 31. nu. 2.
Seraf decis.* 338. & in puncto *Rota decis. 624. num. 1.
par. 1. recent.* & alibi sæpiùs.

Quod autem Rescripti forma seruata non fuerit,
constat ex euidentia facti, combinando litteras Apo-
stolicas cum sententiâ Iudicum Executorum, & cum
venditionibus inde secutis; Nam in primis fuit Papæ
narratum; decimas alienandas non excedere ducat.
4 200. auri de Camerâ; & † Papa Executoribus iniûxit,
vt super hoc seruatis seruandis diligenter se informa-
rent, ibi, *quatenus seruatâ formâ prædictarum littera-
rum, &c.* vnde debuit dicta forma ad vnguem seruari
ex d. c. cum dilecta, & aliis supra allegatis. Et narratiua
5 priùs iustificari: Cùm enim † omnis Gratia habeat in
se conditionem, si preces veritate nitantur, *l. fin. in
princ. C. de diuers. rescript. & c. 2.* vbi *Riba. num. 29.*
6 *extra de rescript.* † Iustificatio narratorum debet præ-
cedere Gratiæ executionem, *Rom. cons. 33. num. 2.
Gonzal. super reg. 8. in adnot. contra nullit. & attent.
in caus. benef. ante §. secundum glos. 9. num. 230. Capu-
taq. decis. 240. par. 2.* Prout in simili de habente facul-
tatem conferendi beneficia certi valoris, *Garz. de
benef. par. 5. cap. 7. num. 90. & 91. Crescent. decis. 4. de
probat. Pue. decis. 138. lib. 2. & Rota in Abulen. præ-
stimoniorum 15. Febr. 1610. coram bo. me. Patr. Man-
zan.*

Præterea sententia Executorum confirmatoria alie-
nationum, præcessit alienationes ipsas vt supra in fa-
cto; quandoquidem prima alienatio facta fuit per
quinque menses; & secunda per quatuor annos post
dictam sententiam, & tamē in litteris Apostolicis præ-
scribitur, quòd alienationes ab Executoribus appro-
bentur, & confirmentur, postquam factæ fuerint, quæ
† dictio *Postquam,* in hoc casu inducit conditionem, 7
Rota decis. 46. num. 2. par. 1. recent. & sic formam, *l.
qui heredi, ff. de cond. & demonst. Bal. in auth. Matri, &
Auia n. 3. vers. quidam tamē, C. quand. mul. tut. off. Cran.
cons. 313. num. 5.* † Vide etiam ex hoc capite venditio- 8
nes decimarum fuerunt nullæ, vt in puncto *Rota
in Valentinâ Baroniæ 18. Aprilis 1603. coram Ortem-
bergo.*

Tandem, quia in litteris fuit expresse cautum, vt
pretium deponeretur, & fieret reinuestimentum in
bonis stabilibus intra sex menses à die alienationis cō-
putandos, † & tamen fuit habita fides de pretio cum 9
dilatione ad septem, & nouem annos, vt dictum fuit,
quod fieri non potuit tam ex formâ Rescripti, & dixit
Rota in dictâ Valentinâ Baroniæ, quàm etiam quia in-
de Ecclesiæ conditio non vtilior, sed deterior fiebat,
ex doctr. *Bart. in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor num. 3.*
vbi etiam *Alex. num. 7. & seq. Ias. num. 7. ff. de re iud.*
& in terminis *Greg. XV. decis. 113. num. 6. & 7. &
Rota decis. 430. num 4. par. 1. recent.*

Neque obstat. † quòd fuerit in pactum deductus 10
annuus redditus libr. quinque Imperialium pro quoli-
bet centenario soluendus durante dilatione ad sol-
uendum datâ, quia cùm huiusmodi redditus sint fru-
ctus recompensatiui, iux. *l. curabit C. de act. empt.* exin-
dē non probatur vtilitas; nec tollitur, quin contra lit-
terarum tenorem fides de pretio habita fuerit. *Couar.
var. resol. lib. 3. cap. 11. num. 5. & Greg. vbi supra n. 9.*
Et in omnē casum cum non fuerit factum depositum
pretij intra tempus præfinitum, & sic reinuestimen-
tum eò fieri non potuerit, negari non potest, quin
ex dilatâ solutione per tot annos, reinuestimenta po-
steà facta fuerint cum damno Ecclesiæ, ex quo pretia
bonorum stabilium à die venditionum, vsque ad diem
solutionum multò aucta fuerunt, vt in facto proba-
tum fuit: Et quamuis videatur ob damnum quod eue-
nit, ex temporis cursu, non fuisse contrauentum for-
mæ Rescripti, tamen clarum est, dilationem deductā,
in pactum fuisse contra expressa Rescripti verba, &
sic venditiones in totum fuerunt nullæ, *l. pacta quæ
contra* & ibi *glos. C. de pact.* † Quando enim lex requi- 11
rit actum cum aliqua qualitate fieri; nec actum
sine qualitate, nec vice versa fieri sufficit. *Bar.
in leg. Fulcinius, §. cum hoc, ff. quib. ex caus. in pos-
session.*

Minùs releuat allegatio præsumpti Beneplaciti Apo-
stolici, tum quia versamur in decimis, † quarum laici 12
sunt incapaces *c. 1. q. 16.* † easque præscribere non 13
possunt, *c. causam quæ de præscript.* & † præsertim post 14
Concil. Lateranen. *c. prohibemus de decim. Rebuff. de
decim. q. 13. num. 78. & seqq.* † Vnde cessat præsum- 15
ptio Beneplaciti, aliàs enim dispositio prædictorum
iurium redderetur elusoria vt patet ad sensum, &
in puncto aduertit *Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 13.
num. 1. cū seq.* & dixit *Rota in Placentinâ decimarum
31. Ianuar. 1586. coram Bubalo*: Tum etiam quia † ex 16
productione alterius tituli inualidi per Anguissiolos
factâ nempè ex productione venditionum de quibus
supra, cessat præsumptio alterius tituli, ex quo pro-
ducens titulum inualidum, præsumitur meliorem nō
habere, *Paris. cons. 27. num. 119. lib. 1.* cum aliis adduct.
*per Maresc. d. cap. 13. num. 5. vsque ad 9. Seraf. dec. 671.
numero 8. Rota diuer. decis. 731. numero 19. par. 1. &
decis.* 208. *num. 2. par. 4. & in recent. decis. 286. num.
2. in princip. par. 2. & Greg. decis. 462. num. 7. in
princ.* Quæ conclusio in subiectâ materiâ, est ve-
rissima.

Ex quibus bene etiā in prædictis sententiis Ordina-
rij Placentini fuit firmatum præceptum, alias factū
Anguissiolis de nō molestando Archipresbyterum in
perceptione d. alterius dimidiæ quartæ decimæ, cùm
eum

17 enim † Anguissioli sint ,decimarum incapacei, ipsisque resistat , *d. c. causam quæ de præscript. & cap. du-*
18 *dum extra, de decim.* † & Archipresbyter habeat intentionem fundatam , dig. vti Rectori ius assistat, *c. cum contingat , &c. cum in suâ, eod. tit. Greg. XV. decis.*
19 449. *in princ.* & alibi Rota millies , † decimæ percipi debeot à Rectore , non autem ab Anguissiolis , &c.

Et ita decisum vtraque,&c.

Narnien. Hæreditatis.

Lun. 28. Maij, 1629.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Identitas schedulæ testamenti Notario consignati per testatorem , licèt probata fuerit , si tamen non fuit scripta manu testatoris, nec constet in actu consignationis illam fuisse coram testatore , & testibus lectam , probatum non remanet , scripta & contenta in eâ fuisse quæ testator scribenti dictabat, dum schedula scribebatur, contrarium num. 4.*

2 *Testamentum factum ad relationem alterius scripturæ non valet nisi scriptura illa ad quem habita est relatio sit manu testatoris scripta.*

Intellige DD. hanc opinionem tenentes. vt nu. 3. & contraria sententia firmatur, num. 4.

DECISIO CCVI.

OMINIS placuit Decisio in hac causa facta 24. *Ian.* præteriti, quâ fuit resolutum , Capitulum , & Canonicus Sancti Nicolai Collitcipionis, hæredes scriptos in testamento q. Rosæ Horæ esse immittendos ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* in possessionem bonorum quæ illa mortis suæ tempore possidebat : Quia quæ dicebantur de non productione originalis, & contra identitatem foliorum Testamenti ; seu schedulæ Notario consignatæ per Testatricem , nec non de fideicommisso Antonij Patris Franciscæ , & dictæ Testatricis, & de eius purificatione ; ac demum aduersus detractionea per Capitulum prætensas fuerunt abunde sublata in dicta Decisione ; adeò vt visum hodie fuerit nihil in contrarium quod releuet de nouo fuisse adductum.

1 Solùm † itaque fuit facta aliqualis difficultas in eo quòd, quamuis schedula prædicta sit illamet, quæ fuit Horatio per Testatricem consignata; quia tamen non fuit scripta Testatricis manu , quæ neque scribere sciebat, vt dicitur in eadem schedulâ, & vt prætenditur nec legere, & non constar quòd in actu consignationis fuerit coram Testatrice & Testibus lecta: non inde sequi quod in eâ contenta , & scripta fuerint , quæ Testatrix dum schedula scribebatur , scribenti dictabat, & declarabat, iuxta doctrinam *Bartol. in l. si ita scripsero, num. 1. ff. de condit. & demonstr.* vbi ob
2 dictam incertitudinem sentire videtur , quòd † non valet Testamentum ad relationem alterius scripturæ, nisi scriptura illa; ad quam habita est relatio sit manu Testatoris scripta, & ibi etiam *Soccin. num. 2. Aret. in l. hæredes palam, in princ. ff. de testam. Ruin. cons. 10. num. 7. lib. 3. Gozad. cons. 3. num. 11. & 12. Rub. cons. 14. num. 5. & 8.* Et esse receptam opinionem testantur *Menoch. cons. 313. nu. 45. & Gratian. discept. for. cap. 973. per tot.*

Verùm re bene, & maturè discussâ , Domini vnanimiter censuerunt difficultatem prædictam nec applicari ad casum nostrum , nec in iure sustineri : In primis non applicatur quia *Bartol.* & alij Doctor. supracitati loquuntur quando fit relatio ad scripturam, quæ erat penes aliam personam de tempore, quo relatio facta fuit , hîc autem agitur de scriptura quæ de tempore relationis , id est consignationis Notario factæ , erat penes Testatricem : vlteriùs ibi agebatur de scripturâ dimissâ penes personam priuatam , & sine aliâ probatione dimissionis; hîc de scripturâ per eandem Testatricem publicæ personæ consignatâ coram septem testibus ; cuius propterea identitas non potest controuerti stante publico consignationis instrumento , vt in dictâ Decisione in hac causâ factâ, & maximè quia Notarij legalitas publico Communitatis loci testimonio fuit commendata , quo etiam fit, vt non sit opus probare quòd scriptura fuerit lecta, quando fuit consignata, vt ad sensum patet. Deinde † contraria sententia est in iure verior , & magis 4
recepta, & communior etiam quoad hæredis institutionem, quando, vt in casu nostro, vt dictum est, scriptura relata est prorsus certa, & indubitata, quia tunc eo ipso redditur etiam certum quòd ibi contenta, & scripta sunt, quæ testator in ea scribi voluit, & mandauit. *Bald. in l. asserto, num. 3.* per illum Tex. & ibi. *Angel. num. 1. ff. de hered. instit. Castr. in l. hac consultissima. §. per nuncupationem C. de Testam. Ias. in l. certum num. 2. vers. quam tamen limita, ff si cert. pet. & in auth. quod sine, C. de testam.* & ibi *Natt. num. 26. Soccin. Sen. cons. 141. lib. 1. Alciat. resp. 126. incip. luce speciarij, lib. 9. Clar. in §. Testamentum quæst. 2. vers. sed pone, & quæst. 36. in fine. Couar. in cap. Cum sibi, vers. satis tamen crederem. de testam. Peralt. in tit. de hæred. instit. num. 77. Padill. in l. tum quidam, num. 11. ff. de leg. 2. Guttier. pract. quæst. lib. 2. quæst. 31. num. 4. Matthæu. de testam. lib. 5. tit 4. lib. 1. glos. 16. num. 23. & Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 17. num. 53. in fine.* vbi respondit ad Text. *in l. iubemus C. de Testament.* quæ disponit in Testamento nuncupatiuo nomen hæredis esse exprimendum a Testatore , nec *Bart. & Menoch. vbi supra* dissentiunt.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Taurien. Professionis.

Ven. 1. Iunij, 1629.

ARGVMENTVM.

Professio est nulla, si fuit emissa ante completum decimumsextum annum. Ætas probatur ex libro Baptizatorum, & quæ requirantur vt d. liber fidem mereatur : Et an omissio solemnitatum, quæ in illius custodia à Constitutionibus Synodalibus desiderantur, ei fidem adimat.

SVMMARIVM.

1 *Professio emitti debet post completum decimum sextum annum , iuxta dispositionem Concil. Trid.*

2 *Ætas probatur ex libro Baptizatorum, & quæ requirantur vt d. liber probet. nu. 3. & 5. vbi an talia requisita sint de substantiâ vel non.*

4. *Liber*

4 *Liber Baptizatorum sufficit quòd habeat adnotatam diem, quo quis fuit Baptizatus, licèt deficiat dieo natiuitatis.*

6 *Omissio aliquorum solemnitatum, quæ desiderantur in inspiciendo, si fuerit per imperitiam facta, non impedit quominus venter sit in possessionem mittendus.*

7 *Solemnitatis modica omissio non vitiat actum.*

8 *Professio non vitiatur ex modico defectu solemnitatis requisita in faciendis professionibus, ex statutis Monasterij.*

9 *Notarij omissio, aut imperitia in accidentalibus non nocet partibus.*

10 *Liber Baptizatorum si ex Decretis Visitationum, & Constitutionibus Synodalibus non habentibus clausulam annullatiuam seu Decretum irritans, custodiri debeat a Parochis cum certis modo, & forma, illis deficientibus non adimitur fides libro sed solum Parochi puniri possunt.*

11 *Identitas libri Baptizatorum si bene aliunde probetur omissio solemnitatum, quæ requiruntur in illius custodia ad probationem identitatis eiusdem, non præiudicat.*

12 *Liber Baptizatorum, non refert, si sit diuersis caracteribus conscriptus quando in Ecclesia probatur non adesse Parochum perpetuum, sed Curatos ad nutum amouibiles.*

13 *Falsitas libri quòd fuerit à pluribus conspirata non est verisimile.*

14 *Recognitio manus Parochi qui scripsit in libro Baptizatorum non est necessaria, constito de libri identitate.*

15 *Testis deponens per hec verba,* sed bene misericordo, *non probat.*

16 *Testes deponentes de crudelitate, & eorum iudicio, non probant.*

17 *Reuelationes testium facta virtute monitorij & metu censurarum, nonprobant sine iuramento & interrogatorijs*

18 *Libro magis statur, quàm testibus, in concursu.*

19 *Liber Curati, licèt sit priuata scriptura ex publico tamen fidem meretur.*

DECISIO CCVII.



OMINI dixerunt esse iustas sententias in partibus latas per Delegatos Apostolicos, quibus declaratū fuit professiones emissas per Nicolaum Aduocatum in Religione Carmelitarū fuisse nullas, nullámque produxisse aut producere obligationem, ipsúmque remanere Presbyterum sæcularem, & in paternis, & maternis bonis succedere posse, & aduersus lapsum quinquennij à die emissarum professionum esse restituendum. Quandoquidem quoad professionem res est clara apud vtrámque partem, quia illa fuit emissa in Ciuitate Genuæ die 6. Ianuarij 1611. Vnde aut attendenda Natiuitas; de qua in libro Baptismi, vt prætendit Nicolaus quæ fuit de
1 mense Decembris anni 1596. & † hoc casu de tempore professionis non solùm non compleuerat decimum sextum annum, vt requirit *Concil. Trident. sess. 25. cap. 15. de regul.* sed nec illum attigerat; Aut verò habenda est ratio natiuitatis prætensæ per Procuratorem Religionis, & de qua videntur deponere eius Testes, videlicet de mense Maij 1595. & ad oculum patet tempore dictæ professionis non compleuisse annum decimum sextum.

Quo verò ad secundam professionem, quæ fuit facta Taurini die 12. Februarij 1612. attenta ætate, iuxta librum Baptismi, pariter non compleuerat sexdecim annos; quia adhuc deficiebant circiter octo
menses; recepta autem est iuris conclusio, † Ætatem probari per librum Curati vulgo librum Baptizatorum nuncupatum, ad textum *in l. Imperator Titus 8. iuncta glos. ff. de stat. hom.* Et de simili libro *Conc. Trid. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1. in fin. Dec. in capitulo cum causam in 3. col. in fin. Lap. in l. de ætate, num. 33. ff. de minor Anchar. cons. 44. num. 5. vers. contrarium, Cran. cons. 158. num. 5. Bertaz. cons. ciuil. 67. num. 1. Cran. de antiq. temp. par. 1 §. vidimus, nu. 260. Rebuff. de registr. seu libr. Baptism. num. 11. tom. 2. Mascard. de probat. conclus. 672. Io. Maur. de restit. in integr. cap. 321. Caldas. eod. tract. in verb. minoribus, num. 30. & Odd. etiam eod. tract. quæst. 37. num. 83. par. 1, Menoch. præsumpt. 51. num. 53. lib. 1. Mandos. in regul. 18. Cancell. quæst. 10. num. 3. Genu. de script priu. lib. 5. tit. de lib. Plebani quæst. 1. num. 1. & seq. Modern. Roman. discept. forens. cap. 491. nu 18. & cap. 707. n. 43. Vui. decis. 184. num. 2. lib. 1. Iosep. Ludou. decis. Perus. 55. num. 7. Verall. decis. 314. parte 1. Seraph. decis. 1138. num. 2. & Rota decis. 595. num. 2. par. 1. & decis. 15. num 2. & decis. 643. num. 5. par. 1. recem. & apud bo. me. Card. Canal. decis. 444. num. 4. & in Bononien. domus 1. Iunij 1597. coram Bubalo, & in Vrbeuetana bonor. 27. Martij 1615. coram Illustrissim. Card. Verospio, & in Romana nullitatis obligationis 16. Ianuarij 1626. coram me;* Cuius conclusionis ratio assignatur a *Menoch. Mascard. Genu.* & aliis in dictis locis. 2

Et tanto magis † in præsenti, dicto Curati libro fides adhiberi debet: Quia ex visione, & exhibitione per modernum Curatum, nec non recognitione originalis firmiter factis coram Iudicibus delegatis, de quibus in actis causæ, bene constat de eius identitate, id est, esse verum, eumdémque librum Baptizatorum de eo anno, & fuisse repertum penes Curatum successorem, & in loco solito nempè in Armario Sacristiæ, prout de iure desideratur, *Genu. vbi supra num. 4. vers. sic etiam, & Seraph. decis.* 1182. † Nec refert quòd in eo non fuerit adnotata dies natiuitatis, sed tantum dies, quo Nicolaus fuit Baptizatus, *Menoch. & Mandes. vbi supra, & Farinac. par. 1. fragment. criminal. num. 141.* vbi rationem assignat: Cuius etiam fides non parum adminiculatur ex reuelatione Io: Baptistæ Gini Presbyteri, virtute monitorij Ecclesiastici facta, qui deponit Nicolaum fuisse natum de dicto anno 1596. & reddit optimam scientiæ causam; nempè quia tunc inseruiebat illi Ecclesiæ, & ex simili reuelatione Bernardini, & Magdalenæ coniugum, nec non ex transactione de anno 1623. & sic multò post vtramque professionem facta inter fratres Carmelitas, & Nicolaum, super restitutione bonorum, quam verisimiliter non fecissent, quinimò nec facere poterant, nisi intellexissent, & reputassent eum non esse professum. 3 4

Neque obstat † quòd liber non fuerit curiosè tentus prout ordinatur in Decretis Visitationum, & Constitutionibus Synodalibus, vbi quòd liber debet esse foliorum ad minus ducentum, coopertus hedina carta candida, ac sine macula, & auro in suis extremitatibus delineatus, cordulis sericeis, rubei coloris, ad claudendum munitus, & in eo recta verborum formula describi annus, mensis, & dies, noménque cuiúsque baptizati, & nomen, cognomen patrinorum: Quia dicebant Domini, quòd ex prædictis requisitis descriptio anni, mensis, & diei, nominísque baptizati ad effectum probandi ætatem sunt, aut esse possunt de substantia secundum occurrentiam casuū; & hæc in partia baptismatis Nicolai bene obseruata leguntur, prout etiam descripto nominis, & cognominis Patrinorum: Alia verò spectantia ad exteriorem, & decoram libri figuram non esse de substantia; 5
sed

ſed potius inſtructionem Parochorum ; & vt liber ſic
ornatus faciliùs cuſtodiatur, difficiliúſque deperdi
poſſit. Vndecum de libri identitate conſtet, omiſſio
accidentalis ſolemnitatis, circa exteriorem libri figu-
ram, cauſata ex imperitia, aut negligentia Parochi,
non debet Nicolao nocere, prout in fortioribus ter-
6 minis † ſi per imperitiam, aut alias omittantur aliquæ
ex ſolemnitatibus, quæ in ventre inſpiciendo ſunt ad-
hibendæ, vt facilè conſtare poſſit in identitate par-
tus, iuxta *l. 1. in princip. cum §§. ſeq. ff. de ventr.*
inſpic. non ideò minus venter, aut puer natus ſunt
in poſſeſſionem mittendi, *d. l. 1. §. fin. cum leg. ſeq.* ibi
ſi per imperitiam aliquid fuerit omiſſum ex iis, quæ præ-
tor ſeruari volui[t], non obeſt partui, quale eſt ſi quid ex
iis, quæ leuiter ſeruanda prætor edixit, non ſit factum,
7 vbi *Bartol.* † Quod omiſſio modicæ ſolemnitatis non
vitiat actum, *Bald. in l. cum quis, §. in pupillaribus ff.*
de Iur. Iur. & facit text, *in c. noſtrates iuncta gloſ. verb.*
non interueniant, 3. q. 1. & in ſimili *Menoch. conſ. 96.*
8 *per tot.* vbi † quòd modicus defectus ſolemnitatis re-
quiſitæ in faciendis profeſſionibus, ex ſtatutis Mona-
ſterij, non vitiat profeſſionem, & bene etiam facit
text. in *d. l. Imperator Titus*, & ibi *gloſ. verb. Impera-*
9 *tor, ff. de ſtat. hominum,* † Et quòd omiſſio, aut impe-
ritia Notarij, in huiuſmodi accidentalibus non no-
ceat partibus, diſponit. *Text. in l. fin. in fine*; & ibi
gloſ. C. de fideiuſſ. Ioſ. in l. errore num. 6. C. de teſtam.
& bene *Menoch. conſil. 37. per tot. Seraph. deciſ. 1115.*
num. 5.

10 Præterea fuit etiam bene reſponſum † quòd in
Decretis, & Conſtitutionibus prædictis, ſimpliciter
Parochis ordinatur modus, ſeu forma tenendi librum
baptizatorum, ſine aliqua clauſula annullatiua, ſeu
decreto irritanti, Vnde cum Parochi in illa Diæceſi,
alias de iure, circumſcriptis ſopradictis Decretis, &
Conſtitutionibus, habeant poteſtatem tenendi librum
ſine huiuſmodi exteriori forma, eius omiſſio non adi-
mit fidem libro, ſed solùm operatur, vt Curatus pu-
niri poſſit, iuxta *gloſ.* communiter approbatam in
Clem. 1. verbo inhibentes, de Iurepatr. & ibi *Card. qu.*
7. Ancharan. in 3. not. & in cap. ſtatutum §. fin. per tot.
de reſcript. in 6. & in Clem. 1. num. 12. verſ. & hoc vi-
detur, de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Fel. in cap. ex parte li-
mit. 2, 2. de conſtit. Suar. de legibus lib. 5. cap. 31. num.
10. Io. de Salas de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſput. 16.
ſect. 8. num. 33. Put. deciſ. 330. num. 6. lib. 1. in nouiter
impreſſ. Rota deciſ. 34. num. 2. par. 1. recentior. & in
Firmana Penſionis 15. Decembris 1627. coram me;
Et accedit quòd, vt dictum eſt, dictæ ſolemnitates,
ornatum libri reſpicientes, tendunt ad effectum ob-
ſeruandi, & cuſtodiendi librum & facilius proban-
di illius identitatem. Vnde cùm iſte effectus, in præ-
11 ſenti habeatur; † ex quo de libri identitate conſtat,
ex ſupradictis, ommiſſio earum non attenditur, ad
text. *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. oblig. Alex.*
& Iaſ. in l. 1. per illum text. ff. de lib. & poſthum. &
Rota deciſ. 67. num. 2. par. 2. recentior. Minus obſtat
12 † quòd liber reperiatur diuerſis characteribus deſcri-
ptus; Quia hoc euenit, vt fuit probatum in actis, ex
quo in ea Eccleſia non adeſt Parochus perpetuus pro
exercenda cura; ſed ea exercetur per Curatos ad nu-
tum amouibiles; Vnde non minor, ſed maior libro,
13 fides adhiberi debet : Quia † non eſt veriſimile, quòd
plures Curati inſimul conſpirauerint ad fabricandum
librum falſum, *l. hac conſultiſſima, in fine. C. qui teſtam.*
fac. poſſ. Bart. in quæſt. de regim. Ciuit. num. 30. Crauett.
de antiq. tempor. par. 1. verſ. quid libro Officialis, n. 23.
Nec ſimiliter obſtat quòd non fuerit recognita ma-
nus Parochi, qui dictam partitam ſcripſit; Quia vltra
quod recognitio viſa fuit adeo difficilis, vt pene im-
poſſibilis videatur, prout etiam reddens rationem de-
ponit modernus Curatus, ſiue Præpoſitus : † dicta 14
recognitio non eſt neceſſaria, conſtituto de identi-
tate libri, cui vt dictum eſt, de Iure fides eſt adhiben-
da : Quod autem in eo non reperiantur deſcripti qui-
dam, qui probantur nati de eodem anno, non debet
redundare in præiudicium deſcriptorum, & potue-
runt in Eccleſia baptizari.

Demum nõ obſtant Teſtes dati pro Religione; Quia
Donatus Gutrur, qui dicit ſe baptizaſſe Nicolaum,
de anno 1595. imminente neceſſitate, † deponit du- 15
bitatiuè, & conditionaliter, videlicet per hæc verba,
ſe bene mi ricorde, qui propterea non probat *Iaſ. in l.*
1. num. 13. cum ſeq. ff. de Iuſt. & Iur. & ibi *Iaſ. num.*
15. Alex. conſ. 33. num. 18. lib. 3. & eſſe communem,
& receptam ſententiam, teſtatur *Farin. de teſtibus qu.*
68. num. 12. & 14. quam, etiam ſequuta fuit *Rota deciſ.*
9. num. 2. par. 2. diuerſ. Eodemque modo deponit
Violantes; Amodeus autem clarè dicit non recordari
de die, menſe, & anno, & deponit ex relatione d.
Violantis Vxoris ſuæ, Anna licèt in reuelatione de-
ponat de Nicolao; tamen in repetitione, quæ attendi
debet, solùm concludit, quòd anno, quo natus ſibi
fuit filius Franciſchinus, Mater Nicolai peperit; Vn-
de non concludit magis de Nicolao, quàm alio filio:
Alij verò Teſtes, aut non concludunt quidquam re-
leuans; † aut deponunt de credulitate, & de ſuo iu- 16
dicio; qui ideò non probant ætatem, *Bald. conſ. 19.*
nu. 3. lib. 5. Maſcard. de probat. concluſ. 668. n. 24. Greg.
XV. deciſ. 290. num. 2.

Denique Donatus, & plures alij ex dictis Teſtibus
non fuerunt repetiti in hoc iudicio : ſed eorum di-
cta ſunt ſimplices † reuelationes virtute monitorij, 17
& metu cenſurarum, quæ ſine Iuramento, & Inter-
rogatoriis partis non probant, ad text. *in cap. 2. de*
Teſtib. l. ſi quando, C. eod. Bart. in l. vlt. ff. de quæſt. &
dixit *Rota in Ariminen. Caſtrorum 19. Nouembris 1599.*
coram Cardinale Lancellotio, quæ eſt *deciſ. 138. impreſſ.*
poſt Secundum volumen conſil. Farinae. & in Anconi-
tana Cenſuum, 12. Iunij præteriti coram me : Et in om-
nem caſum Dominis viſum fuit, † In concurſu, magis 18
ſtandum eſſe libro, quam Teſtibus, † licèt enim Cu- 19
rati liber, in rigore, priuata ſit ſcriptura, ex publico
tamen fidem meretur, *ex Menoch. Mandoſ. Genu.*
& aliis ſupra in princip. allegatis. Vnde ſtantibus præ-
ſertim, pro fide libri, tranſactione, & adminiculis
ſupradictis, intrare videtur, *regu. text. in l. cenſus, ff.*
de probat. Innoc. in c. cum Ioannes, num. 6. de fid. Inſtrum.
Crauett. conſil. 59. num. 15. & Rota deciſ. 91. num. 9. &
592. num. 6. par. 1. recentior. Quæ dicebantur de ta-
cita profeſſione, reiecerunt Domini ad aliam diſpu-
tationem.

Et ita vtraque parte ſæpius informante, &c.

Mediolanen. Penſionis.

Ven. 2. Iunij, 1629.

ARGVMENTVM.

Condemnatus ad fructus exactos, an & quando cenſeatur etiam condemnatus ad fructus, non solùm per eum, ſed etiam per alium exactos.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio habet vim mandati.*

2 *Pecunia exacta de mandato alicuius, habetur vti exacta ab ipſomet mandante.*

3 *Senten-*

3 *Sententia condemnans aliquem ad fructus exactos, intelligitur solùm condemnare ad fructus per eum non per alium exactos, etiam quod ille, ex causa habita à condemnato exegerit. Intellige, vt n. 5.*
4 *Verba sententiæ sunt strictè intelligenda.*
6 *Sententia ex actis declaratur.*

DECISIO CCVII.

SAnctus Carolus Archiepiscopus Mediolanensis reseruauit, Authoritate Apostolica Pensionem scutorum 1000. auri, ad fauorem Beneficiatorum dictæ Ecclesiæ, super fructibus Monasterij B. Matiæ Miramundi, Hospitali Magno Mediolanen. vniti; & deinde, eâdem authoritate, dictam Pensionem assignauit, vsque ad certum tempus, fabricæ Domorum Canonicalium, quæ tunc ædificabantur; quo tẽpore elapso, cùm Canononici continuarent partem dictæ Pensionis exigere; Beneficiati, de mense *Aprilis*, 1613. litem contra Canonicos mouerunt super immissione in quasi possessionem percipiendi integram Pensionẽ: Et per duas sententias Rotales obtinuerũt immitti; nec non Canonicos, & Capitulum condemnari ad restitutionem Pensionum perceptarum à die litis motæ: Cùm autem dictæ sententiæ ex clausula, *appellatione remota*, transitum fecerint in iudicatum, fuit mihi commissa causa liquidationis in secunda Rotali sententia reseruatæ; Vnde fuit datum dubium, ad quam summam ascendant pecuniæ per Capitulum exactæ, & perceptæ à die motæ litis, ex causa Pensionis annuæ supradictæ, Quo proposito die 12. *February* præteriti, prætendebant Beneficiati ascendere ad scuta 5500. prout in duodecim partitis, formiter recognitis, eorum *Summario num.* 3. & 4. Ex quibus Beneficiati agnoscendo bonam fidem, dicebant, esse detrahenda scuta 3300., quæ per Thesaurarium fabricæ Domorum Canonicalium fuerunt exposita ad eorum cõmodum; & sic summam liquidam remanere in scutis 2200. & in hoc nulla videbatur esse difficultas.

Pro parte autem Capituli, partitæ, & liquidatio, vt supra non controuertebantur, nec etiam, an Capitulum simpliciter teneatur, prout controuerti non poterat, quia, vt dictum est partitæ prædictæ sunt liquidæ, & formiter recognitæ, & quod teneatur, fuit iam resolutum in duabus Decisionibus in hac causa factis; ex quibus contra Capitulum emanarunt duæ sententiæ supradictæ, & quidem meritò; quia licèt exactio facta fuerit per Thesaurarium fabricæ Ecclesiæ Majoris, non autem per Capitulum, seu Thesaurarium fabricæ Canonicalis, tamen cõstat quòd facta fuit ad vtilitatẽ fabricæ Canonicalis, ex quò de an. 1608. fabrica Ecclesiæ Maioris mutuauit certá pecuniarũ summam fabricæ Canonicali pro perficiendis dictis domibus, & vice versa Capitulum assignauit fabricæ Maiori dictam ratam partem pensionis, de qua agitur; vndè patet, quòd licèt exegerit Thesaurarius fabricæ Maioris, idem est in effectu, ac si exegisset fabrica Canonicalis, seu Capitulum, quod iam pecuniam receperat à dicta fabrica Maiori ad vtilitatem fabricæ Canoni-
2 calis, & sic Capituli: † Cessio enim prædicta facta
per Capitulum, fabricæ Maiori, vim mandati habuit, *l. si mandauero, la seconda §. interdum. ff.* & consequenter quòd ex ea exegit fabrica maiori, habetur vti exactum à Capitulò, *l. non obtulit C. de nouat. Bart. Alex. Dec. Socc.* & cæteri omnes in *l. 2. §. creditum ff. si cert. pet. Felin. in cap. si cautio, num. 72. & consil. 14. n. 19. vol. 1. Gutier. alleg. 1. nu. 30.*

Vnde solòm stetit difficultas, an Capitulum teneatur ad dictos fructus, vt supra liquidatos in vim dictarum sententiarum, de quarum executione agitur,

Ratio dubitandi pro Capitulo fuit † quòd sententiæ 3
condẽnent Capitulum simpliciter ad pensiones exactas post litem motam, & sic solùm in exactis per dictum Capitulum, non autem per alium, etiam quòd exegerit ex causa habita à Capitulo, *Put. decis. 197. lib. 3. & Achill. decis. 21. de restit. spol.* vbi quòd condẽnatus simpliciter in fructibus quamuis aliàs de iure teneatur, & condemnari potuisset etiam in fructibus per alium perceptis, non tenetur de fructibus exactis per alium ex bonis in eum condemnatum translatis
post litem, ea ratione quod † cum verba sententiæ 4
sint strictè intelligenda, *l. 1.* vbi DD. *C. si plur. vna. Sent. & l. Paulus 43. ff. de re iud. cap. dilectus*, vbi *Abb. de off. ordin. Dec. cons. 43. nu. 4.* Condemnatus in fructibus perceptis debet intelligi condemnatus in fructibus vere per eum perceptis, non autem per alium, quia tunc dicitur fictè percepisse.

Sed hæc difficultas † facillime ad fauorem Benefi- 5
ciatorum remota fuit, quia stante dicta cessione ad vtilitatem fabricæ Canonicalis facta per Capitulum fabricæ Maioris, quæ, vt dictum est importat mandatum, ita vt exactio censeatur facta per Capitulum, dictæ Decisiones *Put. & Achill.* nullo modo, nullàque ratione casui nostro applicantur, quia in eis fructus fuerunt percepti ex bonis penitus in alium trãslatis. In casu autem nostro. Aut non potest dici translatio, cum dicta cessio solùm importet mandatum. Aut quatenus talis dici posset, fuit facta ad commodum Capituli, seu fabricæ Canonicalis, quæ totidem pecunias à fabrica Maiori receperat. Quæ pecuniæ cum in genere suo functionem recipiant, id est, quæ datæ fuerunt fabricæ Canonicali per fabricam Maiorem, vicem earum habeant, quas Capitulum ex dicta pensione eidem fabricæ maiori assignauit, non diuersæ, sed eædem penitus pecuniæ censentur, *l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet. Con. lib. 7. Commeut. cap. 1. num. 4. Briso. de verb. signif. verbo, fungi, Io. Robert. lib. 3 senten. cap. 14.* & cum in actis constet, quod dicti fructus, seu
termini per fabricam maiorem exacti fuerint petiti, 6
† sententia ex actis declaratur, vt sit intelligenda etiã de dictis fructibus, *l. hac sententia 1. C. de sent. quæ sin. cert. quant. l. at Prætor §. 1. ff. de re iud. Paul. de Castr. cons. 91. num. 12. lib. 1. Cefal. cons. 77. num. 34. Vant. de nullit ex defect. process. num. 105. vers. præmissa tamen.* Ex quibus talem fuisse Rotæ mentem in prædictis Decisionibus, & sententiis, Domini hodie non dubitarunt, &c.

Et ita decisum vtraque, &c.

Ianuen. Parochialis S. Fidei.

Merc. 6. Iunij, 1629.

ARGVMENTVM.

Narratiua Gratiæ iustificari debet per impetrantem; maximè quando est fundamentum Gratiæ, & habet contra se iuris præsumptionem. Vltimi status probatio, An, & quando sufficiat, & plura de subreptione Gratiæ, quæ habes in summario.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua, quòd Parochialis solita sit conferri in titulum, iustificari debet per impetrantem.*
2 *Præsertim, quando dicta narratiua est principale fundamentum Gratiæ.*

3 *Vicarij temporales ad nutum amouibiles, deputari solent in Ecclesiis Regularium.*

4 *Status vltimus attenditur, dum quaritur de qualitate beneficij.*

5 *Reus, & Possessor non tenetur quidquam iustificare.*

6 *Vltimum statum probari sufficit, ad effectum iustificationis Gratia.*

7 *Gratia subreptitia est nulla.*

8 *Gratia est subreptitia ob non factam mentionem de pacifica possessione, in qua quis existebat vigore concessionis Apostolica.*

9 *Papa non prasumitur conferre velle beneficium in praiudicium etiam coloratè possidentis.*

10 *Fides exemplationis Instrumentorum non releuat sine illorum tenore, prasertim si non fuit facta à Notario rogato, seu alia legitima persona vt latius, num. 11.*

12 *Collationes, & Gratia beneficiorum non probantur per testes, sed per litteras.*

13 *Testi deponenti de proprio iudicio non creditur.*

DECISIO CCVIII.

ECclesia Parochialis Sanctæ Fidei Ciuitatis Ianuen. quæ est membrum Præceptoriæ S. Ioannis de Burgo Religionis Hierosolymitanæ, fuit de anno 1615. à tunc Præceptore, cõcessa in perpetuum, Congregationi Clericorum Regularium Minorum cum confirmatione Apostolica, & possessione subsecutis: Sed nihilominus Sebastianus Bennenutus, de anno 1618. cum narratiua, quòd illa aliàs obtenta per Ioannem Mariam Gandum vacabat per quadriennium, & vltra per assecutionem alterius incomparabilis, sicque Ius conferendi esse ad Papam deuolutum, iux. Constitutionem Pij V. in nouo Bullario tom. 2. constit. 33. obtinuit eandem sibi conferri, vt in litteris Apostolicis desuper expeditis, pro quarum exequutione lata sententia per Ordinarium Sauonen. Exequutorem; Clerici præfati appellarunt: Et commissa mihi causa cũ facultate etiã dictas litteras exequendi dubitatum hodie: An illæ exequendæ sint. Et fuit vnanimiter per Dominos negatiuè resolutum: Præcipua resolutionis
1 fuit, † Quia quicquid sit de aliis narratis, illud vnum
non fuit iustificatum, nempè hanc Parochialem solitam esse conferri in titulum, quod tamen debuit per Sebastianum impetrantem omnino iustificari, ex reg. text. *in l. 2. ff. de probat. & c. 2. de rescript. Io. Andr. in cap. 1. num. 2. vers. in beneficialibus de lit. contest. in 6. Abb. in cap. quia circa n. 3. de consang. & affin. Paris. cons. 49. n. 3. lib. 4. Rota decis. 20. de praben. in nou. & in recent. decis. 24. num. 1. par. 2. & apud Greg. XV. decis. 241. num. 5.*
2 † Et præsertim cùm dicta narratiua solitæ collationis
in titulum sit principale fundamentum Gratiæ Sebastiani, *Put. decis. 262. li. 3. in nouiter impressis, Rota decis. 293. num. 3 par. 1. & in recent. decis. 179. num. 3. & 296. nu. 1. par. 2.* Nec non quia habet contra se iuris præ-
3 sumptionem, ex quo † in Ecclesiis Regularium de
iure deputantur Vicarij temporales ad nutum, *c. 1. de Cappell. Menoch. & ex Const. Pij V. super Vicariis nduu, Gonzal. super reg. 8. gloss. 5. §. 6. Bellam. decis. 203. Cassad. decis. 4. nu. 3. & decis. 12. nu. 9. de preb.* & fuit dictum *in Ianuen. Parochialis 19. Aprilis 1627. coram me.* Vnde tanto magis debuit per Sebastianum impetrantem & concludenter probari. *Io. Andr. in quast super quarta per Rectorem contra Episcopum proscribẽda*, per eum disputata *in cap. fine possessione, de reg. iur. in 6. Bellam. decis. 674*

Deinde accedit quòd imò vltimus status fuit de manuali, vt probatur ex duabus vltimis prouisioni-
4 bus pro parte Clericorum exhibitis; † qui vltimus
status attendi solet, cùm quæritur de beneficij qualitate, *c. cum de beneficio de preb. in 6. Dec. cons. 126. nu. 1. Rota decis. 2. de preb. in nou. & apud Seraph. decis. 1095. nu. 3. & 4.* Vnde Clerici non solùm excludunt Sebastianum, ex eo quòd non iustificauit suam Gratiam quòd eis satis esset ex regula Actore non probante,
&c. ipsi enim † vti rei conuenti, & possidentes, nõ te- 5
nentur quidquam iustificare, *Abb. in cap. licèt Heli. in fine de Simon. Innoc. in c. veniens, il 2.* & ibi *Felin.* qui testatur de communi *num. 13. de testib. Feder. de sen. cons. 103. in princ. & prope finem, Rota decis. 26. sub n. 10. par. 2. diuers. & decis. 612. & 728. num. 2. & 739. num. 4. par. 2. recentior.* sed etiam ex abundanti probant cõtrarium, & iustificant suam Gratiam, quæ cantat de
manuali † Quia ad effectum Iustificationis Gratiæ 6
sufficit docere de vltimo statu, *Abb. in cap. nobis, nu. 8. vers. si verò non constat, de Iurepat. Innoc. in c. postulasti num. 1. post med. eod. tit. Rota decis. 737. num. 5. par. 2. recentior & apud Greg. XV. decis. 482. num. 7. & in Asculana ii Parochialis 12. Martij 1586. coram Orano.*

Tandem Gratia † Sebastiani fuit subreptitia, & ideo 7
nulla, *c. ad aures de rescript. cap. si motu proprio de preben. in 6. Felin. in cap. ad audientiam, il 2. num. 22. de rescript. Cassad. decis. 3. n. 4. de pens. & Greg. XV. decis.*
450. num. 1. † Subreptio autem est clara, dum Se- 8
bastianus non fecit mentionem de pacifica possessione plurium annorum, in qua Clerici existebant, vigore supradictæ, concessionis Apostolicæ, *cap. cum nostris*, vbi *Abb. n. 1. de concess. praben. Felin. in cap. in nostra num. 32. de rescrip. Gomes, super regula de annali quast. 10. Mandos. super eadem regula quast. 49.* Et in fortioribus terminis, *Rota in Carolen. Praceptoria 6. Martij 1627. coram Reuerendiss. Domino Decano, & in Casalen. beneficiorum 10. Decembris 1617. coram D. meo Merlino.* Et certum est quòd possessio Clericorum, & maximè tot annorum, vt supra si per Seba-
stianum fuisset narrat, non † solùm Papam reddidis- 9
set difficiliorem, quinimo verisimiliter retraxisset; cùm non præsumatur eum in præiudicium, etiam coloratè possidentis, velle alteri beneficium conferre, vt benè præcitati Doctores, & *Anton. de Butr. in d. cap. cum nostris, num. 17. vers. si verò possessio, Bero. in cap. super litteris, num. 72. vers. decimo septimo in impetratione, de rescript. Io. de Silu. in tract. de benef. par. 3. quast. 11. vers. item si Papa, Menoch. de Arbitr. cas. 101. n. 139. & Rota in dictis Decisionibus:*

Vnde non obstat prætensa Instrumenta collationũ, quæ dicuntur cantare in titulum. Quia in primis inde non tollitur subreptio Gratiæ Sebastiani, ex causa supradicta: deinde Dominis fuit data solũ fides cuius-
dam exemplationis collationum, † quæ præterquam 10
quòd non releuat sine Instrumentorum tenore, *auth.*
si quis in aliquo, C. de eden. † In omnem casum cùm 11
non constet quòd illa fuerit facta à Notario de dictis Instrumentis rogato, vel ab alia legitima persona, sed solùm à quodam asserto Notario attestante per hæc verba, *hac est exemplatio publicorum Instrumentorum, & scripturarum in authentica, & probanti forma, &c.* solùm inde probatur exemplatiu, de qua ille Notarius fuit rogatus: non autem Instrumenta, ex quibus exempla sumpsit, & de quibus non fuit rogatus, esse authentica, & in forma probanti *§. nos antẽ auth. de tabell. Bar. in d. auth in aliquo num. 3. Felin. in cap. si cautio num. 69. de fid. instr. & Rota decis. 545. num. 5. par. 2. recentior.*

Minus releuant quatuor Testes dati ad probandum qualitatem collatiuam huius Parochialis. Quia vltra
quòd regulariter † Collationes, & Gratiæ beneficio- 12
rum nõ probantur per Testes, sed per litteras: *Paris de resignat. lib. 8. quast. 2. num. 7. Verall. decis. 51. num. 3. par. 2.*

par.2.& Rota in Taruisina Canonicatus,9.Martij.1607.
coram Corduba; primus Testis se refert ad quandam
Epistolam Præceptoris;secundus fatetur,se nunquam
vidisse literas Collationum; tertios deponit etiam
de manualitate;& † vltimus de proprio Iudicio, qui-
13 bus propterea nollo modo credendum est,ex vulgatis
Iuribus,& patet ad sensum.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Romana Liberationis à Fideiussione.

Ven. 8. Iunij, 1629.

ARGVMENTVM.

Fideiussor in quibus casibus petere possit liberationem,vel ne.

SVMMARIVM.

1 *Res indicata probatur ex lapsu fatalium.*
2 *Statutum Vrbis cap.157.lib.1.disponit,quòd fideiussor petere possit liberationem, vel alium expromissorem, etiam quòd diu non steterit in obligatione, & an d. statutum intret in obligationibus conditionalibus,& quarum dies est incertus,num.8.*
3 *Statutum valet si sit à Papa confirmatum.*
4 *Dies incerta facit conditionem.*
5 *Fideiussor liberari non debet ante diei,vel conditionis existentiam,sub qua obligatus existit.*
6 *Fideiussor de euictione agere non potest vt liberetur re nondum euicta,& rationem vide num.11.*
7 *Item nec agere potest fideiussor pro tutore,vel administratore ante finitam tutelam, vel administrationem: & quare procedat,num.11.*
9 *Obligatio purificata dicitur eo ipso, quòd quis non probat se adimpleuisse quod tenebatur.*
10 *Obligatio de dote restituenda habetur pro pura,licèt sit incerta dies restitutionis.*
12 *Nouatio non præsumitur, nisi expressè actum sit vt fiat.*
13 *Fideiussor non liberatur per prorogationem solutionis, siue tacitam, siue expressam.*

DECISIO CCIX.

DOMINVS Andreas Capranica vxorem
duxit D. Drusillam Spadam cum dote
scut. 14000. ex quibus nuptiarum tem-
pore habitis decemmillibus, reliqua
quatuor DD.de Spadis, Drusillæ fratres
soluere promiserunt intra triennium,& vice versa An-
dræas integram dotem in tot locis montium inuesti-
re promisit; Sed nihilomious fratres de Spadis præ-
uia fideiussione D.Bartholomei Capranicæ, de inue-
stiendis, & restituendis dictis scutis quatuor millibus
in casum & in euentum restitutionis dotis respectiuè,
illa Andreæ soluerunt, vt ex illis redimeret partem
Casalis nuncupati *la Capicetta*,quæ prius vendita fue-
rat pro soluendo ære alieno Dominici de Capranica
eius patris; Ita tamen quòd si integraliter dictæ pe-
cuniæ non erogarentur in redemptionem dictæ partis
Casalis, firmæ manerent aliæ obligationes per An-
dream ad eorum fauorem factæ:Sed quia nec Andreas
redemit, nec in dictam causam restitutionis dotis in-
uestiuit; propterea Bartholomeus, qui pro eo,vt fu-
pra fideiusserat, institit coram A.C. liberari à fideius-
sione, & obtinuit; Causa verò mihi commissa; cùm
prætenderetur sententiam transiisse in Iudicatum:pro-
posui dubium:An constet de re Iudicata, quæ sit exe-
quenda? Et fuit hodie affirmatiuè resolutum: Nam
in primis † res iudicata probatur ex lapsu fatalium, 1
auth.ei qui,C.de tempor.appellat.cap.cùm sit Romana,de
appellat.Seraph. decis.457. in princip. & Rota decis.156.
num.4.par.2.recent. Deinde est exequenda,quia de eius
validitate non dubitatur, cùm habeat omnia requisi-
ta de quibus *Caputaq.decis.160.par.2.*& super his nul-
la fuit facta difficultas.

Iustitia verò videtur clara, Quia sententia con-
demnat Andream ad liberandum Bartholomeum à
dicta fideiussione, vel dandum alium idoneum ex-
promissorem, quæ propterea continet idem, † quod 2
disponit Vrbis statutum *cap. 157. lib.1.* quo cauetur
fideiussorem petere posse liberationem,vel alium ido-
neum expromissorem, etiam quòd diu in obligatio-
ne non steterit. Vnde cùm versemur inter Ciues, &
† de statuti validitate; non possit hæsitari, ex quo 3
fuit à Papa confirmatum, vt in simili dixit *Rota decis.*
339.num.1.cum seq.par.2. recent. nec etiam de Iustitia
sententiæ dubitari posse videtur.

Neque obstat, Bartholomeum esse obligatum in
casu restitutionis dotis,† sic sub die incerta,quæ con- 4
ditionem facit, *l.dies incertus ff. de cond. & demonstr.*
† Et proinde nõ esse locum liberationi ante diei. vel 5
conditionis existentiam,*l.hoc Iure, 111.ff.de verb.oblig.*
& l.cedere diem,ff.de verborum sign. Prout per dictã ra-
tionem † fideiussor euitione non potest agere vt libe- 6
retur re nondum euicta,*Bart.& alij in l.facere posse.ff.*
sol.matr. † Nec fideiussor pro tutore, vel administra- 7
tore,ante finitam tutelam,vel administrationem, *Ant.*
Gomes lib.2.var.resol.cap.13.num.10. † Quia quicquid 8
sit. An dictum statutum intret etiam in obligationi-
bus conditionalibus,& quarum dies est incertus,pro-
ut affirmant *Magon.decis. Lucen.6.num. 32.cum seq. &*
Marescott.var.resol lib. 2.cap.65.num 15 cum seq. in casu
nostro versamur in his terminis,sed in fideiussore de
præsenti obligato; Quandoquidem est aduertendum
Bartholomeum in casu sequuto quòd Andreas ex d.
scutis quatuor millibus non redemit dictam partem
Casalis,fuisse ad duo Dominis de Spadis obligatum,
prout etiam Andreas principalis debitor obligatus
erat, videlicet ad reinuestiendam dictam summam
pro dotis securitate, & restituendum seu cedendum
reinuestimentum, In casu restitutionis dotis,quarum
nulla est conditionalis sed præsens; illa etiam de re
inuestiendo est omni respectu pura & efficax,quia † ex 9
quo Andreas non probauit partem Casalis redemis-
se,& lis fuit contestata,eo ipso constat quòd non re-
demit, & ideo quòd fuit purificata obligatio de rein-
uestiendo,*ex reg. text. in l.si Titius,9. &* ibi *gloss.verb.*
Inductum vbi etiam *Bart. de verb. oblig.* † Altera verò 10
obligatio de restituendo dictam summam, seu de ce-
dendo reinuestimentum in casu restitutionis dotis,
quamuis sit incerta quando; non tamen est incerta
quoad hoc, an sit facienda restitutio, sed certa penì-
tus tam actiuè, quam passiuè, quia de præsenti indu-
bitatum est Bartholomeum fideiussorem,seu eius hæ-
redes teneri in omnem casum, dotem restituere Dru-
sillæ, seu eius hæredibus, quæ ideò quoad iuris effe-
ctus regulariter pro pura habetur,*l.in & si cum moria*
cum seq.ff.de condit.indeb.l.si pupillus 9.§.qui sub condi-
*tione,*vbi *Castr.ff.de nouat.& uut.aut.*communiter DD.
post *Bart.in L.1.ff. de condit. & demonstr.* † Vnde non 11
applicantur exempla fideiussorum pro euictione, &
Tutore, quorum obligatio re nondum euicta, & ra-
tionibus non redditis, nullo respectu est certa; vt ad
sensum patet, & aduertit *Rota in Spoletana liberatio-*

nus à fideiussione 21. Aprilis 1627. coram me, quæ est *decis. vlt. apud Ceno. In addit. ad tractat. de censibus.*

Minùs obstat quòd prætendatur Bartholomæum, fuisse liberatum à fideiussione ex prætensa nouatione, ex quo fratres de Spadis in tempore conuento non soluerunt Andreæ dicta scuta quatuor millia,
12 quia vltrà quod non applicatur, quia Bartholomæus non fideiussit pro Spadis † sed pro Andræa ad eorum fauorem; Nec nouatio præsumitur, nec
13 aliter censetur facta, quam expresse actum sit vt fiat *l. fin. C. de nouat. Seraph. decis. 1172. num. 1.* † de Iure per prorogationem solutionis siue tacitam, siue expressam, fideiussor non liberatur, ad *Textum in l. si vnus §. si cum Reo, ff. de pact.* vbi *gloss. & Doctor. Grat. cons. 126. num. 8. cum seq. lib. 1. Decis. consil. 93. num. 5.* latè. *Gabr. de fideiuss. conclus. 3. & Anton. Thesaur. decis. 125. per tot.*

Non obstat demum si dicatur quòd Andreas reinuestiuit in dictam dotis causam, vt promisit, Quia hoc nullo modo iustificatur in actis; & quando iustificaretur solùm releuaret quoad obligationem reinuestiendi. non autem quoad obligationem restituendi, seu cedendi reinuestimentum in casu restitutionis dotis, pro qua etiam intrat Vrbis statutum ex supradictis.

Et ita vtraque &c.

Romana Executionis Laudi.

Merc. 13. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis cap. 178. lib. 1. concedens in Laudo appellationem suspensiuam, non procedit in Laudo lato vigore compromissi vallati obligatione Camerali, & ideò in hoc casu est locus Ægidianæ. Præscriptio statutaria, in quibus casibus non procedat. Hæres reluens bona hæreditaria, an illa sibi de nouo acquirat, seu potiùs conseruet in pristina causa.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio de Iure ciuili non suspendit executionem in iudicio possessorio.*
2 *Ægidiana in terris Ecclesiæ, appellationes à possessoriis interpositas, reducit ad terminos Iuris Ciuilis.*
3 *Appellatio suspensiua datur à Laudo, iuxtà statutum Vrbis cap. 178. lib. 1. Fallit si Laudum emanauit ex compromisso vallato iuramento, & obligatione Camerali, num. 5.*
4 *Ægidiana non intrat in Laudo, quod ex statuto admittit appellationem suspensiuam. Intellige, vt num. sequent.*
6 *Immissio datur Creditori in bonis debitoris ex instrumento quarentigio.*
7 *Executio præscribitur spatio 16. annorum, ex statuto Vrbis cap. 158. lib. 1. Fallit quando cessat præsumptio satisfactionis, in qua dictum statutum se fundat, num. 15.*
8 *Executio præscribitur spatio 30. annorum.*
9 *Præscriptio statutaria non procedit in actione reali.*
10 *Hæreditatis petitio est actio realis.*
11 *Item actio familiæ Erciscundæ.*
12 *Per Laudum non nouatur actio primaua.*
13 *Item nec per sententiam.*
14 *Laudum quando fertur super actione reali, ex eo oritur etiam actio realis vtilis.*
16 *Præscriptio inchoari non potest stante mala fide.*
17 *Præscriptio interrumpitur per interpellationem iudicialem.*
18 *Reluitio bonorum hæreditariorum facta ab hærede, non operatur nouam acquisitionem ad fauorem ipsius, sed bona permanent in eadem causa & qualitate.*
19 *Statutum præferens Consanguineos in emptione rerum patrimonialium, procedit etiam in patrimonialibus venditis, & posteà redemptis in vim pacti redimendi.*
20 *Bona recuperata per hæredem grauatum, in vim pacti de retrouendendo, censentur hæreditaria, & veniant in restitutione commissi.*
21 *Hæredes tenentur conseruare in pristinam causam res hæreditarias redemptas, alioquin de mala fide argui possunt.*
22 *Hæres præsumitur in dubio soluisse Creditoribus de propriis pecuniis, non autem de hæreditariis.*
23 *Iudex mandans deponi pecunias, soluendas cui de Iure, perinde habetur ac si in specie mandasset illas solui cui debentur.*
24 *Depositum fieri debet, si creditor recuset recipere.*
25 *Depositum sufficit fieri ante executionem.*
26 *Executio si suspensa fuit de consensu partium, durante earum voluntate, & sine præiudicio quorumcúmque, iurium censentur reseruata iura primæua perinde, ac si suspensio nunquam facta fuisset.*

DECISIO CCX.



LEXANDER, & Angelus de Petroniis, mutuas prætentiones, circa hæreditatem, & bona quondam Tiberij eorum Patris, compromiserunt in Bernardinum Bisciam, & Coronatum de Incoronatis, quorum Laudo stare promiserunt sub Iuramento, & Camerali Obligatione; Qui Arbitri in Laudo lato, inter alia declararunt per dictum Angelum citra decem dies à notificatione Laudi computandos esse acceptanda, seu dimittenda prædium apud Pontem retortum, & aliud apud Turrim Vagni, pro scutis 35. & prædium in loco, vulgo *Campo di S. Valentino* pro scutis 100. pro quolibet rubro respectiuè: prædictis autem decem diebus elapsis, & non facta per Angelum acceptatione, dicta tria prædia esse debere Alexandri pro eisdem prætiis; Effluxit decennium nulla facta per Angelum declaratione, nec dimissione prædiorum ab eo detentorum; Vnde introducta lite per Alexandrum super Laudi executione, R. p. d. Alferius, ab A. C. deputatus, mandatum de immittendo in possessionem dictorum prædiorum Paulo, & fratribus de Petroniis Alexandri hæredibus concessit; A quo Lelius Angeli hæres appellauit; Et commissa mihi causa, Dubitaui, iuxta formam Commissionis; An sit locus Ægidianæ: Et fuit affirmatiuè resolutum; Quia mandatum emanauit † in Iudi- 1
cio possessorio, in quo de Iure ciuili appellatio non suspendit executionem, *Lumca, C. de mom. poss. Socin. Iun. cons. 182. num. 15. lib. 2. Paris. cons. 108. num. 13. lib. 1.* Vnde cùm de mandati validitate non possit dubitari cùm habeat omnia iuris requisita, de quibus *Caputaq. decis. 260. par. 2.* † consequenter intrat Ægidiana, quæ 2
in Terris Ecclesiæ, remoto Iuris Canonici obstaculo, appellationes à possessoriis interpositas reducit ad terminos Iuris Ciuilis, *Paris.* vbi supra, *Benintend. decis. 17. in fine, Caputaq. decis. 223. lib. 1. Seraphin. decis. 603. in princ. Rota in Romana Saluiani Interdicti 26. Nouembris, 1605. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, quæ est *decis. 150. & 324. num. 2. par. 2. recent.*

Neque

3 Neque obstat † quòd data fuerit immissio vigore
Laudi, a quo datur appellatio suspensiua, iuxta statu-
4 tum Vrbis cap. 178. lib. 1. † & ideò non intrare Ægi-
dianam, vt in simili *Rota decis. 248. apud Pacif. d. tract.*
5 *de Salua.* † Quia cessat in præsenti, ex quo Laudum
emanauit ex cõpromisso, cum iuramẽto, & obligatio-
ne Cam. quod habet executionẽ paratam, *Io. de Anan.*
cons. 50. nu. 7. Rota post Zacch. de oblig. Cum. decis. 152.
in 2. Vbi autem est parata executio, multo magis dari
debet immissio, maximè in præsenti, postquam dictus
Lelios fuit citatus ad relaxandum prædia in executio-
nem Laudi, & eo renitente, causa fuit discussa, & tã-
6 dem Iudex mandauit immitti; † prout datur Creditori
in bonis debitoris ex Instrumento guarentigio, *Burt.*
in l. à Diuo Pio §. si super rebus, num. 1. ante fin. ff. de re
Iud.

Non obstat etiam quòd executio Laudi fuerit pe-
tita post annos 45. ex quo Laudum fuit de anno 1582.
7 & immissio petita de anno 1627. † & sic intrare tã præ-
scriptionem 16. annorum stat. Vrbis cap. 158. lib. 1.
8 † quam et iam præscriptionem legalem 30. annorum:
cuius temporis spatio executioni præscribitur, *Abb.*
in c. fin. num. 30. de præscript. Fel. in c. inter Monaste-
rium, de re Iud. Paris. cons. 111. num. 58. lib. 1. Anto. Gom.
ad l. Taur. 63. n. 1. vers. ex quo inferas, & de Achil. decis.
5. num. 1. de præscript.

Quia respondetur quòd † præscriptio statutaria nõ
9 procedit in actione reali, vt in simili *Roman. cons. 201.*
num. 2. Felin. in c. fin. num. 6. in princip. de præscript.
Couar. lib. 2. var. cap. 14. num. 1. Marescott. var. resol. cap.
67. num. 27. lib. 2. Seraph. decis. 69. num. 9. & Rot.
decis. 727. n. 5. par. 1. & decis. 454. num. 2. par. 4. diuers.
Dicta autem tria prædia vti spectantia ad hæreditatẽ
10 Tiberij fuerant prius petita actione reali, nẽpè † pe-
titione hæreditatis; quæ actio realis est, *l. sed & si lege.*
§. petitio, & ibi *Bur. de petit. hæredit. l. 1. & l. fin. autem*
11 *§. sed & is, ff. de re vend.* aut † actionem fam. ercisc.
quæ etiam est realis *§. quadam instit. de act.* &
12 ibi *Ias. num. 19.* † Et per Laudum non nouatur pri-
13 mæua actio, *Bart. in l. 1. num. 7. C. de Iud.* Prout nec
14 per sententiam *Afflict. decis. 93. num. 3.* † Quinimò,
quando Laudum, vt hîc, fertur super reali, ex eo ori-
tur etiam actio realis vtilis, *Bart. in l. ne in arbitris*
15 *num. 5. C. de arbitr.* Et tollitur penitus difficultas, †
quia præscriptio statuti fundatur in præsumptione
satisfactionis, quæ ideo non intrat vbi constat de
contrario, vt verbis expressis idem statutum dicit. *Ro-*
ta d. decis. 727. num. 5. par. 1. diuers. & Seraph. d. decis.
692. num. 4. hîc autem versamur in claris quod dicta,
tria prædia, vigore Laudi, in casu sequuto, spectan-
tia ad Alexandrum, fuerint per Angelum, & eius hæ-
redes retenta, non solùm ex litis subsecutione, sed
etiam expressa confessione.

Minus intrat præscriptio 30. annorum: Quia vltra
quòd de anno 1583. fuit desuper lis contestata cum
16 Angelo: † qui propterea vti in mala fide constitutus
nunquam potuit præscriptionem inchoare, *c. fin. de*
præscript. c. mala fides de reg. iur. in 6. Ancharan. cons.
17 *5. num. 6.* † illa fuit interrupta per formalem inter-
pellationem iudicialem, factam de anno 1608. *l. fin.*
C. de præscript. 30. vel 40. annorum, vbi Bartol. & Do-
ctor. Franc. Marc. quæst. 327. par. 1. Andr. Gail. obser.
74. lib. 5. Seraph. decis. 926. num. 1. & 2.

18 Non etiam † releuat quòd prædia controuersa an-
te Laudum desierint esse de hæreditate Tiberij; ex
quo illa Angelus reluit in actu deliberationis, quæ
instabatur per creditores, qui ideò videtur sibi, non
autem hæreditati acquisiuisse. Quia cum reluerit seu
redemerit vigore statuti Ciuitatis Castellanæ non di-
citur noua acquisitio, sed semper prædia fuerunt in
eadem causa & qualitate, *l. voluntate §. Creditor quo-*
que, ff. quibus mod. pign.
causam res redit resoluta vend.
are alieno, & ibi *glos. verb. manent.*
in l. si vnus §. quod & in specie, ff. de pact. in pristina
pater, ff. de lib. & posthum. Burt. in l. in diem ...
plu arc. Dec. cons. 53. & cons. 88. n. 3. † vbi quòd statutum
præferens consanguineos in emptione rerum patri-
monialium: habet locum in patrimonialibus venditis,
& postea redemptis in vim pacti redimendi appositi
in contractu venditionis, idem *Dec. cons. 238. num. 5.*
vbi quòd † bona recuperata per hæredem grauatum 20
in vim pacti de retrouendendo sunt apud hæredem
tanquam hæreditaria, & ideo veniunt in restitutione
fideicommissi, *Tiraq. de retract. §. 19. glos. 2. num. 5. & §.*
32. glos. 1. num. 29. Vin. & Franc. decis. 39. nu. 1. & decis.
84. nu. 11. Et rationem assignat *Dec. d. cons. 88. num. 5.*
vers. sicut ergo: Cui alia accedit quòd alioquin dare-
tur occasio debentibus restituere colludendi cũ Cre-
ditoribus, patiẽdo viliori pretio rem distrahi, vt po-
stea eodem pretio recuperata sit, & non hæreditati
acquireretur: † eùm tamen hæredes, rem redemptam, 21
in pristinam causam conseruare teneantur, alioquin
de dolo, & mala fide argui possint, *ad l. Paulus 60. ff.*
de fideiussor. & facit *l. text. optim. in l. 1. Code dol.*

Non obstat præterea, si dicatur decretum fuisse in-
iustum, dum Iudex iussit, deponi scuta 135. per An-
gelum, Creditoribus soluta in actu relutionis, consi-
gnanda postea cui de iure, qui potius mandare debuit
Angelo solui, seu restitui tanquam soluta Credito-
ribus de propriis eius pecuniis, † prout in dubio præ- 22
sumitur, non autem hæreditariis: *l. & magis de solut. &*
l. cum pecuniam, ff. de neg. gest. & not. *Bart. in l. 2.* per
illum text. *C. pro soc. & in l. si partes C. com. vtri. Iud.*
Bald. in l. pen. C. si quis alt. vel sibi & Dec. d. cons. 238.
nu. 5. Cranett. cons. 129. nu. 2. † Quia dum Iudex man-
dauit deponi soluenda cui de iure, perinde est, ac si 23
iussisset deponi soluenda dicto Angelo, cui de iure, vt
dictum est, debent restitui, *Paul. de Castr. cons. 31. n. 1.*
vers. sed dicet aliquis lib. 2. & Rota in Romana restitu-
tionis in integrum 16. Iunij 1628. cora me. † Quia tamẽ 24
Angelus, seu eius hæredes contendebant non esse lo-
cũ restitutioni prædiorum ex causis supradictis, & sic
virtualiter certo certiùs, ac in consequentiam neces-
sariam recusabant dicta scuta 135. recipere, merito
Iudex ordinauit illa deponi, non autem realiter solui,
l. acceptam C. de vsur. & l. Creditor. C. de pignor. Bart. in
l. qui solidum in princip. ff. de leg. 2. Cum Alex. & Castr.
in l. qui Romæ, in princip. ff. de verb. oblig. Dec. in l. qui-
dam æstimauerunt num. 2. ff. si cert. pet. late *Cran. cons. 1.*
pro gener. num. 210. & latius *n. 256. & Vrsill. ad Afflict.*
decis. 205. num. 8.

Vnde nihil facit quòd non fuerint soluta nec de-
positata pretia terrarum determinata in Laudo. Quia
vltra quod intrat eadem responsio, nempè quòd dum
Angelus, seu eius hæredes recusant prædia consignare
iuxta formam laudi, non debuit præcedere depositũ
pro iustitia decreti, † in omnem casum sufficit, vt il- 25
lud fiat ante executionem, vt in puncto distinguit, &
resoluit *Cancer. var. resol. cap. 8. n. 27. lib. 3.*

Demum † non obstat quòd fuerit suspensa execu-
tio Laudi de consensu partium quoad dicta tria præ- 26
dia. Quia suspensio fuit facta solùm durante partium
voluntate, & sine præiudicio quorumcunque iurium,
& non recedendo à dicto Laudo, nec a Iudicio iam
cœpto: Vnde iura primæua sunt reseruata, perinde si
suspensio nunquam facta fuisset, *Paris. cons. 5. num. 4.*
lib. 1. & Put. decis. 34. lib. 2.

Et ita decisum vtraque, &c.

258 Romana de Marescottis.

Lun. 18. *Iunij*, 1629.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta faciunt rem certam, & manifestam.*
2 *Confessio debitoris facta in publico instrumento præsente, & acceptante Creditore, præiudicat confitenti, & eius hæredibus.*

DECISIO CCXI.


N Decisione io hac causa facta 24. Maij 1624. corã bo. me. Remboldo, fuit resolutũ non constare de creditis liquidis ad fauorẽ DD. de Marescottis, quæ possent impedire immissionẽ in bonis Iuliæ D. Pirro fideicõmissario; præter vltimũ creditũ scutorum 1200. de quo Domini mandarunt, quatenus opus sit, particulariter videri: Et reproposita causa super eisdẽ 7. Maij præteriti, Domini perstiterũt in decisis, & quoad vltimũ creditum dixerunt, illud nõ impedire immissionẽ, quia licet dicta scuta 1100. Marescotti soluerint Falconeriis, pro extinguenda quadã societate officij cõtracta per D. Iuliã, quia tamen Iulia dictã societatem contraxerat ad cõmodum hæreditatis Alphonsi, vel Marci Antonij; propterea Marescottis, occasione dicti crediti nullam competere retentionem, quia vti hæredes prædictorum Alphonsi, & Marci Antonij soluerunt debitum proprium: Concessa autẽ Marescottis super dicto vltimo credito dumtaxat noua audientia: fuit hodie resolutum. Cõstare de dicto vltimo credito liquido ad eorum fauorem; quandoquidem fuerunt data instrumenta duarum societatum cum Roggerio de anno 1604. contractarum, quæ non cantant ad fauorem Alphonsi, sed clarè ad fauorem Iuliæ, quæ postea de anno 1606. obtinuit duo mandata executiua pro restitutione pecuniarum vtriúsque societatis, nec non sequestrum contra Horatium de Bubalo, Roggerij debitorem; qui Horatius deposuit in Monte Pietatis scuta 1400. quæ Iudex consignari mandauit Iuliæ, vti principali creditrici, præstita per eam cautione de restituẽdo prioribus, & potioribus Roggerij Creditoribus, prout cum effectu, de eiusdẽ Iuliæ ordine, soluta fuerunt Marco Antonio: Cum autẽ Iulia fuisset coacta prioribus Creditoribus restituere, contraxit aliam societatem cum DD. de Falconeriis, cum fideiussione Marci Antonii, vt cõstat ex publico instrumento desuper cõfecto, in quo Iulia cũ solemnitatibus statutariis declarauit pecunias, vt supra per dictum Roggerium, seu Horatio de Bubalo solutas ad ipsam peruenisse, & omne commodum, & incommodum dictæ vltimæ Societatis cum Falconeriis ad ipsã spectare: Vnde, quia postea Marescotti hæredes Marci Antonij fideiussoris, restituerunt summam præfatam Falconeriis, vt constat ex instrumẽto quietantiæ, cum cessione iurium, clarum est quod non debitum proprium, vt præsuppositum fuit in dicta vltima Decisione, sed debitum Iuliæ soluerunt, & per consequens dictum vltimum creditum in dicta summa scutorum 1200 est certum, & liquidum ad eorum fauorem, ex
1 supradictis instrumentis, † quæ faciunt rem certam, & manifestam, *cap. cum dilecti, vbi Abb. n. 2. de donat. Bart. in l. 1. in princ. n. 8. ff. de nou. oper. nunci. Dec. cons.* *36. sub nu. 2. Ruin. cons. 129. nu. 1. lib. 4. & Rota decis. 409. num. 1. apud Greg. XV.*

Ex quibus non obstat quòd Marcus Antonius receperit dictas pecunias vt supra per Horatium depositatas. Quia illas recepit de ordine Iuliæ, quæ postea agnoscens bonam fidem, confessa fuit ad ipsam peruenisse. Quæ † confessio cum facta fuerit in publico 2
Instrumento, præsente, & acceptante Marco Antonio, præiudicat Iuliæ, & eius hæredibus, *Gabr. de confess. conclus. 2. per tot. & Rota in Romana Mutui 5. Martij, præteriti coram me.* Sed quia nihilominus Balleoni, ex aliis causis prætendebant hoc creditum, quamuis in se liquidum, esse compensandum cum aliis partitis pecuniarum, per Iuliam pro Marescottis solutis, & ideò non posse immissionem retardare: Domini reseruarunt particulariter videre. An dictum vltimum creditum impediat immissionem, &c.

Et ita, &c. vtraque, &c.

Anconitana Censuum.

Lun. 22. *Iunij*, 1629.

ARGVMENTVM.

Negatiua non existentiæ aliorum bonorum debitoris ex quibus probetur ad effectum vt intret actio subsidiaria. Hæres cum benef. l. & inuent. ad quid teneatur vel non, & plura alia notanda, de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Res empta proprio nomine, de pecuniis alienis, efficitur in subsidium hæreditaria illius cuius sunt pecuniæ, si emptor decedat non soluendo: Et quid si existant bona d. emptoris penes tertios an subsidiaria excludatur, num. 16.*
2 *Inuentarium probat non existentiam aliorum bonorum defuncti præter ibi descripta, ita vt onus probandi alia bona extare incumbat allegenti, & n. 3.*
4 *Statutum Anconæ in confectione inuentarij requirit citationem Creditorum per proclama, & ideo non est necesse illos specialiter citare.*
5 *In Inuentarij solemnitatibus statur statutis aut consuetudini locorum.*
6 *Hæres cum benef. l. & inuent. non tenetur reddere rationem de mobilibus hæreditariis de tempore obitus defuncti penes tertios existentibus.*
7 *Nec tenetur litigare pro illis recuperandis, aut diligentias adhibere, & num. 9.*
8 *Hæres cum benef. l. & inuent. adeò à lege seruatur indemnis, vt à quibuscunque vexationibus liberetur.*
9 *Litibus non vexari, & à propriis negociis non distrahi, nostra interest.*
10 *Hæres cum benef. l. & inuent. non tenetur exigere credita hæreditaria.*
11 *Item non tenetur illa in inuentario describere, nisi de eis in hæreditate extent instrumenta.*
12 *Mobilia hæreditaria præsumuntur consumpta spatio longi temporis.*
13 *Tutorum culpa in non recuperandis bonis hæreditariis, non nocet pupillis, postea maioribus factis.*
14 *Pœna* text. in l. fin. C. de iur. delib. *non habet locum contra pupillos.*
14 *Reuelationes factæ metu excommunicationis, non probant sine requisitis, de quibus remissiuè.*

17 *Tona*

17 *Bona intricata, & difficilis recuperationis non habentur in consideratione ad effectum excludendi subsidiariam.*

18 *Possessio probatur ex locationibus effectuatis per exactionem pensionum.*

19 *Emphyteusis cōcessa pro se filijs, & nepotibus, absque mentione hæredum, dicitur ex pacto, & prouidentia.*

20 *Clausula* ad habendum, *apposita in inuestitura non operatur in præiudicium vocatorum, sed solùm concedentis, & intelligitur iuxta naturam inuestituræ, num. 21.*

22 *Emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non transit ad extraneos.*

23 *Retentio bonorum debitoris competit pro expensis factis in lite.*

24 *Negatiua non existentiæ bonorum defuncti, ex quibus probatur, & num. 26. 27. & 28.*

25 *Confessio facta in Commissione præiudicat illi, qui eadem Commissione vsus fuit.*

29 *Census si in subsidium fuit effectus hæreditarius, pariter illius fructus hæreditarij effectus censentur.*

30 *Fructus sequuntur Dominum, & eo mortuo ad hæredes pertinent, num. 31.*

32 *In actione reali res non adiudicatur de nouo, & vti debita, sed declaratur retrò spectare, & pertinere.*

DECISIO CCXII.

Postquam in hac causa per binas Decisiones, videlicet 26. *Nouembris* 1616. & 14.
Aprilis 1619. *coram bo. mem. Cardinali Sacrato*, firmatum fuit, prædium Lumbriani
fuisse commune Petro de Leonibus, &
Hieronymo Archiepiscopo Theatino eius fratri: Et
per alias duas Decisiones 13. *Iunij* 1625. *coram bo. mem.*
1 *Buratto, & 27. Ianu.* 1627. *coram me.* † Census de quibus agitur, quamuis emptos à Petro, proprio nomine, ex medietate pretij dicti prædij, spectare ad
Hieronymum, fuisse subsidium effectos de Hieronymi
hæreditate, ex quo Petrus decessit non soluendo, *ex
l. Vxor marito*, & ibi *gloss. in verb. accommodari, ff. de
donat. inter vir, & vxor. Castr. in l. sed & si lege §. 1. n. 2.
vers. Item dico, in lectur. Auenionen. ff. de petit. hæred. Menoch. cons. 213. n. 36. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 27. num. 9.
& Cost. de port. rat. quæst. 188. num. 6.* & aliis in dictis
Decisionibus allegatis: Successiuè Robertus, & alij
Hieronymi hæredes institerūt causam expediri. Triumphi verò Censuum debitores qui vti Creditores Petri, ex aliis causis prætendunt compensare eorum creditum cum debito censuum, ad excludendam subsidiariam, voluerunt tertiò audiri, aduersus resolutiones, super communione prædii, factas: *De die 18. Ianuar.* 1628. reproposito dubio, Domini steterunt in
decisis tertia vice, firmantes Prædium fuisse, vt supra
commune; Cumque nihil vlterius superesse disputandum videretur, fuit de nouo petita causæ expeditio:
sed Triumphi non obstante, quod ab initio litis, fuerit
semper præsuppositum, vti elatum, & indubitatū, Petrum decessisse non soluendo, negarunt hoc præsuppositum, prætendentes extare alia bona Petri, quæ excludunt subsidiariam; Vnde ex solita Dominorum benignitate, dedi particulare dubium. An extent alia bona Petri, quæ Triumphis suffragentur, quod tandem
post plures propositiones re maturè discussa, fuit hodie
negatiuè resolutum.

2 Ratio resolutionis fuit, † Quia Tutores Roberti,
& fratrum tunc infantium, confecerunt in forma debita, inuentaria bonorum repertorum in hæreditate
Petri ex quibus probatur negatiua quòd non adesāt
alia bona, præter ibi descripta, *l. fin. §. licētia danda, C.
de iur. delib. Ias. in l. si constante n. 129. ff. sol. matr. Gabr.
de probat. conclus. 7. num. 12. Menoch. cons. 354. num. 24.
lib. 4. Couar. lib. 2. cap. 6. num. 4. Seraph. decis. 504. nu. 6.
& Rota decis. 607. nu. 1. par. 1. recent.* † Adeò vt allegāti 3
alia remansisse incumbat onus probandi, iuxt. *glos.
ordin. in l. cum de lege, ff. de probat. Rolan. de inuent. par.
4. sect. incip. hæres cum inuentario, num. 2. & seq. Alciat.
de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. Hercul. de negat. nu. 95.
& 256. Nat. cons. 258. nu. 8. Seraph. dicta decis. 504. n. 6. &
Rota in Romana dotis 23. Maij 1614. corā bo. me. Vbaldo.*

Quod autem inuentaria fuerint per Tutores in
forma debita confecta non est dubitandum, etiam
quod Creditores non fuerint specialiter citati. † Quia 4
huiusmodi citatio ex statuto Anconæ *collat. 2. nu. 13.*
non requiritur, sed solùm sufficit Creditores citare
per proclama, prout fuerunt citati. Et † in solemni- 5
tatibus inuentarii statur statutis, aut consuetudini locorum, *Ias. in dicta l. fin. in princ. nu. 5. Phannuc. de inuēt.
par. 3. n. 80. Aluar. Valasc. decis. 52. n. 22. Gratian. discept.
998. n. 19. Rota Ianuen. decis. 35. nu. 1.* Vnde cum omnia
bona tam mobilia, quàm stabilia in dictis inuentariis
descripta aut non peruenerint ad manus prædictorum Infantium seu eorum Tutorū; vel fuerint à Creditoribus hæreditariis occupata, aut aliàs legitimè distracta, vt infra, consequenter ad effectum: de quo agitur, benè probatur nō extare alia bona Petri, ex quibus Robertus, & eius fratres, vti Hieronymi hæredes,
possint recuperare prædictam pretii medietatem, qui
est effectus dubij: Et sic census isti empti ex pecunia
Hieronymi vti effecti hæreditarij in subsidium, possunt per eos vendicari ex supra deductis, & latius in
supradictis Decisionibus corā bo. me. Bur. & me factis.

Bona verò in inuentariis descripta, aut nunquam
fuisse penes dictos fratres, nec tutores, aut fuisse legitimè distracta, constat ex sufficienti illorum dinumeratione: Nam in primis mobilia, quæ vt dicitur in
secundo Inuentario, erant penes Lauiniam Vxorem
Petri, fuerunt deliberata ad instantiam Iustiniani Creditoris, vt ex instrumento dato per Leonios, *Summario 1. Iurium num. 4.* illa verò mobilia, quæ, vt habetur
etiam in eodem Inuentario, existebant penes Eleonoram Bernabeam, Io. Baptistam de Leonibus, & Vicarium Episcopi Anconitani: vltra quòd videntur fuisse
modici valoris, fuerunt per eosdem retenta pro diuersis creditis: vt in 3. *Summ. Iurium n. 2. & sequen.* Et
tandem pelles *Vulgo Coramina*, ad ornatum trium stātiarum erant pariter penes tertios, vt narratur in in- 6
uentariis: † Vnde cum non constet mobilia prædicta,
vnquam ad Leonios peruenisse, illi cogi non possunt
aliam, quam prædictam de eis reddere rationē. *Bart.
cons. 239. lib. 1. & Rota decis. 56. n. 8. post Pie. ad statutum
Vrbis* † Nec tenebantur pro illis recuperandis litiga- 7
re, aut diligentias adhibere, *Ias. in d. l. fin. §. & si præfatam, n. 1. vers. & pro hoc potes fortius, Paris cons. 45. n. 26.
lib. 2. Monticul. de Inuentar. cap. 10. n. 30.* Et ratio est,
† Quia hæres cum beneficio Inuentarii adeò à lege 8
seruatur indemnis, vt à quibuscunque vexationibus,
etiam nudi facti, liberetur, *Bald. & Corn. in d. §. & si
præfatam. Didac. Spin. de testam. glos. 35. n. 49. Aluar.
Valasc. d. decis. 52. n. 59. in fin. par. 1.* Qui propterea nō
tenetur † litigare; cum nostra intersit litibus non ve- 9
xari, & à propriis negociis non distrahi, *l. minoribus,
ff. de minor. l. si quis ex signatoribus ff. quemad. testam.
aper.* Et quòd † hæres cum inuentario non teneatur 10
exigere credita hæreditaria, *Ias. in d. §. & si præfatam
nu. 1. ver. quarta vtilitas circa med. Parlador. lib. 2. rer.
quotid. c. fin. 4. p. §. 1. n. 10.* qui licet dubitet, tamen nullo
modo dubitandum esse dicit *Cancer. vbi supra n. 139.*
& merito, † quia nec illa in Inuentario describere 11
tenetur, nisi de eis in hæreditate extent instrumenta,
Phannuc. d. tract. de inuentar. par. 3. nu. 35. & ex multis
firmant *Surd. decis. 222. num. 9.* & videtur sentire *Rota
decis. 72. num. 8. par. 2. diuers.*

12 Er cessat omnis difficultas, † Quia cùm Leonij
tempore, quo Inuentaria fuerunt confecta, essent in-
fantes, & spatio tanto temporis, vsque ad perfectam
eorum ætatem, dicta mobilia præsumātur consumpta,
Pereg. post alios *de fideic art.* 10.*n.*4. *& Rota apud Greg*
13 *XV. decis.*285.*n.*3. † culpa, vel negligentia Tutorum
in non recuperando, illis maioribus factis, imputari
non potest, *l. fin. ff. de administr. Tutorum*, *l.*1. *& l. etiam*,
*C. si Tutor, vel Curator. interuen. Paris. dicto cons.*45. *nu.*
28. & in fortioribus terminis *Cancer. vbi supra nu.*85.
14 Er quòd † pœna *Text. in d. l. fin. C. de iur. delib.* non ha-
beat locum contra pupillos, *Cancer. vbi supra num.*88.
*Surd. d decis.*221. *num.*12.

Vnde non obstant reuelationes D. Lauiniæ, & Io.
Baptistæ Caroli Tutoris, metu excommunicationis,
virtute monitorij Ecclesiastici, factæ, quòd in hære-
ditate Petri remanserunt etiam Currus, vestis quędam
muliebris, & quædam alia mobilia in inuentariis non
descripta; Quia vltra quòd eadem Lauinia in sua re-
uelatione subiungit, fuisse vendita pro expensis fune-
15 rum, & litium hæreditatis; Et huiusmodi † reuela-
tiones ex defectu citationis, & legitimi examinis sine
Iuramento, & interrogatoriis partis, non probant, ad
*text. in c.*2. *de Testibus l. si quando, C. eod. Bart. in l. vlt. ff.*
de quæst. & in specie dixit *Rota in Ariminen. Castrorum*
19. *Nouembris* 1599. *coram Cardinali Lancellotto*, quæ
*decis.*138. *in impress. post* 3. *vol. Consil. Farinac.* Intrat
etiam eadem responsio, nempe quòd Leonij non te-
nentur illa perquirere, aut recoperare, & quòd in om-
nem casum negligentia Tutorum eis non debet no-
cere.

Non obstat etiam si dicatur, quòd quamuis dicta
mobilia non sint apud Leonios, quia tamen sunt apud
alios, excludi subsidiariam, saltem pro rata parte in
concursu creditorum, & pro residuo solùm subsidia-
riam intrare. Quia in primis nullo modo probatur
extare bona aliqua penes alios, quinimò præsumun-
tur consumpta, & quando probaretur penes Credito-
16 res aliquando extitisse, † quia tamen sunt intricata,
habentur ad effectum, de quo agitur, ac si non essent,
itaut Leonij, nec illa discutere teneantur, *l. vel à debi-*
toribus, ff. de relig. & sumpt. funer. & ex doctr. *Bart. Bald.*
& aliorum *in l. facere, ff. solut. matr.* & magis ad rem no-
stram ex *Castren. in l. inter eos §. creditor. ff. de fideiuss.*
*Marsil. in rubr. de fideiuss. num.*18. & in fortioribus ter-
minis *Rota Ianuen. decis.*156. *n.*7. & in simili *Rota decis.*
472. *nu* 2. *par.* 1. *diuers. & in Romana Saluiani* 7. *Apri-*
lis 1628. *in princ. coram me.* Et accedit quòd alioquin
nunquàm, aut rarò intraret subsidiaria, quia semper
Creditores opponerēt de creditis, seu rebus hęredita-
riis penes alios, quę tantò magis ad fauorem illorū de
Leoniis, qui tunc erant infantes, procedere debent. Et
cessat omnis scrupulus, quia extant alij Creditores
anteriores in scutis vltra septem millibus, vt in lista
data; cùm tamen bona mobilia prædicta, penes ter-
tios sic intricata, aut præsumantur consumpta, vt di-
17 ctum est, † aut vix litis expensas in illis liquidandis,
& recuperandis faciendas verisimiliter possent im-
portare, quæ ideò non debent in consideratione ha-
beri, *Boer. decis.*124. *num.*16. *Menoch. de arbit. cas.*72.
*num.*8. *Vrsill. ad Afflict. decis.*260. *in fin.*

Quoad bona stabilia, prædium illud 40. Salmarum
etiam Lumbriani nuncupatum, vsque de anno 1593.
possidetur per Triumphos, inter quos, & Leonios
pendet super eo lis in Rota coram D. meo Vbaldo.
Domus sita in Castro Cumburani. cùm melioramen-
tis, quæ Petrus in ea fecisse dicitur, etiam per Trium-
18 phos possidetur, vt deponit vnus Testis, † & constat
ex locationibus effectuatis per exactionem pensio-
num, de quibus *in d.* 4. *sum. Iurium num.* 1. quæ vtique
possessionem probant, *l. Titia*, vbi *Bart*, & alij *ff. de so-*
*lutio. Gab. tit. de locat. conclus.*4. *n.*2. *& sequent. & Rota*
*decis.*555. *num.*1. *par.*1. *recentior.*

Prædium S. Apollinaris, † quòd in Inuentariis nar- 19
ratur esse emphyteoticum, quò ad Salmas 24. fuit
concessum Petro ad tertiam generationem masculi-
nam, & in eius defectu fœmminam, pro suis filiis, &
nepotibus, nulla facta hæredum mentione. Vnde dici
non potest hæreditarium, & ad Leonios vti hæredes
peruenisse, sed iure proprio, ex pacto, & prouidentia,
*Bar. in l. vt Iusiurando §. si liberi, num.*4. *ff. de oper. libert.*
Iser. Afflict. & alij *in cap.*1. *An agnat. vel fil. Bero cons.*
103. *n.*4. *&* 8. *lib.*1. *Couar. lib.*2. *cap.*18. *n.*2. *Valasch. de iur.*
*emphyt. quæst.*49. *sub num.*6. *vers. accedit, Rota apud Re-*
*uerendissimum Dominum meum Decanum decis.*32. *nu.*11.
& in Forosempronien. Emphyteusis 5. *Maij* 1617. *coram*
D. meo Vbaldo.

Neque obstat † clausula *ad habendum, &c.* de qua 20
inuestitura, Quia præterquam quòd de iure nunquam
operatur in præiudicium vocatorum; sed solùm con-
cedentis, *Rub. cons.*110. *n.*10. *Menoc. cons.*545. *lib.*6. *Crau.*
*in resp. pro gentr. num.*308. In casu nostro versamur in
claris, † quia limitatur, & restringitur per illa verba 21
immediatè sequentia, ibi, *secundum naturam huiusmo-*
di Instrumentorum, & sic secundùm naturam emphy-
teusis Ecclesiæ, de qua in dicta Inuestitura, *Crauet. vbi*
*supra num.*301. *&* 309. *Ofasc. decis.*164. *n.*5. *Seraph. decis.*
794. *n.*8. † Emphyteusis autem Ecclesiæ, de sui natu- 22
ra non transit ad extraneos, *§. emphyteusim in auth. de*
non alienan. Doctor. in l. etiam ff. sol. matr. & in l. quòd di-
citur, ff. de verb. oblig. latè Rolan. consil. 96. *num.*4. *lib.*1.
*Hond. cons.*51. *num.*14. *lib.*1. *Menoch. præsumpt.*48. *nu.*10.
*& seq. lib.*5. & *Mantic. de tacit. & ambig. lib.*14. *tit.*19.
*num.*6.

Reliquæ quatuor Salinæ dicti prædij S. Apollina-
ris fuerunt in alio Instrumento Petro concessæ pro
se, & hæredibus, Vnde prætendunt Triumphi illas
spectare ad Leonios, eius hæredes; Leonij autem esse
emphyteusis mixtę, & sic retenta etiam natura emphy-
teusis Ecclesiasticæ; sed quicquid de hoc sit, illæ
Triumphis non suffragantur, ad effectum euitandi
subsidiariam; quia vltra quòd in se sunt modici valo-
ris; & quoad Leonios multò minoris redditus, quia
quarta pars reddituum spectat ad Ecclesiam, aliæ duæ
partes solent assignari Colonis, & sola quarta pars
pertinet ad emphyteotam, quam solam, & paucis an-
nis Leonij perceperunt; Considerabant Domini Leo-
nios post longam, & dispendiosam litem, eas recu-
perasse à Cappella Burghesia, † quibus propterea 23
pro expensis, & sic pro alia causa competit retentio,
l. vbi, §. qui in distrahendis, ff. ad Trebel. & ad l. fi. § in cō-
putatione, & ibi *Ias. n.*3. *C. de Iur. delib. Grat. disc.*117. *nu.*
26. & fuit latè dictum *in Romana Salarij prima Iulij*
1569. *coram Oradino, & in alia Romana Salarij* 4. *De-*
cembris 1626. *coram me*; Et tandem Leonij ex abun-
danti, ad tollendam omnem difficultatem, renuncia-
runt in actis cuicumque iuri super dictis quatuor sal-
mis, sibi quomodolibet competenti.

Tandem † quàmuis ex supradictis satis in particu- 24
lari appareat non extare alia bona Petri, quæ Trium-
phis suffragentur, etiam in genere; idipsum ex se-
quentibus confirmatur: Et primò ex confessione Cre-
ditorum, de qua in Commissione, super discussione
bonorum hæreditatis Petri, directa bon. men. Iusto,
Quæ † confessio, quia Triumphi dicta Commissio- 25
ne vsi fuerunt, vt *in* 2. *summario iurium num.* 4. illis
etiam præiudicare videtur, *Soccin. in cap. final. nu-*
mero 63. *in fine, vers. item quia de libell. oblat. Mas-*
card. de probat. par. 1. *conclus.* 368. *numer.* 2. *& seq.*
Bellam. decis. 595. Et in specie *Rota in Auelliana*
Vnionis 23. *Iunij* 1595. *coram Gypsio impress. apud*
Marches. de Commiss. par. 1 *fol.*145. Secundò ex testi-
bus

bus pro Leonijs examinatis, dum generaliter deponunt
etiam Petri bona fuisse per Creditores occupata, nihil-
26 que ex eis ad filios peruenisse † Tertiò ex alijs Testi-
bus examinatis pro Triumphis, qui sunt etiam Petri cre-
ditores, asserentibus nullam eis spem esse consequendi
sua credita; quòd vtique non dixissent, quinimò eorum
iura fuissent prosequuti, ad *l. cùm de indebito ff. de pro-*
27 *bat. Rota decis. 143. num. 9. par. 2. diuers.* † Quartò quia
hæc lis fuit diu agitata, & semper cum præsupposito vti
certo, Quòd hæreditas Petri non erat soluendo: Vndè
talis, tempore mortis, fuisse præsumpitur, ex *tex. in l. sed*
Iulianus §. proinde vers. ab initio ff. ad Macedon. l. qua-
dam sunt in princip. ff. de reb. dub. & Bald. in l. si certis
28 *annis num. 12. C. de pact.* † Quintò denique ex facti
euidentia, quia non obstante quòd bona omnia in in-
uentarijs descripta, fuerint per Creditores, vt supra ven-
dita, aut retenta; supersunt adhuc Creditores in prædi-
ctis scut. septem millibus, & vltra, ad *l. soluendo*, vbi *Re-*
buff. ff. de verb. significat. Bart. in l. tres Tutores num. 4. ff.
de administr. Tut. Quæ omnia dicebant Domini tanto
magis ad fauorem DD. de Leoniis esse, ad dictum effe-
ctum attendenda; quia ipsi vt dictum est, tempore mor-
tis Petri eorum Patris erant infantes.

Quæ autem dicebantur de fructibus Censuum de-
cursis à die mortis Petri, videlicèt illos non censeri in
subsidium prouenisse ex hæreditate Hieronymi, sed re-
mansisse semper hæreditatis Petri, & sic in eis non intra-
re subsidiariam, sed esse locum concursui Creditorum:
visa fuerunt Dominis pœnitus sine fundamento. Quia
cùm subsidiaria fundetur in eo, quòd Petrus decessit non
29 soluendo, † sicut ab eo tempore census, fuerunt in sub-
sidium effecti hæreditatis Hieronymi, & sic acquisiti
Leonijs eius hæredibus; pariter & fructus Censuum,
qui sunt eiusdem naturæ, & proueniunt ex eodem fonte,
nempè ex pecunia Hieronymi, *ad text. in. l. cum qui ff.*
30 *de vsucap.* † Fructus enim sequuntur Dominum, *l. ex*
31 *diuerso §. . ff. de rei vend.* † Vnde pertinent ad Leonios
hæredes. *Crauet. cons. 295 in 7. dub. num. 4. Peregr de fi-*
deicom. art. 49. num. 20. Grat. discept. 540. nu. 8. Absurdum
siquidem esset, quòd census à die mortis Petri, eorum,
essent, & quòd censuum fructus, non ad eos, sed ad Cre-
ditores hæreditatis Petri pertinerent. Vndè etiam nihil
ad rem, An actio subsidiaria, de qua hic fuerit ab initio
intentata nec ne, Quia vltra quod ab initio intentata
fuit vt ex lectura Commissionis; cùm sit realis vtilis
quocúnque tempore fuerit intentata sequitur idem ef-
fectus, quoad fructus, qui quoad Census: Tum quia sunt
32 eiusdem naturæ, vt dictum est, Tum etiam quia † in
actione reali res non adiudicatur de nouo, & vti de-
bita, sed declaratur retrò spectare, & pertinere, *l. Pompo-*
nius §. sed & si ff. de proc. & d. l. ex diuerso §. vbi autem,
vbi etiam *Bart. ff. de re vend.*

Et ita decisum vtraque parte sæpius informante, &c.

Maceraten. legitimæ.

Ven. 22. Iunij, 1629.

A R G V M E N T V M.

Remissoria, an & quando sit concedenda ad probandam existentiam bonorum defuncti ex quibus detrahi possit legitima ex persona filij, qui inuentarium facere omisit Fideicommissum rei certæ, An & quando extendatur ad vniuersam hæreditatẽ: Et nonnulla alia notanda, quę habes in Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimam non admittunt filij ob omissionem inuentarij; sed ad quid ipsi teneantur vide latè, sub num. 15.*

2 *Filius si omisit facere inuentarium, & velit legitimam detrahere ex legatis seu bonis fideicommisso suppositis, & non constet de bonis liberis, præsumitur existentia aliorum bonorum, & quod filius illa subtraxerit, de illisque fuerit satisfactus.*

3 *Remissoria non conceditur filio, qui non confecit inuentarium, & vult legitimam deducere ex legatis, & bonis fideicommisso suppositis, ad probandam existentiam aliorum bonorum quia hæc probatio esset contra petentem, & ad Rei fauorem, cuncto n. præced.*

4 *Remissoria releuans dicitur, si petatur à filio ad probandam existentiam bonorum à patre pro legitima sibi assignatorum, & constet de assignatione.*

5 L. fideicommissa, §. si quis ita scripserit, ff. de leg. 3. *dispositio recitatur, & quando illa intrare videatur nec ne, num. sequ.*

6 *Verba quando dispositionem inducant, vel non, & num. 7.*

8 *Institutio facta in bonis mobilibus, iuribus, & actionibus, censetur etiam facta in bonis stabilibus, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus: fallit, vt nu. seq.*

9 *Fideicommissum rei certæ nunquam trahitur ad vniuersum declara, vt num 12.*

10 *Stabilia non veniunt appellatione mobilium, iurium, & actionum.*

11 *Stabilia constituunt tertiam speciem distinctam à mobilibus iuribus, & actionibus.*

12 *Substitutio fideicommissaria si facta fuerit per verbum commune, tunc fideicommissum rei certæ extenditur ad vniuersam hæreditatem, quæ instituto obuenit per ius accrescendi, seu non decrescendi.*

13 *Hæredi qui non exhibuit inuentarium, fuit denegata audientia in Rota super petitione prædij, alij per Testatorem legati, quòd hæres ex antiquo fideicommisso ad se spectare prætendebat, & ratio redditur ibidem.*

Legatum rei fideicommisso subiectæ ad fauorem hæredis, an & quando valeat, remissiuè.

14 *Inuentarium confici si testator mandauerit, & hæres illud non confecerit, dicitur esse in dolo & contumacia.*

16 *Filius si omisit facere inuentarium, an præsumatur bona, legitimam excedere.*

17 *Hæreditas præsumitur opulenta, non confecto inuentario.*

DECISIO CCXIII.



OSTQVAM fuit resolutum per plures Decisiones, Dominis de Pellicanis prætendentibus legitimam ex persona Philippi in bonis Matthei eius patris, obstare omissionem confectionis Inuentarij, & sic hæredes Francisci Vici, Reos conuentos esse absoluendos, prout per duas sententias Rotales conformes, fuerunt absoluti: Pellicani prædicti, ex quò vnum ex motiuis Decisionum fuit, Mattheum omnia sua bona fideicommisso supposuisse; hoc controuertere cœperunt, prætendentes non fuisse fideicommissum vniuersale, sed extare bona libera, fideicommisso non supposita, illaque omnia, aut fuisse per testatorem expressè designata filijs pro legitima, aut ex illis ante om-

nia

nia legitimam esse detrahendam; & reliquum solùm quod superest ex dictis bonis fideicommisso non suppositis, legitima detracta, esse inter filios hæredes
1 pro rata diuidendum,† non obstante omissione inuentarij, per quam filij legitimam non amittunt, iuxta *glos. in auth de hered. & falcid. §. si verò non fecerit. Oldrad. cons. 241. tota præsens, num. 9.* latè *Ossasc. decis. 148. & Surd. decis. 316. num. 4.* Cùm autem die 30. Martij præteriti fuerit ad dictum effectum dubitatum in Rota, An extent alia bona libera, & negatiuè resolutum, vt in Decisione dicta die facta, coram me; fuit ad hoc probandum petita Remissoria, quam Domini, sæpius super ea habita disputatione, pro maiori parte, hodie denegarunt. Et quia vis stat in releuantia, & informantes se inuoluebant; Domini quatuor casus distinxerunt; non enim alij præter eos in subiecta materia considerari posse, videntur, ex quorum dilucidatione Remissoriam esse irreleuantem per necesse probatur.

2 Primus casus est † quando versamur in terminis quod filius non fecit inuentarium, & cùm non constet de bonis liberis vult legitimam detrahere ex legatis, seu bonis fideicommisso suppositis: Et tunc certa est conclusio, quòd ex omissione inuentarij præsumitur existentia aliorum bonorum, & quod filius ea subtraxerit, & sic intra præsumptio satisfactionis, *§. Sancimus, in authent. de hered. & falcid. Natt. cons. 199. num. 80. Surd. vbi supra, Toreg. Couar. Seraphin.* & alij congesti in Decisionibus in hac causa factis 14. *Maij 1622. & 28. Februarij*
3 *1628. coram D. meo Vbaldo* † Et in hoc casu clarum est Remissoriam non esse dandam, ad probandum extare alia bona, Quia probatio esset contra petentem & ad Rei fauorem, *Natt.* & alij ibidem; Et in hoc nulla est difficultas.

4 Secundus Casus est † quando filius contendit, (prout hic Pellicani) vltra bona legata, aut fideicommisso, siue particulari, siue vniuersali supposita, testatorem reliquisse alia bona, quæ pro legitima assignauit, siue in specie, & particulariter; idest talia bona, si fecit fideicommissum vniuersale, siue in genere, idest alia bona simpliciter, si solùm fecit legata, & fideicommissa particularia, & petit Remissoriam ad probandum illa bona pro legitima assignata, extare; & constito de assignatione, Remissoria est releuans; Vnde in hoc casu releuantia pendet ab eo, An ex testamento Matthei probetur dicta assignatio: Verba testamenti, ex quibus eam probari contenditur hæc sunt, *Cum adhuc vltra prædicta supersint multa alia bona in hæreditate mea, & alia infra ponam sub eisdem conditionibus, quæ transcendunt legitimam filiorum meorum*, & vlterius ibi, *volo, vt infra annum faciant conficere inuentarium de omnibus bonis meis stabilibus particulariter, & de mobilibus, pecunijsque & mercantijs per æstimationem; quòd inuentarium volo omnino confici ad effectum, vt ex confessione dictorum filiorum & hæredum meorum ap-*
5 *pareat alia bona sufficere ad legitimam.* † Ex quibus testamenti verbis, videtur intrare dispositio *Text. in l. fideicommissa §. si quis ita scripserit ff. de leg. 3.* vbi sic Iurisconsultus, *si quis ita scripserit sufficiant sibi vinea, vel fundus, fideicommissum est, quoniam, & illud fideicommissum esse arbitramur, contentus esto alia re.*

Sed profectò prætensam assignationem legitimæ, per dicta verba non fuisse factam, tam ex facti seriè, quàm ratione conuincitur. In primis ex facti seriè, quia imò verba testamenti sunt clara, quòd testator noluit pro legitima relinquere vltrà debitum de iure, iuxtà patrimonij vires; non enim dixit, *alia bona sufficiunt pro legitima*, sed extare alia bona quæ trascendunt legitimam, ergo claris verbis dixit quòd vltrà legitimam superiunt alia bona, & sic distincta à legitima: nec non ex quo voluit etiam, vt in inuentario describerentur mobilia, & posteà subdit, *hoc ideò velle, vt ex confessione filiorum appareat alia bona sufficere pro legitima:* Vnde cùm posteà omnia bona mobilia fideicommisso supponat, † sicut quoad ea non intrat in casu nostro di- 6
spositio, *tex. in d. §. si quis*, sic neque quoad alia, quæ describere iussit, ratione verò, quia *in dicto §.* verba testatoris erant dispositiua, & principaliter prolata ad fauorem eius, in quem fuerunt directa, ad finem, vt haberet quòd aliàs habiturus non esset: Non enim possunt aliud importare, quæ ideò disponunt, vt latè *Bart. in l. ex hac scriptura, ff. de donat. & in dicto §. si quis ita:* In casu autem nostro verba prædicta testamen fuerunt prolata propter aliud; idest non vt filij legitimam haberent, quam aliàs in omnem casum habituri erant, sed ad effectum, vt illa non deduceretur ex bonis fideicommisso subiectis, vt ad sensum patet, & sic † non 7
disponunt, ex reg. text. *in l. ex his verbis*, & benè ibi *Bald. C. de testam. mil. Bart. vbi suprà. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. cap. 12. num. 2. & lib. 8. tit. 1. num. 7. in fine, & Surd. decis. 250. nu. 8. cum sequent.*

Tertius Casus est quando filius non contendit bona aliqua fideicommisso non subiecta, esse pro legitima assignata, nec legitimam petit ex legatis, & bonis fideicommissi, vt in primo casu, sed dicit vltrà legata, & bona fideicommisso supposita, adesse alia bona, ex quibus legitima deduci debet, & consequenter supponitur testatorem non fecisse fideicommissum vniuersale, prout in præsenti supponitur, ex quo † 8
testator post duo particularia fideicommissa instituit hæredes filios suos in bonis mobilibus, Iuribus, & actionibus, & eos ad inuicem substituit, nulla facta mentione stabilium; quo casu licèt in institutione hæredis veniant etiam stabilia, & generaliter omnia bona, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, ad *l. ius nostrum, ff. de reg. iur.* † non ta- 9
men illa veniunt in substitutione fideicommissaria rei certæ nunquam trahitur ad vniuersum, quia non militat dicta ratio, *leg. cogi, §. generaliter, ff. ad Trebellian. Bald. cons. 296. num. 1. lib. 4. & Cagnol. in d. l. Ius nostrum;* † Appellatione autem mobilium iurium, & 10
actionum non veniunt stabilia † quæ constituunt ter- 11
tiam speciem distinctam à mobilibus, iuribus, & actionibus, *leg. quam Tuberonis, §. vltimo, ff. de pecul.* latè *Tiraquell. in tract. de vtroque retract. §. primo glos. 7. pag. 73. numero 9. Rebuff. in leg. meorum, 91. ff. de verb. signif. Pinel. in prima parte rubr. C. de bon. matern. numero 24. cum sequent. & Gabr. commun. opin. titulo de verb. signif. conclus. 7. numero 1. cum sequent.* Et in his terminis *Decius cons. 387.* Vnde ad probandum stabilia extitisse, videtur Remissoriam releuare, & sic esse concedendam.

Sed etiam in hoc casu irreleuantia est clara, † Quia 12
vltrà quòd in præsenti, substitutio fideicommissaria non fuit facta per verba merè obliqua, vt in *dicto §. generaliter*, sed per verbum commune, *substituo*, quo casu videtur fideicommissum rei certæ extendi ad vniuersam hæreditatem, quæ instituto obuenit per ius accrescendi, aut non decrescendi, vt expressè firmat *Bartol. in dicta leg. cogi, §. sed & similes Peregr. de fideicomm. artic. 5. num. 36.* quicquid sit de dicto iuris articulo, non exhibito inuentario, est penitus Pellicanis audientia deneganda, vt in fortioribus terminis resoluit, *Rota in Romana restitutionis hæreditatis de Naris, 19. Nouembris, 1627. coram me,* † vbi hæ- 13
redi dum non exhibuit Inuentarium, fuit denegata audientia super petitione prædij alij, per testatorem legati, quod ad se hæres ex antiquo fideicommisso specta

so spectare dicebat, ea nimirum ratione; quia non constito de inuentario, præsumitur in hæreditate adesse totidem, & plus, quod valor prædij, quo casu valet legatum rei fideicommisso subiectæ ad fauorem hæredis, *l. vnum ex familia, §. sed si fundum, ff. de leg. 2.* cùm autem hæres in eo casu agnouerit, resolutionem Rotalem fuisse iuridicam, exhibuit Inuentarium, & pendet nũc disputatio an illud suffragetur; quia dicit legatarius fuisse confectum sine debitis solemnitatibus, ergo multo magis, in casu nostro, audientia denegari debet; tum quia nullum penitus inuentarium exhibetur; tum etiam quia in casu dictæ Decisionis, testator non iussit inuentarium confici; quo casu minus eum hærede proceditur; quam in
14 casu nostro, in quo cùm † testator illud fieri præcisè mandauerit, non conficiens dicitur in contumacia, & dolo; vt in puncto *Soccin. cons. 46. num. 5. vol. 1. Angel. cons. 135. nu. 1. in fin Dec. cons. 192. nu. 5. Rimin. cons. 95. num. 46.* & bene *Molin. de Hispan. Primogen. lib. 1. c. 28. n. 10. & Greg. Scabed. decis. 159. n. 3. vol. 1.* Et tandem cessat difficultas, quia fuit iam per plures Decisiones resolutum: Pellicanis obstare exceptionem non confectionis inuẽtarij, ad effectum, de quo agitur: Si enim stantibus dictis Decisionibus, exceptio inuentarij obstat. Remissoria est penitus irreleuans, quia alias resolutiones præfatæ essent superfluæ.
15 Præterea † quamuis filio non conficienti inuentariũ iuxta opinionẽ supradictam debeatur legitima in corporibus hæreditariis, & possit à legatariis seu fideicommissariis aliqua corpora hæreditaria petere pro sua legitima, quia vult id ipsum, quod sibi in specie debetur: omnes tamen DD. conueniunt, vt ex eadem legitima, aut de suo, si legitima non sufficit, teneatur integra legata & fideicommissa refundere, *Bart. in auth. sed cum Testator n. 11. vers. quæro vtrum, C. ad l. Falcid.* vbi reprehendit *Iacob. Beluis.* contrarium tenentem *Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus in tertiam ampliat in fin. C. de inoff. testam. Phanc. de inuent. p. 7. n. 13. & seq.* & plures alij quos cumulat, & sequitur *Surd. d. decis. 316. n. 16.* & sic ad euitandum circuitum, legitima nõ est ei soluenda, nisi prius refundat integra legata, & fideicommissa, vt in puncto *Surd.* vbi prox. *n. 13.* Ergo cùm in casu nostro, in omnem casum, mobilia iura, & actiones sint fideicommisso supposita ad
16 fauorem Francisci, † & ex non confectione inuentarij præsumptio sit, quòd excedant legitimam quantacumque illa sit, Remissoria est irreleuans; quia ex legitima, aut aliàs de suo teneretur mobilia, iura, & actiones refundere, quæ, vt dictum est, iuris præsumptione excedunt legitimam: Quæ omnia tanto magis videntur admittenda, ex quo non opponitur de non confectione inuentarij in vim actionis, sed per modum exceptionis.

Quartus & vltimus casus fuit excitatus per vnum ex Dominis, qui fuerũt pro Remissoria, videlicet quòd Pellicanis debetur Remissoria ad probandum, extare alia bona non ad consequendam legitimam, quia vt dicebat, eam iam habuisse confitentur, sed ad effectũ succedẽdi in dictis aliis bonis, si quæ sunt, vt hæredes, simul cum hæredibus Francisci, qui fuit cohæres Philippi; sed in casu isto est multo minus Remissoria danda. Quia non solùm in eo procedunt omnes rationes, de quibus in præcedenti casu, sed vlterius alia particularis ratio, quia in casu præcedenti hæredes Francisci opponunt de inuentario, vt fideicommissarij bonorum mobilium, iurium, & actionum dumtaxat: in præsenti autem possunt etiam de non confectione opponere, vti cohæredes, cùm enim ipsis, vt fuit iam resolutum, non obstet dicta exceptio; sed solùm Pellicanis, † iure optimo dicere possunt fuisse opulentissimam, & sic vltra bona probanda per Remissoriã, alia, & alia multo pretiosiora extitisse, & sibi pro sua portione hæreditaria contingere, ne dum bona liquida, per Remissoriam: sed multo plura, quæ semper præsumuntur ex non confectione inuentarij, præsertim ad effectum excipiendi.

Vnde non obstat quòd Antonia hæres Philippi dederit Francisco omnia bona, quæ habuit à Philippo, & quod in hac causa agitur de dictis bonis donatis: Quia vltra quòd est in confesso apud partes, quòd in hac causa non agitur nisi de legitima Philippi: Aut in dicta donatione nõ aderat nisi dicta legitima (vt Pellicani dicunt,) iam habita ex bonis Mathæi, Aut prætẽditur Philippũ aliunde alia bona habuisse: In primo casu procedũt omnia supradicta. Secundus autẽ casus est impertinens: quia non petitur Remissoria ad probandũ quod in hæreditate Philippi extiterint alia bona, sed solùm, ea extitisse in hæreditate Mathæi.

Et ita decisum vtraque, &c.

Toletana Admissionis.

Ven. 22. Iunij, 1629.

ARGVMENTVM.

Remissoria denegatur data articulorum irreleuantia, resultante ex eo quod illa petitur ad probandum id, de cuius contrario constat ex confessione petentis Remissoriam; & ex quo tendit ad probandum id, quod est contra ius, & Decisiones.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur ob irreleuantiam articulorum.*
2 *Ad testes non spectat deponere de dispositione iuris, sed solùm de facto, & per verba facti.*
3 *Remissoria non datur ad probandum, id de cuius contrario constat ex confessione eius qui Remissoriam petit.*
4 *Confessio partis præualet mille Testibus.*
5 *Et præsertim quando non datur fumus de errore.*
6 *Emolumenta prouenientia ab Anniuersariis dantur ad instar distributionum: & ideo non percipiuntur in absentia, pro vt percipiuntur, quæ competunt particulari nomine Beneficij. & num seq.*
7 *Distributiones quæ dantur interessentibus ratione seruitij, non percipiuntur particulari nomine, quia non dicuntur de corpore beneficij, nec augent corpus præbendæ.*
8 *Declaratio iuris & sententiarum Rotalium ad Papam, & ad Rotam spectat.*
9 *Remissoria non conceditur ad probandum quod est contra ius & plures decisiones Rotales.*

DECISIO CCXIV.

IN Sententiis Rotalibus in hac causa latis fuit inter alia declaratum, Cappellanos ad nutum Collegij Compluten. amouibiles, non debere participare de emolumentis, quæ Rectores, & Beneficiati perpetui percipiunt, particulari nomine, ex propriis eorum Ecclesiis: Cum autem Cappellani amouibiles continuarent in perceptione emolumentorum, vulgo de Tabula, Rectores & Beneficiati cum præsupposito quod dicta Emolumenta de Tabula ad eos spectent, eorum particulari nomine, & sic quòd Cappellani contraueniebant Sententiis Rotalibus, obtinuerunt contra eos Declaratoria,

Declaratotia,& illis postea instantibus pro Aggraua-
toria;& proposito dubio. An esset concedenda,*die* 4.
Decemb.1626. fuit coram me negatiuè resolutum,ea
scilicet satione, quia nec Declaratoria super dictis
emolumentis lata fuit;sed super expensis & Præemi-
nentiis,de quibus etiam in dictis sententiis,vt bo.me.
Vbaldus, de ordine Rotæ declarauit, nec liqnebat
quòd dicta emolumenta Tabulæ,essent de illis emo-
lumentis,quæ à dictis Rectoribus & Beneficiatis,par-
ticulari nomine pescipiũtur,& quorum perceptione,
vt dictum est Cappellani amouibiles, vigore dictarũ
sententiarum debent abstinere:Hinc Rectores,& Be-
neficiati petierunt Remissoriam ad probandum,quod
emolumenta Tabulæ, de quibus agitur sunt de illis
emolumentis,quæ ipsis proprio nomine debentur.Et
proposito hodie dubio an dicta Remissoria sit conce-
5 denda, fuit etiam negatiuè resolutum. † Ratio reso-
lutionis fuit irreleuantia articulorum ob quam sem-
per remissoria denegatur, *l. ad probationem,C.de Pro-
bat. Roman.cons.*226.*num*.3. *Cassad.decis*.2.*de dilat.Cas.
de Grass.d*.5.*eodem tit.& Rota decis*.589. *num*.1. *par*.2.
recent. & fuit millies decisum.

De irreleuantia autem sex priorum articulorum,
nullo modo dubitari potest. Quia primus continet
consuetudinem Cleri oppidi Madriti congregandi se
capitulariter: Secundus possessionem Collegij Com-
pluten.deputandi quatuor Capellanos ad eius nutum
amouibiles Tertius in Ecclesiis d. oppidi adesse qua-
tuor genera emolumentorum: Quartus,Quintus, &
Sextus, pertinentiam trium priorum generum præ-
dictorum emolumẽtorum,quæ non contrõuertuntur,
sed omnia vt iacent in dictis articulis vtrinque ad-
mittuntur pro veris.

Septimus articulus habet duas partes,quarũ prima
continet quartum genus emolumentorum,nempè e-
molumenta Tabulæ,de quibus agitur,ad Rectores,&
beneficiatos perpetuos pertinere priuatiuè quoad
cappellanos amouibiles, quod cùm allegetur aliquis
titulus pendet, † & positum est in iuris dispositione,
2 de qua deponere non spectat ad testes sed solùm de
facto & per verba facti, *Gloss. in l. stipulatio* §. *hæc
quoque.ff.de verb.oblig.Rip.in l*.1.*n*.32.*ff.si cert.pet.Felin.
in C.cum causam, in primo n*.9. & ibi etiam *Bald*.&
alij *de Testibus Alex cons*.159.*n*.5.*lib*.6. *Rota decis*.240.
num. 3. *par*.2. *diuers*.seconda verò pars continet im-
memorabilẽ Rectorũ & Beneficiatorum percipiendi
dicta emolumẽta, priuatiuè, & tamen ex eorũ cõfes-
sione, & pluribus Testibus desuper iam examinatis,
& publicatis constat, etiam Cappellanos amouibiles
participasse, & esse in quasi possessione percipiendi
dicta emolumenta. Vnde meritò super dicta imme-
morabili est Remissoria deneganda,† quia non datur
3 ad probandum id cuius contrarium constat ex confes-
sione eius qui Remissoriam petit, *ad text.in cap. in
præsentia* § *præterea de probat.Innoc.in c.cum contingat.
de offic.Deleg.Aym.cons*.175.*num*.10.*Verall.decis*.283 *n*.
4 6. *par*.3.*Greg.XV. decis*.323.*n*.4.Et merito † quia cõ-
fessio partis præualet mille Testibus, idem *Gregor.
5 decis*.357.*n*.3.& ibi *add.n*.7.† & præsertim quando,vt
hìc non datur fumus de errore, nec dari posse vide-
tur, stantibus dd. Testibus.

Octauus, & vltimus articulus continens Beneficia-
tos perpetuos percipere emolumẽta Tabulæ particu-
lari nomine, ex eorum propriis Ecclesiis est penitus
6 contra iuris dispositionem: † Quia cum talia emolu-
mẽta proueniant ab anniuersariis,& aliis huiusmodi,
& sic dentos ad instar distributionum, *c. vnico in fin*.
vbi *Gem.in de Cler.non resid in* 6. & post, *Lap.alleg*.43.
Rebuff.in concord.tit.de collat.§.1. *verb. distributionum*,
tradit *Lar. de anniuers. & Cappell. lib*.1.*cap*.27.*n*.1. *&
seq*.non percipiuntur in absentia pro vt percipiuntur,
quæ competunt particulari nomine beneficij, sed
lucrantur ratione seruitij,& laboris personalia à solis
interessentibus,& † ideò non percipiũtur particulari 7
nomine,quia non dicuntur de corpore beneficij, nec
augent corpus præbendæ,*Oldrad.cons*.16.*n*.1.*Couar.
var.resol.l*.3.*cap*.23.*n*.1.*Gonzal.super.reg*.8.*in proem*.§.7.
n.163.*Garz.de benef.par*.5.*c*.3.*n*.158. *cum seq.Put.decis*.
478. *libr*. 2. *in nouiter impressis*, *& Rota decis*.8.
nu.1. *de prebend*.in nou.† Vnde cùm dictus articulus,
nedum tendat ad declarationem iuris & Sententia- 8
rum Rotalium, quæ ad Papam, & ad Rotam spectat,
† imo sit contra ius & tot decisiones Rotales,non est
super eo Remissoria concedenda, *Rota decis*.212.*nu*.1. 9
par.1.*recent.& Greg.XV.decis*.184.*n*.1.Et tantò minus,
quia effectus,ad quem petitur Remissoria nõ est alius
quàm vt Cappellani amouibiles non gaudeant dictis
emolumentis de Tabula,quod est penitus impracticā-
bile;quia esset tollere Cappellanias & Breue Clemẽ-
tis Octaui;admittens eos ad emolumenta,quæ perci-
piunt Beneficiati perpetui, nec non dictæ sententiæ
Rotales, super d. Breuis interpretatione latæ, super-
fluæ & inutiles penitus redderentur:Cùm enim Cap-
pellani non participent de aliis tribus generibus
emolumentorum, si nec etiam de hoc quarto genere
gauderent,nihil penitus haberent.
Et ita,&c. vtraque, &c.

Leodien. Decimarum.

Lun. 25. Iunij, 1629.

SVMMARIVM.

Assistentia Iuris communis in exigendis Decimis, an & quando suffragetur vel non, ad effectum manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Assistentia iuris communis in exigendis decimis, cum probatione quasi possessionis in genere, suffragatur ad effectum manutentionis: Et maxime si probetur quasi possessio particularis, num. 2. fallit vt num.5. & 7.*

3 *Cistercienses Fratres, & Moniales, ex priuilegio Sixti Quarti, sunt exempti à solutione decimarum ex terris,propriis laboribus, & expensis cultis: nisi aliter conuenerint, num.9.*

4 *Possessio vnius partis probatur, ex quo altera pars petit ad illam reintegrari.*

6 *Manutentio debetur, lite pendente in possessione exigendi Decimas, habenti priuilegium cum quasi possessione.*

8 *Possessio probari debet in casu in quo manutentio petitur: aliàs non releuat.*

DECISIO CCXV.


N Decisione in hac causa facta: *Iunij*
1626. fuit resolutum: Capitulo, &
Canonicis Ecclesiæ Aquẽsis tunc solùm
informantibus, esse dandum mandatum
de manutenẽdo contra Monasterium,&
Moniales Roberti Mõtis Ordinis Cisterciẽsis,in qua-
si possessione percipiẽdi decimas,ex terris vulgo Bor-
tariis cultis expensis earum propriis,sitis in Parochia
S.Romachi quæ est prædictorum Capituli & Cano-
nicorum:† Ratio resolutionis fuit assistentia iuris cõ- 1
munis, & probatio quasi possessionis in genere ad fa-
uorem Capituli, *Anton. de Butr. in cap. fin.n*.40.*vers.
item si Rector de caus. Possess.& propriet*.† tanto magis, 2
quia

quia vltra probationem quasi possessionis generalis,
probatur quasi possessio particularis percipiendi de-
cimas in istis prædiis, *Rota decis.2.num.3.de præscript.
in nou. Seraph.decis.144. num.3. addit. ad Gregor. XV.
decis. 312. in fine,* & latè *Modern. Bonon. Var.resol.
lib. 1. cap.11.*

3 Sed † proposita hodie causa vtraque parte infor-
mante, fuit recessum à decisis; ex quo † pro parte
Monialium datum fuit amplum priuilegium Sixti IV.
de anno 1402. quo fratres & Moniales Cistercienses
fuerunt exemptæ à solutione decimarum ex terris
propriis laboribus, aut expensis cultis, tam antè, quã
post Concilium generale acquisitis, cum expressa de-
rogatione dicti Concilij, de quo *in c. nuper. de decim.*
& vlterius ex Testibus † & ex quo Capitulum alias
4 petiit reintegrari, videtur sufficienter probari quasi
possessio earum non soluendi decimas in dicto casu,
5 † quibus concurrentibus habenti Iuris assistentiã, &
quasi possessionem in genere, denegatur manutentio,
6 † Quinimo habens priuilegium cum quasi possessio-
ne, est in possessione, lite pendente, conseruandus, *C.
cum personæ, §. quod si tales.* vbi *franc. num.a.de Pri-
uil. in 6. & d. Modern.* vbi supra *numer. 5. & 18. &
Greg. XV. dicta decis. 312.*

7 Neque obstat † quasi possessio particularis Capi-
tuli, percipiendi decimas ex istis prædiis. Quia solum
concludunt. d. perceptionem à conductoribus Mo-
nialium, non autem quando illæ propriis expensis
colunt; in quo casu per Moniales ex supradictis pro-
8 batur contrarium. Vnde cessat manutentio; quia †
regula est quod possessio debet probari in casu, in quo
manutentio petitur, alias non releuat, *Aym. cons.96.
num.4. Rota decis.393. n.2. & decis.799. n.3.p.1.diuers.*
Et præsertim in subiecta materia, *Seraphin. d.decis.
1449.n.3.*

9 Minus † obstat probatio quasi possessionis Capi-
tuli, percipiendi decimas, etiam quando moniales
excolunt propriis sumptibus. Quia concludit de aliis
terris diuersis ab istis de quibus agitur, ex quibus
moniales, virtute cuiusdam transactionis, de anno
1582. quæ data fuit *Summario num.* 4. renunciantes
quoad eas tantum, dicto Priuilegio Sixti Quarti, se
obligarunt decimas soluere, etiam quod propriis
sumptibus, aut laboribus excolerent, & sic intrat, à
contrario sensu dispositio *Text. in d. cap. nuper,* ibi,
nisi cum ipsis Ecclesiis aliter duxerint componendum, &
facit *Tex. in c. veniens. de transact.*

Et ita, &c. vtráque, &c.

Elnen. Distributionum.

Luna 25. Iunij, 1629.

ARGVMENTVM.

Concordia inita cum Antecessore quando liget successorem: Et an via executiua competat pro contentis in transactione, facta super Distributionibus.

SVMMARIVM.

1 *Libro Capituli, in quo describuntur Canonici, interessentes diuinis officiis, creditur.*
2 *Concordia inita cum Antecessore ligat etiam successorem in beneficio, si sit ab Episcopo confirmata.*
3 *Præsertim si fuerit à successore, medio iuramento confirmata.*
4 *Concordia approbatio inducitur ex illius obseruantia.*

5 *Via executiua competit pro contentis in transactione.*
6 *Transactio habet vim rei iudicatæ.*
7 *Res iudicata habet paratam executionem.*
8 *Distributiones quotidianæ, debita ratione interessentiæ, habentur vti mercedes operariorum.*
9 *Via executiua competit pro mercedibus operariorum.*

DECISIO CCXVI.

DOMINI dixerunt contra D. Abbatem Collegiatæ Ecclesiæ B. M. de Regali, oppidi Perpiniani, esse relaxandum mandatum exequutiuum, ad fauorem Capituli, Canonicorum, & Beneficiatorum dictæ Ecclesiæ; pro solutione contentorum in transactione inter eos inita, de anno 1603. nempè ad fauorem Cõmunitatis, seu massæ Communis distributionum, pro annuis libris centum, & octo, illarum partium, in pecunia numerata, duodecim mensuris frumenti, nonaginta sex ponderibus vuarum, ac viginti quatuor mensuris olei, debitis dictæ Communitati, pro distributionibus, ab anno 1626. inclusiuè, vsque ad præsens; nec non ad fauorem singulorum Canonicorum qui resederunt, & diuinis interfuerunt in vnoquoque mense, per decem dies pro sex ponderibus, vulgo, agminas, tritici debitis quolibet anno in mense Septembris, videlicet à die 1. Maij 1627. vsque ad diem tertiam Febr. præteriti, toto quo tempore probatur prædictum requisitum præsentiæ, & interessentiæ Canonicorum, vt in libro
Capitulari d. Ecclesiæ, in quo adnotari solent inter-
essentes diuinis in qualibet hebdomada, *Summ. nu.4.*
† Cui libro in hac materia standum videtur, *Felin. in* 1
*c. ad audientiam, num. 16. de præscript. Anchar. cons.
44. num.5. Rota decis.629. circa med. par.2. recent.*

Ratio resolutionis fuit, † Quia quamuis d. Con- 2
cordia fuerit inita cum antecessore, tamen quia fuit
per Episcopum confirmata, ligat etiam Abbatem
modernum, *c. de cætero 5. in transact.* vbi *Innoc.num.4.
& 5. & Card. in c. veniens apposit.3. eod. tit.* Et cessat
difficultas, † Quia fuit etiam per dictum Abbatem 3
modernum, in primo ingressu expressè, medio iura-
mento, approbata, *Summ.n.2. ad tex. in c.cum venis-
sent 6. de instit. Bellam. cons.30. num.* 8. nec non suba
sequuta obseruantia, vsque ad d. annum 1626. obli-
gando conductores reddituum Abbatiæ, ad soluen-
dum Communitati, & Canonicis prædictas summas
pecuniarum, & fructuum, habita relatione ad d. Con-
cordiam, *Summ. num.3.* † Ex qua obseruantia induci- 4
tur etiam approbatio, & ratificatio d. Concordiæ.
*Dec. in l.semper qui non prohibet n.7.ff.de reg.iur.Cran.
cons.360. num.7. Cauale. decis.22. num. 53. par.1.*

Quòd autem † pro contentis in transactione cõ- 5
petat via executiua, est communiter receptum, *Cran.
cons.685.n.27.vers.simils modo Suar.ad l.post rem iudi-
catam, not.8. vers.item transactio, n.3. Gutier. in repet.l.
nemo potest, n.439.ff.de leg.1. Roderic.de execut.c.1.art.3.
n.18. Modern.Rom.discept.for.c.665.n.11. & Rota apud
Card. Caual. decis.23.sub n.23.* Et ratio est, † quia trã- 6
sactio habet vim rei iudicatæ *l.non minorem,* vbi om-
nes, *C.de transact. Cesal.cons.210.n.71. Rol cons.28.n.17.
lib.4. & Rota decis.414.n.2.par.2. recent.* † Res autem 7
iudicata paratam habet executionem, *l. si sese non ob-
tulit, §.si ex conuentione,* vbi *Bar. Ias.* & alij, *ff.de re iud.
& l.si causam, C.de execut re iud. Suar. vbi supra, not.1.*

Et circumscripta etiam ratione prædicta, quòd in
casu nostro pro summis, & partitis prædictis detur
via executiua, ex eo patet, quia ex tenore Concordiæ,
illæ debentur Communitati pro distributionibus;
† Canonicis verò eum onere interessentiæ in diui- 8
nis; quæ ideo vti operariorum mercedes haberi de-
bent, *Paris.cons.33. n.3.vol.4. Gig.cons.144.n.6. & 13.*

13 *Monet. de distribut. p.1. q. 1. num.13.* † Pro operatio-
rum autem mercedibus, indistinctè via executiua
competit, *Rebuff. de sent. execut. art. 3. glos. 7. num. 1.
& 25. &c.*
Et ita decisum vna tantum, &c.

Perusina Spolij.

Merc. 27. Iunij, 1629.

ARGVMENTVM.

Res Iudicata ex quibus intret vel non: Et quando appellatio debeat in scriptis, vel sufficiat viua voce interponi.

SVMMARIVM.

1 *Res Iudicata intrat, si appellatio non fuit interposita in scriptis, intra decem dies.*
Declara procedere in appellatione à diffinitiua ex interuallo, num. 7.
2 *Res Iudicata intrat si non fuit reditum pro Apostolis, licèt appellatum fuerit intra terminum iuris.*
3 *Rursus intrat ob lapsum fatalium.*
4 *Transportatio integri processus fieri debet ab eo qui prætendit rem Iudicatam: ita vt non sufficiat productio solius sententiæ.*
5 *Sententia non probat sine processu.*
6 *Appellatio viua voce, incontinenti interposita, sufficit de iure.*
8 *Appellatio ab inter locutoria debet esse in scriptis de Iure Canonico.*
9 *Terminus ad redeundum pro Apostolicis durat, de iure, per triginta dies.*
10 *Appellatio prosequi potest intra biennium, in Curia.*
11 *Fatalium prorogatio, à quo tempore sit computanda.*

DECISIO CCXVII.

1 DOMINVS Persianus de Ansideis † prætendebat rem indicatam, sententiæ ad eius
fauorem Perusinæ, con. DD. de Alphanis ex
triplici capite: Primo, quia Alphani infra
decem dies non appellarunt in scriptis, *iux. l. 1. §. fin.*
2 *ff. de Appellat.* † Secundò quia, quatenus appellarint
intra terminum, non redierunt pro Apostolis, *c. ab*
3 *eo de Appel. in 6. Clem. qualium eod. tit.* Et demum †
ob lapsum fatalium, *Auth. ei qui C. de temp. appellat.
& cap. cum sit Romana de Appell.* Vnde dedi dubium
An constet de re iudicata: Et DD. hodie resoluerunt
eam non probari.

Nam primum de appellatione non interposita in
scriptis, cessat pænitus, tum quia non constat, de sen-
tentia in processu actorum per Ansideum transpor-
tato, ex cuius reuolutione prætendit constare de non
appellatione in scriptis; quinimo ex ea constat non
4 adesse sententiam in dicto processu: & clarum est †
Ansideo qui prætendit rem iudicatam, incumbit
onus transportandi integrum processum, ita vt ne-
que sufficiat productio solius sententiæ, *Modern. de
5 appell. q. 2. art. 1. num. 19. vers. contrarium seruat.* † Et
hoc ex eo quia sententia non probat sine processu,
*Paul. de Castr. in l. qui ad ciuilia, ff. de appellat. Ca-
puteq. decis. 128. par. 3.* Tum etiam quia quatenus cō-
staret de sententia, illa, vt vtrinque dicitur, fuit lata
6 die 15. *Octobris* 1626. † & tamen Alphani docent de
appellatione, viua voce, incontinenti interposita, pro
vt de iure, *l. 2.* & ibi *glos. ff. de appellat. Bart. in d. l. 1. §.
fin. ff. eodem Specul. eod. tit. §. qualiter autem, in princ.
lib. 1. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. num. 28. Achil. decis.
2. in princ. de appell. & Put. decis. 102. num. 1. lib. 3.*
† Nec aduersatur, *tex. in d. l. prima §. fin.* Quia pro- 7
cedit in appellatione à diffinitiua ex interuallo, vt
ibi declarat *Bart. num. 4.* † prout de iure canonico 8
idem est in appellatione ab inter loquutoria, à qua
indistinctè appellandum est in scriptis, *cap. 1.* vbi *glos.
verb. Interlocutoria de appellat. in 6. Franch. in c. vt
debitus, coll. 11. vers. vltimo pones, eodem tit. Vestr. vbi
supra, Rota decis. 54. de appellat. in nou. & apud
Puta dicta decis.* 102. vbi rationem differentiæ as-
signat inter appellationem à diffinitiua, & interlo-
cutoria.

Secundum quòd non fuit reditum pro Apostolis †
ex facto tollitur: tum quia vt dictum est, in processu
non constat de sententia: tum etiam quia Alphani ap-
pellarunt, vt supra, *die 15. Octobris*, qua vt dicitur,
fuit lata sententia, & Iudex dedit terminum ioria:
die verò penultima eiusdem mensis redierunt pro
Apostolis, quos Iudex eadem die penultima dedit, † 9
& sic intra terminum iuris, qui durat per triginta
dies, *cap. ab eo* vbi *Archid. de appell. in 6. l. Iudicibus, C.
eod. Bart. in d. §. fin. num. 8. vers. quærit glos. Specul. in
tit. de Apost. in rubr. num. 15. vers. sed nunquid libello,
lib. 4. Marant. in specul. par. 6. art. 2. num. 416. vers. 4.
casus, Marches. de Commiss. parte 2. cap. 1. de Apost.
petit. numero 28. & Rota decisio 80. de appell. in
antiq.*

Tertium de prætensa desertione ob lapsum fata-
lium, similiter non releuat, non dicto de sententia; &
in omnem casum cessat etiam ex facto, † quia duran- 10
te adhuc biennio, quod passim datur in Curia, vt te-
statur *Put. decis. 385. lib. 1.* † fatalia, vt apparet ex a- 11
ctis, fuerunt prorogata ad sex menses, qui non sunt
computandi, vt Ansideus prætendit, à die proroga-
tionis, quæ facta fuit *die 3. Iunij* 1628. & sic per tres
Menses, & dies duodecim ante lapsum dicti biennij,
quòd currebat vsque ad diem 15. *Octobris* eiusdem
anni, sed à die finiti biennij, *Mandos. in tract. de Com-
miss. prorog. fatal. verb. lite & causa, Marches. eo-
dem tit. cap. 1. §. 1. numero 58. & Puta dicta de-
cisione 385.*

Et ita, &c. vtraque, &c.

Romana Domus.

Merc. 27. Iunij, 1629.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fructus veniunt in Iudicio manutentionis.*
2 *Declara tamen non venire fructus exactos ante petitam manutentionem, nisi vltra malam fidem causatam ex litis substentatione, concurrat aliunde mota fides clara, & inexcusabilis, num. 3.*

DECISIO. CCXVIII.

CVm Iullo Pocobello data fuerit manuten-
tio in possessione domus, de qua agi-
tur, contra Capitulum, & Canonicos S.
Mariæ ad Rotundam; † Et fructus ve- 1
niant in hoc Iudicio, *l. 3. ff. de Interd. Io. Fabr. in §.
retinendæ*

retinendæ num. 14. vers. item fructus Instit. eod. tit. Dubitaui hodie, Ad quam summam sint liquidandi fructus, per Capitulum percepti; & fuit resolutum, esse liquidandos ad summam scutorum tricentum monetæ, contentam in quietantiis factis per Economum dictæ Ecclesiæ, conductoribus dictæ domus, de pensionibus ei solutis, de quibus in Summario Pocobelli; num. 1.

Neq; obstat quòd pēsiones, de quibus in dictis quietantiis, pro maiori parte fuerint exactæ ante petitam
2 manutentionem, † Quæ ideo non veniunt in hoc Iudicio manutentionis summariissimo, sed via ordinaria peti debent, d.l.3.ff.de itinere l.1.§.ex die.ff.de vi, & vi arm. & Rota in Calaguritana de Antoll. 4. Maij,
3 1611. coram Damasceno. † Quia dicebāt Domini dicta iura non procedere, quando præter malam fidem causatam ex litis substentatione, adest etiam aliunde mala fides clara, & inexcusabilis, pro vt aderat in præsenti, mala fides Canonicorum de tempore quietantiarum, ex quo Pocobellus ante emerat domum, de Capituli consensu, quo casu dubio procul intrat doctrina Bart. in dicta l.3. vers. tu dic, Menoch. de retin. remed. 3. num. 189. Hier. Laur. decis. Auen. 119. vers. vel intelligendum est Faber: Nec contrarium firmatur in dicta Decisione Calaguritana de Antoll.

Et ita &c. vtraque &c.

Massanen. Electionis.

Merc. 27. Iunij, 1629.

ARGVMENTVM.

Eligendi quasi possessio quomodo probetur. Regula 3. Cancellariæ hodie 4. reseruatoria principalium Dignitatum in Collegiatis, quando non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi quasi possessio probatur ex vnica electione effectum sortita; & suffragatur electo, ad effectum confirmationis, num. 3.*
2 *Regula* tex. in cap. consolationibus, de iure patron. *procedit etiam in electione.*
4 *Regula 4. Cancellariæ, Reseruatoria principalium Dignitatum in Collegiatis, non comprehendit beneficia debita certo generi personarum.*
5 *Item non comprehendit Beneficia Monocularia. Beneficium quando dicatur Monoculare.*

DECISIO CCXIX.

FVIT resolutum, Electionem factam per Clerum Græcorum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de persona Iosephi Fataonis ad beneficium, de quo agitur, vulgo Prothopapatus, nuncupatum, esse validam. Quia constat de quasi possessione iuris eligendi prædicti Cleri, ex pluribus electionibus continuatis, &
1 effectum sortitis; † cum tamen vnica effectuata sufficeret, ex reg. tex. in c. consultationibus vbi Abb. n. 2.
2 de iure patr. † Quæ etiam in electione procedit, cap.
3 querelam de elect. Seraph. decis. 1432. num. 10. † Vnde dicto Iosepho electo suffragatur ad effectum confirmationis, ad tex. in cap. nihil. de elect.

Tomus I.

Neque † obstat Regula 3. hodie 4. Cancellariæ, reseruatoria principalium Dignitatum in Collegiatis: 4
Quia vltra quòd aliquibus ex Dominis videbatur in ea nō comprehendi hoc beneficium vti debitum certo generi personarum, videlicet vni ex dicto Clero per eum eligendo ex antiqua consuetudine à Sede Apostolica de anno 1555. confirmata, iuxta ea quæ tradit Garz. de Benef. par. 5. cap. 1. num. 564. † Cessat 5
difficultas ex quo, vt dicebatur, Prothopapatus iste est Monocularis, non solùm quia in dicta Ecclesia non adsunt aliæ Dignitates, sed nec alia beneficia; quo casu non intrat dicta Regula, Simonett. de reseruat. q. 85. num. 7. Mandos. super dicta reg. quæst. 5. n. 4, & dixit Rota in Turritana Archipresbyteratus 7. Maij, 1574. in fin. quæ habetur apud Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 258.

Et ita vna tantùm parte, &c.

Nullius Canonicatus.

Merc. 27. Iunij 1629.

ARGVMENTVM.

Iudex nulliter procedens non priuat possessione; & ideo manutentio debetur priori possessori, non autem postea immissio, Iudicis autoritate.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis capta alio non possidente sufficit, ad effectum manutentionis.*
2 *Possessio realis probatur ex instrumentis locationum, cum perceptione fructuum.*
3 *Possessor manutenendus est.*
4 *Exequutor Apostolicus procedens vigore Breuis de capienda possessione, non citato possessore, nulliter procedit, & sic illum non priuat possessione, qui ideo manuteneri debet; non autem immissus à dicto Executore, & num. 5.*

DECISIO CCXX.



FVIT resolutum, Ioanni, prouiso ab Ordinario esse dandum mandatum de manutenendo in possessione Canonicatus, & præbendæ in Collegiata S. Sebastiani Ciuitatis Canusij, † Quia 1
constat de eius possessione de tempore motæ litis, non solùm instrumentali: capta alio non possidente, quæ sufficit ad hunc effectum, l. prædia, vbi Bar. ff. de acquir. poss. Caputaq. decis. 334. num. 6. par. 2. &
alibi passim: † Verùm etiam reali, & actuali, ex in- 2
strumentis locationum cum fructuum perceptione, l. Titia, vbi Bart. & alij, ff. de solut. Gabr. tit. de locat. conclus. 4. nu. 2. & sequen. Ludou. Gom. in Regula de annal. quæst. 47. numer. 1. & 2. Cas. de Graff. decis. 10. numer. 3. de caus. poss. & prop. † qui pro- 3
pterea manutenendus est, §. retinendæ Inst. de Interdict.

Neque obstat possessio Hieronimi, quæsita autoritate Executoris Apostolici † Quia cū Exequutor pro- 4
cessetit vigore Breuis de Capiēda possessione, non citato Ioanne priore possessore, & sic nulliter, Ioannes

Z 2 non

non fuit possessione priuatus, qui ideò est manutenédus, *Rota in Cusentina Parochialis* 22. *Aprilis* 1594. *coram Cardinali Pamphilio, & in Maioricen. Parochialis* 23. *Ianuary* 1592. *coram Bubalo*, quæ habentur apud *Garz. de Benef. par. 6. cap. 2. num. 120. & 125.*

5 † Non autem manutenendus est Hieronymus, *Rota apud Reuerendissimum Dominum meum Decanum decis. 113. num. 5. & Cardinalis Caualerius, decis. 478. n. 4. &c.*

Et ita, &c. Ioanne tantum informante, &c.

Romana Domus.

Lun. 5. Nouembris, 1629.

ARGVMENTVM.

In iudicio plenario manutentionis veniunt fructus exacti ab initio, sed in summarissimo Retinendæ non veniunt nisi exacti post petitam manutentionem.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio manutentionis veniunt fructus exacti ante petitam manutentionem, quando vltra malam fidem, causatam ex litis substentatione, concurrit etiam aliunde clara & inexcusabilis mala fides, & num. 5.*

2 *Declara procedere quando fuit actum possessorio Retinendæ plenario, secus si actum fuerit indicio summarissimo manutentionis, num 3. & rationem differentiæ inter vtrumque casum vide num. seqq. ac plura iura in contrarium allegata declara, vt num. 7.*

4 *In iudicio plenario manutentionis fertur sententia in forma, à qua de iure datur appellatio; secus autem in iudicio summarissimo, in quo datur manutentio per viam decreti, sine præiudicio iurium partium, nec est appellationi locus, nu. 6.*

8 *In Interdicto, Vnde vi, veniunt fructus ab initio, & quare.*

DECISIO CCXXI.



1 FIRMATVM fuit *die 27. Iunij, præteriti coram me*, etiam † fructus perceptos per Capitulum & Canonicos Sanctæ Mariæ ad Rotundam, ante intentatum iudicium Retinendæ per Iulium Porcobellum, venire in dicto iudicio, ex quo vltra præsumptam malam fidem causatam, ex litis substentatione, aderat etiam aliunde clara, & inexcusabilis mala fides Canonicorum, iuxta distinctionem, *Bart. in l. 3. vers. tu dic. ff. de interd. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 289. & Hier. Laur. decis. Auenion. 119. vers. vel intelligendus est Faber.*

2 Verùm hodie, † dum dicta decisio reuideretur, fuit animaduersum non fuisse actum possessorio Retinendæ plenario, in quo est verum, stante mala fide, venite fructus ab initio, & ante litis contestationem super dicto Iudicio perceptos, officio tamen Iudicis, ratione damnorum, & interesse, iuxta Decisionem, *Seraphini* 1168. & *Put. decis. 61. in princ. lib. 3. in nouiter impress.* Et sic est intelligendus *Bart. in d. l. 3.* non autem ex vi Interdicti, vt minùs bene voluit *gloss. in l. 2. verbo in hoc interdicto, in fin. ff. vti possid.* contra tex. *in d. l. 3.* ibi, *exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita sunt non retro, ff. de interd.* & *l. 1. §. ex die*, ibi, *non retro computentur. ff. de vi, & vi armat.* Quæ iura sic vt supra necessariò intelligenda sunt.

Sed hîc † fuisse actum iudicio manutentionis summarissimo, in quo absolutè non veniunt fructus, nisi 3
à die intentæ manutentionis, iuxta Doctr. *Fabr. §. retinendæ nu. 114. vers. Item fructus, Instit. de interd. Mantic. decis. 127. in fin. Rota decis. 317. nu. 1. par. 1. & decis. 606. nu. 1. par. 2. recent.* Hæc *Menoch. & Hier. Laur.* si benè legantur videntur dixisse contrarium, sed iuxta supradicta intelligendi sunt: † ratio differentiæ 4
est, quia in plenario res iuridicè discutitur, & incidenter saltem de petitorio, & maturè de initio possessionis tractatur; & fertur sententia in forma, à qua de iure communi datur appellatio, & propterea bene in eo Iudici constat de causa possidendi, & sic de bona aut mala fide, † Et consequenter data mala fide 5
adest æquitas, & sic Iudicis officium pro restitutione fructuum ab initio, iuxta *tex. in l. qui restituere, in fin, ff. de rei vend. & l. si duo §. fin.* & ibi communiter DD. *ff. vti possid.* ex Regula *tex. in l. 1. ff. de dol.* Et magis in specie ex, tex. *in l. videamus generatim §. si actionem vers. quod si acceptum, ff. de vsur.* † In summarissimo 6
autem, in quo versamur, leuiores sufficiunt probationes & datur manutentio per viam Decreti sine præiudicio iurium partium, & regulariter non attenditur iustitia, aut iniustitia, sed nudum possessionis factum: nec est appellationi locus, *Mandos. cons. 91. Rebuff. tit. de remed. poss. glos. 2. & 3. Couar. cap. 17. pract. quæst. per tot. & Milanes. decis. Sicil. 1. n. 98.* Vnde cessat æquitas; quinimò esset prorsus ab omni ratione alienum, quòd in eo fieret condemnatio in fructibus ab initio perceptis, quia esset canonizare malam fidem, sine debita causæ cognitione, dum propter eam, & & non aliter condemnatio fieri potest, & non attenta iustitia, aut iniustitia, & sic bona, aut mala fide, quàm differentiæ rationẽ, licèt non ita explicitè; iam prius sensit Rota in dd. Decisionibus *Put. & Seraphin.*

Neque † supradictis obstat, *tex. in d. l. 1. §. ex die, in* 7
princ. ff. de vi, & vi arm. & l. is qui in puteum, §. quod ait Prætor, ff. quod vi aut clam. & in l. si de possessione, C. Vnde vi, vbi quod ex vi interdicti veniunt etiam fructus ab initio, † quia dicta iura loquuntur in interdicto vnde 8
vi, aut clam, vt bene dixit *glos. in d. l. 3. ff. de interd.* vbi etiam *Rebuff.* quorum longè dispar est ratio, quia vltra quòd in eis, quando fit condemnatio semper mala fides est certa, & ex eorum natura fit restitutio in pristinum, & sic veniunt etiam fructus; & accessiones ab initio ex vi interdictorum, iuxta tex. optimum, *in d. l. videamus generatim, §. in Fabriana, ff. de vsur.* ibi & *ideo cum restitui Prætor vult, veluti in interdicto Vnde vi, etiam fructus sunt restituendi*, & latè *Menoch. de recuper. poss. in prælud. nu. 4. cum sequent.*

Ex quibos Domini insequendo dictam distinctionem inconcusse in Rota obseruatam, resolnerunt fructus vigore mandati de manutenendo, emanati in hac causa, in dicto Iudicio summarissimo, deberi tantum à die petiti mandati non autem ante; Et in hoc recesserunt à decisis.

Et ita resolutum vtraque parte informante.

Elnen. Distributionum.

Lun. 12. Nouembris, 1629.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Extractio instrumenti facta à Notario de eo rogato, non requirit decretum Iudicis, nec partis citationem.*

2 *Inter*

2 *Interessentia Canonicorum probatur ex libro Capitulari.*

DECISIO CCXXII.



VIT vnanimiter resolutum standum esse in decisis die 15. Iunij præteriti coram me, & sic esse relaxandum mandatum executiuum ad fauorem Capituli Canonicorum, & Beneficiatorum Collegiatæ Ecclesiæ B. Mariæ de Regali Oppidi Perpiniani, qui residerunt, & diuinis interfuerũ in vnoquoque mense per decem dies, contra Abbatem dictæ Ecclesiæ, pro solutione contentorum in transactioue inter eos inita de anno 1613.

Neque obstant deducta pro parte Abbatis, quia illud, quòd Instrumentum Concordiæ non sit in forma probanti, tanquam extractum parte non citata, & absque decreto Iudicis penitus, † ex quo extractum fuit à notario de eo rogato, quo casu decretum Iudicis, & partis citatio non requiruntur, *Bart. in auth. si quis in aliquo, num. 3. C. de eden. Fel. in c. fin. num. 5. de fid. instr. Verall. decis. 170. nu. 1. par. 1. & Rota decis. 1. de fid. Instrum. in nou.* Prout cessat quòd non probetur interessentia, & sic implementum pro parte Ca-
2 nonicorum, † quia imò probatur ex libro Capitulari dictæ Ecclesiæ, cui in hoc creditur, ex allegatis in dicta decisione, in qua etiam sublata sunt omnia alia, quæ pro Abbate hodie deducebantur, ita vt Dominis visum fuerit non esse opus vlteriori discussione.

Et ita decisum vtraque, &c.

Bononien. expensarum.

Lun. 12. Nouembris, 1629.

ARGVMENTVM.

Expensæ Iudiciales quæ recifici debent, quales dicantur, & an admissus ad causam in statu, & terminis ad illas teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Commissio admissionis ad causam in statu, & terminis, operatur vt is qui illam obtinuit omnia illuc vsque acta, ipsámque causam suam faciat.*

2 *Expensa actorum debentur ab eo, cuius dicta acta sunt propria effecta, illisque vti poterat.*

DECISIO CCXXIII.

DOMINI dixerunt non constare de excessiua taxatione expensarum facta per Dominum meum Dunozettum Iudicem terræ instantiæ in causa Bononien. fideicommissi de Volta Bartholomæi senioris, in scutis 147. & b.
1 87. † quandoquidem taxatio fuit facta, iuxta Listam, de qua in processu secundæ sententiæ fol. 776. quæ est tenoris sequen. videlicet Pro expensis primæ instantiæ coram D. meo Pirouano.

Pro præsentatione Commissionis causæ. b. 50

Pro pluribus citationibus in Curia executis. b. 50

Pro foliis 540. registri à principio ad fol. 836. partem dd. de Zambeccariis tangen. ac etiam pro residuo foliorum 296. eiusdem registri à principio ad d. fol. 816. partem aduersam tangentem, nomine & pro parte dictorum DD. de Zambeccariis, scut. 42. b. 85.

Pro nota sententiæ diffinitiuæ in prima instantia latæ scut. 3. & b. 75

Pro summario sex testium exaduerso examinatorum, & excessiuitate scripturæ illius, in foliis 49 seu copia dictorum testium, loco dicti summarij scut. 5. & b. 47

Pro transportatione actorum ad officium Notarij, ad quem. b. 45

Pro examine præsentis Listæ. b. 45

Liquidæ supradictæ expensæ, absque mercede Procuratoris, Sollicitatoris, & Aduocati ascendunt ad scuta monetæ. 53. & b. 97

Deinde pro expensis secundæ instantiæ coram D. meo Merlino.

Pro Confectione Commissionis, & illius præsentatione scut. 1. & b. 50

Pro nota sententiæ in secunda instantia latæ scut. 3

Pro foliis registri 275. scut. 18. & b. 15

Pro examine præsentis Listæ. b. 45

Pro transportatione actorum. b. 50

In totum scut. 23. & b. 50

Et demum pro expensis tertiæ instantiæ coram Domino meo Dunozetto.

Pro confectione Commissionis, & præsentatione scut. 1. & b. 50

Pro foliis registri 825. scut. 54. & b. 45

Pro nota sententiæ scut. 2. & b. 25

Pro examine præsentis Listæ. b. 50

Pro pluribus citationibus scut. ....

Supradictæ omnes expensæ liquidæ absque mercede Procuratoris, & Aduocati ascendunt ad scuta 147. & baioc. 87. monetæ.

Quæ partitæ ex oculari processus inspectione iustificantur; ita vt non obstet quòd expensæ factæ in dicta prima instantia coram D. meo Pirouano à fol. 192. fuerint factæ in causa Bononien. Seruitutis; non autẽ in dicta Bononien. Fideicommissi de Volta: quandoquidem licèt D. Portia de Malucijs vti legataria vsusfructus omnium bonorum Bartholomæi Iunioris de Volta mouisset Iudicium coram eodem Domino Pirouano, contra D. Vrsinam Campegiam super recuperatione vnius domus possessæ per eandem D. Vrsinam: & in hac lite ab initio non interuenerit, nec fuerit nominatus Comes Antonius Campegius, dictæ Vrsinæ filius: tamen postea idem Comes Antonius volens impedire eiusdem Domus restitutionem vti fideicommissarius Bartholomæi de Volta senioris, narrata lite prædicta, & quod sibi expediebat vnà cum Vrsina matre dictam restitutionẽ impedire, obtinuit specialem Commissionẽ qua fuit admissus ad Causam, in statu, & terminis in quibus reperiebatur: † per quã 2
Commissionem omnia illuc vsque acta, ipsamque causam, suam fecit, *Achill. decis. 13. de appell. Mandos. in commiss. admiss. ad caus. in verb. in statu & terminis, sub vers. quero supposito. Rota in Catanien. illegitimitatis 7. Nouemb. 1580. coram Clemente VIII.* Et consequenter si acta erant effecta propria & illis vti poterat, vtique teneri debet ad eorum expensas: Et cessat omnis difficultas quia idem Comes Antonius repræsentat in hac lite, non solùm propriam personam, sed etiam Vrsinæ matris, cuius est cessionarius, & Donatarius: & vti talis fuit litem prosequutus in tertia instantia.

Sicuti nec etiam obstat, quòd expensæ factæ in processu tertiæ instantiæ coram D. meo Dunozetto, à fol. 134. vsque ad folium 535. prætendantur factæ in alia causa, videlicet occasione testamẽti, & fideicõmissi Bartholomæi iunioris, quæ adhuc pendet indecisa. Quia hoc in facto nõ iustificatur: cùm de Cõmissione causæ, super fideicommisso d. Bartholomæi Iunioris, nullibi

nullibi constet in dicto extractu:solùm enim fuit oppositum de dicto fideicommisso ad impediendam expeditionem causæ,super fideicommisso Bartholomæi senioris, & Rota respondit dictam exceptionem non obstare, sed de ea esse videndum in separato iudicio.

Et ita vtraque &c.

Bonon. Legati de Marescottis.

Lun. 19. Nouembris, 1629.

ARGVMENTVM.

Frater legans dotes Sororibus, An,& quando præsumatur illas de suo solui voluisse, an potiùs de hæreditate paterna; adhoc vt legatum dotium compensari debeat, nec ne cùm debito necessario dotandi Sorores;ad quod ipse, vt hæres patris obligabatur.

SVMMARIVM.

1 *Onus dotandi filias paternum est, & debitum necessarium.*
2 *Legatum compensari debet cum debito necessario.*
3 *Et hec regula procedit, etiam in herede, ita vt debitum necessarium, quoad defunctum, necessarium etiam sit, ad hunc effectum quoad heredem.*
4 *Testamentum heredis reputatur Testamentum defuncti, quoad hoc, vt censeatur quid relictum animo compensandi; vt exemplum est in fratre, herede patris, & dotante Sororem, de quo, num. 5.*
6 *Statuto Bononia cauetur, vt frater debitor Sororis, si eam dotet, censeatur de suo dotare; nisi contrarium appareat: Intellige, vt ibidem, & num. 8.*
7 *Statuta interpretari ita debent, vt non sint inane, & frustra edita.*
9 *Prafationis verba causam finalem demonstrant.*
10 *Actus censetur semper factus contemplatione, sine nomine eius ad quem causa spectat.*
11 *Frater præsumitur de suo solui voluisse dotes, quas sororibus legauit; non autem de hereditate paterna, si ipse alia legata extraneis reliquerit, & de suo solui voluerit, ex maioritate rationis, que in sororibus versatur, de qua ibidem.*
Declara id procedere, quando frater esset debitor Legatariorum: ex causa necessaria, prout erat sororum, vti heres patris, & nihilominus, legata de suo solui voluisset, aliàs secus, num. 13.
12 *Sanguinis coniunctio non attenditur, nisi concurrentibus requisitis, de quibus, in iuribus, & DD. ibi citatis.*
14 *Litibus, & sumptibus non vexari nostra interest.*
15 *Filia petere possunt dotem non solùm, vt sibi debitam à patre, ex dispositione Iuris, vel vti sibi relictam ex Testamento Patris; sed etiam vti sibi legatam ex Testamento fratris: & quis nam effectus exinde resultet, vide ibidem remissiuè.*
16 *Compensatio, quando fieri dicatur vel non.*
17 *Frater dotare sorores de suo voluisse præsumitur, non autem de bonis paternis, fideicommisso subiectis: si dotem eis reliquerit, non per viam nudæ declarationis dotis à patre eisdem sororibus legata, sed per viam dispositionis, heredi suo iniunxerit, vt eas dotaret: & hoc fecerit iure legati, & institutionis: contrarium resoluitur ibidem.*
18 *Institutus in re certa, dato vniuersali herede, legatarius est ferè, quoad omnis effectus.*
19 *Fideicommissum intelligitur factum, detractis debitis, & omni are alieno.*
20 *Testator non præsumitur voluisse heredem duplici onere grauare.*
21 *Dotare de suo quis voluisse præsumitur, si dotis legata adiecerit substitutionem fideicommissariam, cum aliàs grauare non potuisset. Declara, vt num. 22.*
23 *Dotis legatum est conditionale, id est quatenus nuptia sequantur.*
24 *Legatum conditionale deficit, non existente conditione, ceditque lucro heredis.*
25 *Frater legare dotes de suo sororibus voluisse, ex quibus præsumatur, nec ne, remissiuè.*

DECISIO CCXXIV.

V M contenderet Vincentius hæres Nicolai eius fratris, dotes quas dictus Nicolaus legauit seu dandas esse declarauit Lucretiæ, & Christinæ eorum sororibus, referendas esse ad hæreditatem dicti Nicolai, non autem ad hæreditatem Agesilai communis Patris, quæ etiam ex fideicommisso, post Nicolai mortem, ad eum peruenit; & casu quo sint referendæ ad Agesilai hereditatem, eas habito respectu ad vires dictæ hæreditatis, fuisse excessiuas; & hoc ad effectum, vt in Testamento Nicolai intraret falcidia,& diminuendi legata duorum Prædiorum in eo facta Bernardino, & Antonio Mariæ:Emanarunt desuper quinque Decisiones conformes: quatuor priores elegantissimæ coram *D. meo Merlino*, nempè 15. *Ianu.* 22. *Martij* 26. *Aprilis* 14. *Iunij* 1627. quinta,& vltima, 30. *Aprilis* 1629. *coram D. meo Dunozetto*: & desuper, sententia Rotalis lata,in quibus fuit respectiuè firmatum, & declaratum,Dotes prædictas referenda esse ad Agesilai hæreditatem, & non esse excessiuas; & ideò legata prædictorum prædiorum non esse diminuenda, sed esse integriter præstanda.

Cùm autem causa; in gradu appellationis, mihi commissa fuerit, dubitaui hodie, An dicta sententia sit confirmanda vel infirmanda: Et Domini confirmandam esse censuerunt: Ratio resolutionis, quoad primum caput,fuit, Quia † onus dotandi,non solùm 1
est paternum, & debitum necessarium, *l.fin. C. de dot. promiss. cum vulg.* Sed etiam Agesilaus in suo Testamento, filias expressè congrue dotari iussit; vnde intrat regula. Quod † Legatum debet compensari cum 2
debito necessario: & per consequens in præsenti ad Agesilai hæreditatem est referendum, *l. si cum dotem, 23. ff. si pater, ff. sol. matr. l. quoniam nouella, C. de inoff. Testam. & auth. preterea, C. vnde vir. & vxor. Bart. in d. §. si pater*, & alij plures longa serie congesti in prima Decisione in hac causa facta.

Quæ regula, † etiam in hærede procedit: ita vt 3
debitum necessarium,quoad defunctum, necessarium etiam sit, ad hunc effectum, quoad hæredem, *Castr.*
cons. 35. num. 2. lib. 2. vbi quòd † Testamentum hæ- 4
redis reputatur Testamentum defuncti, quoad hoc, hoc, vt censeatur quid relictum animo reputandi, seu compensandi cùm debito necessario, *Crauett. cons. 131. n. 14. Menoch. præsumpt. 109. nu. 26. lib. 4.* Et firmatur
in dicta prima Decisione: † Et in puncto, fratris hæ- 5
redis Patris, & dotandis sororem, *Anchar. cons. 70. n. 4.* qui rationem assignat in *cons. 26. num. 4.*

Neque obstant rationes, & coniecturæ, ex quibus elici prætenditur Nicolaum non legasse dotes, animo compensandi: Quia vltra quod, fuit iam eis egregiè responsum,

respontum, in d. Decisionibus, D. mei Merlini ; Illas
hodie Domini iterum maturè examinatas, non obsta-
re dixerunt. Prima enim desumpta ex statuto Bono-
6 niæ, † quo cauetur vt frater debitor sororis, si eam
dotet, censeatur de suo dotare ; nisi contrarium ap-
pareat, nihil ad rem facit ; Quia in dicto statuto pri-
mitùs disponitur, quòd si quis promittens, vel soluens
dotem, sit debitor mulieris, pro qua promisit, seu sol-
uit, intelligatur promisisse, vel soluere de eo in quo
est debitor, vsque ad concurrentem quantitatem : &
sic intelligitur dictum statutum, in hac parte, de de-
bito voluntario ; quia debitum necessarium, etiam
circumscripto statuto, compensatur, vt supra dictum
7 est : Statuta † enim ita interpretari debent, vt non
fiot inane, & frustra edita, ad text. in *cap. si Papa de
priuil. in 6. Alex. cons. 190. num. 14. vers. corroborantur
prædicta, lib.* 1. Vnde dum deinde statutum subdit, *&
hoc non vindicet sibi locum in ascendentibus masculis,
vel fratre, seu filio fratris talis mulieris intelliguntur de
8 suo dotare,* † *nisi contrarium appareat*, intelligi etiam
debet, retento eodem themate, ex vi illorum ver-
borum, *& hoc, &c.* & sic de debito voluntario, vt ni-
hil per statutum sit immutatum ; sed dispositio iuris
communis præseruata, iuxtà supradictam distin-
ctionem.

Et in omnem casum cessat difficultas, Quia statu-
tum limitat, nisi contrarium appareat ; hîc autem ver-
ba videntur clara, quòd Nicolaus legauit pro satisfa-
ctione, & executione Testamenti Agesilai ; cùm enim
ille in eo congruam dotem eius filiabus reliquerit,
secundùm conditionem ; & rerum vicissitudinem : &
posteà Nicolaus in suo Testamento declaret, & ex-
primat dotes per hæc verba : *Perche nel Testamento
della bona memoria del Signor Agesilao Padre di detto
Testatore, non fu specificata la dote ; ordina, & comman-
da, che alle dette Signori Lucretia, & Christina sue so-
relle, & respettiuamente à ciascheduna di loro si debbia
dare in dote, & in nome di dote dall' infrascritto herede,
scudi, &c.* clariùs dicere non poterat, quòd dotes le-
gabat, in executionem Testamenti paterni ; ita vt
causa finalis hæc fuerit, & non alia, ex vulgata iuris
regula, quòd Præfationis verba causam finalem de-
monstrant ; *l. fin. ff. ad Maced. & l. fin.* vbi *Bart. ff. de
10 hered. instit.* Et præsertim stante iuris præsumptione, †
quòd semper actus censetur factus contemplatione,
siue nomine eius ad quem causa spectat, *Bart. in l. si
Pupilli, §. 1. vers. si verò non dicat, ff. de reg. gest. Tiraquell.
de retract. lignag. §. 10. glos. 1. num. 5.*
11 Secunda coniectura desumebatur ex eo, † quòd
Nicolaus fecit plura alia legata consanguineis, &
aliis omninò extraneis, eáque de suo, absque dubio
solui voluit : ergo idem, & multò magis credendum
videtur de hoc dotium legato, sororibus suis facto, in
quibus maior ratio militare videtur, *ad leg. si seruus
communis, ff. de don. int. vir. & vx.* & quæ notat *Ias. in
l. quæ dotis, num. 18. ff. sol. matr.* Sed hæc coniectura si-
militer non obstat, Quia vltrà quòd, vt dictum est,
12 hîc versamur in claris, † & sanguinis coniunctio in
hac materia non attenditur ; nisi concurrant alia re-
quisita, de quibus in *l. Procula, ff. de prob. & per Menoc.
de arbitr. cas.* 88. vbi *numero* 15. respondet ad text. *in
dicta l. si seruus communis,* quæ hîc nullo modo adsunt :
13 dicebant Domini † quòd si Nicolaus fuisset debitor
ex causa necessaria eorum, quibus prædicta legata fè-
cit, prout erat suarum sororum, & nihilominus illis
legata, de suo solui voluisset, tunc prædicta coniectu-
ra aliquid faceret ; Quia termini essent pares, cùm
autem non constet quicquam eis antea debere, ex cau-
sa necessaria, nullo modo nulláque ratione, quoad
eos poterat intrare præsumptio compensationis ; in-
trat autem in sororibus, quibus, ex causa necessariâ
debitor erat ; & ita militat prorsus diuersa ratio.

Neque obstat quòd aliàs legatum dotium per Ni-
colaum, eius sororibus factum, esset inutile ? Quia
præterquam quòd parum non est quòd Legatum
contineat declarationem certæ dotis, ex qua sorores
expensas in taxando, faciendas, & litis molestias for-
san euitarunt ; † Et nostra interest litibus & sumpti- 14
bus non vexari ; vt fuit ponderatum in prima Deci-
sione, in hac causa facta : versatur etiam in eo vtili-
tas, quòd filiæ † non solùm dotem ; vt sibi debitam à 15
Patre, ex iuris dispositione, de qua in *l. fin. C. de dot.
promiss.* ac ex patris Testamento, sed etiam ex Testa-
mento Nicolai petere poterant, *Barbos. in d. §. si pater,
num.* 3. ita vt fuerit in electione filiarum, vel debitum
petere, vel legatum eligere ; & sic euitare onus liqui-
dandi vires hæreditatis paternæ ; illúdque transferre
in Nicolai hæredes pro eorum interesse, ad effectum
compensandi, aut non, dictas dotes : Et tandem, etiam
quòd legatum esset penitus inutile, & intraret dispo-
sitio text. *in l. si creditori, ff. de leg. 1. & §. ex contrario ;
instit. de legat.* nihil inde, Quia, alioquin, si huiusmo-
di casus non contingerent, inutilis esset prædictorum
iurium dispositio, & non esset dare casum in quo le-
gatum compensaretur cum debito necessario, vt ad
sensum patet : † Vnde, etiam tollitur, quod compensa- 16
tio supponit validitatem legati ex quò aliàs non esset
compensatio, sed vera, & realis debiti extinctio, solu-
tione eius quod debetur facta ab eodem debitore ;
Quia est verum, quatenus filiæ elegissent debitum
primæuum, ex legis dispositione, quoniam autem ele-
gerunt legatum ex Testamento Agesilai, compensa-
rio fuit *ex Barbos.* & aliis, quos ipse allegat, vbi
suprà.

Tertià Coniectura fuit, quòd Nicolaus, † non re- 17
liquit sororibus dotem, per viam nudæ declarationis
dotis à Patre legatæ, sed per viam dispositionis, hæ-
redi suo iniunxit, vt dotaret, & hoc fecit iure legati,
& institutionis ; & ideò videtur, quòd de suo dotare
voluerit, & non de bonis Agesilai fideicommisso
subiectis ; prout in vna & eadem causa consulti, ita
responderunt, *Soccin. iun. cons. 79. num. 19. 54. & 73.*
Quia vt dicitur in *dicta Decisione* 16. *Aprilis coram
Domino meo Merlino,* nedum *Soccin.* in eius præcipuo
fundamento reportabatur à *Mantic. de coniect. & am-
big. lib. 2. tit. 16. num. 21. & sequent.* Sed etiam inter
nostrum casum, & illum, de quo in dictis consil. ver-
samur longè diuersa ratio ; Et accedit quòd vis non
est in verbo, *lego,* dispositiuè prolato, quia alioquin,
vt dictum est, nunquam vtiliter quæreretur, an lega-
tum compenseretur cum debito necessario, & conse-
quenter nec in verbo, *Instituo* ; quia † institutus in 18
re certa, dato vniuersali hærede, vt hîc, Legatarios
est ferè, quoad omnes iuris effectus, *leg. quoties,* vbi
communiter *Doct. C. de hered. instit.* Nec tandem in
eo quòd bona Agesilai fuerint per ipsum fideicom-
misso supposita, † Quia illud intelligitur detractis 19
dotibus, & omni ære alieno ; Sed vis stat in illa vehe-
menti præsumptione, quòd Nicolaus † noluit, vt hæ- 20
res suus grauaretur duplici onere dotandi ; nempè,
vt eius, & Patris sui hæres, ex *Anchar. Crauett. Me-
noch.* & aliis supra citatis & multò magis in præsenti,
ex verbis claris Nicolai, supra relatis.

Quarta adducebatur coniectura, † ex quò Nico- 21
laus dotis legato adiecit substitutionem fideicom-
missariam, ibi, *& caso, che Dio nõ voglia, vna di loro mo-
risse, soprauiuendo l'altra, non possa quella succedere all'
Altra, ma ipso iure, sia, e s'intenda substituto detto,
& infrascritto suo herede* ; Vnde præsupponitur Nico-
laum, de suo voluisse dotare, quia aliàs non po-
tuisset grauare, *leg. vnum ex familia, §. sed & si
fundum, ff. de leg. 2. & leg. ab eo, C. de fideicomm.*

22 quia dum verba sunt clara, † quòd Nicolaus dotare voluit, in executionem voluntatis paternæ, vt dictum est; aot grauamen penitus nou valuit, & nihilominus substinetur dotis declaratio, vt iu simili fuit de mente *Bald. in dicto §.& sed si fundum in fine.* & dixit ibidem *Castrens. numero tertio & Perult. in repet dicti §.numero tertio.* Aut grauamen intelligi debet, prout de iure, id est, casu quo, aliqua ex filiabus innupta decederet, vt fuit dictum in secunda Decisione, in
23 hac causa facta: Cùm enim † dotis legatum sit con-
24 ditionale, id est quatenùs nuptiæ sequantur, *l. cum multa, C. de donat. ante nuptias,* non existente conditione deficit legatum, & lucro hæredis cedit, ex iuribus vulgatis.

25 Vltima coniectura quæ afferebatur est, † quòd Nicolaus, dum dotes declarauit, iniunxit prædictis eius sororibus, *che nõ posse per qualsinoglia causa, e quesito coloro pretendere, & hauere altro nelli beni, & hæredità tanto paternu, quanto maternu, & anco di detto Testatore, eccetto che li 11500. scudi, come di sopra, &c. quali hanno certutto quello, che possono pretendere, hauere & conseguire nelli beni & heredita sudetto.* Quia huiusmodi coniecturæ in puncto respoodet, *Anchar. d. cons. 7. nu. 4. vers. non obstat,* Vbi quòd imò inde elicitur voluntas, quòd noluit legare de suo, sed ex Patris hæreditate, & animo se liberandi ab obligatione, qua, vti Patris hæres, ad dotandum tenebatur; & eo magis, cùm noo constet ex paterna & materoa hæreditate, posse filias plus consequi, quàm in executionem voluntatis paternæ; Nicolaus declarauit.

5 Quæ verò contra secundum caput sententiæ dicebantur, circa dotis excessiuitatem, & calculum hæreditatis Agesilai desuper factum, fuerunt iam sublata in prædictis Decisionibus D. mei Merlini; & negocio benè digesto in Decisione in hac causa *facta die 30. Aprilis præteriti corum Domino meo Dunozetto,* ita vt visum fuerit Dominis hodie solùm resticari tunc deducta, & sic noo esse opus vlteriori discussione.

Et ita &c. vtraque &c.

Placentina Decimarum.

Lun. 3. Decembr. 1629.

ARGVMENTVM.

Gratia, *Si in euidentem*, non seruata forma rescripti Apostolici, An, & quando nulla dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Venditiones Decimarum factæ, non seruata forma Literarum Apostolicarum* Si in euidentem, &c. *sunt nullæ: Declaru, vt num. 2.*

2 *Forma Literarum Apostolicarum si non fuit præcisè adimpleta in venditione rerum Ecclesiæ curandum non est, quatenus constet de illius vtilitate, qua extante, sufficit, quòd dicta forma fuerit per æquipollens adimpleta: Sed quomodo hæc Conclusio, & DD. pro ea allegati sint intelligendi, vide sub num. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.*

3 *Gratia,* si in euidentem, *substineri potest non seruata forma rescripti, si constet aliunde de Ecclesiæ vtilitate.*

Declaru id verum esse, ad effectum vt Gratia à principio non fuerit nulla vel subreptitia, prout si vtilitas Ecclesiæ non proueniat ex causa narrata, sed ex alia simili, vel æquiualenti; tamen quando Papa præscripsit Executoribus certam formam, certúmque modum, in facienda executione, executio aliter facta est nulla; quod extende, vt num. 5. Et pluribus aliis modis. Declara, vt num. 12. & seqq.

4 *Remissoria releuans dicitur, quæ tendit ad probandam vtilitatem Ecclesiæ.*

5 *Licentia vendendi res Ecclesiasticas si non emanauit ex causa necessitatis, sed vtilitatis, multò magis requiritur inquisitio, & obseruantia formæ præscriptæ in venditione.*

6 *Iurisdictio Iudicum Executorum expirat, statim lata sententia confirmatoria, quamuis perperàm.*

7 *Gratia non executa per mortem Papæ, regulariter habetur, ac si nunquam fuisset concessa, quæ propterea non potest ampliùs exequi, nedum per Executores datos, sed nec per quemquam alium, & numero 8.*

9 *Et præsertim procedit reluctante Ecclesia, seu eius Rectore.*

10 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur interuenisse in venditione Decimarum, Laicis facta, quarum ipsi sunt incapaces.*

11 *Forma Literarum Apostolicarum, quando non præsumatur obseruata.*

13 *Forma accidentalis quæ sit.*

15 *Formam adimpleri per æquipollens sufficit, quando lex aut Princeps solùm, & immediatè respexerunt ad actum, seu ad effectum actus; non autem ad modum, & ordinem conficiendi actum, & alios casus vide in numeris proximè præcedentibus.*

16 *Regula,* Noo curamus de modo dummodo habeamus effectum, *quando procedat.*

17 *Forma substantialis qualis dicatur; ita vt eius omissio, actum vitiet.*

18 *Forma substantialis debet ad vnguem, & præcisè obseruari, & ratio redditur, num. 19.*

DECISIO CCXXV.



N Decisione in hac causa facta, *die 28. May præteriti* fuit resolutum: Confirmãdas esse sententias de partibus; quibus declaratum fuit, Venditiones † Decimarum, de quibus agitur, fuisse oullas, Ratio resolutionis fuit, Quia dictæ venditiones fuerunt factæ io vim Literarum Apostolicarum *si in euidentem,* cum narratiua, quòd decimæ non excedebant valorem ducentorum ducatorum auri de Camera, super quo Papa iniunxit Executoribus, vt diligenter se informarent, nec oon quòd pretium deponeretur, & fieret reinuestimentum in bonis stabilibus, infra sex menses, à die alienationis computandos; & tamen prædicta non fuerunt seruata, dum fuit habita fides de pretio, in actu venditionis, cum dilatione ad nouem annos, & Confirmatio Executorum præcessit venditiones, vt latiùs in decisione dicta die desuper extensa. 1

Cùm autem Dominis de Anguisiolis Reis conuentis fuerit concessa noua audientia, ipsi dederunt articulos ad probandum, venditiones præfatas, fuisse Ecclesiæ vtiles; & pro Remissoria institerunt, quæ videbatur concedenda: Quia, vt dicebatur, † quatenus 2
de vtilitate Ecclesiæ constet non est curandum de præciso adimplemento formæ, datæ in Literis Apostolicis, in quo fundatur dicta Decisio io hac causa facta; sed solùm quòd dicta forma fuerit per æquipollens adimpleta, extante Ecclesiæ vtilitate, ad text. *in l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandauerit,* & ibi *Bald. numer. 2. ff. de acquir. hæred. leg. 1. ff. de lib. & Posth.*

& Posthum. vbi Angel. & Alex. Grat.cons.26.num.16.
Et in simili Ægid. decis.754. add.ad decis. Put.246.
lib.1. in non.impress. & in puncto Gratiæ, si in euiden-
tem, quod illa possit sustineri,† forma rescripti non
3 seruata,si aliunde constet de Ecclesiæ vtilitate, Ruin.
cons.157.num.25.& 26 lib.1. Soccin.cons.15. num.51. &
per tot.lib.1. Modern. Bononien.var.resol.cap.68.num.1.
lib.1. Et videtur fuisse de mente Rotæ decis.651.num.
1. circa finem part.1. & decis.178. num.8.par.2.diuers.
& decis.577.num.10. par.1.recent. Vnde Remissoria,
quæ tendit ad probandam Ecclesiæ vtilitatem, rele-
uans videbatur.

Verùm Domini Remissoriam denegarunt; & qui-
4 dem meritò † Quia licèt sufficiat de vtilitate Eccle-
siæ quomodocumque constare,ad effectum,vt Gratia
à principio non fuerit nulla, aut subreptitia, prout si
vtilitas Ecclesiæ non prouenuiat ex causa narrata, sed
ex alia simili, aut æquiualenti, Tamen quia Papa,
Executoribus præscripsit certam formam,certúmque
modum in facienda executione, executio aliter fa-
cta, fuit nulla; & perinde, ac si nunquam facta, fuis-
set, iuxtà regulam text. in leg. cum hi, §. si prætor, ff. de
transact. leg. si pupillorum, §. si Prætor; ff. de reb.eorum,
clem. 1. vbi Cardin.quæst.10.de reb.Eccles.non alienan.
Alex. cons.40. num.6. lib.3. & in puncto, ijdem Mo-
dern. Bononien. vbi supra num. 3. cum sequent. & Rota
apud Cardinalem Caualerium decis.347. Et tantò ma-
5 gis in præsenti, † ex quo licentia vendendi non ema-
nauit ex causa necessitatis, sed vtilitatis, quo casu
tantò magis requirebatur inquisitio, & obseruatio
formæ præscriptæ, vt in dicta decis. 178. numero 8.
quæ habetur apud Cardinalem Seraphinum decis. 508.
numero 10.

Nec dicatur quòd hodie potest fieri inquisitio vti-
6 litatis cum obseruantia formæ præscriptæ, Quia †
Iurisdictio Iudicum Executorum expirauit, statim
lata sententia confirmatoria, quamuis perperam, leg.
sicut proponis,prima,C.quomod. & quand. Iudex. Felin.
in cap. literis de offic. deleg. Vin. decis. 53. Cardinalis
Caualerius vbi supra num. 2. Et Gratia † non execu-
7 ta per mortem Papæ, regulariter habetur ac si nun-
quam fuisset concessa, Bald.in capitulo vltimo,numero
tertio,vers.sed pone,de constit. Dec. in cap. relatum, num.
a 2.vers. & ista conclusio intelligitur,de offic.deleg. Gabr.
8 de prabend. conclusio 1. num. 7 † Quæ propterea non
potest ampliùs exequi, nedum per quemquam alium,
Rota decis.631.ad fin.par.2.recent. Et præsertim, † re-
9 luctante, vt hîc, Ecclesia, seu Rectore,ex his,quæ la-
tè tradit Reduan.de reb. Eccles. quæst.20. num 193. cum
sequent. quò fit, vt Remissoria in omnem casum esset
10 inutilis, & eo maximè † quia cùm versemur in Deci-
mis, quarum laici sunt incapaces,non potest intrare
præsumptio Beneplaciti Apostolici; vt fuit firma-
tum in dicta Decisione in hac causa facta, & multò
minùs præsumptio, quòd † forma Literarum fuerit
11 obseruata, ex deductis per Osasch. decis.Pedemont.172.
& 174. Et cessat penitus difficultas, cùm, vt dictum
est,constet fuisse factum contrarium.

Et quibus non obstant tradita per Ægidian. Put.
12 Ruin. Soccin. nec Rota Decisio supra allegata, † Quia,
Aut intelligi debent solùm ad effectum quòd à prin-
cipio Gratia non fuerit subreptitia, non autem quòd
in executione, forma data non sit seruanda, quomo-
do procedunt dictæ Rotæ decisiones diuers. & in recent.
& cons. Soccin. & Ruin. vbi supra, Additio autem
decisionem Putei, non caret difficultate, aut procedit
quando forma non est substantialis, sed accidenta-
13 lis, & leuis; † qualis est illa, ex cuius omissio-
ne, substantia facti mutari non potest, de qua in leg.
1.in fin.cum leg.seq.ff de ventr.inspic. Bart.in leg.prima,
14 §. si plures, num.11.ff.de exercit.act. † aut quando for-
ma in actu, in quo erat adhibenda seruari non po-
tuit, & versatur vtilitas, seu necessitas publica, vt a-
ctus fiat, Bald.in leg.prima, C. vt quæ desunt Aduocat.
Alex. in dicta prima, num.8.in fin.ff.de lib.& posthum.
& Boer. decis.2.num. 24. Aut demum † in omni casu 15
in quo lex, aut Princeps solùm, & immediatè respe-
xerunt ad actum, seu ad effectum actus, non autem
ad modum, & ordinem conficiendi actum; vt in
exemplis, quæ tradit Bart. in leg. Gallus, §. & quid si
tantum, num. 2. vers. contra hoc, ff. de lib. & posthum.
In his enim casibus sufficit,si per æquipollens forma
adimpleatur, leg. quoniã indignum, C. de test. Bart. ibidem
vers. in primis duobus casibus, Alex. cons. 29. num. 3.
vers. neque obstat libro primo, Tunc enim intrat vul-
garis regula † Non curamus de modo dummodò habe- 16
mus effectum, de qua in leg. mulier, C. de instit. & substit.
& in dicto cons. Grat. num.17. Non autem procedunt
in illis quatuor casibus,quos tradit Dec. in cap. de ap-
pellationibus, numero 10. cum sequent. extra de appell.
quorum vnus est, † quando, vt in casu nostro, forma 17
immediatè respicit modum & ordinem conficiendi
actum, & poterat in actu adhiberi, & illa omissa, sub-
stantia actus, & dispositionis poterat de facili lædi,
aut mutari; tunc enim forma est substantialis, Bar-
tol. in dicta leg. cum hi, §. si Prætor, Albert. Brun. de
form. & solemn. cap. 10. quid, & quando aliquid tra-
ditum dicatur & censeatur de forma, & solemnit. con-
clus. 5. & 7. Monoch. cons. 695. num. 8. & 9. † quæ 18
propterea debet præcisè, & ad vnguem obseruari, di-
cto §. Prætor, & cap. cum dilecto de rescript. & ibi Fe-
lin. num. 6. ampliat. 11. & fusè Osasch. decis. 135. per
tot. Modern. Bononien. & decis. Canal. vbi supra; Et
in puncto Rota in Romana Baroniæ. 18. Aprilis, 1603.
coram Otsembergo; & rationem assignat; Bartol. vbi
proximè ante numerum 3. in vers. ratio, Quia, videli-
cet,† quòd Princeps in hoc casu solùm de forma co- 19
gitauit, ex quo eam voluntariè præscripsit, & seruari
potest; in aliis autem casibus solùm de effectu, alio-
quin enim frustra, forma circa modum conficiendi
actum, præscriberetur, & de facili eludi possent so-
lemnitates in alienandis rebus Ecclesiæ, de iure, aut
ex Principis rescripto requisitæ.

Tandem cessat difficultas, quia in præsenti,nec per
æquipollens forma, circa modum exequendi præscri-
pta, fuit in actu executionis obseruata, sed totum
contrarium, vt enim ex reuolutione actorum patet,
per Executores non probatur facta inquisitio de va-
lore; & constat quòd in actu executionis, venditio-
nis, fuit habita fides de pretio, & quòd Executores
non confirmarunt venditiones factas, sed facien-
das.

Et ita vtraque, &c.

Conuersana Iurisdictionis.

Lun. 3. Decembris, 1629.

ARGVMENTVM.

Episcopo debetur manutentio in possessione conferendi intra fines suæ Diœcesis, ex sola assistentia iuris, præsertim si sit in possessione conferendi, quoad quædam Beneficia, quæ trahitur ad cœtera Beneficia eiusdem speciei.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam quoad ius conferendi in vniuersa Iurisdictione Ordinaria totius Diœcesis*

2 *Episcopo debetur manutentio in iurisdictionalibus, ex sola iuris assistentia.*

3 *Ex quasi possessione iuris conferendi, quoad quædam Beneficia, infertur ad quasi possessionem iuris conferendi, quoad cætera Beneficia eiusdem speciei.*

Quasi possessio exercitij Iurisdictionis in vna specie, extenditur ab vno actu ad alios actus, comprahensos sub eadem specie.

4 *Enunciatiua antiquæ probant terras esse intra fines Diœcesis.*

5 *Et præsertim contra eum qui produxit Instrumenta, in quibus illa reperiuntur.*

6 *Manutentio in Iurisdictionalibus debetur inferiori habenti titulum, & possessionem, etiam contra Episcopum: Declara vt ibidem.*

DECISIO CCXXVI.



N causa, quæ pendet in Rota inter Episcopom Conuersanum, & Archipræsbyterum Terræ Rutiliani, super Iurisdictione dictæ Terræ: proposui hodie Dubium, Cui eorum danda sit manutentio: quod non versabatur circa causas matrimoniales, criminales, & facoltatem approbandi Confessores: Quia *Sacra Congregatio Concilij die 26. Iuly, 1627.* resoluit Eas ad Episcopum spectare, donec per rem iudicatam constiterit de immemorabili possessione, ad fauorem Archipræsbyteri, vel dictam Terram esse nullius Diœcesis: Vnde clarum est in prædictis Episcopum esse manutenendum: Sed solùm difficultas erat, circa ius conferendi, & aliàs causas ciuiles.

Quoad Ius conferendi, dixerunt Domini Mandatum de manutenendo dandum esse Domino Episco-
1 po: Cùm † cum Terræ Rutiliani sic intra fines Diœcesis Conuersanæ, ille habet intentionem fundatam,
in vniuersa Iurisdictione ordinaria totius Diœcesis:
3 Vnde † ex sola iuris assistentia, cùm versemur in Iurisdictionalibus, debetur ei manutentio, *cap. cum persona de priuil. in 6. Seraph. decis. 948 & decis. 1449.* vbi quòd Rota perpetuo amplexa fuit hanc opinionem, *Caputaq. decis. 306. par. 1. & decis. 201. par. 2. Mant. decis. 332. Rota decis. 332. numer. 1. par. 1. recent.* & alibi sæpiùs: & tanto magis, † ex quo etiam est in quasi possessione dicti iuris conferendi aliqua beneficia, vt ex collationibus datis *Summario, num. 6. & 7.* ex qua infertur ad quasi possessionem iuris conferendi quoad alia omnia Beneficia; quia quasi possessio exercitij Iurisdictionis, in vna specie, extenditur ab vno actu ad alios comprehensos sub eadem specie, vt in puncto *Rota decis. 17. num. 3. & seq. & decis. 139. num. 12. parte 2. diuers. & coram Gregor. XV. decis. 557. vbi Add. num. 6.*

Quòd autem Terra Rutiliani sit intra fines Diœcesis, satis ad effectum manutentionis visum fuit Do-
4 minis probari, † ex duabus enunciatiuis, de quibus in
duobus Instrumentis concessionis Saxonis Episcopi Conuersani, & confirmationis Sixti Quarti, vbi claris verbis hoc legitur: quæ cum sint valdè antiquæ probant, *Glos. in c. cum olim, verb. in Instrumentis de cens. Felin. in cap. cum causam num. 5. de probat, Rota decis. 163. num 2. par. prima, & decis. 673. par. 2. re-*
5 *cent.* Et multo magis, † ex quo Archipresbyter dicta
Instrumenta produxit, *ad l. publia, §. final. ff. deposi-*
ti, Rota decis. 2. numero 1. & decis. 242. numero 3. parte 2. recent. Add. ad Gregor. XV. decis. 375. numero 11.

Non obstat quòd etiam Archipresbyter habeat
titulum, & possessionem: & ideò † quòd ei debea- 6
tur manutentio, etiam contra Episcopum, vt probat text. in eodem *cap. cum persona, §. penult.* & ibi *Io. Andr. num. 6. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 1. num. 11. & seqq.* Quia quicquid sit de titulo, qui pro parte Archipresbyteri prætenditur ex dicta concessione Saxonis, & confirmatione Sixti Quarti (qui vt Dominis videbatur, restrictus legitur ad solam correctionem Clericorum, non autem ad ius conferendi;) possessio non probatur. Quia licèt dentur aliquæ collationes beneficiorum, per Archipresbyterum factæ: tamen nulla earum probatur effectuata, & sic text. in dicto *c. cum persona, §. penult.* & ea quæ tradunt *Ioan. Andr. & Marescott. loco citato* retorquentur.

Quo verò ad alias causas ciuiles Domini ordinarunt, vt causa iterum proponatur.

Et ita decisum vtraque parte, &c.

Rauennaten Censuum.

Merc. 5. Decembr. 1629.

ARGVMENTVM.

Procurator, An, & quando cogi possit ad testificandum contra suum principalem.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non tenetur, vti Testis, recognoscere scripturas sui principalis, causa pendente, iuxta magis communem sententiam.*

2 *Amplia procedere, etiamsi producatur in testem, non à suo principali, sed ab aduersario, & vide plenè rationem num. 3.*

4 *Limita prædicta non procedere, quando recognitio petitur à Procuratore vti principali, quia tunc illa est facti proprij; nec ideo argui potest de fide rupta contra suum principalem, num. 11. & iuxta prædictam limitationem conciliantur contrariæ opiniones, num. 12.*

Procurator tenetur respondere positionibus, prout idemmet principalis, dicto num. 4.

5 *Procurator cogi potest, vti Testis, ad subiiciendum se examini, vt deponat quæ sciebat, aut fecit, antequam esset Procurator, aut ante litem motam, non instructus à principali: & hoc casu deponit non vti Procurator, sed vti tertius.*

6 *Procurator ad lites solui non potest.*

7 *Procurator ad negotia, & negociorum gestor, indistinctè cogi possunt ad testificandum contra Dominum.*

8 *Procurator ad lites testificari indistinctè tenetur contra Dominum, lite pendente ad instantiam Aduersarij; in iis, quæ nihil tangunt secreta negotij, & num. 10.*

9 *Edictum de Testibus est prohibitorium, ita vt admitti debeant quicunque expressè non prohibentur.*

DECI

DECISIO CCXXVII.

IN Decisione in hac causa facta 25. *May*,
1626. fuit resolutum Franciscum Procu-
1 ratorem † in hac causa, hæredum D. Car-
dinalis Dezzæ, non teneri, dum pendet
causa, recognoscere, vti testem, quietantias, in qui-
bus in actis, iuxta text. *in l. final. ff. de testam. Bart.*
in l. deferre, num.2. ff. de Iur. fisc. Quod videtur pro-
cedere secundum magis tritam sententiam; quicquid
dicant *glos. in d.l.final.* & alij plures allegati per *Surd.*
2 *decis.* 190. *& Franch. decis.* 222. Etiam quòd,† non à
suo principali: sed ab Aduersario in Testem produ-
3 catur, Ex quo † nec principalis contra se testificari
compellitur: Et quia durum & inhumanum esset, vt
Procurator cogeretur secreta negocij pandere; Et
demum quia de facili, si hoc permissum esset, cum
Procuratoribus contra Dominum colludi posset; &
sequeretur vt Procuratoribus, non ita confidenter, &
libere negocia communicarentur, vt in dicta, *l. si. Odo-*
fred. in l. etiam, C. de testib. Card. in cap. insuper, num.
3. de testib. Surd. dicta decis. 190. *in fin. & Franch. de-*
cis. 222. in fine: Et simili, *Faber in Codic. tit de testib.*
decis. 55. *in fin. Put. decis.* 286. *lib.* 2. Et sentit *Rota*
apud Dominum meum Decanum decis. 403. *per to-*
tam.

Tamen licèt fundamenta dictæ Decisionis sint in
se vera, & rationi consona; nihilominus Domini, in
facti specie, in qua versamur, recedendo à decisis,
dixerunt Franciscum teneri recognoscere dictas quie-
4 tantias: Primo quia recognitio † petitur ab eo, etiam
vti principali: Et dubium non est quin tanquam ta-
5 lis: Procurator † respondere teneatur, prout idem-
met principalis, positionibus respondere tenetur, *l.*
non solùm in princip. vbi *Bart ff. de procurat. Bart. &*
Cardin. vbi supra *Paris. cons.* 70. *num.* 15. *vers. illud an-*
tem Afflict. decis. 92. cum aliis allegatis *in dicta deci-*
sione coram Domino meo Decano, & in supradicta de-
cisione in hac causa facta coram me.

Secundo quia, quietantiæ, super quibus petitur
recognitio, pro maiori parte sunt de tempore ante
motam litem: Procurator autem, etiam vti Testis
cogi potest ad subiiciendū se examini, vt deponat quæ
sciebat, aut fecit antequam esset Procurator, aut ante
litem motam, non instructus a principali; & sic su-
per his quæ sciebat, aut fecit, non vt Procurator, sed,
vt tertius, *Card.* vbi supra *vers. quid si Aduocato &*
in cap. dilecta in gloss. 4. extra de testib. Paris. in dicto
cons. 70. *num.* 1. *cum seq. Franch. dicta decis.* 221. *num.*
10. *Put. decis.* 56. *lib.* 3. qui sic conciliari debet, ne
sit sibi ipsi contrarius, in *dicta decisione* 286. *lib.* 2.
& Rota in dicta decisione coram Domino meo De-
cano.

Tertiò quia tam quietantiæ factæ ante litem mo-
tam, quàm post, non fuerunt factæ à dicto Francis-
6 co, vti Procuratore ad lites,† quia tanquam tali non
poterat ei solui, *l. sed si tantum, ff. de pact. & in l. hoc*
iure vtimur, ff. de solut. Roder. Suar. in l. post rem Iu-
dicatam quæst.3. num.1. cum seq. ff. de re iud. Vnde illas
fecit tanquam Procurator ad negocia, vel nego-
7 ciorum gestor, † qui indistinctè cogi possunt ad
testificandum contra Dominum, *dict. leg. deser-*
re §. Item eos vbi *Bartoldus, numero* 2. *ff. de iur.*
fisc.

Quarto quia omnes in hoc concordant, quòd
8 etiam † Procurator ad lites, dum pendet causa, tene-
tur indistinctè testificari contra Dominum ad in-
stantiam Aduersarij, quando in articulis, super qui-
bus examen petitur nihil continetur, quod tan-
gat secreta negotij: cum enim tunc cessent omnes
rationes supra in principio deductæ; † & editum de 9
Testibus sit prohibitorum, ita vt admitti debeant
quicunque expressè non prohibentur *l. 1. ff. de test.*
& c. 1. de procur. in 6. nihil est quòd deponere non
debeant, *Franch. d. decis.* 222. *in fin. & Surd. d. decis.*
190. *etiam in fine.* Vnde, cum ex recognitione facien-
da per Franciscum † negotiorum secreta sibi com- 10
missa non pandantur: ex quo petitur recognitio
facti proprij; † nec ipse ideo argui possit de fide 11
rupta, vt ex facti circumstantiis, ad sensum patet:
recognitio per eum vti Testem fieri debet, iux-
ta tradita per *Paris. d. cons.* 70. *Surd. in d. decis.*
190. *in fine & Franch. in dicta decis.* 222. *etiam*
in fine.

Ex quibus conciliabant Domini duas in hac re
contrarias opiniones, ita affirmatiua, † quod Procu- 12
rator cogi possit ad deponendum contra Dominum,
procedat in terminis supradictis, ex *Put. in dicta de-*
cis. 56. *par.* 3. *Surd. & Franch. in d. decis. in fine, &*
DD. per eos allegati: Nec contrarium dicit text.
in d. c. fin. de Test. vt ibi declarat *gloss. & Bart. in d.*
l. deferre. Negatiua verò sententia; videlicet quod
Procurator inuitus non teneatur deponere contrà
Dominum, procedat, quando ex facti circumstantiis
Procurator, Aduocatus, & alij huiusmodi, reue-
larent negocij secreta, iuxta *Odofr. & Cardin.* vbi su-
pra, *Put. in d. decis.* 286. *lib.* 2. *& Rota in d. decis. Do-*
mini mei Decani. Nec aduersantur *Surd. & Franch.*
in dictis Decisionibus, sed concordant.

Et ita vtraque, &c.

Corduben. Cappellaniæ.

Mer. 5. Nouembris, 1629.

ARGVMENTVM.

Præsentatio, si ex tenore fundationis debeat
fieri de consanguineo proximiori, & stan-
tibus duobus, vel pluribus in eodem gra-
du, quòd fiat de benemerito, sufficit quòd
fiat de consanguineo, licèt alius existat in
pari gradu, dum maiorem benemeritam
non probet; & ad hoc, vt quis dicatur be-
nemeritus, aut magis benemeritus, quæ at-
tendantur. Concil Trid. requirens ætatem
14. annorum ad obtinendum beneficium,
quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio si fieri debeat de consanguineo proximiori & si sunt duo vel plures in eodem gradu, quod in hoc casu eligatur benemeritus, sufficit, quod facta fuerit de consanguineo; licèt alius existat in eodem gradu, dum maiorem benemerentiam non gradu.*

2 *Qualitas existens, & requisita in persona vnius, & qua non est & desideratur in persona alterius, facit, vt aliter iudicetur de vno, quam de alio.*

3 *Remissoria non datur ad probandum id, quod probatum non releuat.*

4 *Benemeritus, aut magis Benemeritus, ad hoc vt quis dicatur, ad effectum obtinendi beneficia, quæ attendi debeant; remissiuè.*

5 *Præ*

5 *Præsentationis tempus attendi debet, ad effectum, vt quis dicatur, nec ne legitimæ ætatis.*

6 *Ad beneficium obtinendum requiritur ætas 14. annorum, iuxta Concil. Trid. c. 6. sess. 23. de reform.*

7 *Limita non procedere quando ex fundatione vocatur Clericus, aut qui possit esse Clericus, quia tunc talis ætas non requiritur: cùm quis in septennio possit Clericatum adipisci*

Contrarium verius num. 8. vbi quod minor ætas sufficeret, quando ex clara, aut virtuali dispositione fundatoris, haberetur quod posset præsentari puer aut minor 14. annorum, & versaremur in fundatione, ante Conc. secus quando indefinitè vocatur, clericus, aut qui potest esse Clericus, & sumus in fundatione post Concil.

9 *Verba intelligi debent in terminis habilibus, & secundùm dispositionem legalem.*

10 *Beneficiato præfertur non Beneficiatus: sed hoc procedit in admissione, seu electione ad Beneficia, in quibus nulla adest certa forma, aut conditio in fundatione apposita; Secus in Beneficiis Iurispatronatus; in quibus præscribitur Patronis modus præsentandi. num. 12.*

11 *Beneficium obtentum non facit incompatibilitatem, respectu adeptionis aliorum Beneficiorum, sed tantum respectu retentionis.*

DECISIO CCXXVIII.

DOMINI dixerunt Ioanni Romero non esse dandam Remissoriam, ad probandum Articulos ab eo datos, qui continent illum esse in tertio, & sic in eodem consanguinitatis gradu, fundatrici, in quo est Ioannes Baptista Ruiza, à Patrono præsentatus; ac esse bonæ vitæ & famæ: & Laurentium de Fonseca Clericum Corduben. qui ei iura sua cessit, esse in secundo, & sic proximiori gradu consanguinitatis dictæ Fundatricis; & tandem Iustificationem valoris fructuum dictæ Cappellaniæ, narrati in quadam prætensa Gratia, *Si neutri* per eundem obtenta.

In primis enim articuli, qui tendunt ad probandum parem gradu Romeri, & Ioannis Baptistæ, non
1 debent ad probandum admitti, Quia, † cùm iuxta tenorem fundationis, debeat præsentari consanguineus proximior, & si sunt duo vel plures in gradu æquales, Patronus debeat eligere benemeritom; dum nõ articulatur maior benemerentia Romeri, probatio paris gradus cõsanguinitatis nihil releuat; cũ sufficiat quòd Patronus præsentauerit alium in eodem gradu existentem, & sic æquè idoneum, *cap. cum autem de Iurepatr. Lambert. eodem Tract. lib. 2. par. 1. quæst. 1. art. 3. n. 14. & 15.* & fuit decisum *in Calagurritana de Zerbano 14. February* 1605. *coram bo. me. Pena.* Præsertim cùm Ioannes Baptista, vltra consanguinitatem, in dicto pari gradu probauerit, vt in Testibus datis; eum esse benè litteris informatum, Confessarium, & verbi Dei Prædicatorem, & in articulis Romeri de his, aut similibus, quoad eius personam verbum nul-
2 lum: Vnde intrat regula, Quòd † qualitas quæ adest, & requiritur in persona vnius, & non est, & desideratur in persona alterius facit, vt aliter iudicetur de vno quàm de alio, ad *l. is qui opem. ff. de furt. & c. 2. §. non tantum, ff. de incend. ruin. & naufrag vers. sed enim*
3 *Alex. cons. 139. n. 5. lib. 5.* Remissoria † autem non est danda ad id, quòd probatum non releuat, *l. ad probationem, C. de probat. Caputaq. decis. 66. par. 3. & Greg. XV. decis. 122. nu. 1. & decis. 81. n. 3.*

Ex quibus etiam nihil releuant articuli, qui tendunt ad probandam bonam vitam, & famam Romeri: Tùm quia non sufficit, dum non articulatur quòd
in his excedit Ioannem Baptistam: Tum etiã quia, † 4
ad hoc, vt aliquis dicatur benemeritus, aut magis benemeritus, ad effectum obtinendi beneficia, non solùm attenduntur vita & mores, sed etiam ætas, aut maior ætas, & litterarum scientia desiderantur, *cap. cum in cunctis, extra de elect. & cap. si forte, eod. tit. in 6. Paris. cons. 40. n. 11. lib. 4. Gonzal. super reg. 8. gloss. 4. nu. 108. cum seq. & Gregor. XV. decis. 11. nu 4. cum seq.*

Præterea Remissoria concedi non debet pro articulis, qui tendunt ad probandum Ioannem Fonsecam, qui se opposuit ad hanc Capellaniam, esse in secundo & sic in proximiori consanguinitatis gradu, ad effectum, vt Romerus, ex eius iure sibi cesso in manibus Papæ, excludat Ioannem Baptistam, Quia quicquid sit, an ius dicti Laurentij fuerit cessibile: In omnem
casum cum † ille de tẽpore præsentationis, quod at- 5
tendi debet *d. c. cum in cunctis*, vbi *Abb. n. 1. de elect. & c. si eo tempore de rescript. in 6.* habebat solùm annos vn-
decim, erat incapax obtinendi Cappellaniã: † Cum 6
ad obtinendum Beneficium requiratur ætas 14. annorum, iuxta *Conc. Trid. sess. 22. c. 6. de reform. Lambert. de iurepatr. par. 1. lib. 2. art. 26. quæst. 7. n. 6. & Gutier. Canon. quæst. cap. 26. n. 33. lib. 1.*

Neque obstat, quòd fundatrix contentetur vt præ-
sentetur Clericus, aut qui possit esse Clericus; † ac 7
ideo videri hoc solùm ex tenore fundationis requiri, etiam quod in præsentato non adsit ætas quatuordecim annorum, cum in septennio possit quis Clericatum adipisci, *cap. nullus* & ibi *gloss. in verb. infanti, de temp. ord. in 6.* quo casu non intrare *Concil. Trid. in d. cap. 6.* ex mente *Sacra Congregationis Illustrissimorum Card. Sacra Concilij Tridentini Interpretum,* dixit *Rota decis. 482. ad fin. par. 1. diuers.* & claris verbis decidit in *Monopolitana Beneficij seu Capella 6. Iunij 1622. coram R. P. D. meo Merlino, impress. in prax. Iurispatr. Vitiani in ordine 19. n. 9. cum seqq.* Quia dictæ
Decisiones quatenus procedant, † sunt intelligendæ, 8
si adsit clara, & specialis vel virtualis dispositio fundatoris, quod consanguineus minor annorum 14. præsentari possit, & de fundatione ante Concilium Tridentinũ nõ autem quãdo, vt in casu nostro, fundatio fuit post Concilium & in ea expressè non vocatur puer aut minor quatuordecim annis, sed simpliciter, & indefinitè Clericus, aut qui possit esse Clericus; hoc enim casu vrget clara dispositio *Concilij in d. c. 6. sess. 23* Et ideo fundatio debet intelligi de consanguineo Clerico, & aut qui possit esse Clericus, in ætate capaci cõstituto; & sic in ętate quatuordecim annorũ,
iuxta *Sacrum Concilium,* ex regula, quòd † Verba de- 9
bent intelligi in terminis habilibus, & secundùm dispositionem legalem, *Modern. Roman. discept. Forens. cap. 148. n. 14.* & in simili *Paris. d. cons. 40. n. 14.* Cui semper Testator se conformare præsumitur ad text. *in l. haeredes mei. §. cum ita, ff. de Trebell. & Rip. ibid. Rota decis. 450. n. 6. par. 1. recent.*

Minus obstat, quòd Ioannes Baptista obtineat alia
Beneficia, & quòd non † Beneficiatus, prout est Ro- 10
merus, debeat præferri beneficiato, quia quoad primum adest declaratio Sacri Concilij, & Rota sæpius
decidit, † non facere incompatibilitatem, respectu 11
adeptionis sed respectu tantùm retentionis, † Secun- 12
dum autem procedit in admissione seu electione, quæ fit ad beneficia; in quibus nulla adest certa forma; aut conditio in fundatione apposita, secus verò in Beneficiis Iurispatronatus, in quibus Patronis præscribitur modus præsentandi; & sic non procedit in casu nostro; cùm ex supradictis, qualitates Romeri, & Io. Baptistæ sint diuersæ, & sic termini non sunt pares, iuxta fun-

fundationem; prout in puncto,doo prædicta resoluit *Rota apud Seraph. decis.* 774. & *in Pampilonen. Parochialis* 12. *Decembris* 1593. *coram Litta.*

Tandem minus debent ad probandum admitti articuli tendentes ad iustificationem valoris narrati in dicta Gratia *Si neutri*, Quia dum in ea Romerus velit se fundare, confitetur non ius suum, & consequenter dum etiam confitetur consanguinitatem Ioannis Baptistæ, & de ea ac de aliis, in eius persona requisitis, de iure, & iuxta tenorem fundationis, benè ex actis constet, nec quicquam in contrarium articuletur, quòd non sit supra sublatum, probatio esset irrelevans, stante, vt dictum est, incapacitate dicti Laurentij.

Et ita, &c. vtrâque, &c.

Spoletana Liberationis à Fideiussione.

Lun. 10. *Decembris*, 1629.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor census in Vrbe impositi qui est obligatus in forma Cameræ, idoneus dicitur: si possideat bona stabilia, etiam extra Vrbem, & sit vir Legalis, licèt Octuagenarius.*

DECISIO CCXXIX.

CVM in Decisione in hac causa facta 21. *Aprilis*, 1627. fuerit resolutum Benedictũ, & Fratres de Vrbanis teneri releuare Dominos de Monaldis quoad fructus, à quadam fideiussione annui Census per eos facta; & desuper lata sententia, in eius executionem, prædicti Domini de Vrbanis decerunt in releuatorem Alexandrum de Cataneis, quem modum releuandi Rota approbauit in eadem Decisione. Vnde hodie solùm stetit difficultas, circa idoneitatem dicti Alexandri, & eum non esse idoneum, prætendebatur ex quo est Octuagenarius, & propterea videbatur obligationem personalem in eo quoad districtionem, seu capturam personæ patum substinere posse, & non residere, nec habere bona stabilia in Vrbe, vbi Census fuit impositus, & tandem dubitari posse, an bona quæ in partibus possidet, sint fideicommisso supposita. Veruntamen, quia fideiussit † solùm pro fructibus Census
1 in sorte principali scutorum duorum millium duntaxat, & obligatus fuit in forma Cameræ, & sic tam in Vrbe, quàm extra: Et demum non constat quòd eius bona sint fideicommisso subiecta; & ex Testibus datis constet eum esse virum Legalem, facultatibus idoneum, & multa stabilia possidere, Domini, eum esse idoneum fideiussorem, ad effectum de quo agitur, & sic Dominos de Vrbanis sententiæ Rotali satisfecisse vnanimiter arbitrati fuerunt.

Et ita vtraque parte informante, &c.

Florentia Iurispatronatus de Iansigliaccis.

Ven. 14. *Decembris*, 1629.

ARGVMENTVM.

Institutio facta ab Ordinario de præsentato à maiori parte Patronorum, habentium medietatem Iurispatronatus, valet in concursu alterius præsentati ab omnibus Patronis habentibus alteram medietatem. Mandatum Patronorum ad præsentandum, quando in præsentatione interuenisse præsumatur: & quando illud possit produci etiam extra quadrimestre.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta nomine Patronorum non releuat non constituto de eorum mandato, aut ratificatione intra quadrimestre.*

2 *Præsentatio facta à maiori parte Patronorum habentium medietatem Iurispatronatus, trahit ad se totam dictam medietatem, cum minor pars pro nihilo reputetur.*

3 *Ordinarius potest gratificari Præsentato à medietate Patronorum.*

4 *Præsentatus à medietate Patronorum habetur, ac si fuisset præsentatus ab omnibus Patronis, dum altera medietas Patronorum non comparuit intra tempus Edictorum.*

5 *Iuspatronatus est indiuiduum, & totum residet penes singulos; & ideo non attenditur maior numerus Patronorum in abstracto, sed solùm maior numerus eorum, qui realiter præsentant, intra legitimum tempus.*

6 *Institutio est actus extraiudicialis, quando ante illam nullus oppositor comparuit.*

7 *De mandato Patronorum ad præsentandum præsumitur Ordinarius, se extraiudicialiter informasse: quando Institutio fuit extraiudicialis, & nu.* 7.

8 *Præsertim si præsentatio fuerit facta coram Ordinario, cum enunciatiua mandati; & relatione ad certum Notarium, & certam diem: & Ordinarius dixerit in Institutione visis, &c. tunc enim præsumitur quod, aut mandatum fuerit exhibitum, vel quod Ordinarius de eo fuerit extraiudicialiter informatus, ex quo illud erat necessariũ ad actum.*

9 *Mandatum productum fuisse in termino, dum aliqualis probatio habetur; potest illud postea produci post lapsum cuiuscunque termini peremptorij ad coadiunandam dictam probationem.*

DECISIO CCXXX.

IN Decisione in hac causa facta die 14. *Maij* præterit fuit resolutum, Marium esse instituendum; quia fuit præsentatus à Vincentio Iansigliaccio; qui pro medietate Iurispatronatus, & à Ludouico, qui pro sua portione erat in quasi possessione alterius medietatis. † Nec 1
obstare, dictum fuit, præsentationem factam de Stephano per Horatium, tam nomine proprio, quàm procuratorio alteriùs Vincentij, Nicolai, Lucæ, Francisci, Petri, Philippi, & Alexandri, qui vna eum Horatio, sunt in quasi possessione alterius

terius medietatis; & consequenter, nec gratificatio-
nem Stephano factam ab Ordinario, ex quo de man-
dato, aut ratificatione prædictorum Compatronorum
non constitit intra quadrimestre, Patronis Laicis ad
præsentandum à iure præfinitum, ex *Lap. alleg. 22.*
Rocco, Lambert. & Rota in d. Decisione allegatis: quæ
Decisio, iuxta ea, quæ tunc proponebantur hodie
Dominis placuit.
2 Verum † quia nunc fuit doctum de dicto mandato
maioris partis Compatronorum alterius medietatis,
qui præsentarunt Stephanum, quæ trahit ad se totam
dictam medietatem; ex quo minor pars dictæ medie-
tatis pro nihilo reputatur, *Rocc. de Curt. de Iurepatr.*
verb. ipse vtlu à quo n. 7. Garz. de benef. par. 5. cap. 9.
n. 215. Cassad. Greg. XV. & alij in eadem Decisione al-
legati, Domini ex nouiter deductis recedendo à de-
5 cisis, dixerunt † Stephanum esse instituendum, vti
gratificatum per Ordinarium, tanquam præsentatum
à dimidia parte Patronorum & habentem alias qua-
4 litates de iure requisitas; quinimo † cum intra tem-
pus Edictorum, Vincentius, & Ludouicus, & sic Pa-
troni habentes aliam dimidiam, non comparuerint,
perinde Stephanus haberi debet ac si fuisset præsen-
5 tatus ab omnibus Patronis: Quia † cum Iuspatro-
natus sit indiuiduum, & totum sit penes singulos,
non attenditur, vt dictum fuit in d. Decisione, ma-
ior numerus Patronorum in abstracto, sed solùm ma-
ior numerus, eorum, qui realiter præsentant intra
legitimum tempus, *Abb. in c. 3. n. 13. de Iurepatr. Dec.*
cons. 127. in fin. vers. in ista materia Lambert. Gonzal.
& alij ibidem allegati, & consequenter retorquentur
d. Decisionis motiua cōtra Mariū ad Stephani fauoré.
Neque obstat, quod dicta Compatronorum man-
6 data debuerunt produci intra quadrimestre. Quia †
cùm deuentum fuerit ad Institutionem post terminū
Edictorum, & Institutio fuerit actus extraiudicialis,
ex quo ante institutionem nullus Oppositor compa-
ruit, *c. concertationi,* vbi *Gemin. n. 3. Fran. h. & aly de*
appell. in 6. Abb in c. fin. n. 13. de præscript. Ant. de Butr.
in cicum M. Ferrarien. sub num. 58. ad med. vers. ideo si
quis petit. de constit. Calder. cons. 7. de elect. Gonzal. gloss.
9. §. 1. in Annot. null. n. 42. Seraph. decis. 1320. numero 3.
7 potuit Ordinarius se extraiudicialiter informare †
prout præsumitur ad substinendum actum præsenta-
tionis, & institutionis, *Gabr. conclus. 1. n. 22. de procur.*
& Marant. in suis disput. post. tract. de Ordin. Iudic.
8 *quæst. 1. p. 1. n. 9.* Et tanto magis, † Quia in hoc casu
fuit facta præsentatio coram Ordinario, cum enun-
ciatiua mandati, & relatione ad certum Notarium, &
certam diem, & Ordinarius in institutione dixit *visis,*
&c. Vnde oritur vrgens coniectura quod bene illud
fuerit exhibitum, aut quod de eo Ordinarius extra-
iudicialiter fuerit certificatus, ex quo mandatum erat
necessarium ad actum vt in simili *Dec cons 36. n. 6. vers.*
Secundo respondetur, Cassad. decis. 3. num. 4. de procur.
Gregor. XV. decis. 111. n. 2. & decis. 275. n. 5.
Sed præterea, quando etiam processum esset iudi-
cialiter & mandatum verè non fuisset exhibitum, ta-
9 men cum ex dicta enonciatiua; † cum expressione
Notarij & diei, fuerit introducta aliqualis probatio
mandati enunciati, ex *Dec. Cassad. & Gregor. XV.*
vbi proximè, potuit posteà ad coadiuuandam, dictā
probationem, mandatum quandocunque produci,
etiam post lapsum cuiuscunque termini peremptorij,
Bal. in c. 1. in princ. de fid. Instr. Dec. in auth. si quis
in aliquo, num 3. vbi *Purpurat. n. 33. C. de eden. Foliu.*
in c. licet causam sub n. 18. limit. 5. de probat Surd. decis.
166. n. 1. in fi. vers. & per illum textum & fuit dictum *in*
Cæsaraug. Canonicatus 12. February, 1620. coram Illustrif.
Cardinali Pamphilio.

Et ita vtraque, &c.

Parmen. Legitimæ.

Ven. 11. Januar. 1630.

ARGVMENTVM.

In legitimam debitam Nepoti in bonis Aui materni non tenetur Nepos imputare dotem maternam, quam mater sibi, suisque hæredibus fuit stipulata, ex quæ ex Statuto filiis defertur iure hæreditario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida est, concurrentibus omnibus iuris requisitis, de quibus per DD. ibi cit.*

2 *Nepos subintrat, Patre præmortuo, in eius locum quoad omnia priuilegia Suitatis.*

3 *Legitima debetur Nepoti, Patre prædefuncto, non ex persona Patris, sed ex propria Persona, & num. 5.*

4 *Legitima debita dici non potest filio, qui Patri prædecessit.*

6 *Ad Legitimæ supplementum agit Nepos ex propria persona, si minus illa sit ei relictum.*

7 *In legitimam debitam Nepoti, in bonis Aui materni, tenetur nepos imputari dotem maternam, ad ipsum peruentam immediatè ex Aui substantia, eiúsque iudicio; prout est quando dos remanet penes filios, ex consuetudine Martini, n. 9. Secus tamen est quando dicta dos non venit immediatè ab Auo, sed fuit matri sua acquisita, nu. 13.*

8 *Dos remanet penes filios, matre prædefuncta, non vt heredes eius, sed in vim consuetudinis Martini.*

10 *Pater dotans filiam potest ab initio pacisci, vt soluto matrimonio Consuetudo Martini non intret, sed dos liberè ad ipsum redeat: & si nihil pasciscatur, videtur se voluisse conformare cum dicta consuetudine.*

11 *Hæredes ab intestato venientes, tenentur ad fideicommissum eis à defuncto impositum: & ratio redditur ibidem.*

12 *In restitutione fideicommissi venit regulariter, quòd acquiritur ex iure accrescendi, & vide rationem ibidem.*

13 *In legitimam non imputatur quòd non peruenit immediatè ex substantia defuncti.*

14 *Pater dare potest filiæ in causam dotis, etiam quod illa in eius sit potestate.*

15 *Pater dedisse filiæ dotem videtur, dum permisit maritum, & Notarium, filiæ, eiusque hæredibus, dotem stipulari.*

Actio de dote competit soli filiæ, eiusque hæredibus, dum Pater permisit dotem ei stipulari.

16 *Dos non reuertitur ad Patrem, vti Patrem quando fuit filia, & eius hæredibus stipulata, sed consideratur tanquam hæreditas filiæ, ad quam ideò pertinere debet, & ad filios vti eius hæredes, num. 17.*

18 *Parma statutum disponit, vt moriente vxore cum filiis, dos ad eos pertineat, & extantibus filiis ex alio matrimonio, tunc illi succedant in legitima. & reliqua pars pertineat ad maritum, & eius hæredes.*

Statutum loquens de dote, per verbum succedere, & pertinere, *videtur disponere, vt vocati succedant iure hæreditario.*

19 *In*

19 *In legitimam, debitam Nepoti, in bonis Aui, ficut Nepos imputat dotem maternam, quæ in vim confuetudinis Martini remanet penès filios; an idem dicendum fit, quando ftatutum defert dotem filiis, matre prædefuncta, iure hereditario, & quando mater illam fibi, fuifque hæredibus reddi, fuit ftipulata: Negatiua defenditur tam in Statuto, ibid. quàm in ftipulatione, num. 10. & diuerfitates rationes, vide dicto num. 19. & num. 21. feq.*

Martini confuetudo præferuat filiis dotem maternam, vti filiis, non vti hæredibus, iuxta Rota opinionem.

20 *Dos filiæ, Patri præmortuæ fine filiis, quæ fuit ftipulata dotem pro fe fuifque hæredibus, fpectat ad patrem, & fratres illius, vti eius hæredes: fecus tamen eft quando filia præmoritur patri, relictis filiis, quia tunc ftante dicta ftipulatione, Dos pertinet ad filios vti matris hæredes.*

22 *Martini confuetudo quod filiis dos acquiratur non Patri, non procedit refpectu aliorum, filiæ hæredum.*

23 *Auus præfumitur voluiffe Nepotibus confulere.*

24 *In legitimam debitam Nepoti, in bonis aui materni, tenetur Nepos imputare dotem maternam, prout eius mater tenebatur; etiam quod ipfa illam fibi reddi fuerit ftipulata: Contrarium verius, n. 25.*

DECISIO CCXXXI.

RAINERIVS Ciuis Parmen. inftitutis hæredibus fratribus S. Auguftini, dictæ Ciuitatis, Paulo Stradiuerto Nepoti fuo ex Margarita filia vnica ei prædefuncta, fexdecim libras Parmenfes legauit: Cùm autem Paulus prædictus egiffet contra dictos hæredes, ad legitimæ fupplementum, ac duas fenté-tias fauorabiles obtinuiffet, Caufa in tertia Inftantia fuit ad Rotam deuoluta, quæ cùm hodie fuerit per me propofita Domini dixerunt: fententias effe con-
1 firmãdas. Validitas enim non controuertebatur quia † ex reuolutione proceffus conftat de omnibus Iuris requifitis de quibus, *Verall. decif. 260. par. 2. Rota decif. 743. n. 3. par. 2. in recent.*

Quòd attinet ad Iuftitiam, non erat difficultas. An legitima illiufque fupplementum Paulo deberetur:
2 Quia clarum eft, quòd † Nepos, patre præmortuo, fubintrat in eius locum, quoad omnia fuitatis priuilegia, *l. Gallus, §. nunc de lege Velleia & §. fi is qui, ff. de lib. & pofthum. l. illam,* vbi communiter *DD. C. de*
3 *collat.* cui propterea † in d. cafu debetur legitima; non ex perfona Parentum, quamuis in eorum locum fuc-
4 cedat, cum illis † vti præmortuis nunquam debita fuerit *l. 1. §. fi impuberi,* vbi etiam *Bart. ff. de collat. bon.*
5 *Graff. in §. legitima, qu. 12. in princ.* † fed debetur ex propria perfona, *l. 1. §. fin. ff. de coniug. cum emanc. liber. & l. 2. C. de lib. prat. Bart. in l. 1. §. fi fit nepos, ff de collat. Dotium, Rip. in l. in quartam, n. 199. ff. ad l. falcid. Ruin. conf. 186. n. 1. lib. 2. Menoch. conf. 285. n. 4. Surd. conf. 185. nu. 11. Craff. in d. §. legitima q. 4. Conar. in cap. quamuis pactum, tertia parte §. 2. n. 4. de pact. in 6. Peregr. de fideic. art. 36. num. 39. Modern. de legitima, lib. 1. tit. 2. queft. 10. nu. 5. verf. ampliatur 3. Grammat. decif. 57. nu. 1. & 39. &*
6 *Capit. decif. 21. num. 6.* quod † fi minus legitima, vt in cafo noftro: Nepoti relictum fit, pariter agit ad fupplementum ex propria perfona, *l. omnimodo* & ibi *gloff. in verb. & alia perfona, C. de inoff. Teftam. & Roderic. Suarez in repet. leg. quoniam in prioribus ampliat. 4. verf. ex quo hac lex, C. eodem titulo.*

Verfabatur itaque difficultas in eo folùm, An Paulus in legitimam, aut eius fupplementum, imputare teneatur quoddã Prædium inæftimatum; per Rainerium eius Auum dotis nomine, & pro fundo dotali matri fuæ affignatum; cuius refolutio pendet ab eo alio, An Paulus dotem prædictam habuerit immediatè ex Aui fubftantia, eiufque Iudicio: An verò
immediatè ex fubftantia matris. Quia fi ab Auo, † 7
procul dubio tenetur eam in legitimam imputare,
l. quoniam nouella in fin. l. omnimodo & l. fcimus, §. repletionem, C. de inoff. teftam. Bart. in d. l. in quartam, n. 8. q. 5. Vafq. de fucceff. creat. §. 30. num. 245. & Craff. in dicto §. legitima, q. 20. per tot. & eft vera, ac communis, fere omnium refolutio. Vnde, fi matre prædefun-
cta, † dos remaneat penes eius filios, non vt hæredes 8
eius; fed in vim confuetudinis Martini, de qua per
gloff. & DD. in l. dos à patre, C. folut. matr. † tenentur 9
ipfi eam imputare in legitimam eis debitam in bonis Aui; cùm tunc dos habeatur immediatè ab Auo,
& ex eius coniectuta mente: qui † dũ ab initio potuit 10
pacifci, vt foluto matrimonio d. Confuetudo non intraret, fed dos liberè ad ipfum rediret, vifus fuit fe conformare voluiffe cum dicta Confuetudine, prout
etiam hæredes † ab inteftato venientes, tenentur ad 11
fideicommiffum eis à defuncto impofitum, quia ex defuncti voluntate habere videntur; dum ille condens
Teftamentum poterat alios hæredes facere *l. confi- 12
cientur in princ. ff. de iur. Codicill.* Et pariter † in reftitutione fideicommiffi venit regulariter quod acquiritur ex iure accrefcendi, quia portio accrefcit portioni ex voluntate defuncti quafi tacita quadam fubftitutione, *l. fi totam 81.* cum ibi. *not. ff. de acq. hæred. Bart. & alij in l. Marcellus §. quidam, ff ad Trebell. Peregr. de fideic. art. 8. n. 4.* Et ex prædictis in terminis cõfuetudinis Martini, ita tenet *Bart. in d. l. In quartã, n. 11.* & ibid. *Paul. Alex. & alij, idẽ Bart. in conf. 190. lib. 1.* quos Doct. communiter fequuntur *Rip. in repert. d. l. in quartã, n. 192. cum feq. Thefaur. decif. 237. n. 3.* & plenè *Rota in caufa Romana de Rinaldis 14. Decembris 1629. coram R. D. P. meo Merlino.*

Si autem Paulus in dote, eius matri immediatè fucceffit; ita vt dos ad ipfum non peruenerit ab Auo immediatè, fed fuerit matri fuæ acquifita: & ab ea ad ipfum, vti eius hæredem peruenta, non tenetur illam in legitimam fibi debitam in bonis Rainerij Aui fui
imputare. Quia, vt dictum eft, † non imputatur quod 13
nõ prouenit immediatè ex fubftantia defuncti: Quæ fententia eft etiam non minus vera & Communis, *Bart. in l. poft dotem, ff. fol. matr. & in d. l. in quartam, d. num. 12. & in dicto conf. 190. Alex. in d. l. illam,* & latè *Ripa vbi fupra, à num. 189. vfque ad numerum 199. Paul. de Caftr. conf. 29. num. 5. & conf. 109. lib. 1. Parif. conf. 60. nu. 46. lib. 2. & Bertr. conf. 138. n. 4. & conf. 142. nu. 4. par. 2. vol. 1.*

Quam diftinctione fit præmiffa refolutio facilis vifa fuit quandoquidem in cafu noftro Pater dedit
dotem filiæ, † cui in hanc caufam rectè dare potuit, 14
etiam quod illa in eius effet poteftate, *l. Pomponius
Philadelphus, ff. famil. ercifcund.* † dare autem vifus 15
fuit dum permifit maritum. Notariumque filiæ, eiufque hæredibus, dotem ftipulari; quo cafu, foluto matrimonio, foli filiæ, eiufque hæredibus compe-
tit actio, *Bart. in d. l. poft dotem d. num. 27. Paul. de 16
Caftr. conf. 11. num. 1. vol. 1.* Nec † ad Patrem reuertitur vti Patrem, iuxta text. in *d. l. dos à patre, & l. iure fuccurfum, ff. de iur. dot.* fed tanquam hæreditas filiæ confideratur, *l. vnica, §. & hoc C. de re. vx. act.* vbi ad filiam, viuente Patre, dos reuertitur ftipulationis, vti proprium patrimonium filiæ, nifi aliter conuentum fit: Vnde etiam ad filios, vti eius hæredes pertinere debet, iuxta magis cõmunẽ & receptã fententiã *Bart. & Caftr.* vbi proximè & ibid. *Alex. n. 24. Pic. in d. l. in quartam n. 233. verf. 5 limita, ff. ad leg. falcid. Corn. conf. 190. num. 4. lib. 2. Alciad. refponf. 199. num. 2;*

*Cranett. conf.*84. *num.*10. qui ideo ea, imputare non
tenentur iuxta præcit. Doct. Quòd tantò magis pro-
17 cedit, ex quo Parmæ extat Statutum, † disponens,
vt moriente vxore cum filiis, dus ad eos pertineat:
quod intelligitur iure hæreditario: ponderando idem
18 statutum, dum postea subdit † quòd si extant filij ex
alio matrimonio, tunc illi succedant in legitima, &
reliqua pars pertineat ad maritum, & eius hæredes,
iuxta doctrinam *Castr. in l. si cum dotem, num.* 11. *ff. sol.
matr. Thesaur. decis.*34. *num.*2. *vers. secus vero si statu-
tum Honded. conf.*16. *num.*16. *lib.* 2. Et in terminis hu-
ius statuti Parmen. firmat *Dec. conf.* 386. *in secundo
Dubio n.*7. *vers. vltimo ista Conclusio*, quem in simili se-
cuta fuit *Rota apud Greg. XV. decis.*308. *n.*3.

Ex quibus cessant penitus omnia in contrarium
adducta; quæ eo tendunt, vt stipulatio dotis ad fauo-
rem filiæ, & hæredum, nec non statutum prædictum
nihil plus tribuant, aut operentur ad fauorem ne-
19 potum quam Consuetudo Martini, † ita vt sicut in
terminis dictæ Consuetudinis, dos filiæ prædefun-
ctæ non reddit ad Auum, sed reseruatur Nepotibus,
& nihilominus imputatur in legitimam nepotum,
idem etiam dicendum sit in terminis dicti statuti &
casu, quo filia, sibi, & hæredibus, fuit dotem stipula-
ta; cùm eadem prorsus ratio militare videatur, videli-
cet quos dos peruenit ad Nepotes ex Aui substantia,
& voluntate dum ille potuit ab initio contrariū pa-
cisci Quia in primis, quoad Statutum, quicquid esset
si illud foret omnino conforme Consuetudini Mar-
tini, quem casum discutiunt *Paul. de Castr. conf.*108.
*n.*1. *in fin. ver. sed in casu nostro lib.* 2. *Curt. Iun. conf.*180.
n. 2. *vers. & ideo aduertēdum, & Thesaur. decis.*237. *n.*8.
Tamen cum sit omnino incumpatibile cum dicta
Consuetudine, argumentum non procedit, sed iuxta
subiectam materiam, & Statuti circumstantias res
diffiniri, & mensurari debet: Cum itaque iuxta Con-
suetudinem, dos reuerti debeat ad Patrem, filiis non
existentibus, statutum autem, nulla habita patris ra-
tione, illam in dicto casu, applicet marito, & insuper
Statutum deferat dotem filiis iure hæreditario, vt su-
pra dictum est; consuetodo autem illam eis præseruèt,
vti filiis, & non vti hæredibus secundum communē,
de qua testatur: *Rota decis.*248. *nu.*14. *vers. aut verius
par.*4. *diuers. & coram R. D. meo Decano decis.* 311. *n.*12.
vbi quod ita seruat Rota consequenter non potest
fieri illatio de consuetudine Martini ad statutum,
quia militat prorsus diuersa ratio, vt ferè in specie
*Anch. conf.*150. *n.*2. *vers. sed in casu nostro*; ita vt in ca-
consuetudinis versemur in primo; in casu autem
statuti in secundo membro Distinctionis supra-
dictæ.

20 Quo vero ad stipulationem, † quicquid sit in casu,
quando filia Patri præmoritur sine filiis, in quo etiam
cummunis, & magis recepta opinio est, vt dos perti-
neat ad eius hæredes; videlicet Patrem & fratres non
vti tales, sed vti filiæ hæredes, *Bald. nouell. in tract.
de dot. par.*12. *q.*14. *Cranett. dicto conf.*84. *& conf.*555.
*per tot. Surd. conf.*106. *lib.*2. *Stephan. Bertrand.* vbi supra
*& Cancer. var. resol. lib.*1. *cap.*3. *n.*33. quā nihilominus
impugnare visus fuit *Bereng. Ferdinand. in d. l. in quar-
tam cap.*3. *art.* 3. quem sequitur *Barbosa in d. l. post
dotem nu.*37. *vers.*2. *igitur & add. ad dictam decisionem
Thesaur.*237. *& ad decis.*190. ex eo quod stipulatiu vi-
detur solùm operari, vt intelligatur in casu quo filia
superuiuat Patri: cum non sit verisimile, quod Pater
velit extraneum hæredem filiæ præferre sibi: Tamen
si filia quæ sibi, & eius hæredibus fuit dotem stipu-
lata; vt in casu nostro, præmoriatur patri, relictis fi-
liis, pauci reperientur, qui dubitent, quin ad eos
immediatè vti ad hæredes matris dos spectet, nulla
habita ratione consuetudinis Martini.

Ratio autem differentiæ, † quare in terminis sim- 21
plicis consuetudinis Martini, dos imputatur nepoti-
bus in legitimam, non autem in casu, quando filia
eam sibi, & hæredibus suis stipulatur, est in prom-
ptu; quandoquidē in primo casu, dos non acquiritur
filiæ, atque ideo non potest pertinere ad nepotes, vti
eius hæredes, sed consuetudo, dotem de iure reuer-
tentem ad Auum, auocat immediatè ab eo, & ex qua-
dam æquitate, post habito iuris rigore, dat Nepoti-
bus, *Bart. in d. l. in quartam n.*12. *& Alex. in d. l. illam,
Castr. conf.*145. *lib.*3. *Curt. Iun. conf.*180. *Rip.* vbi supra *n.*
191. & dixit *Rota in dicta Romana de Rinaldis.* Con-
suetudo enim nihil disponit de dote quoad filiam præ-
mortuam, sed solum quoad Nepotes superstites in
casu autem nostro, videlicet quando filia sibi, & hæ-
redibus dotem stipulatur, dos acquiritur filiæ, eiusque
proprium efficitur Patrimonium, vt dictum est: & sic
in ea immediatè filiæ succeditur, vt ad sensum patet,
nec potest intrare præsumptio supradicta, quod Pa-
ter noluit filiæ dotem stipulari, in casu quo illa ei
præmoriatur; † quia quicquid sit, quoad alios filiæ 22
hæredes, respectu quorum non procedit Consuetudo
Martini, respectu Nepotum cessat penitus; quia imo
† præsumendum est, quòd Auus voluit Nepotibus 23
consulerē, *l. scripta, in fi. ff. vnde lib. & l. cum auus, ff. de
cond. & demonst.* In qua præsumpt. fundat. Consuetu-
do Martini, iuxta quam etiam circunscripta stipula-
tione, ex coniecturata Aui mente, dos Nepotibus cō-
seruatur, vt supra fuit deductum, & optimè *Rota in d.
Romana de Rinaldis.* Vnde cum vltra d. Consuetudi-
nem quæ ad fauorem Nepotum duntaxat, concurrat
etiam in casu nostro stipulatio ad fauorem filiæ, per
quam ei fuit dos primo loco acquisita, consequenter
Nepotes dotem ab ea immediatè habere dicuntur,
vigore stipulationis: quam ideo iuxta supradictam
distinctionem, imputare non tenentur.

Tandem non obstat quòd mater † etiam quod fue- 24
rit stipulata dotem, deberet eam imputare, ac ideo
idem debeat Paulus, ad quem legitima peruenit; vti
eius hæredem, ad *l. hæreditas, ff. de reg. Iur. & l. si
viua §. nam licèt, C. de bon. qua lib.* Quia † vis impu- 25
tationis non stat in hoc, sed in eo quòd Paulo debe-
tur legitima in bonis Aui, ex propria persona: qui
propterea non tenetur imputare dotem matris, quam
non habet ex substantia Aui, sed ex substantia ma-
tris, iuxta supradicta, & discutit *Anchar. in d. conf.*50.
& Rip. vbi supra.

Minus obstare visum fuit, quæ dicebantur de
nullitate æstimationis bonorum Aui facta per Peri-
tos, ob defectum citationis: nec non de excessiua æ-
stimatione. Quia dicta nullitas tollitur ex factu. Quo
vero ad excessum, nihil deducebatur quod releuare
visum fuerit.

Et ita vtraque parte informante, &c.

Tarraconen. Abbatiæ.

Lun. 14. Ianuarij, 1630.

ARGVMENTVM.

Abbatissæ electio ex quibus nulla dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Abbatissæ electio fieri debet per vota secreta singulo-
rum Monialium eligentium; ita vt earum nomina
nunquam publicentur, iuxta Conc. Trid. & electio
aliter facta, est nulla.*

2 *Electio*

2 *Electio facta à minori parte Capituli est nulla.*

3 *Abbatissæ electio non requirit duas partes Capituli, sed sufficit maior pars eligentium.*

4 C.Indemnitatibus §. sanè de elect. in 6. *declaratur.*

5 *Abbatissa electio per scrutinium facienda, an requirat formam : de qua in* c. quia propter de elect. *an verè in iure sit alia specialis forma præscripta in huiusmodi electione : est opinio valdè controuersa.*

DECISIO CCXXXII.



VIT hodie resolutum : sententiam de partibus; qua fuit declaratum D. Annam Mariam Sullam fuisse legitimè electam in Abbatissam Monasterij Vallisbonæ, ordinis Cisterciensis esse infirmandam. Tùm quia electio facta fuit contra formam *Sacri Concilij Tridentini sess.25. cap. 6. de regul.*
1 vbi † quòd debet fieri per vota secreta singularum Monialium eligentium ; ita vt earum nomina nunquam publicentur : & tamen electio D. Annæ non fuit facta, quia eligentium suffragia fuerunt suscepta & descripta per Notarium publicum, narratis & sigillatim descriptis in publico electionis Instrumento, singulis Monialium votis, & nominibus ; Vndè electio fuit nulla. *Garz. de benef. 5. par. cap. 4. num. 187. & Zerol. in prax. Episc. verb. Abbatissa, vers. ad sextum dico.*

2 Tum etiam quia cùm † Moniales elegerint Iure Collegij, & non vti singulæ, & quæ fuerunt ad eligendum congregatæ essent numero vndecim, ex quibus D. Anna solùm habuit quinque; aliæ verò sex in minores partes diuisæ; & sic non habuerit maiorem partem, habito respectu ad totum Capitulum, eius electio ex hoc capite fuit etiam de iure nulla, *c. Ecclesia vestra 48. de elect. gloss. in c. si cui, in verbo minorum, de elect. in 6. Fel. in c. cum omnes col. 14. n. 24. de Constit.* & ibi *gloss. verb. constitutionem Franc. Marc. quæst. 1304. numero 1. Rocch. de Iurepatr. verb. Honorificum quæst. 58. Lambertin. eodem tract. par. 3. quæst. 4. art. 2.* & alij allegati per *Modern. Pisan. in praxi. Iurisp. par. 2. lib. 12. cap. 8. num. 3.* & in terminis *Miranda in Manual. Prælat. regul. tom. 2. quæst. 23. art. 27.*

Quòd verò vlterius deducebatur, in electione Abbatissæ requiri duas ex tribus partibus Capituli, per text. in *c. indemnitatibus, §. sanè in princ. de elect. in 6.*
3 Domini dixerunt non esse verum; † sed sufficere maiorem partem eligentium, habito respectu ad Capitulum, vt dictum est, ex reg. text. *in cap. quia propter 42. tex. de elect. & in cap. dudum*, cum aliis eiusdem tituli, *de elect. lib. 6.* & clarè deducitur ex text. *in d. §. sanè vers. verum si qua vsque ad finem Nauar. cons. 5. de elect.* & in specie *Mirand. d. art. 27. conclus. 2, & idem in tract. de Monial. quæst. 7. art. 4. Anton. Cucch. Instit. maior. Canon. lib. 4. tit. 1. num 291. Rodriq. tom. 2. q. reg. q. 55. art. 4.* qui ibidem *art. 1. in princ.* dicit hoc idem cautum esse in statutis Ordinis Cisterciensis.
4 Neque † obstat Text. in *d. §. sane in princip.* Quia quòd ibi dicitur de duabus partibus, procedit ad effectum, vt electa à duabus partibus possit confirmari, appellatione remota, etiam si à minori parte, contra eius personam defectus obiiciantur : non autem vt propterea electio, à maiori parte facta, non teneat : quia aliter Textus ille esset sibi contrarius, in dicto vers. verum, *Mirand. de Monial. & Cucch.* vbi supra.

Aliud verò in quo informantes magis insistebant,
5 videlicet quod Moniales † processerunt ad electionem per viam Scrutinij, & tamen nō seruarunt formā electionis per scrutinium, de qua *in d. c. quia propter, de elect.* ex quo non elegerunt tres Scrutatrices, sed duas de quarum nominibus non constat in dicto electionis Instrumento, prout nec quòd Scrutatrices prius vota sua fuerint scrutatæ, & alia huiusmodi, contra formam *d. cap.* Domini aliquantulum discusserunt sed resoluere noluerunt ; quia non fuit opus, stante maximè, quòd in iure sit multum dubium; An forma *d. cap.* sit seruanda in electione Abbatissæ per scrutinium facienda : An verò sit in iure alia specialis forma, in huiusmodi electione præscripta in *d. §. sanè, Gemin.* enim in *d. §. & Paul. de Castr. cons. 346. num. 1. vol. 1.* resoluerunt, formam *d. cap. quia propter*, esse seruandam : Contrarium verò *Panorm. in c. ad probandum, num. 19. in fin. de sent. & re iud.* quem alij plures sequuntur & non parum pro eius sententia conducere videntur Declarationes *Sac. Congreg. Concil.* Cumulatæ apud *Garz.* vbi supra & apud *Riccium in Decisionibus Curiæ Archiepiscopalis Neapol. decis. 179.*

Et ita vna tantùm parte informante, &c.

Cremonen. Canonicatus.

Lun. 14. Ianuarij, 1630.

ARGVMENTVM.

Prouisio Ordinarij non est iustificanda: prout nec etiam iustificandæ sunt Litteræ Apostolicæ, expeditæ super noua prouisione. Indultum conferendi beneficia reseruata, concessum Cardinali Episcopo, nullo modo suffragatur Capitulo in prouisione Canonicatuum; stante declaratione Papæ desuper facta : Reg. 4. hodie 5. Cancellariæ quos Collectores comprehendat : & an requiratur in illis acceptatio, & exercitium Officij, ad effectum, vt sub dicta Regula comprehendantur.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio Episcopi non est iustificanda; ex quo, motu proprio, prouidet Ecclesiis, non personis, de quarum qualitate informatus præsumitur.*

2 *Amplia procedere etiam in Episcopo Cardinali prouidente vigore Indulti : cum in eo militet eadem ratio.*

3 *Prouisione Beneficij acquiritur ius prouiso.*

4 *Litteræ Apostolicæ, expeditæ super noua prouisione, non indigent iustificatione, cùm tendant tantùm ad interesse bursale Datariæ.*

5 *Narratiuam Prouisionis Ordinarij, factam in noua Prouisione Papæ, sufficit de facto præcessisse.*

6 *Productio facta ad vnum actum non præiudicat producenti, quoad alium.*

7 *Concordia est stricti iuris : & ideo non extenditur de casu ad casum.*

8 *Indultum conferendi Beneficia reseruata, concessum Cardinali Episcopo an suffragetur etiam Capitulo ratione communionis & consortij quòd cum eo habet in prouisione Canonicatuum : Negatiuè resoluitur, ex Papæ declaratione ibidem.*

9 *Declaratio Papæ super indultis conferendi Beneficia reseruata, facta ad fauorem Cardinalium Episcoporum,*

porum, contra Capitula, non priuat illa, iure concurrendi cum Episcopis in prouisione Canonicatuum, eisdem Capitulis, ex Concordia quæsito: si in Declaratione nulla fuerit de d. Concordia facta mentio.

10 *Contrarium resoluitur ibid. stantibus amplis verbis dictæ Declarationis: & ampliatur siue reseruatio contingat, ratione vacationis in mense, siue aliundè.*

11 Regula 4. *hodie* 5. Cancellariæ *comprehendit æquè Collectiones Ciuitatum, & Diœcesum, ac Collectores Prouinciarum.*

Item comprehendit Collectores deputatos ad exigendum subsidium, impositum à Papa pro subuentione Imperatoris contra Infideles, nu. 18. & ratio redditur ibidem.

12 Quorumcunque, *Dictio, Quoscunque comprehendit: dum ratio diuersitatis reddi non potest.*

13 *Oratio, plura determinans, debet ea æqualiter determinare.*

14 *Collector (ad effectum vt beneficium vacans per eius obitum sit reseruatum) non requiritur quòd actualiter officium exercuerit; sed sufficit quod fuerit paratus exercere.*

15 *Subcollectoris nominatio, facta per Collectorem, est actus iurisdictionis.*

16 *Voluntas declaratur facto magis, quam verbis.*

17 *Collectoris deputatio sola sufficit, absque acceptatione, ad effectum, vt beneficia vacantia per eius obitum sint reseruata, etiamsi suam facultatem non viderit, nec receperit.*

19 Regula 4. Cancellariæ, *hodie 5. non comprehendit Collectores particulares, prout sunt deputati ad colligendas Decimas taxatas ad certam pecuniarum summam, & quando non obstante dicta taxatione certa summa Collectores dicantur generales, ita vt sub dicta regula comprehendantur.*

Dispositio generalis non restringitur per specificam dispositionem, quæ postea subsequitur sine aliqua taxatiua, cum d. specifica dispositio censeatur facta solum demonstratiuè, non autem ad tollendam generalitatem.

DECISIO CCXXXIII.



VACANTE de mense Martij 1628. hoc Canonicatu Ecclesiæ Cremonen. per obitum q. Hieronymi Mannæ dum viueret Collectoris Decimarũ Papalium: Illustriss. Dom. Cardinalis Episcopus Cremonen. vigore indulti conferendi Beneficia reseruata, illum vti reseruatum, ratione Collectoriæ prædicti Hieronymi, contulit Ioanni Petro Figino: Capitulum autem d. Ecclesiæ, vigore Concordiæ, olim inter se, & tunc temporis Episcopum Cremonen. initæ, & auctoritate Apostolica confirmatæ, prætendens electionem Canonicatuum prædictæ Ecclesiæ, quomodolibet vacantium, ad se spectare, & Confirmationem ad Episcopum eòque intra certum tempus nolente aut negligente confirmare, omnimodam dispositionem de dd. Canonicatibus ad se deuolui, eundem Canonicatum contulit Ioanni Paulo Melio: vnde orta, inter huiusmodi prouisos, cõtrouersia; causaque in gradu appellationis, ad Rotã deuoluta, & mihi commissa, Dubitaui hodie, An Canonicatus, de quo agitur esset adiudicandus prædicto Ioanni Petro Figino: Et Domini affirmatiuè responderunt.

Quia cùm de facultate Illustriss. D. Cardinalis Episcopi, conferendi Beneficia reseruata, vigore Indulti non dubitetur; & Figinus ad suæ prouisionis
1 Iustificationem non teneatur, † ex quo illum habet ab Episcopo, qui motu proprio prouidet Ecclesiis nõ personis; de quarum etiam qualitate censetur bene informatus, *Fel. in c. ad aures, n. 15. de rescript. Card. in Clem. 12. n. 15. de off. Ord. Seraph. decis. 1467. n. 1. Rota decis. 190. n. 1. p. 2. recent.* cum aliis apud *Garz. de benef. p. 6. c. 2. nu. 221.* Quod procedit † etiam, quod Episco- 2
pus Cardinalis prouideat vigore indulti; cum nihilominos prouideat motu proprio, & militet eadẽ ratio, quòd prouidet Ecclesiis, & præsumitur de personis informatus, *Put. decis. 295. lib. 3. in nouiter impress. & Rota in Leodien. Canonicatus S. Dionisij 23. Martij, & 3. Iulij, 1623. coram Reuerendiss. D. meo Decano*: vtique Canonicatus ei adiudicandus est, dum † per proui- 3
sionem huiusmodi fuit ipsi in d. Canonicatu ius quæsitum, *c. final. in fin. de concess. præbend. in 6. Mil. in repert. in verbo Beneficium acquiritur n. 20. Couar. var. lib. 3. ca. 16. n. 3. & 5. & Rota decis. 498. nu. 1. par. 2. recent.*

Neque obstat, quod in Indulto D. Cardinalis, adsit Decretum, quo præcipitur, vt prouisi vigore d. Indulti de beneficiis valorem 24. duc. auri de Camera excedentibus, intra quatuor menses, si citra, si verò vltra montes fuerint, intra octo menses, à die factarum sibi collationum computandos, nouam prouisionem super beneficiis huiusmodi, à Sede Apostolica impetrare, ac litteras Apostolicas desuper in totum expedire, & iura Cameræ Apostolicæ, ac aliis propterea debita, persoluere teneantur, atque ideò Figinum, qui litteras Apostolicas expediuit, & in actis produxit, stante d. Decreto, teneri ad earum iustificationem. Quia respondetur inde non sequi, quin Figinus dicatur ab Ordinario prouisus motu proprio, nec quod eius Gratia alteretur; nec demum agatur de Canonizandis litteris Apostolicis, sed tantùm de Gratia Ordinarij; cum litteræ Apostolicæ expediantur ad fauorem, & commodum officialium Cancellariæ, *Gabr. cons. 190. n. 11 lib. 1.* & conducunt tradita per *Cassad. decis. 35. n. 3. in fin. super reg. Sarnen. super reg. de non Iudicando q. 14. n. 5. Gig. de pens. q. 34 n. 13.* Quibus stantibus, † Figinus ex mente Papæ, qui censetur no- 4
luisse Gratiæ Ordinarij præiudicare, nec alterare, non tenetur ad iustificationem dictarum litterarum, sed sufficit † se de facto paruisse d. Decreto; & prouisio- 5
nem Ordinarij, vt narrauit præcessisse, iuxta tradita per *Alex. cons. 3. n. 5.* Et in puncto post *Paleott. decis. 337. incip. Quidam Zaccharias in manu sc.* quæ habetur in *decis. diuers. p. 3. lib. 3. decis. 691.* firmat *Mandos. in tract. de signat. Gratiæ tit. de non. prouis. vers. nouam prouisio sufficit*: & accedit quòd cum Figinus non produxerit litteras nouæ prouisionis, vt Gratia Apostolica nitatur, sed solum, vt dictum est supra, † productio ad illum 6
effectum non debet eum adstringere ad iustificationem: & sic ad aliom effectum, ex adduct. per *Grat. cons. 14. n. 17. lib. 1. Rota apud Greg. XV. decis. 467. n. 8. & in Valentina præsensa illegitimatis 16. Martij, 1612. coram Illustriss. D. Cardinali Pamphilio.*

Non obstat etiã prouisio Capituli facta in vim prætentionis, quam habet cõcurrendi cum Illustriss. Episcopo, in collatione Canonicatuum d. Ecclesiæ, quomodolibet vacantium: Quia; Aut Capitulum prætendit concurrere in collatione Canonicatus, de quo agitur, vigore suprad. Concordiæ, in se, & in verbis consideratæ: & cum illa loquatur solummodo de collatione Canonicatuum spectan. ad Episcopum, ratione vacationis in mensibus alternatiuæ, illi apud suã Ecclesiam residenti concessæ: cessat prætensio Capituli in casu nostro, ex quo collatio huius Canonicatus non spectat ad Illustriss. D. Cardinalem, ratione vacationis in eius mensibus, sed vigore indulti, conferendi Beneficia Sedi Apostolicæ reseruata, prout reseruatus est Canonic. de quo agitur ratione Collectoriæ d. Hieronymi, per *reg. 4. Canc.* hodie *quintam*, qui casus in præd. Concordia non comprehenditur. Imo in illius confirmatione est expresse exceptus per clausulã, *Saluis tamẽ omnibus reseruationibus Apostolicis*,

quæ

7 quæ in ea habetur:† Concordia autem cum stricti iuris sit, de casu ad Casum extēdi non debet *l. si unus. §. ante omnia, ff. de pact. gloss. in l. sub prætextu*, ibi *Bar. n. 5. C. de transact. Innoc. in c. conquerente ad fin. de offic. Ordin. & Surd. decis. 217. num. 12.*

Aut prætendit concurrere, ratione communionis, 8 † & Consortij; ita vt Indultū Illustriss. D. Cardinalis prosit etiam ipsi Capitulo, virtute Communionis, quam de Iure, aut ex d. Concordia cum illo habet in prouisione dictorum Canonicatuum, ad *l. si communē, ff. quemad. seru. amitt. Put. decis. 88. lib. 3. in nouiter impress.* & fuit ad d. Capituli fauoré aliàs decisum, in alia *Cremonen. Canonicatus coram R. D. meo Decano*: & hodie cessat pariter hæc prætensio, ex *Declaratione Sanctiss. D. N.* quæ habetur impressa apud *Modern. de be-* 9 *nef. lib. 2. q. 21. n. 126.* † qua declarauit suæ intentionis, & voluntatis esse, quod Cardinales Episcopi collationem Beneficiorū habentes, soli, & per se ipsos ea conferant absque Capitulis, aut aliis cum ipsis Cardinalibus collationem habentibus: Et quòd Capitula, Indulto conferendi beneficia reseruata Cardinalibus concesso, intuitu dūtaxat Dignitatis Cardinalitię, non autem Capitulorū, nullo pacto frui, aut ius aliquod inde prætendere possint; prout latiùs in d. Declaratione, quæ cùm clare loquatur, ac optima ratione nitatur non est amplius insistendum.

Ex quibus quoque tollitur penitus, quod diceba- 10 tur † hanc declarationem non priuare Capitulum iure concurrendi, ei acquisito, ex dicta Concordia, cùm mentionem non faciat, ad text. *in c. ex multiplici*, vbi *Abb. n. 5. de Decim.* Quia, quicquid dicendum foret, si Canonicatus, de quo agitur, esset reseruatus, ratione vacationis in mense, qui non est casus noster; & nihilominus Domini, etiam in dicto casu magis in idem inclinabant: ex quo verba dictæ Declarationis sunt nimis ampla, & generalia, & ratio est eadem, cum exceptio Cardinalium à reseruatione mensium, videatur etiam intuitu eorum duntaxat emanata, non autē aliorum cum eis collationem habētium: attamen cùm sit reseruatus, ratione Collectoriæ, etiam circumscripta dicta Declaratione, Concordia prædicta Capitulo in præsenti casu, non suffragaretur, cum ad reseruata aliunde, quàm ratione vacationis in mensibus, vt supra dictum est non extendatur. In communionis autem beneficio, post d. Declarationem nullū potest fieri fundamentum, ex prædictis.

Non obstat demum, quòd de prædicta reseruatione non constet; ex quo Hieronymus in primis non fuit Collector vnius Prouinciæ, sed Ciuitatis, & Diœcesis Cremonen. tantùm. Secundò, quia non docetur quòd actualiter officium Collectoris exercuerit; quinimo nec quòd acceptauerit. Tertiò, quia fuit Collector Decimarū impositarum à Papa pro subuentione Imperatoris, nō autē prouētuū Cameræ Apostolicæ. Et Quartò quia nō fuit Collector Generalis, sed particularis, ad exigendam certam, & particularē formā.

Nam ad primum, quod Hieronymus fuit Collector Ciuitatis, & Diœcesis Cremonen. tantùm. Responde- 11 tur, supradictā regulam † comprehendere æquè Collectores Ciuitatum, & Diœcesum ac Collectores Prouinciarum, vt notat. *Simonett. de reseru. quæst. 33. in princip.* Et colligitur ex verbis Regulæ ibi *quorumcunque Collectorum, & vnicorum in ciuitate,* 12 *vel Diœcesi Subcollectorum*: tam ex vi verbi † *Quorumcunque*, quod ob sui generalitatem, quoscunque Collectores cōprehendit: cùm ratio diuersitatis reddi non possit, *l. si plures gradu*, & ibi *Bar. ff. de leg. 3.* & latè *Crau. cons. 94. per tot.* quā ex seq. verbis, ibi *in Ciuitate vel Diœcesi*, quæ referūtur æqualiter ad Collectores, 13 & Subcollectores; ex regula, quòd † oratio plura determinans, *l. fin.* & ibi *Bar. C. de sent. & interloc. Iudic. cū vulg.* Ad 2. quod non exercuerit, † Respondetur, in 14 Collectore ad effectū de quo agitur non requiri exercitium actuale, sed sufficere potentiā: id est, vt occurrēte occasionē exercēdi, sit paratus exercere, argumēto Text. *in l. pater Seuerinū, ff. de cond. & demonstr. Fel. in c. in nostra, n. 20. coroll. 11 v. Itē si acceptauit de rescr.* pt. *Simonett. d. q. 33. n. 8. Mādos. ad d. reg. 4. q. 4. Io. Choquier. super eadē reg. n. 19. Paris. de resign. benef. lib. 2. q. 16. n. 16.* vbi de commun. *Zerol. in prax. Episc. verb. benef. § 1. fallent. 8. p. 1. & verb. exēpti. §. 6. p. 2. Gonz. ad reg. 8. gloss. 51. n. 71. Rota decis. 4. de præb. in antiq. Verall. decis. 241. p. 1. & Rota in Vrgellen. Canon. 7. May, 1593. corā Branchetto*, quæ loquitur in fortioribus terminis, nempè in Subcollectore, de quo magis posset dubitari, & habetur apud *Garz. de benef. p. 5. c. 1. n. 346.* Quòd verò non acceptauerit, tollitur ex facto. Quia nominauit Subcol- lectoré,† quæ nominatio, actus iurisdictionis est, *l. 1. 15 in fin. & l. 3. etiam in fin. ff. de iurisd. omn. Iud.* Et non potuit fieri circa nomen collectoris, vt patet ad sensum:† voluntas autem facto magis, quam verbis de- 16 claratur, *l. Paulus, ff. rem. rat. hab. c. dilecti filij il. 2. de appel.* & ibi *Dec. in 1. not. Anch. cons. 302. & Crau. cons. 91. nu. 10.* Vltra quòd licèt Rota aliquando dubitauerit, † An ad d. effectū sit necessaria acceptatio: receptiùs 17 est, & Rota magis inclinat, vt sufficiat sola deputatio, etiam quod Collector suā facultatem nec videat nec recipiat, *Mādos. d. q. 4* vbi rationé assignat, *Simonett. d. q. 33. n. 8. & seq. Æneas de Falcon. de reseruat. q. 3. princ. n. 16. Choquier.* vbi supra *n. 20. & Rota decis. 12. de præbend. in nou. Verall. d. decis. 141. n. 2. p. 1.*

Ad tertium quod Hieronymus non fuit Collector 18 † ad vtilitatem Cameræ. sed Imperatoris, Respondetur dictam regulam comprehendere etiam Collectores deputatos ad exigendum subsidium impositum à Papa, pro subuentione Imperatoris contra Infideles, *Simonett. d. q. 33. n. 3.* vbi supra *q. 6. Bellan. de charit. subsid. q. 115. & Choquier.* vbi supra *n. 17.* Et ratio est quia appellatione Collectorum prouentuum Cameræ, veniunt etiam prædicti Collectores: ex quo huiusmodi subsidium nomine Cameræ exigitur, eidémque applicatur, erogandum postmodum in subuentionem Imperatoris: vt in terminis similis Collectoris fuit resolutum in *Leien. Canonicatus 19. Febr. 1629. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Postremò ad quartum, quod † non fuerit Collector 19 generalis, seu particularis, ex eo quod decimæ, ad quas exigendas erat deputatus, essent ad certam pecuniarū summā taxatæ, iuxta cōpositionem Cleri Cremonen. cum Camera, & ideò non comprehendatur sub dispositione dictæ Regulæ, iuxta *Decisionem Rotæ in Asten. Canonicatus, 2. Junij, 1611. coram bo. me. Remboldo.* respondetur quòd Decisio loquitur de Subcollectore, non Collectore, & ille non erat vnicus, quia plures fuerant Subcollectores in eadem Diœcesi, ad diuersas pecuniarum summas exigendas deputati, ac ideò Canonicatus de quo ibi agebatur, ex persona illius Subcollectoris; non fuit reseruatus, quia non fuerat vnicus, prout requirit Regula, in casu autem nostro Hieronymus fuit solus generalis Collector deputatus ad exigendas omnes Decimas Ciuitatis, & Diœcesis Cremonen. vt sunt verba clara suæ deputationis, quarum Decimarum expressio ad certam pecuniarū summam, non efficit, vt ipse idcircò non sit dicēdus Collector generalis dictæ Ciuitatis, & Diœcesis: ex quo enim dicta expressio non fuit necessaria ad potestatem, sed respicit executionem, & est sine aliqua taxatiua, censetur solùm apposita demonstratiuè, ut ad declarandam generalitatem: non autem ad illam restringendam, *l. regulæ, §. & licet, ff. de iur. & fact. ignor. l. quæsitū, §. fi.* vbi optima theorica, *Bart. n. . vers. quare dic. ff. de fund. instr. Bald. cons. 305. vers. modo duo, lib. 1.*

Ruin. consf.32. n.6.lib.2. Crauett. consf.22. n.7. vers.4.licet, cum aliis allegatis *per Menoch. consf.1157.num.12. & seq.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

Neocastren. Parochialis.

Merc.16. Ianuarij, 1630.

ARGVMENTVM.

Gratia, *si neutri*, ex quibus dicatur iustificata.

SVMMARIVM.

1 *Gratia* si neutri; *quoad non ius impetrantis, iustificatur ex illius confessione.*

Confessione propria, nulla maior probatio.

2 *Vacatio Beneficij, ex persona defuncti probatur ex Gratia aduersarij, venientis ex eadem vacatione.*

3 *Presbyteratus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

4 *Valor narratus per non excessum, probatur ex Testibus, deponentibus de publica voce, & fama.*

5 *Lis probatur ex Commissione, citatione, & aliis actis in causa factis.*

6 *Status vltimus attenditur in dubio, ad probandam qualitatem Beneficij.*

Beneficium an sit regulare, vel saculare attenditur vltimus status.

7 *Beneficium saculare conferri non potest Regularibus, & è contra.*

8 *Beneficium exprimi debet in Gratia, quod sit regulare, aut in statu regularitatis.*

9 *Prouisiones, qua dederunt causam liti non sunt attendenda.*

DECISIO CCXXXIV.

DOMINI dixerunt: Gratiam, *Si neutri*,
Marci Coriæ, esse in omnibus iustifica-
1 tam: † Nam in primis non ius suum
probatur ex eius confessione, qua nul-
la maior probatio, *l.cum prec̃,C.de lib.
caus. Gregor. XV. decis.89. num. 2.* & ibi *Add. Rota
decis. 455. num.4. par.2. recent.* & fuit sæpissimè deci-
sum.

2 Vacatio † & modus vacandi narrati, videlicet per
obitum Cæsaris de Nicotera, probatur ex Gratia A-
postolica Lelij Pandulphi, partis aduersæ; dum venit
ex eadem vacatione *Greg.XV. decis.137. num.11.Card.
Canal. decis.57. nu. 2.* Qui modus probandi vacatio-
nem, sufficit, ad effectum de quo agitur, *Ægid.decis.*
3 268. Presbyteratus † ex literis patentibus Ordinarij
iux. tex. *in c.2.* vbi *Abb.in 1. not. de Cler. Peregr.Fel.
in cap. post cessionem, num.3. & 15. de probat. Grammat. decis. 81. Seraf. 1441. num.10. Card. Canal. dicta
decis.592. n.4. & Rota d.decis.455. n.7.*

4 De valore † narrato per non excessum in duc. 60.
auri de Caioera, constat ex Testibus deponentibus
de publica voce, & fama, *Ægid.decis.674. Put.decis.
26. lib.1. in nouiter impress. Greg.XV.decis.64.num 3.&
Rota in recent.* & apud *Card. Caual.* vbi supra: Et ra-
tionem quare in hoc casu sufficiat probatio de pu-
blica voce, & fama, tradit *Verall. decis.177.par.1.*

5 De lite † verò constat ex reuolutione actorum, ex
qua apparet de Commissione, citatione, & pluribus
aliis actibus, in causa factis inter partes, ad *l.gesta, C.
de re iudic.Clem.1.* cum ibi not. *vt lit.pend. Rota decis.
4.eod.tit.in antiq.Cassad.d.1.n.4.eod tit. vt lit.pend.Greg.
XV. dicta decis. 84. num. 1. & Rota in recent. decis.99.
n.1. par.2.*

Tandem de non iure Lelij ex eo constat, quod in
probanda qualitate † beneficij in dubio attenditur 6
vltimus status, *cap. querelam de elect. c. constitutionibus de Iurep.Federic. de sen.consf.134 n.3.vers.Sed in casu proposito Dec.consf.126.n.1. Seraph.decis.1103.nu.5.*
Et in puncto, An Beneficium sit regulare, vel sæcu-
lare, *text.in cap. cum de beneficio de prab. in 6. Gonzal.
ad reg.8. n.31.Rota decis.2. de prabend. in nou. & decis.
154.n.3.par.1. recent.* Vltimus autem status huius Be-
neficij est de Regulari, vt ex Collationibus in actis
productis, & effectum sortitis, per circiter 60. annos
continuos; ex quibus probatur quod de anno 1531.
hoc Beneficium fuit collatum per Baiuliuum S. Eufe-
miæ Religionis Hierosolymitanæ, Aloysio Barbaro, &
de anno 1500. per Aloysij resignationem, Iacobo Bar-
baro, & per dimissionem d. Iacobi de anno 1597. Vir-
gilio Furlano, Religiosis Ordinis S.Ioannis Hieroso-
lymitani; cùm tamen † beneficium sæculare non va- 7
leat Regularibus conferri, & è contra, d. *c. cum de
beneficio, & c. cum singula, de prabend in 6. Clem. 1.
de suppl.neglig. Prel Sac.Concil.Trid sess.14.cap.10. Gonzal.super reg.8.gloss.7.n.4.Seraph.decis.1305.n.4.* & ha-
betur *in reg.l.Cancell.43.* Vnde † cum Lel. sit sæcularis, 8
& in Gratia Apostolica, qua nititur nõ expresserit hoc
Beneficium esse Regulare, aut in statu Regularitatis
prædicto; quod tamen est exprimendum, *Fel.in c. in
nostra, num. 41. de rescript. Cassad. decis.4. de prabend.
Gonzal. d.gloss.7. n.5. & Rota in Ferrarien. Parochialis
1. Aprilis 1597. coram bo. me. Corduba* quæ habetur
apud *Garz. de benef.par.6.cap.2.nu.123.* consequenter
clarè constat de eius non iure, ex supradictis.

Neque obstant quædam prætensæ vltimæ proui-
siones de hoc beneficio, vti sæculari: Quia, † aut 9
dederunt causam liti, aut fuerunt factæ lite penden-
te inter Baiuliuum, & Ordinarium, super iure con-
ferendi, quæ idcirco non sunt attendendæ, *cap.1. &
2. vt lit.pend.in 6. Greg.XV.decis.417.n.4.Card.Canal.
decis.633.n.10. Rota decis.30.n.1.par.1. recent. & in Iannen. Parochialis Sancti Andrea 19. Aprilis 1627. coram me,* & fuit dictum in prædicta lite inter Baiuliuũ,
& Ordinarium *die 8. Nouembris 1624. coram bo. me.
Remboldo.*

Et ita decisum Marco tantùm informante, &c.

Romana Fideicommissi de Cruciariis.

Merc. 23. Ianuar. 1630.

ARGVMENTVM.

In hac Decisione principaliter agitur: An, & quando Executio, & Adiudicatio dicantur nullæ, ratione excessus: & plures in ea ponuntur diuersæ Conclusiones, quas collige ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Executio & Adiudicatio sunt nulla in totum, si facta fuerint ex causa crediti excessiui: & nu. 9. Declara, vt num.16.17. & seqq.*

2 *Mobilia, prasumuntur consumpta spatio decem annorum.*

3 *Declara*

3 *Declara hoc procedere in herede grauato secus in vsufructuario, qui finito vsufructu tenetur restituere pretium mobilium, iuxta æstimationem de tempore consignationis.*

4 *Amplia vt teneatur etiam vsufructuarius titulo hereditario non minùs, quam vsufructuarius, ex alio quocunque titulo.*

5 *Creditum illiquidum non compensatur cum debito liquido; maximè ad annullandam executionem iam factam.*

6 *Valor bonorum mobilium liquidari debet per heredem proprietarium actorem.*

7 *Æstimatio valoris, facta per Peritos absque mandato Iudicis, aut sine consensu partium, non releuat.*

8 *Compensatio non fit dum non sint de ea oppositum; & non agitur de impediendo cursu vsurarum.*

10 *Census redimibiles, An & quomodo possint tertio pluris aut minoris vendi quam ab initio sunt impositi remissiuè ad DD. ibi cit.*

11 *Census æstimari non potest plus quam fuit impositus ad fauorem Creditoris Census in preiudicium debitoris illius, & ratio redditur ibidem.*

12 *Adiudicatio fieri debet pro credito petito, & ex actis certo, & liquido, Iudicique noto.*

13 *Executio fieri potest pro debito Testatoris super bonis fideicommissi, deficientibus bonis liberis.*

14 *Maximè ex causa dotis.*

15 *Alienatio bonorum fideicommissi pro soluendis debitis heredis grauati, non potest fieri irreuocabiliter, sed tantum pro vita ipsius.*

16 *Adiudicatio facta Creditori rei, quæ plus valet eius credito, non est excessiua, & nulla, sed Creditor solùm tenetur illud plus quod accepit, restituere, & num. 19.*

17 *Executio est nulla ratione excessus solùm, quando illa fit pro credito petito in maiori quantitate, quàm vere illud est, aut ex diuersa causa ab ea, ex qua executio petita fuit.*

Decretum latum ex falsa causa, etiam si pro parte sit vera, ruit in totum.

18 *Creditum, certum esse sufficit ex actis processus executionis; adhoc vt illa sustineatur.*

20 *Adiudicatio est nulla, aut rescindi debet in totum si res fuit adiudicata pro dimidia minus iusti precij.*

21 Canon, *vox promiscua est: & quomodo accipiatur.*

22 *Census esse præsumitur, & non Canon, aut pensio Emphyteusis, quando ex hoc minus preiudicium imponenti fit.*

DECISIO CCXXXV.



FVIT iam ter resolutum primo loco *coram bo.me. Manzanedo, sub die 12. Iunij, 1617. & bis coram Me, sub diebus 24. Ianuarij, 1628. & 29. Februarij,* 1629. Adiudicationem Domus, & Censuum, de quibus agitur, factam Faustinæ, fuisse validam, eamque obstare Angelo fideicommissario, immissionem petenti: & nihilominus hodie ex DD. benignitate fuit Angelo prædicto concessa noua audientia super eisdem. Et quod attinet ad adiudicationem Domus, Domini sine difficultate in decisis per-
1 stiterunt, quia † eius adiudicatio prætendebatur in totum nulla, ex causa excessus crediti; ex quo vt dicebatur, creditum Faustinæ non erat in tota quantitate petita, sed minus, iuxta doctrin. *Bart. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de cond. indeb. Bursatt. cons. 73, n. 24. Afflict. decis. 358. n. 1. Rota Ianuen. decis. 13. n. 55. Surd. decis. 45. n. 3. Rota decis. 630. sub n. 3. par. 2. recent. & Gregor. XV. decis.* 198. Et tamen facto computo, ad oculum patet, non fuisse excessum in credito, quandoquidem creditum Faustinæ petitum, de quo in actis executionis, fuit scut. 280. videlicet 85. pro residuo dotis, & scut. 125. pro 4. dotali, & scut. 75. pro 3. parte pluris, iuxta statutum Vrbis c. 194. lib. 1. Quæ summæ simul coadunatæ, constituunt dictam quantitatē scut. 280. Vnde cum Domus, iuxta æstimationem peritorum, computatis scutis centum, cuiusdam Census, quo erat grauata, nō esset nisi valoris scut. 307. & adiudicatio, detractis dictis scut. 100. cēsus, facta fuerit scut. 207. tantùm abest quòd fuerit excessum in petitione debiti, quin potius, detractis ex credito Faustinæ scut. 207. pro quibus Domus fuit adiudicata, remansit illa adhuc Creditrix in scutis 73.

Sed fuit nihilominus facta difficultas in eo, quòd Faustinæ, dum vitam vidualem seruaret, reliquit Bartholomæus eius vir vsumfructum bonorū omnium: cui vti vsufructuariæ fuerūt illico cōsignata per Christophorum hæredem proprietarium, & fideicommisso grauatum, quædam mobilia, valoris, vt prætenditur scut. 141. iuxta æstimationem Peritorum, hodie datam, quibus compensatis cum d. suo credito scut. 280. creditum Faustinæ de tempore petitionis, & adiudicationis non erat nisi scut. 139. & per consequens iuxta supradicta executio fuit in totum nulla.

Huic difficultati fuit tripliciter responsum in di-
cta vltima Decisione coram me. Primò † quòd dicta 2
mobilia præsumuntur consumpta spatio plus quàm
decem annorum, quibus Faustina permansit in vidui-
tate: ita vt propterea eorum nulla sit habenda ratio,
Paris. cons. 55. in fi. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 10. n. 40.
& Greg. XV. decis. 285. nu. 3. in fin. Quæ responsio ho- 3
die non placuit; & quidem merito quia † *Paris. Pe-
regr.* Rota & aliis per eos allegati, loquuntur in hæ-
rede grauato, qui iure dominij vtitur rebus mobili-
bus, quæ vsu consumuntur, aut diminuuntur; nos au-
tem versamur in vsufructuario, qui finito vsu fructu,
tenetur restituere pretium huiusmodi rerum, iuxta
æstimationem de tempore consignationis, ita vt re-
rum substantia remaneat salua in pretio, iuxta natu-
ram vsusfructus, *§. constituitur Instit. de vsufruct.* & sic
distinguit *Peregr. vbi supra, n. 32.* & est communis &
recepta sententia: quàm bene examinant, *Pinell. in l. 1.
2. par. num. 80. vsque ad fin. C. de bon. matern. Modern.
Hispan. de vsufruct. cap. 17. num. 29. Modern. German.
ad obseruat. Gail. conclus. 46. considerat. 1. per tot. lib. 2.
Fachin. controu. iur. lib. 8. cap. 41. Thesaur. decis. 80. per tot.
& Surd. decis. 67. etiam per totam,* & alij plures quos
ipsi allegant; Et procedit etiam in vsufructuario ti- 4
tulo hæreditario, non minùs, quàm in alio quo-
uis vsufructuario, ex alio quocunque titulo, *Bal-
dus consilio 237. incip. Pastugius in suo Testamento
libr. 5.*

Secundò fuit in Dicta Decisione responsum, non
constare de valore mobilium; † & propterea illud, vti 5
illiquidum non compensari cum debito dotis liqui-
do: maximè ad effectum annullādi executionem iam
factam, ex regula text. *in l. fin.* vbi *Doctor C. de compen-
sat.* & ferè in his terminis *Seraph. decis. 1455. num. 4.*
cum aliis in dicta decisione allegatis: & hæc respon- 6
sio fuit hodie approbata, quia † valor prædictorum
mobilium debet probari, & liquidari per Angelum
hæredem proprietarium cum sit actor: Et in puncto
Gregor. XV. in d. decis. 285. in fin. & tamen nulla adest
valoris probatio, quandoquidem æstimatio † Perito- 7
rum quæ data fuit non est in forma probanti, nec
formiter facta de mandato Iudicis, aut de consensu
partium, nec recognita, & demum non est verisimilis.
Quia bona consignata, de quibus Inuentario dato, in
Summario num. 4. videntur parui momenti, multoque
minoris

minoris valoris, iuxta eorum qualitatem, quam cantat dictæ æstimatio, de quibus tamen in alio Iudicio poterit haberi ratio.

Tertiò & vltima dictæ Decisionis responsio fuit, quæ etiam hodie placuit, quòd eius probaretur valor mobilium in prædicta quantitate scut. 141. prout in
8 dicta æstimatione, non propterea † fuit facta compensatio dum non fuit de ea oppositum, & non agitur de impediendo cursum vsurarum; nec versamur in limitationibus de quibus *Gloss Bald. Salnet. & alij, in l. si constat, C. de compensat. Tiraq. l. in l. si vnquam in verb. reuertatur, num. 15. C. de reuoc. donat. Surd. Rota* & alij in dicta vltima Decisione allegati, & in his terminis *Afflict.* & vbi *Vrsil decis.* 121.

Quòd verò attinet ad adiudicationem Censuum
9 fuit maior difficultas, † quia eorum adiudicatio fuit facta post adiudicationem Domus per vnum circiter annum, pro pretio scutorum 200. & verbis claris cantat pro credito, & recuperatione dotis, & Iurium dotalium, *vt in summario Cruciarij, num.* 11. & tamen post adiudicatione Domus; vt supra factam pro scut. 207. Faustina ex dicta causa, vt dictum est solùm remansit Creditrix in scutis 73. ergo executio, & adiudicatio videtur excessiua, & sic nulla, vti facta pro maiori quantitate, quàm esset debita, iuxta supradicta.

Cui difficultati fuit dupliciter responsum in dicta Decisione bon. me. Manzanedi: nempè primo quod Domus prædicta non solùm erat grauata onere Census, valoris scutorum 100. vt dictum est, sed imo dictum Censum fuisse valoris scut. 150. quia tanti fuit æstimatus à Peritis, per Iudicem electis, ideoque Domum, attenta rei veritate, fuisse Faustinæ adiudicatam, aut adiudicari debuisse, non pro scutis 207. sed tantùm pro scut. 157. & consequenter Faustiná post adiudicationem Domus remásisse adhuc Creditricem in scutis 141. pro expensis cuiusdam litis agitatæ in Rota coram bon. me. Cardinali Seraphino, inter eam & Christophorum de Cruciariis hæredem proprietatium, de quibus *in Summario Angeli, num.* 8. sed hæc responsio non fuit visa Dominis tuta. Quia prætensum augmentum crediti, ratione æstimationis valoris census, super domo impositi, scut. 150. cessat penitus, quia constat quòd ille fuit impositus, & venditus ab initio pro solis scutis 100. in proprietate; vo-
10 de quicquid sit, ait † & quomodo Census redimibiles possint tertio pluris, aut minoris vendi; quam ab initio sunt impositi, quæ fusè examinant *Gutier. pract. quæst. ciuil. q. 173. per tot. lib. 2. art. 6. num. 17. cum seqq.*
11 Tamen Census, † de quo agitur per Iudicem, aut per Peritos, in casu nostro, non potuit plus æstimari ad fauorem Creditoris Census, & in præiudiciū Cruciarij, Census debitoris, quàm fuit impositus ab initio, ex quo Cruciarius poterat, quando sibi placebat, prout hodie Faustina, Censu moluere, restituendo Domino Census solùm scut. 100. pro quibus duntaxat fuit impositus: ita vt omnis pactio, aut æstimatio in contrarium sit nulla ipso iure, nihilq; operetur, vt sunt verba *Bulla Pij V. super Censibus in vers. postremo census in futurum creandos, &c.* Prætensum autem creditum Faustinæ, ratione expensarum, non fuit petitum, nec aliter deductum in processu adiudicationis: quinimmo de eo tempore non erat adhuc pro eo relaxatum mandatum; cum adiudicatio facta fuerit de Mēse Maij anni 1577. mandatū autem pro expēsis, fuit relaxatum de Mense Augusti eiusdem anni: & ideo non potest de eo haberi ratio, ad excludendum
12 excessum cum adiudicatio † debeat fieri pro credito petito, & ex actis certo, & liquido, Iudicique noto iuxta trad. per *Bald. cons. 122. nu. primo lib. 3. Surd. cons.* 1225. *num. 9. in fin. Rota decis. 725. num. 1. & 2. par. 2. recent.* Et tollitur prorsus difficultas Quia, † licèt pro 13
debito Testatoris, deficientibus bonis liberis potuisset fieri executio contra Christophorum hæredem grauatum, in bonis fideicommissi (qualia erant Domus, & Census) *l. Pater filium in princ. ff. de leg. 3. l. filius familias §. Diui el primiero, ff. de leg. primo, iuncto textu, in l. à Diuo Pio §. in venditione, ff. de re iudic. Padill. in l. vnum ex familia §. si do falcidia, num. 7. de*
leg. 2. Maximè † ex causa dotis *Auth. res quæ* cum ibi 14
not. *C. commun. de legat.* & latè *Molin. de Hispan. primog. lib. 1. capitulo 10. num. 4. & lib. 4. cap. 6. & 7. per tot.* Non tamen executio fieri potuit pro dictis expensis, ex causa litis; cum dicto hærede grauato, quia debitum expensarum est debitum hæredis, ex quo nó litigabatur ad vtilitatem fideicommissi, sed ad priuatum hæredis commodum, videlicet an vtilitas cuiusdam Casalis post mortem Testatoris pertineret ad Christophorum hæredem proprietarium, aut ad Faustinam hæredem vsufructuariam: hoc enim casu
† bona fideicommissi non possunt irreuocabiliter a- 15
lienati, sed tantùm pro vita hæredis grauati, vt latè *Doct. in d. §. Diui* & declarant *Modern. Brix. quæst. 542. num. 9.*

Secundo fuit in dicta Decisione bon. mem. Manzanedi responsum, quòd quamuis creditum Faustinæ pro residuo dotis, & iurium dotalium, & tertij pluris, de tempore adiudicationis dictorum Censuum non esset, nisi in scutis 73. vt fuit sæpius dictum, & Census fuerint adiudicati pro scutis 200. non propterea adiudicatio fuit excessiua: & nulla imo substinetur,
sed solummodo Faustina † tenebatur illud plus resti- 16
tuere hæredibus proprietariis, *l. fin. vers. sin autem minus* & ibi *Bald. num. 4. C. de iur. dom. impetr. Ruin. cons. 160. num. 25. lib. 2. & Afflict. decis. 218. num. 2.* Quam responsionem hodie Domini fuerunt amplexi,
Quia † nullitas ex causa excessus intrat duntaxat, 17
quando fit executio pro credito petito in maiori quantitate, quàm verè illud est, aut ex diuersa causa ab ea, ex qua executio petita fuit; ea scilicet ratione, quia decretum latum ex falsa causa, etiam si pro parte sit vera, ruit in totum, *l. cum vero §. subuentum, ff. de fideic. lib. 1. §. hæc verba. ff. de iis fiat ei. l. 3. §. Puberi ff. de Carbon. edict. Bald. in l. certi, §. quoniam numero 8. vers. Secundus si Iudex, ff. si cert. pet. Capic. decis. 53. n. 2.* Et in his terminis loquuntur: & intelligi debent ista Doctores, & decisiones in principio allegatæ; qui tamen non est casus noster. Quia non fuit facta executio pro maiori credito quàm vere deberetur: nec fuit in maiori quantitate petitum nec ex alia causa, sed pro dicto residuo dotis, iurium dotalium, & tertij
pluris: quod † sufficit esset certum ex actis processus 18
executionis, in dicta quantitate scutorum 73. *l. hæc sententia, la prima, C. de sent. quæ sin. cert. quant. Paul. de Castr. cons. 91. lib. 1. Vant. de nullit. ex defect. sent. n. 104. vers. præmissa tamen Cornazz. decis. 2. num. 3. & 4.*
quo casu † licet adiudicetur res æstimata in multo 19
maiori valore, quàm creditum, qui est casus noster, adiudicatio tenet, quia cessat ratio falsitatis causæ, & Creditor, cui fit adiudicatio, tenetur illud plus restituere, vt *in dicta l. fin.* & notant communiter *Doctor. in l. prima & 2. C. si in caus. Iudic.* & sic exponit *Dec. in l. cum amplius, in vers. secus est de reg. iur.* & clarius *Magon. decis. Florent. 109. n. 6. cum seq.* & alij plures per eum citati ibid.

Neque obstat si dicatur quòd dicti census æstimati in scut. 200. erant Canones, & non census; qui propterea erant valoris scutorum circiter 500. & ideo
fuisse æstimatos, † & in solutum datos minus dimi- 20
dia iusti pretij: quo casu adiudicatio est nulla, aut

rescindenda

rescindenda in totum, *Cagno. conf.2. num.161. C. de rescind. vend. & ibidem Pincll. num. 25.* & est communis sententia, quam Rota sequitur vt in *decis. 648. num. 5. parte 1. recent.* & fuit in his terminis dictum *in causa Romana Silua 13. Iunij, 1527. coram me.* Quia hæc difficultas tollitur ex facto, cùm non probetur fuisse Canones, quandoquidem, licet in Testamento Faustinæ Canones nuncupentur, vltra quod
21 fuit ibi hoc incidenter dictum: hæc vox † *Canon* est promiscua; ita vt accipiatur tam pro Canone, aut pensione quæ debetur ab emphyteuta, quam pro censu, *Roderic. de ann. reddit. lib.1. quæst.1. sub nu.1. vers. quidam sunt redditus emphyteutici Clar. in §. emphyteusis, quæst.1. vers. contractus autem, Modern. Perus. de cens. parte prima, cap. primo, quæst.1. art. primo,*
22 *num. 13.* Vnde cum † esse Censum in hoc casu sit minus præiudicium imponentis, quam si Canon, aut pensio emphyteusis esset, Census præsumitur, & non emphyteusis, *Bero. quæst.14. & Clar.* vbi supra *vers. sed pone.* Et demum dum in contrarium nihil, quod releuet probatur præponderat quod fuerint æstimati, & adiudicati, vti Census.

Et ita resolutum vtraque parte sæpius informante, &c.

Romana Successionis.

Lun. 28. Ianuarij, 1630.

ARGVMENTVM.

Testes, an, & quando produci, & examinari possint, super eisdem articulis, super quibus fuerunt alias examinati.

SVMMARIVM.

1 *Testes de iure Ciuili in causa appellationis possunt iterum produci, & examinari super iisdem articulis, super quibus fuerunt iam examinati.*

2 *Limita non procedere de iure Canonico: quo attento, Testes super eisdem articulis, aut de directo contrarijs, nec in causa appellationis produci possunt.*

Sublimita si id quod fuit articulatum in prioribus articulis, articularetur alio modo, & magis explicitè, & quod de necessitate probationis non veniebat in prioribus articulis, quia tunc articuli noui dicuntur, & debent ad probandum admitti, num. 3. præsertim ad fauorem Ecclesiæ, seu loci pij, num. 4.

Ius Canonicum seruari debet in Terris Ecclesiæ, etiam in causis prophanis, d. num. 2.

4 *Ecclesia admitti potest per restitutionem in integrum, ad producendum Testes super eisdem articulis, super quibus fuit iam examinatum: & non solùm in causa appellationis, sed etiam in prima instantia, etiam post Tertium didicita testificanda.*

5 *Articuli obiectiui, dum tendunt ad probandum bonum ius articulantis, admittuntur non vti obiectiui, sed vti concernentes ius illius.*

DECISIO CCXXXVI.



DVbitauit hodie: An Testes sint examinandi super articulis additionalibus ad fauorem Venerabilis Confraternitatis Sanctiss. Crucifixi de Vrbe, Ratio dubitandi fuit, quòd dicti articuli continent eandem materiam, in substantia, ad idémque tendunt, ad quod priores articuli, super quibus Testes fuerunt iam producti, & examinati; & vt dicebatur didicita testificata; videlicet ad probandam falsitatem secundi Testamenti Ioannis Mariæ Vertemæ;
quo casu licet de iure ciuili † in causa appella- 1
tionis in qua versamur possint iterum produci, & examinati, vt notant *gloss.* & communiter *Doct. in auth. at qui semel, C. de probat. & in l. per hanc C. de temp. ap-*
pell. Tamen † de iure Canonico, quod in terris Ec- 2
clesiæ, etiam in causis prophanis est seruandum, Testes super iisdem articulis, aut directo contrariis, nec in causa appellationis produci possunt, *cap. Fraternitatis, de Test. & Clem.2. eodem titulo Bald. in dicta Auth, qui semel, Couar. pract. quæst. cap.18. vers. Sexto pro cæteris.*

Sed nihilominus, ex circunstantiis facti, contrarium fuit resolutum. Quia licet verum sit, quod in primis articulis fuerit datum de falsitate dicti Testamenti; tamen hodie in articulis additionalibus, dicta
falsitas † articulatur alio modo, & magis explicitè, ac 3
cum particularibus qualitatibus, & signanter ex confessione Notarij, quæ de necessitate probationis non veniebat in prioribus articulis: ex quo poterat falsitas alio modo probari, quo casu articuli dicũtur noui, & sic debent, ad probandum admitti, ex doctr. *Bart. in auth. qui semel. vers. quæro vtrum nu.24 C. de probat Abb. in d. cap. Fraternitatis vers. venio ergo nu.8. de test Anton. de Butr. in cap. attestationes, num.10. de desponf. Impub. Soccin. reg. 401. Fallent. 20. Roder. Suarez alleg.5. nu.4. Guttier. pract. quæst. Ciuil. lib.1. quæst.71. num.1.*

Quæ tanto magis recipienda sint, cum agatur de
examine Testium, ad fauorem Ecclesiæ, † seu loci pij, 4
quæ in omnem casum per restitutionem in integrum facilè, arbitrio Iudicis admitterétur ad producendum Testes super iisdem; non solùm in causa appellationis, sed etiam in prima Instantia: & etiam post Testium didicita testificata. *Innoc. Abb. & Imol. Alex. Ias. & alij in leg. 1. §. nunciatio de oper. nou. nunc. Osasc. decis. 87. numero 9. versic. non obstat quod dicunt.*

Non obstat quòd articuli sint obiectiui, † Quia 5
cum tendant ad probandum bonum ius Venerabilis Confraternitatis non admittuntur, vt obiectiui, sed vti concernentes ius articulantis, *Vestr. in prax. lib.5. c. vlt. num.12. & 14. Rota decis.1. de sequestr. poss. & fruct. in nou. & decis. 14. num. 5. de test. & decis. 18. de except. in antiq. & decis. 661. nu.2. par.2. recent. &c.*
Et ita vtraque parte informante, &c.

Leodien. Beneficij.

Lun. 4. Februar. 1630.

ARGVMENTVM.

Resignatio facta in manibus Ordinarij, ad fauorem certæ personæ est Simoniaca: Et an huiusmodi Resignatarius iuuari possit alio titulo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium, vti vacans per resignationem Simoniacam debet se inscribere in forma Iuris, subscribendo se ad pœnam Talionis, iuxta formam de qua in* cap. super his de accusat. *& num. 9.*

Hoc procedit si agatur criminaliter; secus si ciuiliter, n. 10. quod exemplificat prout ibidem.

2 *Restitutioni in integrum locus est, constituto de bono iure.*

3 *Clericatus probatur ex litteris Ordinarij.*

4 *Præsentia in Curia probatur ex fide Curialium.*

5 *Narratiua præsentia in Curia non dicitur Causa Gratiæ.*

6 *Clericatus, Obitus in mense reseruato. Valor beneficij, & Lis, probantur ex Confessione Aduersarij facta in litteris suæ Prouisionis.*

Confessione propria nulla maior probatio.

7 *Resignatio ad fauorem certæ personæ, facta in manibus Ordinarij, est Simoniaca ex Bulla Pij V. & beneficium sic resignatum vacat eo ipso, & est Sedi Apostolicæ reseruatum; propter decretum irritans dictæ Constitutionis, & nu. 8.*

11 *Inscriptio in forma iuris, de qua in* c. super his de accus. *facta censetur ex eo, quòd quis in libello dixit, quod præmissis se inscribebat per præsentes, &c. cum dicta verba habeant vim formalis Inscriptionis.*

12 *Resignatarius, vigore Resignationis Simoniacæ, non potest ex eo, quod nec resignationem, nec acceptationem produxit, iuuari alio titulo: & ratio redditur cum seq. & nu. 14.*

Amplia, vt nec allegari, etiam possit titulus Dispensationis, num. 15.

13 *Simoniam committens, contra formam Bullæ Pij V. fit inhabilis ad obtinenda beneficia, siue Simonia fuerit realis, siue Conuentionalis.*

16 *Dispensatio non præsumitur, nisi probetur.*

17 *Beneficium habere ex libera resignatione quis præsumitur, non autem ex resignatione facta in eius fauorem; quando resignatio libera præcessit resignationem in fauorem: Declara, vt ibidem.*

18 *Beneficium non amittitur nuda voluntate dimittentis, sine Ordinarij acceptatione.*

19 *Resignatio acceptari non potest ab inferiori Collatore: sed fieri debet coram Episcopo qua facta, & admissa poterit Inferior Collator alij conferre, & non aliter.*

20 *Beneficij dimissio, ad effectum abdicandi Ius, coram quo fieri debeat.*

21 *Resignatio Beneficiorum admitti non potest ab Ordinario, attenta Bulla Pij V. nisi in certis casibus, extra quos resignatio est nulla.*

22 *Reus, & possessor iuuari potest possibilitate alterius tituli: si titulum inualidum non produxerit: Declara vt num. 23.*

Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus.

DECISIO CCXXXVII.



Vm Melchior Steuezens, Beneficium, de quo agitur; resignasset coram Rectore S. Brigidæ, Ordinario Collatore, ad fauorem Francisci Titelmans; institutione sequuta, illud à Sede Apostolica impetrauit Franciscus Bomerson, cum narra-
1 tiua † quòd dicta Resignatio fuit Simoniaca, & contra formam Constitutionis Pij V. *super modo, & forma admitti resign.* quæ habetur in *nouo Bullar. tom. 2. const. 58. §. 4.* & Literis desuper expeditis, cum clausula, quòd impetrans teneretur se inscribere in forma Iuris, de qua in *cap. super his de accusat.* Orta inter eos lite coram Vicario Leodien. Iudice Executore, vigore dictarum Literarum, & sententiæ per dictum Vicarium latæ, Franciscus Bomerson fuit in possessionem immissus, à qua sententia Franciscus Titelmans Resignatarius appellauit, & obtinuit à Decano S. Bartholomæi, Iudice in gradu appellationis, illam reuocari; quæ Decani sententia, primæ reuocatoria, ob lapsum fatalium, transiit in rem iudicatam. Rebus sic stantibus Franciscus Titelmans dictum Beneficium resignauit in manibus Papæ, ad fauorem Petri Titelmans: & è conuerso, Henricus Bomerson fuit de eodem prouisus vti vacante per obitum de mense Iulij, præfati Francisci Bomerson, cum subrogatione ad omnia illius iura, Qui cùm, prosequendo litem, obtinuerit committi mihi causam restitutionis in integrum, aduersus dictam rem iudicatam, ob lapsum fatalium: Dubitaui hodie, An sit restitutioni locus: Et Domini affirmatiuè responderunt. Ratio resolutio-
nis fuit: Quia † dum constat de bono iure Henrici, 2
dicitur etiam constare de causis restitutionis, *Bonint. decis. 85. num. 10. Verall. decis. 94. par. 3. & Greg. XV. decis. 459. n. 1.* & fuit sæpissimè resolutum.

De bono autem iure Henrici constat, eo ipso quod
eius Gratia est iustificata: † Clericatus enim proba- 3
tur ex litteris Ordinarij, *Fel. in cap. post cessionem, nu. 3. & 15. de probat. Grammat. decis. 81. nu. 1. & Rota decis.*
16. de probat. in antiq. & alibi passim: † Præsentia eius- 4
dem in Curia, quam narrauit, ex fide Curialium, quæ
in præsenti, visa fuit Dominis sufficiens, † cum nar- 5
ratiua præsentiæ non fuerit causa Gratiæ, ex trad.
per Bellarm. decis. 4. † de Clericatu Francisci Bomer- 6
son, & eius obitu in mense Iulij; & de valore Beneficij; necnon lite supradicta narratis, constat ex Confessione Petri aduersarij, in Litteris suæ prouisionis, qua nulla maior probatio, ad *l. cum precum, de lib. caus. cum vulg.*

Bonum autem ius Francisci Bomerson, per cuius obitum Henricus de beneficio controuerso fuit prouisus, bene probatur, ex quo dictus Franciscus illud impetrauit, vti vacans, ob Simoniam seu Contrauen-
tionem dictæ Bullæ Pij V. † quæ probantur eo ipso, 7
quod Franciscus Titelmans habuit hoc Beneficium ex resignatione Melchioris, ad ipsius fauorem, facta in manibus Ordinarij; quæ propterea fuit illicita, & Simoniaca, *gloss. in c. ex parte il primo in verb. dimittere,* vbi *Doct. de offic. & potest. Iud. Deleg. Cassad. decis. 2. n. 3. & seq. de Sim. Rota decis. 96. & 92. lib. 3. par. 3. diuers.*
† adeo vt beneficium sic resignatum, eo ipso vacaue- 8
rit, & fuerit Sedi Apostolicæ reseruatum, propter Decretum irritans dictæ Constitutionis Pij V. *Garz. de benef. par. 11. cap. 3. n. 207.*

Neque obstat, si dicatur quod Franciscus Bomerson, in cuius iure successit Henricus, non se ad pœnam Talionis subscripsit, iuxta formam Iuris, de qua
in *d. cap. super his*: † Quia vltra quòd dum solùm fuit 9
actum ciuiliter, idest ad solam & simplicem amissionem Beneficij, non autem criminaliter, id est ad pœnas, contra etiam committentes Simoniam, aliàs im-
positas, † attẽta iuris dispositione, non erat opus sub- 10
scriptione, iuxta distinctionem. *Bart.* communiter receptam *in l. 1. §. sciendum, n. 7. ff. de suspect. Tut.* & sic nõ intrat Iuris forma, de qua in litteris: cum in hoc casu subscriptio non sit de iure: tollitur etiã ex facto diffi-
cultas, † Quia Franciscus Bomerson in libello per eũ 11
porrecto coram Vicario Leodien. claris verbis dixit, quod præmissis se inscribebat per præsẽtes, quæ verba vim habent formalis inscriptionis, iuxta *text. in l. 1. C. de contr. & commut. stipul. & §. fin. Instit. de fideiuss.*

Non

12 Non obstat etiam † quòd Franciscus Titelmans
in cuius iure successit Petrus, poterat se iuuare alio
titulo, cum ille non produxisset Resignationem in
manibus Ordinarij, ad sui fauorem factam; nec etiam
13 eiusdem acceptationem, † Quia, etiam quòd alius
titulus probaretur, ei non suffragaretur; stante quòd
commisit Simoniam, contraueniens dictæ Constitu-
14 tioni, † ex qua fuit factus inhabilis ad obtinenda be-
neficia; siue Simonia fuerit realis siue Conuentiona-
lis, iuxta opinionem quam Rota sequitur, *Pur. decis.*
80.*lib.2.Rota decis.*83.*lib.1.par.3.diuers.* cum aliis ad-
ductis per *Garz. de benef. par.8.cap.1.num.62.cum seqq.*
15 Et facit optima ratio, † Quia si allegatio, seu præ-
sumptio alterius tituli in præsenti suffragaretur, nun-
quam intraret dispositio dictæ Bullæ Pij V. vt ad sen-
sum patet: quò fit, vt nec titulus dispensationis alle-
gari possit; & eo minùs quia, circumscripta etiam
16 dicta ratione, † dispensatio non præsumitur, nisi
probetur *Crauett. de antiq. temp. in 3. par. principali in
princ. nu.10. Menoch. præsumpt.*152.*nu.*73.*lib.*3.
17 Non obstat pariter, † quòd præfatus Melchior,
die vltima Augusti 1617. idem Beneficium liberè di-
miserat in manibus Ordinarij Collatoris; & sic mul-
tò ante dictam Resignationem in fauorem, quæ fuit
de Mense Septembris sequen. ac ideò præsumendum
esse, quòd Franciscus Titelmans habuerit Beneficium
ex dicta libera Resignatione, & non ex illa, in fauo-
rem facta, ex regula text. *in leg. meritò, ff. pro Socio.*
Quia tollitur penitus, dum constat, quòd Institutio
fuit sequuta, vigore Resignationis ad fauorem, &
non docetur quòd dicta libera Resignatio fuerit ab
18 Ordinario admissa; † cùm tamen nuda voluntate
dimittentis, sine Ordinarij acceptatione, beneficium
non amittatur, ex reg. text. *in leg. si quis vi, §. differen-
tia, ff. de acqu. poss.* Et in specie Beneficij Ecclesiastici,
text. *in cap. admonet de renunc. Abb. in cap. cùm ad Se-
dem, num.16. vers. idem volunt. & Butr. ibidem, num.25.
vers. per quæ tenene de test. spol. Cassad. decis.2. de renun-
19 ciat. Caputaq. decis.45. par.1.* † Et tantò minus ex quo
dicta libera Resignatio fuit facta coram inferiore
20 Collatore, qui non potuerunt acceptare, † sed de-
buit fieri coram Episcopo, qua facta, & admissa, pote-
rat inferior Collator alij conferre, & non aliter, vt
quotidie practicatur, & benè *Azor. Instit. moral. tom.
1. lib.7. cap.19. quæst.7.* Et ratio est quia dimissio, ad
effectum abdicandi ius, debet fieri coram illo, qui
nedum habet potestatem instituendi, sed etiam de-
stituendi; quales sunt Papa, Legatus à Latere, & Epi-
scopus; non autem Collator, qualis erat præfatus
Rector S. Brigidæ, *gloss. & Abb. in dicto cap. admonet.
21 de renunc. & Azor. vbi supra:* † Et in omnem casum di-
missio non valet, etiam quòd fuisset admissa ab Or-
dinario habente potestatem destituendi; quia atten-
ta *dicta Constitutione* 58. *Pij V.* §.3. Ordinarij non pos-
sunt admittere Beneficiorum Resignationes, nisi in
casibus ibi expressis; quorum nullus allegatur in di-
cta libera Resignatione; nec hodie probatur, quæ
ideò fuit nulla, *Paris. de resign. lib.5. quæst. vlt. & Garz.
de benef. d. cap.3. num.269. par.11.*
22 Non obstat demum si dicatur † Petrum non niti
iure Francisci Titelmans, sed posse etiam se iuuare
possibilitate alterius tituli ex sua persona, cùm sit
Reus, & possessor; & in beneficialibus detur multi-
plicatio titulorum: & non produxerit Gratiam Apo-
stolicam ei factam, in vim Resignationis Francisci
Titelmans, *ad text. in cap. post electionem, de concess.
prebend. Rota decis.*117.*num.*2 *par.*2.*recent.* Quia ces-
sat penitus; quandoquidem dum Henricus obtinuit
dictum beneficium, per obitum Francisci Bomerson
in mense reseruato, & in omnibus instificauit suam
Gratiam, præsertim quoad ius dicti Bomerson, qui
fuerat in possessionem immissus; aut Petrus debe-
bet ostendere alium parem titulum; aut est intrusus;
cùm Regula octaua inficiat omnem alium titulum, &
possessionem inde sequutam.

Et ita vtraque, &c.

Placentina Decimarum.

Lun. 18. Februar. 1630.

A R G V M E N T V M.

Executores non possunt se extraiudicialiter informare; si in Rescripto Apostolico adsit clausula, *Seruatis seruandis*: Maximè si priùs viam Iudiciariam elegerunt. Executores, qui debebant confirmare venditiones rerum Ecclesiæ, antea factas, si illas etiam nondum factas confirmarunt, confirmatio non tenet; quamuis fuerit cum clausula, *nunc prout ex tunc*. Fides de pretio si fuit habita in venditione rerum Ecclesiæ, an & quando venditio valeat. Reualidatio Gratiæ quando suffragetur: Et an, & quomodo procedat Conclusio, quòd Contractus nulliter cum Ecclesia celebratus, possit ab illa approbari, quamuis à contrahente cum ea nequeat improbari.

S V M M A R I V M.

1 *Alienationes Decimarum sunt nullæ ob non seruatam formam Rescripti Apostolici,* si in euidentem.
2 *Rescripti forma adimpleri non potest per æquipollens.*
3 *Rescripti formam seruatam non fuisse, accidit ex eo quod contra, aut citra eam quid gestum fuit; quæ idem sunt ad effectum inducendi nullitatem.*
4 *Rescripti forma ex quibus non obseruata dicatur, remissiué.*
5 *Executores præsumuntur se extraiudicialiter informasse, de euidenti Ecclesiæ vtilitate, dum illis fuit impartita licentia alienandi in Rescripto*, si in euidentem. *Declara vt numero seq.*
6 *Clausula,* Seruatis seruandis, *importat, vt exequutores non possint extraiudicialiter procedere, ad instar, clausula,* vocatis, vocandis.
7 *Exequutores procedere extraiudicialiter non possunt, si iam elegerunt viam Iudiciariam.*
8 *Forma obseruantia probari debet per acta iudiciaria, quando erat Iudicialiter procedendum; maximé in arduis.*
9 *Forma in obseruantia, eo ipso probata dicitur, quod de ea in actis non apparet.*
10 *Clausula,* ex nunc, prout ex tunc, *operatur, vt vnum tempus insit alteri.*
11 *Declara procedere, data habilitate terminorum, id est tam termini à quo, quàm termini ad quem.*
12 Postquam, *Dictio, inducit conditionem.*
13 *Executorum potestas consumpta dicitur per Confirmationem, etiam nulliter factam; ita vt postea non possint ampliùs confirmare.*
14 *Perplexitas impedit, vt neutrum valeat, quia ad inuicem se impediunt.*
15 *Fides de pretio in venditione rerum Ecclesiæ, licèt habere*

haberi non possit, ad effectum translationis dominij rei venditæ; tamen contractus est validus in substantia; & ex illo competit efficax actio. Declara, vt numero 16.

17 Goz. conf.73.num.33. verf.3. probo, & verf. ad quintum,*declaratur.*

18 *Venditio rerum Ecclesiæ, quamuis nulla, ob non seruatam formam Rescripti, Si in euidentem, approbari poterit ab Ecclesia, si tendat in ipsius vtilitatem, non tamen dicta venditio potest ab emptoribus improbari, & num.24.*

Declara, vt num.25.& seqq. & præsertim numero 28. & 29.

19 *Gratia reualidatio, ad hoc vt teneat, requiritur, vt Papa narrentur nullitates Gratiæ.*

20 *Papa non præsumitur sanare voluisse defectus, quos ignorabat.*

21 *Contra reualidationem Gratiæ in dubio est iudicandum.*

22 *Gratia reualidatoria vnius nullitatis non suffragatur quoad alias nullitates non expressas.*

23 *Remotio vnius obstaculi non tollit aliud obstaculum.*

25 *In alienationibus stabilium Ecclesiæ requiritur certa forma, de qua in cap.* fine exceptione 16. quæst.2. *Aut Beneplacitum Apostolicum, n.20. Et si aliter fiunt, interim dum non approbantur, sunt ipso iure nullæ, & num.27.*

29 *Beneplacitum Apostolicum requiritur ratificatione Rectoris, approbantis alienationes rerum Ecclesiæ nulliter factas.*

30 *Concilium Lateranense prohibet Decimas in Laicos alienari.*

31 *Conciliaris Constitutio, seu facta à Papa Concilio generali, eget speciali derogatione, nec sufficit derogatio per clausulas* oon vbstantibus.

DECISIO CCXXXVIII.



N Decisione in hac causa facta, 28. *May*, 1629. fuit resolutum, Confirmandas esse sententias de partibus, io quibus declarantur Alienationes † Decimarum fuisse nullas, ob non seruatam formam Rescripti Apostolici, *si in euidentem*, iuxtà regulam text. *in cap. cùm dilecta*, §. *dictam insuper*, & ibi *Doct. de rescript. Goz. ad conf.73.num.2. & Seraph. decis.1195.num.1.* cum aliis in dicta Decisione allegatis: In alia autem Decisione, etiam coram me in eadem causa facta 3. *Decembris*, 1629. fuit decisum: † Formam Rescripti, nedum non potuisse per æquipollens adimpleri, sed nec sic, adimpletam fuisse.

3 Quòd verò forma Rescripti seruata non fuerit, † videlicet contra, aut citra eam, quæ idem sunt, ad effectum inducendi nullitatem venditionum, iuxtà doctrin. *gloss. in cap. si cui, verb. præter de elect. in 6. Panorm. in cap. causam quæ, num.7. de re iud. & Doc. in cap. Prudentiam in quarto notab. de offic. iudic. deleg.* † Ex tribus præcipuè in dicta prima decisione deductum fuit: Primò quia narratum fuit, Decimas alienandas non excedere ducatos duceotum de Camera, super quo Papa Executoribus ordinauit, vt diligenter se informarent, & tamen hæc narratiuæ non fuit tunc iustificata. Secundò quia, iuxta formam Rescripti, Executores debuerant confirmare alienationes, postquam factæ essent, quas non postea, sed antequam fierent, confirmarunt. Et tandem quia, tam in Literis Apostolicis, quàm in sententia Executorum, fuit præscriptum, vt pretium deponeretur, & fieret reinuestimentum in bonis stabilibus, infra sex menses à die alienationis; & neutrum fuit obseruatum, sed fuit habita fides de pretio ad septem annos pro voa venditione, & ad annos nouem pro pretio alterius.

Cum autem hodie, Dominis de Anguissolis emptoribus concessa fuerit noua audientia: Domini in decisis perstiterunt. Quæ enim deducta fuerunt pro alienationum validitate, & remouendis tribus nullitatibus, ex omissione, seu contrauentione formæ, supra deductis, visa fuerunt non releuare.

Ad elidendam primam nullitatem quòd non fuerit per Executores iustificata narratiua, quòd Decimæ alienandæ non excedebant scuta ducentum auri de Camera, afferebantur lista decimarum; tunc exhibita in informatione, per Executores recepta, in executionem Rescripti: nec non Testes examinati super Ecclesiæ vtilitate: sed nec in lista, nec in Testium depositionibus verbum aliquod de valore Decimarum; sed solùm ex lista constabat quòd Decimæ consistebant in quibusdam pecuniarum summis; & pro maiori parte in stariis grani, in specie exigendis à diuersis: & ex testium depositionibus, quòd venditio erat Ecclesiæ vtilis: Quibus sic stantibus, quamuis † in simplicibus terminis Rescripti, *si in euidentem*, Executores fortè potuissent se extraiudicialiter informare, & præsumptio sit, dum alienandi licentia impartitur quòd de eo extraiudicialiter recepta sit Informatio, vt in his terminis *Abb. conf.* 41. *lib.*1. Et in simili *Capicc. decis.16.num.4. Put. decis.140. lib.2. & Rota decis.1073. num.3. apud Seraph.* tamen in præsenti, iuxtà seriem Rescripti, de quo agitur, hæc præsumptio intrare non potest; cùm in illo adsit clausula, *seruatis seruandis*, † quæ, prout clausula, *vocatis vocandis*, importat, vt executores non potuerint extraiudicialiter procedere, *Mart. clauf.169. num.5. par.1.* Et in puncto, *Redoan. de reb. Eccles. non alien. in rubr. de cauf. cogn. in alien. fac. num.64.* † Et præsertim quia cœperunt iam procedere iudicialiter, dum citarunt Capitulum Ecclesiæ Sancti Germani loci Potentiani, vt ex citatione data, *Summario, numero* 2. qua stante etiam quòd aliàs potuissent extraiudicialiter procedere, quia tamen elegerunt viam iudiciariam, non potuerunt postea deserere causæ cognitionem; & procedere extraiudicialiter, *Feder. de sen. conf.79. num. verf. quod plus, Cardin. conf.145. in fin.* Quando autem iudicialiter procedendum est, maximè in arduis, † in quibus versamur, constare deber de obseruantia formæ per acta iudiciaria, *cap. quoniam contra, de probat. Ægid. decis.377.& Put. decis.140. part.2. in non impress.* † Vnde cùm de obseruantia, in actis non appareat, eo ipso probatur in obseruantia, ad *leg. Titia textores*, & ibi *Bart. numero* 2. *ff. de leg.*1. Et in puncto latè comprobat *Caualcan. decis.* 29. *aliàs* 73. *de contract.*

Ad effugiendam secundam nullitatem, videlicet quòd Executores confirmarunt venditiones faciendas, contra Rescripti formam, iuxtà quam, Confirmatio debebat subsequi; dicebatur pro emptoribus adesse in Confirmatione clausulam, *ex nunc, prout ex tunc*; † per quem vnum tempus inest alteri, *l. huiusmodi stipulatio, la secunda, ff. de verb. oblig.* vbi *Alex. in secundo notab.* Sed pariter cessat penitus † quia illud procedit, data habilitate terminorum, idest tam termini à quo, quam termini ad quem, iuxtà doctrin. *Bart. in l. si is quo pro emptore, in quæstione 5. princ. ff. de vsucap.* Et in terminis dictæ clausulæ, *Cassad. decis.3. sub numero* 15. *cum sequent. de prabend. Mohed. decis.21. numero 3. & 4. eodem titulo & Greg. XV. decis.418. numero* 4. Hic autem termini habiles non erant, ex defectu potestatis Executorum, qui clausulam apposuerunt, faciendi actum vtroque tempore, quandoquidem, iuxtà formam eis præscriptam,

tam, non poterant venditiones confirmare conditio-
12 naliter ; idest quatenus prius factæ essent,† quia ver-
bum , *Postquam* , in hoc casu induit conditionem,
Rota decis. 46. num. 2. par. 2. recent. & fuit dictum in
prima Decisione in hac causa facta, *vers. præterea Sen-
tentia* ; & tamen antea confirmarunt ; & sic tempo-
re quo non poterant : dum autem sic confirmarunt,
13 non poterant amplius eas posteà confirmare, † Quia
eorum potestas fuit consumpta , per Confirmatio-
nem præcedentem , etiam nulliter factam , *leg. sicut
proponis, C. quomod. & quand. Index, Caldas.in repet.
leg. si Curatorem habens,in diffinit.restitutionis, vers.im-
plorandum, num.21. C. de rest. in Integr.* cum aliis latè
deductis in dicta secunda Decisione in hac causa fa-
cta ; resultat enim inde quædam perplexitas : siqui-
dem Confirmatio non valet, vt facta anteà, quia de-
buit fieri posteà ; nec vt post facta eo ipso quod antea
14 fuit facta. † Perplexitas autem impedit , vt neutrum
valeat ; Quia ad inuicem se impediunt , *leg. si Titius,*
vbi *gloss. Bart. & aly, ff. de condit. Inst. Bald. in leg. Are-
thusa, ff. de stat. homin.*

Ad euitandam tertiam nullitatem , nempe quòd
pretium non fuit depositum , iuxtà formam littera-
rum, sed de eo habita fidea, respondebant Informan-
tes : Illam communem & receptam Conclusionem,
15 † quòd, & si res Ecclesiæ vendi non possunt, habita
fide de pretio , ad effectum translationis dominij rei
venditæ, Contractus nihilominus est validus in sub-
stantia, & ex illo competit efficax actio, *Bald. in leg.
cum vendente, numero tertio, vers. nota ergo, C. vbi caus.
Fiscal. Alex. in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, numero 8.
vers. quod intelligatur,* & ibi *Ias. numero 6 ff. de re iud.
Peregr. de iur. fisci lib. 6. titulo quarto, numero nono, Rota
apud Greg. XV. decis. 113. numero septimo.* Et in his
terminis Rescripti Apostolici , *Si in euidentem*, cum
clausula , *quòd , pretium deponatur ad effectum emendi
stabilia* ; vt in casu nostro, allegabatur , *Consil. Gozz.
73. numero 33. versiculo tertio probo , & vers. ad quin-
16 tum :* Sed hæc Domini similiter reiecerunt,† Quia li-
cèt dicta Conclusio fortè intraret, si in Literis Apo-
stolicis esset simpliciter data licentia sine dicta clau-
sula, aut si cum ea, & à principio , in actu venditionis
fuisset seruata Rescripti forma , & perfecta iam ven-
ditione haberetur fides de pretio ex interuallo , non
autem intrat, quando, vt hic in Rescripto præscribi-
tur depositum pro forma , & licentia vendendi Exe-
cutorum cantat , iuxtà formam Literarum ; & ni-
hilominus in actu venditionum , & earum Instru-
mentis fuit factum , & narratum totum contra-
rium , videlicet expressè habita fides de pretiis ; illà
que in pactum deducta ; hoc enim casu, vt latè com-
probatur in dicta secunda Decisione , nullo modo,
nulláque ratione euadi potest contrauentio formæ,
17 in Literis præscriptæ : † *Consil.* autem *Gozzad.* retor-
quetur. Quia ibi rescriptum, *si in euidentem,* non fuit
restrictum ad vendendum, sed generaliter ad alienan-
dum, etiam pecunia numerata ; & quòd illa depone-
retur : sed quia non fuit facta alienatio per viam ven-
ditionis sed permutationis cum aliis stabilibus , quæ
fuerunt illicò tradita,consuluit *Gozzad.* quòd illa
alienatio substinetur,iuxtà formam Literarum quam-
uis non fuerit factum depositum pecuniæ,ex quò Pa-
pa non restrinxit licentiam ad vendendum , sed eam
dare visus fuit generaliter ad alienandum ; ita vt illa
verba , *etiam pecunia numerata , & quod deponeretur,*
intelligi debeant , casu , quo fieret venditio , in qua
interuenire debet pecunia ; non autem dum facta
fuit permutatio cum aliis stabilibus , statim traditis :
Demùm pro remouendis omnibus nullitatibus su-
pradictis , fuit in actis productum quoddam Breue

Sixti V. ad supplicationem tunc Archipresbyteri di-
ctæ Ecclesiæ emanatum , in quo præmissa supplica-
tione Archipresbyteri , in qua narratur , venditiones
harum Decimarum factas fuisse , easque ad Ecclesiæ
vtilitatem, & quòd emptores, sub prætextu quod for-
ma præscripta in Literis, *si in euidentem*, non fuit ob-
seruata , recusabant pretium soluere : Papa commisit
Episcopo Placentino , *vt constito sibi summariè & ex-
traiudicialiter de prædictis, compellas emptores quacum-
que appellatione remota, ad soluendum pretium, realiter,
& cum effectu, non obstante quod tenor Literarum , Si in
euidentem , minimè seruatus fuerit :* quòd Episcopus
exequutus fuit, quia emptores, in illius executionem,
soluerunt, & pecuniæ fuerunt reinuestitæ in tot sta-
bilibus per eundem Archipresbyterum supplicantem :
ex quibus duo pro emptoribus eliei dicebatur : Pri-
mum dictum Breue continere reualidationem Gra-
tiæ , *si in euidentem :* Secundum continere saltem
Archipresbyteri, seu Ecclesiæ approbationem, & Du-
bium non esse ; quin † data vtilitate, prout fuit nar- 18
ratum , potuerit Ecclesia approbare , quamuis non
emptores improbare, vt in simili est Textus optimus
*in leg. cum his , §. eam transactionem, ff. de transact. &
in leg. 3. ff. de nouat.* Et in terminis nostris , *gloss. in
capitulo primo , verb. sede vacante* , quam ibi appro-
bant , *Panorm. & Anton. de Butr. extr. ne sed. vac.
Innocent. in capitulo primo* , & ibi *Host & Ioann.
Andr. de his quæ fiunt à Prælat. sin. consens. capitul.
Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum , numero 27. in 5. no-
tabil. de Constit. Ias. in dicto §. eam transactionem , nu-
mero secundo. & in §. actionum, numero 43. Inst. de act.
Ruin. cons. 35. numero 31. lib. 1. Crot. cons. 119. num.
7. Specular. de emphyteus. §. nunc aliqua , numero 33.
Gaspard. Thesaur. quæstio. forens. 57. lib. 3. Guidopap.
decis. 159. numero 2. & add. ad decis. 156. eiusdem,
Vincent. de Franch. decis. 35. numero 3. Put. decis.
302. lib. 1. in nou. impress. Cresc. decis. 1. de locat.* & la-
tissimè *Mantic. decis. 201. num. 1.*

Sed prædicta facili negotio tolluntur. Nam pri-
mum , de reualidatione prorsus caret fundamento , † 19
Quia Archipresbyter Gratiam reualidationis non
petiit , nec Papæ fuerunt narratæ nullitates supradi-
ctæ, prout de iure requiritur ad reualidationem , *cap.
quia diuersitatem de concess. prabend. & capitulo secun-
do, ne sed. vac. Rebuff. in prax. titulo de rescript. etiam
perinde valere, numero 37. Rota decis. 158 numer. 5. par.
1. recent.* vbi *numero 6.* † Quòd non est credendum 20
Papam sanasse , vel sanare voluisse defectus , quos ig-
norabat, & *Greg. XV. decis. 160. numero 16.* Et in his
terminis *Giualcan. de contract. decis. 45. in addit. vers.
quinto non obstat , numero 51.* qui etiam in *dicta deci-
sione 29. numero 16.* optima ratione probat,† quòd in 21
dubio iudicandum est contra reualidationem.

Vnde non obstat fuisse Papæ narratum , pecunias
non fuisse depositas , † Quia in omnem casum reua- 22
lidatio huius nullitatis non suffragaretur, quoad alias
duas supradictas , de quibus nulla fuit facta mentio,
iuxtà regulam, † quòd per remotionem vnius obsta- 23
culi , non remouetur aliud , de qua *in cap. ex tua-
rum, de auctor. & vsu pallij , & in capitulo Pastoralis
de priuileg.* Et in puncto Gratiæ Sanatoriæ nullita-
tum *Rota in dicta decisione 158. numero 6. par. 1. in re-
cent. & apud Cauallcan. decisione 500. numero primo.*
Et cessat omnia difficultas quia , tantùm abest quòd
Papa fuerit certior factus de huiusmodi defectibus,
quinimò fuit illi falsè expositum Gratiam , *si in eui-
dentem* , fuisse executam seruatis seruandis ; & sic de
obseruatione formæ constare per [illegible] Infor-
mationem , iuxtà supradicta : & [illegible] hac narratiua
Papa concessit Breue , in quo iussit Emptores com-

Bb 2 pelli,

pelli, non obstante quòd allegarent nullitatem ven-
24 ditionis; non quia vellet eam sanare, sed qoia † in
omnem casum emptores de ea dare non poterant, sed
sola Ecclesia, vt dictum est.

Alierum autem, nempe qnòd Ecclesia approbauit
venditiones, dnm Archipresbyter supplicauit, & eo
25 instante, Breue fuit executum, pariter tollitur † Quia
cùm in alienationibus stabilium Ecclesiæ desidere-
tur certa forma, de qua in *cap. sine exceptione 12. quæst.*
26 *2.* † Aut Beneplacitum Apostolicum, iuxtà *Constitu-
tionem Pauli II.* de qua in *Extrauag. ambitiosæ, de reb.*
27 *Eccles. non alien. Gregor. XV. decis. 52. num. 1.* † Et si ali-
ter fiunt interim dnm non approbantur sint ipso in-
re nullæ, *Anton. de Butr.* vbi supra etiam quod sint
vtiles Ecclesiæ, *dicto capitulo sine exceptione, & cap.
tua nuper, extr. de his quæ fiunt à Prælat. & leg. fin. ff.
de Curat. fur. add. ad singul. Matthesil. 155. Tiraquell. in
tract. post. leg. connub. gloss. 8. quæstione 8. Afflict. decis.*
28 *87. numero 2. & Vincent. de Franch. decis. 575.* † Inde
consequenter fit, vt solus consensus Archipresbyteri
non potuerit reualidare venditiones ipso iure nul-
las, ob non seruatam formam literarum, *si in euiden-
tem*; dum in approbatione non fuerunt adhibitæ In-
ris solemnitates, & beneplacitum Apostolicum non
interuenit, nec fuit subsecutum, argum. text. *in leg.
doli, vers. idémque, ff de nouat. Bald. cons. 475. numero 3.
vol 1. Matthesil. dict. sing 155. Corset. singul. 220. verb.
pupill. vers. ex quibus. Fulgos. in dicto §. eam transa-
ctionem*, & ibi *Sarment. de reddit. Eccles. 1. parte ca-
pitulo 2. & 3. Brun. de form. & solemnit. Rubr. de potent.
& effect. ampl. 2. Ias. in dicto §. eam transactionem nume-
ro 2. in fin. Tiraquell. in dicto tractat. gloss. 6. numero
10. Cancer. var. resol. capitulo 13. numero 50. & Ca-*
29 *ualcan. decis. 17. alias 46. numero 9. de contract.* † Et in
puncto quòd in ratificatione Rectoris requiratur be-
neplacitum, *Franch. in dicta decis. 35. numero quarto,
vers. quia.*

Et tandem tolluntur omnia, ex qno versamur in
alienationibus decimarum, & nec in Gratia, *Si in eui-
dentem*, nec in Breui Sixti V. fuit derogatum Conci-
30 lio Lateranensi, † quod prohibet Decimas in Laicos
alienari, de quo in *cap. prohibemus, extra de Decim.*
sed solùm in Gratia, *si in euidentem*, derogatur Syno-
31 dis Diœcesanis; & Prouincialibus: † cùm tamen
Constitutio Conciliaris, seu facta à Papa in Concilio
generali, requirat specialem derogationem; ita vt
non sufficiat derogatio per clausulas *Non obstantibus,
&c. Archid. in capitulo 1. columna 1. de Const. num 6.
Felin. in capitulo nonnullis numero 3. de rescript. Eugen.
cons. 26. numero 27. lib. 1.* Et in puncto *Rot. decis. 123.
parte 1. diuers. & coram Caualc. decis. 229. numero 3. &
4. & decis. 101. num. 1. & 2. & 237. num. 10. & 11. in Al-
binganen. Decimarum 25. Iunij, & 8. Nouembris, 1627.
coram Illustrissimo Cardinali Virili.*

Et ita vtraque, &c.

Maceraten. Legitimæ.

Lun. 18. Febtuar. 1630.

ARGVMENTVM.

Articuli an, & Quando sint admittendi ad probandum existentiam aliorum bonorum defuncti, stante contra hæredem præsumptione vsurpationis, resultante ex omissione Inuentarij: Et multa de hac materia: Et an filij ob dictam omissionem Inuentarij amittant legitimam & Trebellianicam; & ad quid illi teneantur.

SVMMARIVM.

1 Gratian. discept. 570. *Declaratur.*

2 *Filij non priuantur successione, prout nec extranei, ob non confectionem Inuentarij, sed solùm tenentur Creditoribus, & Legatariis, vltrà vires hæreditarias, & num. 6. quòd procedit ex præsumptione vsurpationis bonorum defuncti, numero septimo.*

3 *Filij non amittunt Trebellianicam ob non confectionem Inuentarij; quicquid sit in extraneo.*

4 *Inuentarij omissio inducit præsumptionem vsurpationis bonorum defuncti contra hæredem, qui illud facere omisit, ita vt non sit standum ipsius assertioni.*

5 *Hæc præsumptio non ita vrget in filio, sicut in extraneo, iuxta aliquorum opinionem; quæ tamen non videtur iura, sed declaratur, numero 8.*

8 *Omissio Inuentarij, cuius confectio fuit expressè hæredi ordinata à Testatore, arguit indistinctè, in quolibet hærede dolum, & vsurpationem bonorum defuncti, & in filio, non solùm vsque ad metam legitimæ, sed etiam vltrà, numero 9. intellige, prout ibidem.*

10 *Legitima detrahi non potest ex mobilibus iuribus, & actionibus fideicommisso subiectis, extantibus bonis stabilibus liberis.*

11 *Articuli admitti, an, & quando debeant, ad probandam existentiam aliorum bonorum defuncti, stante contra hæredem præsumptione vsurpationis, resultante ex omissione Inuentarij, iunctis numeris præcedentibus.*

DECISIO CCXXXIX.



N Decisione in hac causa facta, 21. *Iunij*, 1629. fuit resolutum: Non esse admittendos articulos datos per Pellicanos, ad probandum extare alia bona libera stabilia, hæreditaris Matthæi: & hodie, cùm dicta Decisio reuideretur, Domini in ea perstiterunt quoad prætensionem, legitimæ, de qua fuit tunc principaliter discussum; ita vt Pellicani non sint admittendi ad faciendam dictam probationem, ad effectum detrahendi legitimam, ex bonis stabilibus liberis, si quæ extant; quia iam illam habuisse fuit decisum per plures Decisiones; quod & ipsi sæpius confessi sunt; prout, nec ad effectum quòd stabilia libera, contenta in articulis, casu quo extent, fuerint eis designata per Testatorem pro legitima; quia hoc non est verum, iuxtà laè deducta in *dicta Decisione, in vers. secundus casus:* Quæ Domini hodie
vnanimiter comprobarunt. † Nec contrarium dixit, 1
Gratian. discept. 570. in princip. qui vt dicebatur, fuit Aduocatus Pellicanorum, sed solùm, quòd legitima ex voluntate Testatoris debuit deduci ex bonis liberis; non autem quòd omnia libera fuerint pro legitima assignata, quia imò dicit contrarium.

Tamen dictos articulos esse admittendos ad probandum, dixerunt Domini, ad effectum, vt Pellicani possint prætendere successionem iure hæreditario in bonis stabilibus, de quibus in articulis; Quia quatenus adsint vltrà illa quæ nominatim fuerunt fideicommisso supposita, Pellicani in eis debent succedere vti hæredes, ex persona Philippi, simul cum hæredibus Francisci; etiam quòd non confecerint In-
uentarium; † Quia filij, prout, nec extranei, ob non 2
confe

confectionem, non priuantur successione, sed solùm tenentur vltrà vires hæreditarias, vt per *Bart. Paul. Couar.* & alios relatos per *Spin. de Testam. gloss. fin. nu-* 3 *mero* 8. † Quinimò, quicquid sit in extraneo hærede, de quo latè *Cassad. decis. 3. de testam.* filij ob non confectionem Inuentarij, Trebellianicam non amittunt, *Bursat. cons. 44. sub num. 19. vol. 1. Rimin. Iun. cons. 187. nu. 17. lib. 2. Gabr. cons. 121. num. 51. vol. 1. & Guidop. decis. 53. per tot.* vbi rationem assignat.

Sed pro hæredibus Francisci contra dictam admissionem articulorum, quoad successionem iure hæ- 4 reditario, fuit oppositum, † quòd ex non confectione Inuentarij præsumitur vsurpatio mobilium, iurium, & actionum fideicommisso subiectorum; ita vt in hoc casu non sit standum assertioni Pellicanorum, quibus obstat exceptio non confectionis, *Couar. libr. 2. var. cap. 6. numero 4. post princ. vers. qua ratione aduertendum est, Natt. cons. 199. numero* 12. & alij, quos refert & sequitur, *Gratian. in dicta discept. 570. numero* 19. Ac propterea semper hæredes Francisci posse dicere, hæreditatem Matthæi Testatoris, fuisse opulentissimam, ac mobilia, iura, & actiones vsurpata, fideicommisso supposita, fuisse multò, ac multò maioris valoris, quàm bona stabilia, contenta in articulis; ita vt ideò probatio stabilium semper reddatur inanis; quia in omnem casum illis competeret retentio, vt sibi satisfacerent de mobilibus, iuribus & actionibus subtractis, & fideicommisso suppositis.

5 Nec releuare dicebatur † quod in filio non conficiente Inuentarium, non ita vrgeat præsumptio vsurpationis, sicut in extraneo, *Mangil. de imput. & detract. quæst. 171. numero 7. Modern. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæst. 24. num. 16.* Quia vltrà quòd hæc distinctio videtur parum tuta; cum, iuxtà magis receptam, & veriorem sententiam, quicquid in contrarium 6 velint, *Modern. ibidem* † filius, qui Inuentarium non fecit, tenetur etiam, vt dictum est Creditoribus, & Legatariis, vltrà vires hæreditarias, vt latiùs deductum fuit in dicta *Decisione* in hac causa facta, *vers.* 7 *Præterea quamuis:* † Quod non potest aliunde prouenire nisi ex præsumptione vsurpationis, *Couar. in cap. si hæredes, num. 9. vers. item illud de Testam.* In omnem casum illa solùm procederet posset in simplicibus terminis, non autem in præsenti, ex quò Matthæus Testator non confidit de filiis, dum eis expressè iniunxit, & mandauit vt conficerent Inuentarium de bonis mobilibus, stabilibus, pecuniis, & mercantiis per æstimationem; subdens vlterius quòd illud omninò confici volebat, ad effectum, vt ex confessione suorum filiorum, & hæredum constaret, alia bona suffi- 8 cere pro Legitima, eámque transcendere, quo casu † ex non confectione Inuentarij, indistinctè præsumitur vsurpatio, & dolus, *Soccin. cons. 192. num. 3. Rimin. iun. cons. 95 num. 46. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 28. num. 10. Georg. Escabedo, decis. 176. num. 3. vol. 1.* Et in hac eadem causa, contra filios, firmat, *Gratian. in d. discept. 570 num. 19. cum pluribus seqq.*

Et minùs releuare dicebatur quòd Pellicanis non possit obijci omissio Inuentarij, nisi quatenus prætendant legitimam, quam iam habuisse confitentur; cùm præceptum paternum de Inuentario conficiendo tantummodò in hoc casu impositum fuisse videatur; ex ratione in Testamento data; idest, vt ex confessione filiorum constaret, adesse alia bona, vltrà contenta in particularibus fideicommissis stabilium, quæ sufficiebant, aut transcendebant Legitimam, non autem ad effectum limitandi, aut regulandi successionem filiorum iure hæreditario in aliis bonis stabilibus: Quandoquidem, dum Testator expressè ordinauit, vt etiam de mobilibus, pecuniis, & mercantiis, quæ posteà etiam fideicommisso supposuit, fieret Inuentarium per æstimationem, & hoc factum non fuit, semper vrget præceptum Testatoris; † ita 9 vt præsumatur vsurpatio mobilium, pecuniarum, & mercium, non solùm vsque ad metas legitimæ, sed etiam vltrà; cum Testator ea, vltrà legitimam extare asseruit; & videtur esse euidens: siquidem Pellicani non habuerunt legitimam ex bonis stabilibus, contentis in articulis; & fideicommisso non suppositis; Quia, vt dictum est, in hisa; Pellicani, solùm hodie prætendunt succedere Iure hæreditario, satisfacti iam de legitima; deinde nec ex bonis stabilibus, fideicommisso suppositis, quæ possidentur per dictos hæredes Francisci, & ex quibus Testator legitimam detrahi prohibuit; nec tandem de aliis stabilibus, non contentis in articulis, nec fideicommisso suppositis, quia non probantur nec prætenduntur alia fuisse in hæreditate; ergo legitimam, & vltra legitima habuerunt Pellicani de mobilibus, Iuribus, & actionibus fideicommisso suppositis, quæ Testator etiam vltrà legitimam extare asseruit, vt benè *Gratian.* vbi supra. Quibus stantibus Pellicanis prætendentibus probare existentiam stabilium, contentorum in dictis articulis, videtur semper obstare exceptio irreleuantiæ; quia hæredes Francisci, quando extarent, possent sempe illa retinere pro sibi soluendo de mobilibus, Iuribus, & actionibus, subiectis fideicommisso, ex quibus Pellicani legitimam detraxerunt, & vltra vsurpasse præsumuntur; † cùm tamen nec ex eis legitima detrahi 10 potuerit dum extabant, vt prætenditur, bona stabilia libera. *Ias. in leg. Marcellus, §. res quæ, num. 15. ad Trebell. Ripa in leg. in quartam, num. 115. ff. ad leg. Falcid. Grat. cons. 17. vol. 1. & Gram. decis. 93.*

Verùm † quia fortè valor stabilium quæ per di- 11 ctos articulos probari possunt extare, sit adeò magnus, vt ex facti circumstantiis non sit adeò deferendum præsumptioni vsurpationis mobilium, iurium, & actionum, fideicommisso subiectorum, quæ resultat ex non confectione Inuentarij, vt non possit intrare arbitrium, quòd dicta vsurpatio, etiam quòd esset vltrà metas legitimæ non ascendat ad valorem dictorum stabilium, propterea Domini arbitrati sunt dictos articulos esse admittendos: Et non obstare legitimam per Pellicanos habitam, ex dictis mobilibus fideicommisso suppositis (quamquam hæredes Francisci compensare possunt cum stabilibus liberis) esse incertam, ac vsurpationem vltrà legitimam, incertam etiam esse; dum ob non confectionem inuentarij ignoratur valor dictorum bonorum mobilium, Iurium, & actionum; Quia nihilominus ex facti circumstantiis, vt dictum est, constito de existentia, & valore prædictorum stabilium intrare forsan poterit arbitrium, quòd bona vsurpata non æquantur dicto valori stabilium, de quibus in articulis; Et in consequentiam idem arbitrium intrare poterit, quoad fructus dictorum stabilium, ad fauorem Pellicanorum, & interesse bonorum mobilium, iurium, & actionum, ad fauorem hæredum Francisci: quæ consideratio, ad effectum de quo agitur, videtur iuris conformis, ex his quæ aduertit *Couar.* vbi proximè in *d. nu. 9. vers. quamobrem ni fallor.*

Et ita vtraque parte, &c.

Perusina

Perusina Fideicommissi de Meniconibus.

Merc. 20. Februar. 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Attentata est possessio capta pendente appellatione.*
2 *Appellatio datur à sententia lata in possessorio, ex rem.* l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. *etiam in foro Ecclesiastico, iuxtà veriorem opinionem.*
3 *Attentata sunt, gesta vigore sententiæ, tam ante appellationem quàm post; si Signatura commisit simpliciter causam appellationis.*
4 *Causa commissa censetur super omnibus contentis in sententia, stantibus clausulis,* rebúsque aliis, &c. *& Clausula,* Quam, & Quas, &c.

DECISIO CCXL.


VIT resolutum constare de attentatis
quæ veniunt reuocanda, Quia Vicarius
Illustrissimi Cardinalis Episcopi Perus.
die 9. Iunij, tulit sententiam, super im-
missione, ex remed. *leg. fin. C. de edict.*
Diu. Adr. toll. ad fauorem D. Octauiani Meniconi,
à qua fuit appellatio interposita die 28. sequenti: vn-
1 de cùm die 22. eiusdem mensis, † & sic post appella-
tionem, possessio, vigore sententiæ capta fuerit atten-
tata, non possunt excusari, *leg. 1. ff. nihil in nou. Grat.*
cons. 123. numero 9. lib. 1. Bero. cons. 116. num. 10. lib. 3. Rota
decis. 78. de appell. in antiq. & apud Seraph. decis. 530. in
princ. & alibi sæpius *Lancellot. de attent. par. 3. cap. 26.*
de probat. attent. num. 5.

2 Neque obstat † quòd non detur appellatio à sen-
tentia lata in possessorio, ex *remed. leg. fin.* etiam in fo-
ro Ecclesiastico, Quia contraria opinio est verior, de
qua per *Contard de mom. poss. lim. 3. num. 6.* quam etiam
Rota passim fuit sequuta, vt in *Rauennaten. Attenta-*
torum, 10. May, 1611. coram Reuerendissimo Domi-
no meo Decano, in qua aliæ Decisiones allegan-
tur.

Non obstat etiam quòd Perusiæ, in foro Ecclesia-
stico locum habeat Ægidiana, vt prætenditur, Quia
quicquid de hoc sit, tollitur, prout etiam omnia alia
3 tolluntur, † ex quò Signatura commisit causam ap-
pellationis simpliciter; quo casu non est aliud inue-
stigandum, sed indistinctè, tam antea, quàm post ap-
pellationem, vigore sententiæ facta, sunt attentata, &
nulla, *Cardin. in Clem. prima quæstione 8. fin. de re iu-*
dic. Gloss. in l. appellatione, in verb. deliberat. & ibi *Bald.*
C. de appellat. Ioan. Andr. in cap. si à Iudice de appellat.
in 6. Lancellot. de attent. parte secunda, cap. 12. limit. 6.
numero 27. cum seqq. & parte tertia, cap. 24. quæst. 31.
numero 9. Et in terminis, *Rota in Romana Domorum*
de Zaccons, 17. May, 1621. & in Urbeuetana Bono-
rum, 26. Ianuarij, & 27. Martij, 1624. coram bon. mem.
Ubaldo: Et in longè fortioribus terminis *In causa*
Leodien. Dominij de Hollonia, 25. Iunij, 1627. co-
ram me.

Tandem non obstat prætensus defectus Iurisdi-
ctionis, ex quò sententia Vicarij fuit lata super im-
4 missione, & Commissio cantat de melioramentis, †
Quia cùm adsit clausula *rebúsque aliis, &c.* tàm in nar-
ratiua quàm in dispositiua: nec non clausula, *Quam, &*
Quas, &c. non potest dubitari quin commissa fuerit
causa super omnibus contentis in sententia, vt in
specie dixit *Rota in causa nullum de Carretiis, 13. No-*
uembris, 1587. coram Comitulo impress. apud Mar-
chesi. de Commiss. par. 1. cap. 5. fol. 231.

Et ita decisum vtraque, &c.

Anconitana Censuum.

Merc. 20. Februar. 1630.

ARGVMENTVM.

Negatiua non existentiæ aliorum bonorum defuncti, ad effectum, vt intret subsidiaria, quomodo probetur. Subsidiaria an excludatur, si alia bona defuncti penès tertios existant, & An illa intrare possit pro ea parte, pro qua hæreditas non est soluendo, an verò, si in hæreditate aliquid adsit, subsidiaria excludatur in totum. Pupillus an agere possit remedio extraordinario subsidiariæ, dum habet remedium ordinarium.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua, non existentia aliorum bonorum defuncti probatur ex Inuentariis, etiam ad effectum subsidiaria, & num. 9.*
2 *Minor petens restitui, quia dicit se læsum, ex aditione hæreditatis, tenetur probare hæreditatem non esse soluendo; & quomodo hoc probet.*
3 *Mulieri exigere volenti dotem in subsidium, ex bonis fideicommissi, incumbit onus probandi, bona libera non extare; & quomodo hoc probare dicatur, num. 4.*
5 *In Inuentarij solemnitatibus statur statutis, & Consuetudini locorum.*
6 *Hæredes, cum beneficia leg. & Inuent. non tenentur exquirere bona defuncti, penès tertios existentia, nec de illis reddere rationem, & num. 12.*
7 *Subsidiaria non excluditur, ob existentiam penès tertios, aliorum bonorum defuncti, quæ intricata existant, cum subsidiaria agens, illa discutere non teneatur.*
8 *Hoc procedit etiam in muliere agente subsidiaria, contra bona prohibita alienari, pro restitutione suæ dotis, ex quo non extent in hæreditate bona libera, ex quibus dos restitui valeat; & ratio redditur ibidem.*
9 *Inuentarium validè confectum probat negatiuam non existentia aliorum bonorum; ita vt dicenti extare alia bona, & rationem non fuisse benè redditam, incumbat onus probandi.*
10 *Tutores non tenentur reddere rationem, nisi de contentis in Inuentario rectè & ritè facto.*
11 *In Inuentario describi non debent bona defuncti, penès tertios existentia.*
13 *Tutores excusantur à confectione Inuentarij minùs valida, dum eis dolus imputari non potest aut pupillis, & hæreditati nullum fuit damnum sequutum.*
14 *Pupillus agere potest contra Tutores via ordinaria,*
aut

aut contra alios via extraordinaria, & remedio restitutionis; cum alterutrum sit in ipsius electione.

15 *Minor agere potest contra Tutores ob omissionem vel malam confectionem Inuentary, vel agere contra alios via extraordinaria.*

16 *Remedio extraordinario agere licet, omisso ordinario, vbi pinguius per extraordinarium prouidetur.*

17 *Reuolatio Informis nullam fidem meretur.*

18 *Fructus bonorum stabilium computari debent ad rationem quinque pro centenario, pro quolibet anno, iuxtà Rotæ stylum.*

19 *Res empta ex pecunia hereditaria per heredem, proprio nomine, ad hoc vt efficiatur hereditaria in subsidium, probandum est, quòd nihil aliud fuerit in bonis defuncti, tempore mortis, aliàs si quid remansit, excluditur subsidiaria in totum, ex doctr.* Castr. *ibidem alleg.*

20 *Declara doctr.* Castr. *esse intelligendam, vt procedat, quòd subsidiaria non possit intrari pro concurrenti quantitate, quæ reperitur in hereditate, intret autem in eo; in quo hereditas non est soluendo: & vide rationem ibidem, & declara etiam, prout num. 24.*

21 *Filius pro legitima, aut mulier pro dote, pro concurrenti quantitate bonorum liberorum, non possunt agere contra bona fideicommissi, aut contra Legatarios respectiuè; si verò illa non sufficiunt, rectè, pro residuo, in subsidium agunt.*

22 *Subsidiaria quando, & quare detur.*

23 *Necessitatis causa concessa, quomodo regulanda.*

25 *Retentio competit multò magis ei, cui & actio competit.*

26 *Renunciatio facta sine præiudicio quorumcúmque aliorum Iurium, &c. ipsi renuncianti competentium, preseruat omne aliud Ius, quod tunc illi competebat.*

DECISIO CCXLI.



Ie 22. *Iunij*, 1619. fuit resolutum, Non extare alia bona Petri, quæ Triumphis suffragentur: Et hodie cùm super eisdem causa denuò proponeretur, Domini steterunt in decisis: Licèt enim videatur Leonis incumbere onus probandi, non extare alia bona, dum
1 sunt actores, & intendunt Subsidiariam intrare; †
tamen hæc negatiua visa fuit sufficienter probata ex Inuentariis Tutorum, *leg. final. §. licentia danda, C. de iur. delib.* cum aliis in dicta decisione adductis, *In verf. ratio resolutionis*; & hoc etiam ad effectum Sub-
2 sidiariæ, *Guidopap. decis. 140. num. 5.* Vbi † quod minor qui petit restitui, quia dicit se læsum ex aditione hæreditatis, tenetur quidem probare hæreditatem non esse soluendo; sed probat sufficienter, si dicat tantum est in hæreditate, & non plus, iuxtà, *gloss. in leg. cum de lege. verf. heredis probatio, ff. de probat.* prout
3 etiam † mulieri quæ in subsidium vult exigere dotem ex bonis fideicommissi, incumbit onus probandi, bona libera non extare, *Bertrand. cons. 161. num. 16. lib. 3. Crauett. cons. 67. num. 4. Corn. cons. 3. num. 3. lib. 3. Sebast. Medic. de acqu. rer. dom. glos. 2. part. 1. numero 45.* Et esse veram sententiam testatur *Molin. de primog.*
4 *Hispan. lib. 4. cap. 7. numero 34.* Tamen † verum etiam est quòd eo ipso, quòd mulier dicit non esse alia bona mariti, præter illa quæ sunt subiecta fideicommisso habet suam intentionem fundatam & probatam; Ita vt dicenti alia bona extare, incumbat onus probandi, & dicta bona ostendendi, *Decius consilio 519. numero 7. & per tot. Cancer. variar. resolu. libro primo, cap. 9. numero 103. Gratian. discept. 579. numero 19.*

Quòd autem dicebatur, Inuentarium non fuisse ritè & in forma iuris factum, iam fuit sublatum *in eadem Decisione in verf. Quod autem Inuentarium*, prout etiam hodie tolluntur, cùm Inuentaria fuerint magis extensè data, ex quibus ad oculum patet, fuisse confecta seruatis omnibus solemnitatibus, requisitis ex
Statuto Ancona, collat. 2. numero 23. † In solemnitati- 5
bus autem Inuentarij statur statutis, aut consuetudini locorum, *Ias. in dicta leg. fin. in princip. num. 5. & Valasc. decis. quinta, numero 22.* cum aliis in dicta Decisione allegatis.

De bonis autem in Inuentario descriptis, tam mobilibus, quàm immobilibus, & prætensis melioramentis Leonij dederunt bonum computum: In primis enim, quòd attinet ad mobilia, aut fuerunt distracta per Creditores, aut nunquam fuerunt penès dictos
Leonios, aut eorum Tutores; sed apud tertios, † 6
quæ propterea ipsi non tenebantur inquirere, nec exigere, nec aliam, quàm prædictam de eis reddere rationem, ex plenè deductis in eadem *Decisione verf. bona verò in Inuentario*: quæ hodie Dominis placuerunt: & sic non est cur repetantur, prout nec etiam
opus est respondere ad illud obiectum, † nempe exi- 7
stentiam mobilium apud tertios, excludere subsidiariam, saltem pro rata parte, in concursu Creditorum, Quia etiam placuit responsio data in dicta *Decisione verf. non obstat etiam*: nimirum quòd illa præsumuntur consumpta; & in omnem casum esse intricata, quæ ideò Leonij discutere non tenentur, ad effectum, vt intrare possit subsidiaria, *Castr. in leg. inter eos, §. Creditorum. ff. de fideiuss.* Et in fortioribus termi-
nis *Rota Ianuen. decis. 156. num. 7.* † Et in Muliere a- 8
gente subsidiaria, contra bona prohibita alienari, quia non extabant bona libera in hæreditate, ex quibus dos posset restitui, dixit *Rota decis. 472. num. secundo, parte prima diuers. & in Romana Saluiani, 7. Aprilis, 1618. in fine coram me*: alioquin enim ferè nunquam intraret subsidiaria; quia semper Creditores opponerent de bonis hæreditariis, penès alios, vt fuit etiam ponderatum *in eodem verf. non obstat etiam.*

Nec dicatur quòd in Inuentariis aliqua bona mobilia non sint distinctè, & indiuiduè descripta, videlicet quatuor coramina, quatuor lintea, & sic de cæteris, sed in confusò, videlicet vna arca coraminum: duæ capsæ supellectium, & alia huiusmodi: ita vt præcisa quantitas, & valor singulorum mobilium sint incerta, Quia non est verum in facto nisi quo ad coramina, quæ etiam fuerunt sic descripta: Coramina, *per dos fornimenti di Camera: vt in secundo summario Iurium*, dato 21. *Iulij*, 1618. *numero* 1. §. 2. Nec est verum quòd in Inuentariis, tam primo quam secundo leguntur, vna arca coraminum, & duæ capsæ supellectilium: Et in omnem casum dum ideo Inuentaria non possent dici nulliter facta; sed nihilominus valerent, & de prædictis mobilibus, sicut prætenditur descriptis, Leonij, qui de tempore confectionis Inuentarij erant Infantes, taliter qualiter fieri potuit, bonam reddiderunt rationem, prout in dicta
Decisione: semper intrat, quod † Inuentarium vali- 9
dè confectum probat negatiuam, ita vt dicenti extare alia bona & rationem non fuisse benè redditam, incumbat onus probandi, ex supradictis.

Non etiam releuat si dicatur Leonios posse agere
contra Tutores, † negligentes in recuperando, aut 10
inquirendo mobilia, quæ erant penès tertios aut demum in non describendo ea distinctè in

Inuentariis, vt prætenditur; ita vt Leonij dum habent remedium ordinarium, videlicet actionem Tutelæ contra Tutores, non possint agere subsidiaria, quæ est remedium extraordinarium, Quia vltrà quod, vt dictum est, descriptio fuit distinctè facta,
11 & Tutores † non tenentur nisi de contentis in In-
12 uentario ritè & rectè facto, in quo † non debuerunt describere quæ erant penès tertios, nec illa hodie Leonij tenentur inquirere; præsertim cùm sint in-
13 tricata: In omnem casum, certum est, quòd † Tutores excusarentur, dum eis fraus, aut dolus non posset imputari, aut aliàs non probaretur, ex supradictis, pupillis, aut hæreditati fuisse causarum damnum; &
14 propterea cessat difficultas; † quia est in electione pupilli agere aduersus Tutores via ordinaria, aut contra alios via extraordinaria, & remedio restitutionis, *l. etiam, la prima*, vbi *Bart. & l. fin.* vbi *Salic. C.*
15 *si Tutor vel Curator interuenerit*; Et io proinde, † quòd sit in electione minoris agere contra Tutores, ob omissionem, vel malam confectionem Inuentarij, vel agere contra alios via extraordinaria, *Cancer. variar. resolu. parte tertia, capitulo secundo, numero* 88.
16 Et accedit †, quòd licet agere remedio extraordinario, omisso ordinario, vbi pinguius per illud prouidetur, *leg. qui bona fide, §. si quis opus*, vbi *Bart. ff. de damn. infect. Menoch. consil. 380. num. 32.*

Quòd verò attinet ad melioramenta illa, quæ prætenduntur, fecisse Petrum in Domo sita in Castro Combutani, non sunt attendenda, Quia dicta Domus possidetur per Triumphos vt fuit dictum *in eadem Decisione, vers. quoad stabilia*: Et minus attendi debent illa, quæ prætenduntur facta in prædio Sancti Apollinatis, quibus meritò in dicta Decisione non fuit responsum, quia nec hodie probantur ex reuela-
17 tione † Dionoræ, scripta manu cuiusdam illius factoris, seu famuli, quæ nullo modo fidem facit, ex deductis in *eadem Decisione, vers. unde non obstante reuelatione.*

Tandem, quoad bona stabilia, solùm fuit facta difficultas, circa quatuor salmas, prædij Sancti Apollinaris, de quibus *in dicta Decisione, vers. reliqua quatuor salmæ*; Nec non circa fructus, quos ex dictis quatuor salmis Leonij perceperunt, quorum valor, videlicet salmarum, est liquidatus, ex subhastatione de his salmis facta, cum fructibus pendentibus, de anno 1628. in scutis 352. monetæ: fructuum verò nouem annorum, quos solùm Leonij perceperunt, in scutis
18 158. † computando fructus ad rationem quinque pro centenario iuxta stylum Rotæ, cum certo tamen præsupposito quòd duas partes ex quatuor dd. fructuum, perceperunt Coloni, ad quos spectant: Tertiam percepit Cappella Burghesia, seu eius Rector: & quartam dumtaxat perceperunt Leonij, quæ pro dictis nouem annis facit solùm prædictum valorem scutorum 158. Ita vt dictæ quatuor salmæ, & fructus ex eis percepti, vt Triumphi dicebant, impedire debeant subsidiariam in totum, ex *Castr. in l. sed & si lege, §. primo, nu-*
19 *mero quinto, in Lect. Auenionen. ff. de petit. hæred.* vbi † quòd ad hoc, vt res empta ex pecunia hæreditaria, per hæredem, proprio nomine, fiat hæreditaria in subsidium, probandum est quòd nihil aliud fuerit in bonis defuncti, tempore mortis.
20 Sed fuit benè responsum. Primò † quòd Doctrina *Castr.* debet moraliter intelligi, & iuxta naturalem, & proportionatum sensum; ita vt pro concurrenti quantitate, quæ reperitur in hæreditate, non possit intrare subsidiaria; intrare autem in eo in quo hæreditas non est soluendo; cùm non versemur in indiuiduis; & vtile per inutile non vitietur: prout in
21 simili: † pro concurrenti quantitate bonorum liberorum, filius pro legitima, aut mulier pro dote, possunt agere contra bona fideicommissi, aut contra Legatarios respectiuè, si verò illa non sufficiunt, rectè pro residuo, in subsidium agunt; *Gabr. consil. 12. num. quinto, lib. primo & Gratian. discept. 570. numero decimo.*
Et ratio est clara, quia † subsidiaria datur ex quadam 22
necessitate, sic dictante æquitate, non extantibus bonis hæreditariis, aut liberis expeditis, in quibus possit fieri executio: † Quæ autem propter necessita- 23
tem conceduntur, regulantur pro modo necessitatis, aut quatenus necessitas vrget, aut æquitas dictat, *Bart. in leg. prima, §. vltimo, numero primo, ff. de Ferus, Dec. leg. si donatione, numero 17. ante finem, C. de collat. Gabr. & Gratian.* vbi supra.

Præterea, & secundò, fuit benè responsum, † quòd 24
doctrina *Castrens.* in præsenti, nullo modo procedit, sed subsidiaria intrat in totum, ex quo Leonij possunt dictas quatuor salmas retinere pro aliis in suis creditis prioribus, & potioribus in multò maiori quantitate, nempe pro expensis quas fecerunt pro dictis salmis recuperandis, in longa & dispendiosa lite, habita cum Cappella Burghesia, vt fuit latiùs deductum in dicta *Decisione in eodem vers. reliquæ.* Et deinde; ita vt cesset prorsus omnis difficultas, quia Leonij erant Creditores Petri in scutis 4751. quia tanti Sancta Domus Lauretana à Petro emit medietatem prædij Lumbriani; cùm tamen Census, de quibus agitur, sint solùm valoris scutorum 431. Vnde si contra dictos Census, in defectum aliarum rerum hæreditariarum Petri competit Leoniis subsidiaria, pro recuperatione dicti pretij; ex quo Census illi fuerunt ex dicto pretio empti, multò magis eis competit retentio dictarum quatuor salmarum pro residuo eiusdem pretij, idest pro scutis quatuor centum, pro quibus fuit Leonibus ius reseruatum in sententia bonæ mem. Vbaldi, contra alia bona hæreditaria Petri, iuxta iuris regulam, † Quod cui competit actio, mul- 25
tò magis retentio, de qua *DD. in leg. si non sortem, §. si centum, ff. de condit. indeb. Bald. in leg. secunda in tertio notab. C. de fideiussor.* & latè *Surd. decisione 277. per totum.*

Non obstat quòd contra prædictam retentionem Triumphi opponant de renunciatione, facta à Leonibus de istis quatuor salmis, Quia † illi talem re- 26
nunciationem fecerunt sine præiudicio omnium aliorum, quorumcùmque Iurium, ipsis Leonibus quomodolibet, & qualitercùmque, & competentiũ competitorum, & non aliàs, &c. Quæ reseruatio tam generalis, & ampla, omne ius quod Leonibus tunc competebat, comprehendit, & sic etiam istud retentionis, iuxta text. *in leg. quarta, §. si in venditione, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Mart. de claus. par. prim. claus. 158. nu. primo, in fine, Grat. discep. forens. cap. 918. num. 19.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

Carthaginen. Sponsalium,

Lun. 25. Februar. 1630.

ARGVMENTVM.

Contrahens Sponsalia de futuro cogi non debet sub censuris ad illa contrahenda de præsenti, si superuenerit iusta causa, ab illis abstinendi,

abstinendi : & si in hoc casu fuit excommunicatus ob non paritionem, est absoluendus, prout etiam cessante superuenientia dictæ causæ absolui debet ; si Censuras pertinaciter substinuit : & præsertim si Sponsalia non fuerunt iurata.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro contrahens, compelli potest per Censuras ad illa contrahendum de præsenti.*

2 *Fallit si superuenerit iusta causa abstinendi, quia tunc cogi non debet ; & si fuit excommunicatus est absoluendus.*

3 *Sponsalia, etiam iurata, continent in se tacitam conditionem, si causa ab eis recedendi non superueniat.*

4 *Causa iusta abstinendi à Sponsalibus, quæ sit, positum est in arbitrio Iudicis.*

5 *Habetur pro iusta causa, quæ causatur ab odio, ex graui causa superueniente : vt puta, si Sponsus nixus fuerit probare articulos detrahentes honori Sponsæ ; quia tunc illa dicitur grauiter offensa ; præsertim si nobilis sit, ita vt habeat iustam odij causam, ex qua possit à Sponsalibus recedere : & num. 6. & 8. & alias iustas causas vide sub num. 10.*

7 *Iniuria, An, & Quomodo illata dicatur, ex articulis contumeliosis, quibus quis tuetur ius suum.*

9 *Iniuriosum est, defectus nostros detegere.*

11 *Diuortij causa legitima, est accusatio facta ab Vxore contra virum, de graui delicto ab eo commisso.*

12 *Causa sufficiens ad Diuortium multò magis haberi debet pro rationabili causa recedendi à Sponsalibus.*

13 *Sponsalia de futuro contrahens, absolui debet à Censuris, ob non paritionem contra eum fulminatis ; si diu illas pertinaciter sustinuit : præsertim si Sponsalia non fuerunt iurata.*

DECISIO CCXLII.



D. Petronilla de Roda per tres sententias conformes ; nempe duas in partibus, tertiam verò in Rota latas, fuit condemnata ad contrahendum matrimonium cum Alphonso, in quarum executionem fuerunt Executoriales relaxatæ ; & ipsa ob illarum non paritionem fuit declarata excommunicata : Cùm autem ad eiusdem instantiam fuerit mihi commissa causa restitutionis in integrum, Dubitaui hodie, An constet de causis restitutionis, ita vt sit absoluenda : Et Domini, ex nouiter deductis, affirmatiuè responderunt : licèt enim probentur Sponsalia de futuro, vt in *Decisione in hac causa facta 29. Aprilis, 1626. coram Reue-*
1 *rendissimo Domino meo Decano* ; † Virtute quorum à principio compelli potuit per Censuras, *capitulo sicut de Sponsal. Abb. Ioan. Andr. & alij in capitulo ex literis, il secondo, eodem titulo. Menoch. consil. 386. Conar. de Sponsal. parte prima, capitulo quarto, numero quarto, & quinto, Sanchez de matr. lib. primo dispůt. 29. Rota decis. 497. parte prima diuers. Seraph. decis. 1111. num primo, & secundo. Greg. XV. decisione 376. numero primo,* & ibi *Add. num. 9.*

2 Tamen † cùm superuenerit iusta, & rationabilis causa, abstinendum est à coactione, & debet Ecclesia Petronillam absoluere, *Surd. cons. 364. numer. 9. Decian. respons. 66. num. 5. lib. 5. Mantic. de tacit. lib. 3. titul. 17. num. 18. Menoch. de arbitr. cas. 455. lib. 2. Rota dicta decis. 497. numero primo, & in recent. decis. 207. numero nono, parte prima, Seraph. decis. 497. numero primo, & in recent. decis. 207. numero nono, parte prima, Seraphin. decis. 893. numero 33. & in dicta decis. 1112. numero septimo, & apud Caual. decis. 447. numero primo :* Et ratio
est † quia Sponsalia, etiam iurata, qualia tamen non 3
sunt illa, de quibus agitur, continent virtualiter in se tacitam cōditionem, si causa ab eis recedendi non superueniat, *capitulo quemadmodum, de iureiurand.* & ibi *gloss. verb. oculos,* vbi etiam *Hostiens. numero octano, & Abb. numero nono, idem Abb. in cons. 48. numero octauo, lib. primo, Sanchez dicta disput. 29. numero quarto,* & dixit *Rota in causa Mediolanen. Sponsalium, apud Reuerendissimum Dominum meum Decanum, decis. 437. numero 8.*

Quæ autem sit iusta causa, † positum est in arbi- 4
trio Iudicis, *Abb. in dicto capitulo requisiuit, numero quarto.* & ibi *Butr. in fin. Alex. cons. 212. numero octauo, lib. secundo, Sanchez & Surd.* vbi supra *Menoch. de arbitr. dicto cas. 455. numero secundo,* & debet pro iusta, & rationabili haberi, & arbitrari, quæ, prout in caso,
† causatur ab odio, ex graui causa superueniente, 5
Felin. cons. 26. numero 20. & 21. Gabr. cons. 186. numero octauo, lib. secundo, Menoch. vbi proximè *numero tertio, Genua in prax. Archiepisc. capitulo decimotertio, numero secundo, Leonius in Thesaur. forens. Eccles. parte secunda, capitulo nono, numero 21. Sanchez de Matrim. lib. primo disput. 58. numero tertio,* vbi rationem assignat, *Ricc. in prax. Archiepisc. titulo de Matrim. decis. 232. num. 4. vers. secunda causa.*

Quòd autem inter Alphonsum, & D. Petronillam odium, ex graui causa superuenerit, ad effectum vt illa non sit compellenda, quinimò absoluenda ; Do-
mini fuerunt arbitrati, † ex quo Alphonsus, dedit 6
articulos, eósque nisus fuit probare ; multum honori illius detrahentes : ex quibus, & aliis, in actis Causæ deductis, D. Petronilla, maximè cùm nobilis sit, grauiter fuit offensa, iuxtà tradita per *Roman. cons. 96. numero secundo, vers. aut verò contlicium:* Ita vt habeat rationabilem odij causam, ex qua meritò possit a Sponsalibus recedere : vt in puncto *Rota in dicta Mediolanen. Sponsalium 437. numero primo, & secundo apud Reuerendissimum Dominum meum Decanum.*

Neque obstat quòd † contenta in articulis fue- 7
runt deducta ab Alphonso, ad effectum tuendi ius suum ; quo caso non dicitur illata iniuria, Quia, vt benè in dicta *Decisione Mediolanen. Sponsalium,* hoc est verum, ad effectum, vt Alphonsus non teneatur actione iniuriarum, dum non habuit animum iniuriandi, sed solùm tuendi ius suum, vt latè *Roman. dicto cons. 96. per tot. & Boer. cons. 4. numero 37. vsque ad finem* ; sed non inde sequitur quin D. Petronilla,
præsertim, vt dictum est, † cùm nobilis sit, non fue- 8
rit meritò ad iracundiam prouocata, & offensa, vt in *Constitutione Federici de Pace Constantia, in princip* & ibi *gloss. verb. ad indignationem, Bart. in leg. licitatio, §.*
quod illicitè, numero quarto. C. de publican. † Nostros 9
enim defectus detegere, de se, & natura ipsa, iniuriosum est, *leg. 2. §. 1. versiculo quid enim, C. quand. & à quo quart. pars. debet. lib. 10. Roman. dicto consil. 96. numero secundo, & Paul. de Castrens. cons. 255. lib. primo.* Et exitus in D. Petronilla benè comprobauit,
† cum illa, per circiter vndecim annos, vti inde gra- 10
uiter offensa, & ad iracundiam prouocata, nedum iuridicè interpellata, recusauit Sponsalia adimplere ; sed litigauit cum magnis expensis, & propriæ personæ incommodis, vt ab eis eximeretur : † Et quòd magis est accusauit Alphon- 11
sum de graui delicto ; & eum graui pœna condemnari obtinuit ; Et tandem post tres conformes, vt magis enixum, & offensum animum, contra eundem demonstraret, ad

Vrbem

Vrbem venit, relictis propriis laribus, ex tam longinquo, videlicet ab Hispania, ex Ciuitate Marciæ, causa prosequendi litem in gradu restitutionis: quàm accusationem; & signanter, eùm condemnatione inde sequuta, & lite tam diu agitata, ac acerrimè prosequuta, Domini etiam arbitrati fuit, esse hinc inde rationabilem odij causam, & sic diuertendi à Sponsalibus; quandoquidem verisimiliter credebant, vix per prædicta fieri posse quin contracto Matrimonio scandala, & mala multa inter eas euenirent; Prout similem accusationem esse legitimam diuortij causam beoè comprobat, *Menoch. cons.* 299. † Causa autem sufficiens ad diuortium; multò magis haberi debet pro rationabili causa recedendi à Sponsalibus; *dicto capitulo quemadmodum*, *de iur. iur. Sanchez. de Matrim. libr. primo disputat.* 58. *numero primo*, *& secundo.*

12

13 Et in omnem casum; visum fuit Dominis, † Petronillam esse absoluendam, ex quo vltrà supradicta; cùm ob non paritionem (vt dictum est) fuerit publicè excommunicata, pertinaciter, & corde indurato, sustinuit Censuras per sexdecim menses circiter; quo casu, præsertim si Sponsalia, vt in præsenti, non sunt iurata; ferè omnes tenent, absolutioni locum esse, *gloss. in capitulo secundo de Adult. Ioan. Andr. in capitulo ex literis, il secondo, numero duodecimo, in fine de Sponsal. Gabr. dicto cons.* 186. *numero secundo, disput. vigesimanona, numero octauo, Seraph. decisione* 1112. *numero secundo, Rota in Abulen. Matrimonij*, 28. *Martij*, 1593. *coram Cardinali Blanchetto & in Mediolanen. Matrimonij prima Iulij*, 1619. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo*, vbi etiam ratio assignatur.

Et ita vtraque, &c.

Aquilana Cappellaniæ.

Lun. 25. *Februar.* 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Possessio dum est vtrinque turbida, res est interim sequestranda, nec intrat*, lex vnica, C. de prohib. seq. poss.

2 *Possessio adepta Ecclesiæ suffragatur etiam respectu bonorum illius; quando per alios non possidentur.*

3 *Possessio Instrumentalis manutenibilis est, alio non possidente.*

4 *Sequestrum reuocandum est, constito de bono Iure.*

DECISIO CCXLIII.

Pendente lite super hoc Beneficio; cùm vtraque pars contenderet se possidere & ideò manuteneri, † eorùmque possessio esset vtrinque obscura; multùmque penderet ex discussione boni Iuris: Domini ex officio interloquuti fuerunt, vt apposito sequestro, videretur de bono iure; & quidem meritò, cùm in hoc, & aliis similibus casibus, nedum non intret regula textus *in leg. vnica, C. de prohib. sequestrand. possess.* quinimò Iudex arbitrari debet interim rem poni sub sequestro, *Panorm. in cap. dilectus, num.* 16. *vers. sed quandoque insurgit, de sequestr. poss. & fruct. Ias. in l. si fideiussor.* §. *final. num.* 27. *vers. quarto, quando intra partium sunt obscura, ff. qui satisd. cog. Marescott. var. resol. cap.* 77. *num.* 58. *lib.* 2. vbi quòd ita passim Rota obseruat.

1

Viso autem de bono iure, & super eo emanatis duabus Decisionibus conformibus, ad fauorem Iuliani: Dubitaui hodie, An sit ei dandum mandatum de manutenendo, & sic reuocandum sequestrum: Et fuit in vtroque capite affirmatiuè resolutum. Quoad primum enim, cùm constet ex Instrumento dato *in Summario numero vltimo*, quòd Iulianus adeptus fuit Ecclesiæ possessionem, † quæ operatur etiam respectu bonorum, quando alij non possident, *Auchar. in Regula beneficium ante numerum* 12. *vers. & ideò ego dico, de reg. iur. in* 6. *Conar. lib.* 3. *& Rota decis.* 14. *numero* 6. *apud Reuerendissimum Dominum meum Decanum*, est propterea manutenendus, † Quia possessio Instrumentalis, alio non possidente, manutenibilis est, *leg. prædia*, vbi *Bart. ff. de acquir. possess.* 2 3

Quò verò ad secundum caput, cùm per dictas duas Decisiones † constet iam de eiusdem bono iure, ac ideò cessauerit causa, ob quam Rota arbitrata fuit, sequestrum esse apponendum; decretóque Rotali fuerit iam satisfactum; vtique intrat æquitas, idémque Iudicis officium, vt illud contrario Imperio reuocetur, *ad leg. quod sufficit vetuitve Prætor, ff. de re iudic.* & ibi *Ias. numero* 12. *vers.* 2. *principaliter nota, &c.* 4

Et ita Iuliano tantùm, &c.

Neocastren. Parochialis.

Ven. 11. *Martij*, 1630.

ARGVMENTVM.

Multa habes notanda in materia Iustificationis Gratiæ, *Si neutri*, quæ patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio Beneficij, per obitum alicuius, probatur ex confessione aduersarij, venientis ex eadem vacatione.*

2 *Presbyteratus probatur ex literis patentibus Ordinarij.*

3 *Valor narratus, per non excessum, probatur ex Testibus, de publica voce, & fama.*

4 *Lis probatur ex reuolutione actorum.*

5 *Negatiua non iuris alicuius probatur ex propria illius confessione.*

6 *Secularis, ius non habet in Beneficio regulari, per eum impetrato; non narrata qualitate regularitatis.*

7 *Status regularitatis imprimitur in Beneficio, ex sola possessione quadragenaria, etiam quod constaret de statu anteriori contrario.*

8 *Resignatio non releuat, si non appareat effectuata, nec publicata iuxta Regulam, de publicandis.*

9 *Beneficium non vacat per obitum illius, qui antequam obiret, iam illud dimiserat, sed vacat tantùm per mortem, aut per Resignationem illius, qui idem Beneficium habuit ob dictam dimissionem: & ideò prouisio facta per obitum supradicti, qui Beneficium dimiserat, non tenet.*

10 *Beneficium sæculare conferri potest à Regulari.*
11 *Sententia sine actis non attenditur, non constito de antiquitate, & obseruantia illius.*
12 *Gratia*, si neutri, *desumpta ex corpore Gratiæ principalis, & ex illius clausulis, suffragari non potest, nisi iustificata Gratia principali.*
13 *Gratia*, si neutri, *non valet si de tempore Datæ illius non aderat lis narrata.*
14 *Gratia*, si neutri, *non requirit expeditionem litterarum, ad effectum audientiæ, & disputationis; secus quando agitur ad illius canonizationem per sententiam.*

DECISIO CCXLIV.

DOMINI persistendo in decisis *die 16. Ianuarij præsentis coram me*: dixerunt: Gratiam, *si neutri*, Marci, esse iustifica-
1 tam, Quia, † quòd Parochialis vacauerit per obitum Cæsaris de Nicotera probatur ex confessione Lelij, alterius partis, qui venit ex
2 eadem vacatione, † Presbyteratus: ex litteris patenti-
3 bus Ordinarij: † Valor per non excessum, ex Testi-
4 bus de publica voce, & fama: † Lis ex reuolutione actorum: Non ius Marci, ex propria eius Confessio-
5 ne: Et Tandem † non ius dicti Lelij, ex quò ipse, qui
6 est Sæcularis † impetrauit hoc Beneficium, quod est Regulare, non narrata qualitate regularitatis, vt latè fuit deductum in dicta Decisione.

Quòd verò Beneficium esset Regulare, desumebatur ex tribus Prouisionibus factis, vti de Regulari: Prima nempè de anno 1531. In personam Aloysij Barbari: Secunda, in personam Iacobi Barbari; de anno 1560. ad Resignationem supradicti Aloysij: & Tertia in personam Virgilij Furlani, de anno 1597. ob dimissionem habitus regularis dicti Iacobi: qui Furlanus continuaue possidere vsque ad annum 1607. quæ prouisiones, cùm fuerint effectum sortitæ, & excedant sexaginta annos, sine dubio probant statum Regularem huius Be-
7 neficij; † cum de iure sola possessio quadragenaria sufficiat ad imprimendum nouum statum Regularitatis; etiam quòd constaret de anteriori statu contrario, *Lap. in capitulo cum de beneficio*, vbi *Gemin. numero* 8. *Franch. numero* 5. *de præbend. in* 6. *Felyn. in capitulo in nostra, numero* 43. *in* 4. *notab. de Rescript. Rota decisione* 2. *de præbend. in nou. Put. decisione* 238. *lib. primo numero* 2. & 3. *iuxta antiq. impress.* Et fuit dictum *in Perusina Sancti Benignatis* 13. *Martij* 1588. & 19. *Martij* 1589. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio.*

Neque obstat, si dicatur prædictum vltimum statum non fuisse continuum, sed interruptum, per prouisionem Sedis Apostolicæ, de anno 1541. in personam Ioannis Thomæ Barbari Clerici Secularis; dum beneficium, vt prætenditur vacauit per Resignationem di-
8 cti Aloysij; de qua *in Summario Lelij, num.* 4. Quia † huiusmodi Resignatio, nedum non apparet effectuata, nec publicata, iuxta Regulam de publicandis, quæ iam emanauerat, & erat in vsu; quinimò constat elatè de non effectuatione, ex quo Aloysius resignans continuauit in sua possessione, vsque ad annum 1560 toto quo tempore soluit Canones Religioni Hierosolymitanæ; *Summario Marci, numero* 2. 3. & 4. Et posteà resignauit purè, & simpliciter in manibus dictæ Religionis; & vacante Beneficio ex hac Resignatione, fuit de eo prouisus Iacobus Barbarus per Bauiliuum Sanctæ Euphemiæ: qui Iacobus habitum Regularem suscepit, & vti prouisus, Canones Religioni soluit, *Summario Marci, num.* 2. & 6. Et de anno 1571. visitatus à ministris Religionis, exhibuit titulum obtentum à dicto Bauiliuo, eodem *Summario numero sexto.*

Non obstat etiam quòd de anno 1599. fuerit de eodem Beneficio prouisus, à Sede Apostolica, Petrus Rocca Clericus Secularis, per obitum dicti Iacobi Barbari, Quia nec etiam dicta prouisio habuit effectum; Imò constat de contrario, dum antea, de anno 1597. ob dimissionem habitus regularis dicti Iacobi, fuerat de illo prouisus Virgilius Furlanus supradictus. Vnde cùm de dicto anno 1597. Beneficium iam esset dimissum à Iacobo, & Virgilio collatum, non potuit posteà, succedente obitu dicti Iacobi, de anno 1599. prouideri, per eius obitum, dictus Petrus Rocca: cùm enim † Beneficium iam esset plenum alterique colla- 9
tum, ideò non potuit vacare, nisi per mortem, aut Resignationem Virgilij, qui illud obtinebat: Et tantùm abest, quod Petrus hoc Beneficium obtinuerit, illudque possederit, quod imò, è conuerso constat quòd Virgilius obtinuit sententiam ab A. C. contra omnes interesse prætendentes; in eodem Beneficio per obitum, dicti Iacobi, qua declaratum fuit, ipsum esse immittendum in possessionem, cæteris omnibus exclusis; prout realiter immissus fuit, *vt in Summario Marci, num.* 9.

Minùs obstat quòd dictus Virgilius, & M. Aurelius Faber, qui Virgilio successit, prouisi à Bauiliuo dictæ Religionis, non appareat quòd essent Regulares, cùm tamen possint simul stare, † quòd prouisio 10
fiat à Regulari, & nihilominus Beneficium sit sæculare, Quia tollitur ex facto, dum prouisio Virgilij claris verbis sic cantat: *Religioso Fratri nostro Virgilio Furlano*: Et in dicta sententia, ad eius fauorem lata, nuncupatur Frater Virgilius Furlanus, Ordinis Hierosolymitani, prout pariter prouisio ad fauorem M. Aurelij: *Dilecto Nobis Fratri nostro M. Aurelio, &c.*

Non obstat etiam, quòd Nuncius Sedis Apostolicæ, in Regno Neapolitano, de anno 1580. pronunciauerit, Collationem huius Beneficij spectare ad Ordinarium, Quia † est sententia sine actis, quæ ideò 11
non attenditur; dum non constat de antiquitate, & obseruantia requisitis, iuxta *Decisionem Cardinalis Seraph.* 381. *numero* 5. Et cessat difficultas, quia imò constat de obseruantia contraria, & quòd non habet antiquitatem requisitam; cum fuerit lata de dicto anno 1580.

Non obstat pariter Gratia, *Si neutri*, obtenta à Lelio, quæ est anterior quàm Gratia Marci, Quia † vl- 12
trà quòd fuit desumpta ex corpore Gratiæ principalis eiusdem Lelij, & illius clausulis; quæ propterea illi suffragari non potest, nisi iustificata Gratia principali, *Seraph. decis.* 1470. *numero* 3. Quæ iustificari non potest cùm non narrauerit beneficium esse regulare; adhuc cùm † de tempore eius Datæ nulla es- 13
set lis, inter Marcum, & Lelium, dicta Gratia non subsistit, *Garz. de benef. par.* 6. *capitulo* 2. *numero* 212. cum aliis plene per *Rotam in Vrbinaten. Beneficij*, 23. *Martij* 1616. *coram Reuerend. D. meo Decano.*

Tandem non obstat, quòd Marcus non expediuerit Litteras dictæ eius Gratiæ, *Si neutri*, Quia † ex- 14
peditio litterarum non est necessaria, ad effectum audientiæ, & disputationis; sed sufficit Literas expeditas esse, quando petitur Gratiam canonizari per sententiam, *Mandos. ad reg. de non iudican. quæst.* 18. *per tot. Rota decis.* 179. *num.* 3. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers.*

Et ita vtraque, &c.

Romana de Marescottis.

Ven. 15. Martij, 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex summario.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio intrat, constito de creditis hinc inde liquidis: extende, vt num. 3.*

2 *Reseruatio liberæ dispositionis societatis officij ad fauorem alterius, facta ab eo, cuius nomine inita est dicta societas, non importat translationem dominij, sed solùm administrationem.*

4 *Cessio iurium reportari debet in actu solutionis, contra debitorem cessum.*

5 *Inuentarium non eximit hæredem ab obligatione restituendi, quod suum non est; sed solùm operatur, vt non teneatur vltra vires hæreditarias.*

DECISIO CCXLV.



FVIT iam diu resolutum: Iuliæ Testamentum substineri in vim fideicommissi, vigente clausula Codicillaris, ad fauorem Pirrhi in eo hæredis instituti, eidemque vti fideicommissario, dandam esse Immissionem in omnibus bonis, cantantibus sub nomine dictæ Iuliæ, præterquam in comprehensis in quadam declaratione, per ipsam facta; data tamen Dominis de Marescottis retentione, pro creditis liquidis, & legitima ipsis debita, in hæreditate eiusdem Iuliæ eorum Auiæ, vt latiùs *in Decisione 14. Iuly, 1619. coram bon. mem. Remboldo* in qua Trebellianicam non deberi etiam firmatum fuit, & idem in alia *Decisione coram me facta*, 10. *May præteriti*, & in aliis.

Deinde consequenter fuit disputatio suscepta, An, & quæ credita essent liquida, pro quibus retentio, vt supra eis reseruata: *Et die 24. May, 1624. coram eodem bon. mem. Remboldo*, fuit resolutum De creditis liquidis non constare, præter vltimum scutorum 1200. per Marescottos solutum Dominis de Faleoneriis, pro extinguenda quadam societate officij, contracta per D. Iuliam: de quo credito Domini tunc ordinarunt particulariter disceti: Et nihilominus habita sæpius super eisdem disputatione, & præsertim, *in dicta Decisione, coram me facta*. fuerunt iterum omnia prætensa credita euacuata, & habita pro illiquidis; excepto dicto vltimo credito super quo Domini dumtaxat nouam audientiam Dominis de Marescottis concesserunt: Et desuper proposita causa *die 18. Iuny præteriti*, fuit decisum: illud esse liquidum, ad eorum fauorem; Sed quia Balleoni prætendebant dictum creditum, quamuis in se liquidum, esse compensandum, cum aliis partitis pecuniarum, per Iuliam pro Marescottis solutarum; & ideò non posse immissionem retardare, reiecerunt Domini ad aliam disputationem: An dictum creditum impediat Immissionem: Super quo Dubio proposita causa, *die 16. Nouembris, 1619.* fuit tunc dilata: Hodiè autem iterum proposita, fuit negatiuè resolutum: Et moti fuerunt Domini, Quia licèt ennster dictum creditum esse liquidum, ad fauorem Dominorum de Marescottis in scutis 2355. per eos solutis, Dominis de Falconeriis, fortè & fructibus computatis, † constat etiam de satisfactione, incontinenti probata, eum duobus creditis DD. de Balleonibus liquidis in multò maiori quantitate; Vnde intrat compensatio, *l. si constat, C. de compensat. Bald. cons. 55. lib. 2. Iaf. in §. in bonæ fidei numero 62. Instit. de act. Surd. cons. 7. numero 23. & decis. 333. numero 15.* 1

Primum creditum DD. de Balleonibus est scutorum 1150. pro sorte principali, & fructibus Societatis initæ per D. Iuliam proprio nomine cum Dominis de Corbariis, quæ post illius mortem Domini de Marescottis eius hæredes ab intestato exegerunt à dictis Corbariis: quandoquidem benè probatur quòd ad fauorem dictæ *die 13. May, 1605.* inita fuit societas in sorte scutorum 1200 quæ deinde fuit renouata sub *die 11. Iuny, 1606. vt in Summario DD. de Balleonibus, numero primo*, Et deinde quod statim mortua D. Iulia, videlicet 29. *Septembris, anni* 1608. Domini de Marescottis tanquam eius hæredes, adepti fuerunt possessionem omnium societatum, & censuum hæreditariorum, & vti tales exegerunt ab eisdem de Corbariis scuta 1150. vt in partitis Sacri Montis Pietatis, *dicto Summario, numero secundo*, quæ cantant, quòd illa, Marescotti exegerunt pro sorte, & fructibus dictæ societatis: & quamuis Balleoni prætendant Marescottos exegisse totam dictam sortem scutorum 1200. cum omnibus fructibus decursis, à die mortis Iuliæ, vsque ad extinctionem dictæ societatis, quæ extincta fuit de anno 1613. quæ sors & fructus insimul constituunt scuta 1900. & ex partitis Sact. Montis non probetur Marescottos exegisse totam dictam prætensam summam; tamen negari non potest quin benè probetur exactio liquida ex dictis partitis, in dicta summa scut. 1150.

Neque obstat quòd dicta Societas fuerit renouata, 11. *Iuny*, 1606. & in actu renouationis reseruata libera dispositio M. Antonio filio dictæ Iuliæ, patrique Dominorum de Marescottis, Quia cùm ab initio societas fuerit inita cum D. Iulia, & post mortem Alphonsi eius viri (quinimò post annum luctus, cum Alphonsus obierit de Mense Martij anni 1604. & societas fuerit creata de Mense Maij anni 1605.) fuerit etiam facta renouatio, nomine eiusdem: † vtique reseruatio liberæ dispositionis, ad fauorem M. Antonij, non importat dominij translationem, sed solùm administrationem, vt dixit *Rota in hac eadem causa, in prædictis Decisionibus, 7. May, 1629. coram me, & in alia 24. May, 1624. coram bon. mem. Remboldo*, supra allegatis. 2

Minùs obstat quòd Dominis de Marescottis fuerit aliàs concessum mandatum de immittendo in possessionem huius societatis, Quia Immissio tunc fuit data, ex eo quòd non erat liquidum, dictam societatem spectare ad Balleonos, quæ ideò non debuit immissionem retardare, ex iuribus vulgaris. Cùm autem hodie † creditum dictæ societatis, ex quò cantat sub nomine Iuliæ, sit liquidum, ad fauorem DD. de Balleonibus, ex Decisionibus Rotalibus, & partitis Sacri Montis supradictis, compensatio est admittenda, etiam ad effectum supradictum, vt in multò fortioribus terminis, *Bald. cons. 91. numero 2. lib. 1. Fulgos. cons. 141. in fine, vers. sext. & vltim. & Felin. in cap. subhorta, num. 1. de re iudic.* 3

Alterum, & secundùm creditum liquidum Dominorum de Balleonibus est scutorum 5300. quæ Iulia de propriis pecuniis soluit ad computum dotis Hortensiæ eius neptis, ex Marco Antonio Filio: Cùm enim dictus Marcus Antonius prædictam Hortensiam eius filiam nuptui tradidisset

tradidisset Paulo Capizucco, cum promissione dotis scutor. sexdecim millium, & contra eum fuisset relaxatum mandatum pro scut. octo millibus: D. Iulia, ad illum liberandum, soluit Mario Capizucco, patri dicti Pauli, supradicta scuta octomillia; ex quibus declarauit, scuta 5,00. soluisse de propriis pecuniis, &
4 pro illis † in actu solutionis reportauit etiam Iurium cessionem iuxtà *l. Modestinus, ff. de solut.* Vnde meritò Balleoni hoc creditum compensare possunt cum dicto vltimo credito DD. de Marescottis, ad effectum vt non sit retardanda Immissio.

Neque obstant tria quæ contra hoc vltimum creditum Domini de Marescottis opponebant: videlicet illud fuisse iam compensatum cum aliis creditis eorum, vt in *dicta decisione 24. Maij, 1624. coram bon. me. Remboldo vers. denique non releuat, & in dicta decisione 7. Maij, 1629. coram me, vers. sed hoc creditum.* Secundò quòd dictum vltimum eorum creditum habet obligationem Cameralem, quod ideò non debet compensari cum dicto credito scutor. 5300. Dominorum de Balleonibus, quod vt prætenditur est sine Camerali obligatione. Tertiò & vltimò, quòd Domini de Marescottis sunt hæredes M. Antonij cum beneficio leg. & Inuentarij.

Quia ad primum respondetur in prædictis decisionibus, non fuisse canonizatam compensationem huius crediti DD. de Balleonibus, cum aliis prætensis creditis DD. de Marescottis, de quibus in dictis Decisionibus. Quia nec eorum credita fuerunt habita pro liquidis, sed solùm ibi dictum fuit dicta credita non esse liquida, stante quòd D. Iulia, pro Dominis de Marescottis soluerat multò maiorem quantitatem, videlicet scuta millia pro dicta dote, & quòd inter D. Iuliam, & M. Antonium aderant data, & recepta, & hinc inde computa, quibus non solidatis non poterat constare de creditis liquidis; & in omnem casum dictum creditum Dominorum de Balleonibus scutorum 5300. sufficeret, pro compensando credito, de quo in dictis Decisionibus, & pro complemento satisfactionis dicti vltimi crediti, de quo agitur, & multò plus; vt combinatis hinc inde summis ad oculum patet: Ad secundum fuit responsum, etiam debitum M. Antonij, ex causa dictæ dotis, fuisse cum obligatione Camerali, cuius D. Iulia, vt dictum est, cessionem reportauit, ac ideò bene posse vnum cum alio compensari.

5 Vltimum de inuentario pariter cessat, † Quia Inuentarium non eximit hæredem ab obligatione, nec facit quominus ille teneatur quod suum non est, restituere, sed solùm ne teneatur vltrà vires hæreditaria; iuxtà notissima iuris principia.

Quæ dicebantur de præsumptione, *leg. Quintus, Mutius*, & alia huiusmodi fuerunt sublata in aliis Decisionibus.

Et ita vtraque, &c.

Leodien. Cappellæ.

Lun. 18. Martij, 1630.

A R G V M E N T V M.

Consuetudo quomodo probanda. Canonicè institutus quis dicatur: Et nonnulla alia notanda, de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Testes ad probandam consuetudinem debent deponere cum requisitis, de quibus per* DD. in l. 2. C. de seruit. & aq. *aliàs non releuant.*

2 *Consuetudo prætensa in vna Ecclesia probari debet quòd vigeat particulariter in ea, vel generaliter in omnibus Ecclesiis illius Diœcesis, aliàs probatio non concludit.*

3 *Mulier est incapax Iuris conferendi, absque priuilegio Apostolico.*

4 Conferre, *verbum importat etiam præsentationem; maximè quando est prolatum ab Illiterato.*

5 *Institutus canonicè dicitur is, qui post præsentationem fuit à Capitulo in Canonicum receptus.*

6 *Cappella Sacerdotalis non probatur, ex quo Testes dicunt Rectores Prædecessores fuisse Sacerdotes; cùm hoc potuerit euenire ex eorum mera voluntate.*

DECISIO CCXLVI.

RESOLVTVM fuit, Standum esse in decisis, *die 24. Nouembris, 1628. coram me:* Et sic Henrico esse adiudicandam Cappellam, seu Beneficium, de quo agitur, vti prouisio ab Hermanno Canonico Collegiatæ Ecclesiæ de Corthesem, ad quem, vigore Turni, prouisio spectabat, ex deductis in dicta decisione.

Neque obstat si dicatur, quòd prouisio fuit nulla, ex quo Hermannus, qui prouidit, non erat in sacris, prout dicebatur requiri, ex consuetudine dictæ Ecclesiæ, adhoc vt Canonici gaudeant Turno, Quia prædicta consuetudo non probatur ex attestatione Capituli, præsertim, quia est informis, & simplex fides: † nec etiam ex Testibus, quia non deponunt cum requisitis necessariis ad probandam consuetudinem, de quibus *DD. in l. 2. C. de seruit. & aq.* † Et nedum dicunt quòd talis consuetudo vigeat particulariter in ista Ecclesia de Corthesem, sed nec deponunt quod sit generalis ad omnes Ecclesias, sitas in Diœcesi Leodien. quòd saltem requirebatur, adhoc vt probatio concluderet, *Caputaq. decis. 229. par. 1. Seraph. decis. 624. num. 4. Garz. de benef. par. 5. cap. 4. numer. 93. cum seqq.* 1 2

Non obstat quòd dictus Hermannus, vti talis Canonicus non prouideret, Quia vt dicebatur, non habebat legitimum titulum, dum de Canonicatu fuit prouisus à muliere, videlicet à Domina loci de Corthesem, à qua etiam collationem habuit, † quæ tamen erat incapax iuris conferendi absque priuilegio Apostolico, *cap si quis deinceps, & capitulo per Laicos, 16. quæst. 7. Seraph. decis. 1381.* Quia licèt illa vsa fuerit verbo, *Conferimus*, † tamen dictum verbum importat etiam præsentationem; maximè quando est prolatum ab Illiterato, *Lambert. de iurepatr. par. 1. lib. 2. art. 7. num. 3. & 4.* Et cùm † post dictam præsentationem fuerit à Capitulo in Canonicum receptus, ex hac receptione dicitur canonicè institutus, *Caputaq. decis. 81. num. 5. par. 1. Gonzal. ad reg 8. gloss. 5. num. 54. & gloss. 14. num. 45. Garz. de benef. par. 5. cap. 4. num. 47.* 3 4 5

Non obstat tandem quòd dictam Cappellam, vti Sacerdotalem non posset obtinere Henricus, qui non solùm non erat Sacerdos, sed nec habebat tunc legitimam ætatem, vt ad Sacerdotium promoueri posset, Quia vltrà responsionem datam in dicta *Decisione in fine*; fuit etiam responsum, quòd dicta Cappella non probatur Sacerdotalis; cùm Testes † solùm dicant, Rectores Prædecessores fuisse Sacerdotes; quòd cùm euenire potuerit ex mera eorum voluntate, non concludit prædictam Sacerdotij qualitatem: Opponebantur etiam alia quædam, quæ Dominis vti leuia, & irreleuantia visa fuerunt non indigere responsione. 6

Et ita vtraque, &c.

Ciuitatis Castelli Pecuniaria.

Lun. 18. Martij, 1630.

ARGVMENTVM.

Cessio iurium quando reportari possit nec ne: & supposito quòd illa reportari potuerit, quando Cessionarius ex ea agere valeat. Obligatio Cameralis, an & quando prosit omnibus interesse habentibus: Et aliqua de nullitate obligationis ob causæ falsitatem.

SVMMARIVM.

1 *Cessio iurium reportari debet incontinenti, in actu solutionis, contra omnes obligatos.*

2 *Cessio iurium reportari non potest à soluente debitum proprium.*

3 *Obligatio Cameralis continet in se notarij stipulationem, pro omnibus quorum interest.*

Fallit quando fuit expresè restricta ad ipsos dumtaxat contrahentes, num. 5. & 7.

4 *Mandatum de me obligando, etiam à Procuratore acceptatum, non autem executum nullam actionem producit, ad fauorem illius, cui Procurator me obligare potuit.*

6 *Contractus accipiunt legem ex conuentione.*

8 *Falsa causa remouet consensum, & ideò contractum vitiat.*

9 *Contractus principalis vbi non tenet, ex errore causæ, nec etiam obligatio accessoria.*

10 *Cessio quando importet simplex mandatum.*

11 *Omnis administrator tenetur reddere rationem.*

12 *Rationes reddere obligatus, illis non redditis, agere non potest.*

DECISIO CCXLVII.

BON. mem. Corradus Tartarinus Episcopus
Forolíuiensis vti Procurator Ioannis Matthæi
sui Patris, imposuit super illius bonis
annuum Censum scutorum 80. quem, pretio
scutorum mille, vendidit Petro Venantio, & pro
eo, inter alios, fideiusserunt Ioannes Tartarinus illius
frater, & Ioannes Antonius Fuuiolus: & incontinenti
idem Corradus Episcopus declarauit dictum Censum
fuisse eius contemplatione impositum, eiúsque patrem
in eo nudum, dumtaxat nomen habere, & omnes
in dicto Censu obligatos, indemnes conseruare
promisit.

Census prædictus fuit cessus à Petro Venantio
Creditore, dicto Fuuiolo fideiussori, cui iam defuncto
Corrado Episcopo, Abbas Ioannes Franciscus
Tartarinus, prædictorum Episcopi & Ioannis frater,
soluit scuta 211. pro fructibus decursis; & reportata
1 † ab eo incontinenti iurium cessione, contra omnes
obligatos, iuxta dispositionem Textus in *leg. modestinus*,
& ibi *Bart. ff. de solut.* cùm intenderet in vim dictæ
cessionis, dictam summam solutam repetere à
Ioanne eius fratre, in censu obligato, & desuper inter
eos esset lis orta: Dubitaui hodie, An D. Abbas Ioannes
Franciscus potuerit reportare dictam iurium cessionem;
ita vt ex ea agere possit contra Ioannem eius
fratrem pro dicta summa ab eo soluta, dicto Fuuiolo.

Pro parte Ioannis rei conuenti dicebatur, D. Abbatem
non potuisse reportare dictam Cessionem, &
quatenus sic non posse ex ea agere: Quoad primum,
quòd Cessionem reportare non potuerit prætende- 2
batur, ex quò soluit debitum proprium; † quo casu,
cessio reportari non potest, *Castr. in dicta, l. Modestinus,
numero quinto, ff. de solut. Vincent. de Franch. decisione
55. numero septimo, Cardinalis Caualerius decisione
568. numero secundo.* Quod autem soluerit debitum
proprium deducebatur. Primò ex quodam
mandato procuræ, ante solutionem, & cessionem
facto à dicto Abbate, in personam Ioannis Baptistæ
Fuuioli, pro obligando eo in omnibus debitis dicti
Episcopo eius fratris, & releuandum indemnes omnes
alios in dictis debitis obligatos: Secundò ex
quadam conuentione inita inter dictum Abbatem, &
quondam Cæsarem alium eius fratrem, cum Came- 3
rali obligatione, † quæ continet in se Notarij stipulationem
pro omnibus quorum interest, *Modern. de
oblig. Camer. quæstione quinta, numero sexto, Rota decisione
663 in princip. parte prima diuers. & decisione
97. numero primo, apud eosdem Modern. de oblig. Camer.*
In qua conuentione præmissa narratiua quòd ipsi, pro
debitis dicti Episcopi, erant obligati, conuenerunt,
vt tenerentur concurrere ad illorum extinctionem;
& adhunc effectum D Abbas assignauit fructus suorum
beneficiorum: Cæsar vero quandam suam Pensionem
Ecclesiasticam: Tertiò & vltimò ex alio mandato
procuræ irreuocabili, facto per eundem D. Abbatem,
in vim dictæ conuentionis in personam dicti
Ioannis Baptistæ Fuuioli, ad exigendum fructus suorum
beneficiorum, & extinguendum ex illis prædicta
debita Episcopi.

Verum pro parte D. Abbatis replicabatur supradictum
mandatum procuræ ad se obligandum, nunquam
fuisse per Procuratorem executioni traditum: 4
† Ex mandato autem de me obligando, etiam à Procuratore
acceptato, non autem exequuto, nulla actio
acquiritur ei, cui Procurator me obligare potuit, *leg.
fundi debitor, in princip. ff. de acquiren. possess.* Et in puncto
*Anchar. cons. 28. num. secundo, vers. sed his non obstantibus,
& Alex. cons. 32. in princ. lib. sexto.* Nec pariter
conuentionem prædictam, de concurrendo ad extinctionem
debitorum Episcopi, nec obligationem
Cameralem ibidem appositam, nec demum mandatum
irreuocabile inde sequutum, obstare dicebatur. 5
Tum quia † fuit etiam expresse cautum in dicta conuentione
vt ex ea nullum ius, nullaque actio quoquo
modo acquiratur Creditoribus Episcopi, sed ipsis 6
dumtaxat contrahentibus; Contractus † autem ex
conuentione legem accipiunt *ad l. 1. §. si conuenit, cum 7
vulg. ff. deposit.* Igitur † nec obligatio Cameralis, nec
mandatum irreuocabile, inde sequutum, afficiunt
quoad alios; respectu quorum contrahentes, afficere
noluerunt, *Bart. in leg. si quis accessionis, ff. de fideiuss.
Gabr. cons. 173. num. 2. lib. 2.* Et in his terminis *Gratian.
discept. forens. cap. 723. num. 5 & Rota in Romana fideiussionis,
9. Decembris, 1615. coram bon. mem. Vbaldo*: Et
in terminis fortioribus, in *Romana Deuolutionis Domus,
14. Junij, 1608. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo,
& in Spoletana Liberationis a fideiussione, 30.
Aprilis, 1626. coram me*: Tum etiam quia dicta concordia,
& consequenter obligatio Cameralis, & mandatum
irreuocabile loquuntur de debitis, in quibus
Cæsar, & Abbas Ioannes Franciscus erant obligati,
& tamen in censu, de quo agitur, nullus eorum obligatus
erat: Vnde dum Census iste explicitè in concordia
nominatur, vti debitum eorum, fuit ex falsa, & 8
erronea causa, † quæ remouet cōsēsū; & ideò cōtractū
vitiat,

vitiat, *Bar. conf.90. Dilecto filio, num.9. vers.præterea,*
9 *posito, Dec.cons.318. in causa, num.4.* † Et vbi contra-
ctus principalis non tenet, ex errore causæ, nec etiam
obligatio accessoria, *gloss. in l.si Patronus §. Patro-
num in verb. fauiane ff. si quid in frand. Patr. Bart.
in l. qui rem, ff. depos. Barbat. cons. 33. lib.2. Cuman.
consil. 29. in fine Tiraq. de iur. Const. parte 3. limit.7.
numero 16.* Et in simili *Cancer. var. resolut. capitulo
21. numero 233. cum seqq. lib. 3.* Et in nostris termi-
nis *Rota decis. 223. numero 14. vers. 4. difficultas est,
parte secunda diuers.* Et hæc sunt quæ vtrinque cir-
ca validitatem cessionis deducebantur; sed nihil
fuit resolutum, quia Domini non erant concor-
des.

Quò verò ad secundum, An præsupposito quòd
Dominus Abbas potuerit reportare cessionem, possit
10 ex ea contra Ioannem agere, † Domini fuerunt con-
formes pro nunc, non posse agere. Ratio resolutio-
nis fuit, quia Camera Apostolica, antequam Ioan-
nes Franciscus solueret, cessit eidem Fucciolo spo-
lium dicti Corradi Episcopi, adhoc vt Fuuiolus ex
bonis spolij solueret illius debita; cùm itaque dicta
cessio importet simplex mandatum, iuxta text. *l. si
mandauero, §. interdum, ff. mandat.* vbi *Doct. glos. in l. le-
gani in glos. magna ad fin. ff. de lib. leg. Bald. in capitulo
primo, de benef. frat. in vsib. feud.* illámque dictus Fuc-
ciolus acceptauerit; interim quòd rationem spolij
non reddit non potest constare an tempore cessionis
esset Creditor; & sic an potuerit cedere: Et non est
11 dubium quin rationem reddere debeat, cùm omnis †
Administrator eam reddere teneatur, *l.1. ff. de neg. gest.
etiam, de Relig. dom. Guttier. de tutel. & Curt. lib.3. capi-*
12 *tulo primo, nu.13. cum seq.* † Qui autem rationem red-
dere tenetur, illis non redditis, agere non potest, *leg.
fin. C. contrar. iudic. tutel. Escobar. de ratiocin. capitulo
21. numero 12. & 22. in fine, Pariador. Rer. quotid. lib. 2.
capitulo fin. parte prima §. 12. limit.4. num.35. Cancer.
var. resol. lib.3. cap.7. de pact. num.318. Giurb. decis.15.
num. 3. cum seq.*

Et ita vtráque &c.

Cremonen. Canonicatus.

Luna 25. Aprilis, 1630.

ARGVMENTVM.

Prouisio Canonicatum quando spectet ad solum Episcopum, non obstante consortio Capituli: Noua Prouisio Papæ an sit iustificanda. Et aliqua de reseruatione Beneficiorum Collectorum.

SVMMARIVM.

1 *Collectorum beneficia sunt reseruata per* Regulam quartam, hodie quintam, Cancellariæ.

Fallit quando quis fuit deputatus Collector ad certam summam, num.10. sed Declara, vt num.11.

2 *Canonicatuum prouisio spectat ad solum Cardinalem Episcopum, habentem Indultum, non obstante consortio cum Capitulo; cùm desuper adsit Motus proprius Sanctissimi; cuius tenor habetur ibidem.*

3 *Noua prouisio fit solùm ad euitandum præiudicium Bursæ Datariæ, & ideò non tollit effectum Gratiæ Ordinarij.*

4 *Gratia Ordinarij, vti facta Motu proprio, non eget iustificatione.*

5 *Noua prouisio iustificata satis dicitur, si ille, qui eam obtinuit probet de facto se fuisse prouisum ab Ordinario.*

6 Decisio Caputaq. 254. numero 3. parte 2. *declaratur.*

Narrans se Canonicè prouisum, non sufficit quòd probet se prouisum, nisi etiam doceat de Canonica prouisione; Et ratio redditur ibidem.

7 *Prouisio Ordinarij est nulla, si facta fuerit habenti alia beneficia, cum illa, sine dispensatione Apostolica obtineri non possint. iuxta* Concilium Tridentinum. *Contrarium, quòd dicta prouisio valeat, verum est, num.9. Quia* Concil. *non inducit nullitatem adeptionis, sed incompatibilitatem, respectu retentionis, super qua potest dispensatio posteà obtineri.*

8 *Noua prouisio Papæ iustificanda est; stante nullitate Prouisionis Ordinarij.*

DECISIO CCXLVIII.



PERSTITERVNT Domini in decisis
sub die 14. Ianuarij præteritis coram me,
& sic Canonicatum, de quo agitur, esse
adiudicandū Petro Figino, prouiso ab Il-
lustrissimo Cardinali Episcopo Cremo-
nen. Quia † cùm ille vacauerit per obitum Collecto- 1
ris Decimarum Papalium, est reseruatus, per *Regulam
quartam*, hodie *quintam Cācellariæ*; Vnde de eo, vi-
gore sui Indulti benè potuit † prouidere Illustrissi- 2
mus Cardinalis solus; non obstante Consortio præ-
tenso à Capitulo Ecclesiæ Cremonen; attento motu
proprio Sanctissimi D. N. iuxta quem Cardinales ha-
bentes Indultum possunt soli, & absque Capitulis,
habentibus Consortium, conferre Beneficia Sedi A-
postolicæ reseruata; vt latiùs fuit deductum in dicta
decisione.

Non obstat quòd cùm Figinus obtinuerit nouam
prouisionem à Sede Apostolica illamque in actis ex-
hibuerit, teneatur ad illius iustificationem, Quia hoc
obiectum fuit etiam plenè sublatum in dicta *Decisio-
ne vers. neque obstat quod in Indulto,* vbi fuit firmatum
quòd cùm dicta noua prouisio, † fiat solum ad eui- 3
tandum præiudicium Bursæ Datariæ ex *Gabr. cons.190.
num. 11. lib.1. cum alijs ibi allegatis:* Quibus addi pos-
sunt *Crescent. decis.8. de præbend. & Gonzal. ad reg.8.
glos.11. num 18.* non tollit effectum Gratiæ Ordinarij,
† Quæ cùm sit facta motu proprio, non eget iustifi- 4
catione; sed ad iustificationem nouæ prouisionis,
† satis est, vt Figinus doceat, de facto, se fuisse ab 5
Ordinario prouisum, ex *Mandos. & Paleotto in deci-
sione allegatis.* Neque contrarium dicit *Decisio Capu-
taq.254. num. 3. part. 2.* ex aduerso hodie allegata, † Quia 6
ibi tantùm firmatur quòd narrans se Canonicè pro-
uisum, non sufficit se docere prouisum, nisi etiam
doceat de Canonica prouisione, & hoc ex eo, quia
dicta narratiua non solú continet factum præcedens
simplicis prouisionis, sed factum qualificatum, vnde
debet probari factum, quale narratur, & sic di-
cta Decisio non aduersatur, sed potiùs retorque-
tur.

Non obstat quòd prouisio Ordinarij fuerit nulla,
† ex quo Figinus habebat alia beneficia, quæ non po- 7
terat obtinere sine dispensatione Apostolica. ex *Sacr.
Concil. Trident. sess. 24. capite septimo de reformat.* &
consequenter, † stante dicta nullitate prouisionis 8
Ordinarij, Figinum teneri ad iustificationem nouæ

prouisionis, & perinde ac si noua prouisio fuisset sola, & non præcessisset prouisio Ordinarij, *capitulo si Apostolica*, cum ibi *not. de prebend. in* 6. Quia Conclusio fortè procederet data dicta prætensa nollitate prouisionis Ordinarij, sed hoc præsuppositum non est verum quia *Sac. Cōcilium* non inducit nullitatem adeptionis, sed incompatibilitatem; respectu retentionis, *Mohed. decis. 14. de prebend. Rota in Dertusien. Vicaria, 21. Iunij, 1621. coram bon. mem. Remboldo, & in Corduben. Cappellaniæ, 5. Decembris, præteriti, coram me:* Vnde cùm Figinus possit impetrare dispensationem super retentione dictorum beneficiorum, vel possit ea dimittere, hinc inferri non potest ad nullitatem prouisionis Ordinarij.

Non obstat quòd Hieronymus Manna, per cuius obitum vacauit Canonicatus, non esset Collector Generalis Cameræ, sed duntaxat certæ summæ, scutorum octomillium & ideò cellet reseruatio, quæ non intrat vbi quis est deputatus Collector ad certam sommam, vt fuit dictum in *Asten. Canonicatus, 27. Octobris, 1617. & 2. Iunij, 1621. coram bon. mem. Remboldo*, Quia placuit Dominis responsio tradita in *Decisione in fine*: nempè quòd Rota in *dicta Asten.* dixit, Canonicatum non esse reseruatum, potiùs ex eo, quia Balagous Subcollector ibi non erat vnicus, quàm ex eo quòd esset deputatus ad certam summam: & in omnem casum, in casu nostro, Hieronymus non poterat dici deputatus ad exactionem certæ summæ, quia deputatio est generalis ad omnes Decimas Ciuitatis, & Diœcesis Cremonen. & licèt Decimæ inter Clerum Cremonen. & Cameram Apostolicam, fuerint taxatæ ad summam scutorum octo millium, tamen dicta taxatio potiùs operatur declarationem quantitatis Decimarum, dictæ Diœcesis, quàm restrictionem generalitatis Collectoris, quia semper verum est dicere, quòd licèt Decimæ Diœcesis non exeedant scuta octo millia, nihilominùs illarum generalis Collector erat Hieronymus; in qua generalitate se fondat *dicta Regula quarta* hodie *quinta*, quæ beneficia dd. Collectorum dispositioni Sedis Apostolicæ reseruat.

Et ita vtraque, &c.

Florentina Iurispatronatus de Iansigliaccis.

Lun. 15. Aprilis, 1630.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Edictorum tempus currit de momento ad momentum, de stylo Diœcesis Florentinæ.*

2 *Rota instituere potest præsentatum à dimidia parte Patronorum, habentem prouisionem Apostolicam, cum derogatione medietatis Iurispatronatus.*

DECISIO CCXLIX.



DOMINI persistendo in vltimo loco decisis, dixerunt Stephanum esse instituendum, vti gratificatum per Ordinarium, tanquam præsentatum per Horatium, tam nomine proprio, quàm Procuratorio Vincentij, Nicolai, Lucæ Francisci, Petri, Philippi, & Alexandri, qui vnà cum dicto Horatio, sunt in quasi possessione medietatis dicti Iurispatronatus, vt constat ex præsentatione facta de anno 1607. effectum sortita in personam Caroli; per cuius obitum nunc hoc beneficium vacauit, vt ex præsentatione originaliter data: & sic cessat quòd exaduerso opponebatur contra dictam quasi possessionem præfatorum Patronorum.

Minùs obstat quòd mandatum Horatij non fuerit exhibitum intra qoadrimestre, Quia hoc obiectum fuit plenè sublatum in *dicta vltima Decisione, in vers. neque obstat & in vers. sed præterea.* Et ibi deducta hodie Dominis placuerunt.

Cætera autem, quæ deducebantur, circa Institutionem per Ordinarium factam; intra terminum Edicti, visa fuerunt non releuare, & tolluntur ex facto, Quia Edicta fuerunt affixa die 23. hora 14. cum termino trium dierum, & institutio data die 26. hora 22. de stylo autem † Diœcesis Florentinæ, vt ex actis con- 1
star, tempus Edictorum currit de momento ad momentum: Et in omnem casum cùm constet † Ste- 2
phanum, fuisse presentatum à dimidia parte Patronorum, & habeat prouisionem Apostolicam, cum derogatione medietatis Iurispatronatus, potest Rota eum instituere, *Clem. Auditor, de rescript.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Domus.

Ven. 19. Aprilis, 1630.

ARGVMENTVM.

Concessio in emphyteusim, facta per Ecclesiam, est nulla, deficientibus iusta causa: & solemnitatibus à iure requisitis. Et an, & quando beneplacitum Apostolicum, super dicta concessione obtentum, suffragetur, vel non. Et quando res dicatur solita in Emphyteusim concedi, ad hoc vt beneplacitum, seu solemnitates non requirantur.

SVMMARIVM.

1 *In concessionibus rerum Ecclesiasticarum, ad hoc vt valeant, quæ requirantur.*

2 *Necessitas, seu Vtilitas Ecclesiæ probari concludenter debet à Conductore.*

3 *Locationes licèt non probent verum valorem rei locatæ, tamen multùm iuuant ad hunc effectum.*

4 *Vtilitas Ecclesiæ, quæ debet esse euidens, sufficit, ad effectum vt concessio in Emphyteusim per eam facta non valeat, vt turbida reddatur ex quo constet rem potuisse pluris locari, & numero præcedenti.*

5 *Vtilitas Ecclesiæ considerari non potest ex eo, quòd Conductor promisit facere melioramenta in re conducta, dum fuit stipulatus pretium illarum, suis hæredibus restitui, & interim ipsum illis frui debere.*

6 *Concessio in Emphyteusim, facta ab Ecclesia vt dicatur illi vtilis, necesse est vt eius conditio, inde melior facta fuerit.*

7 *Vtilis Ecclesiæ præsumitur, si Executor, cui dicta Concessiones confirmatio commissa fuit, illam confirmauit, ita vt Ecclesia ad illius rescissionem agere non possit, nisi doceat de non vtilitate.*

8 *Fallit,*

8 *Fallit, quando apparet Commissarium processisse, non seruata forma suæ Commissionis.*
9 *Constitutio Paulina quid requirat.*
10 *Clausula,* vocatis vocandis, *importat vt sit iudicialiter procedendum.*
11 *Forma præscripta obseruantia probari debet ex actis iudicialibus.*
12 *Inobseruantia illius probatur, eo ipso quòd de ea in actis non apparet.*
13 *Beneplacitum Papæ operatur, vt aliæ solemnitates non requirantur.*
14 *Non suffragatur, quando Commissarius non processit seruata forma Commissionis.*
15 *Non supplet defectum causæ, quando in illo adest clausula,* Si in euidentem.
16 *Iustificari non debet, quando fuit impetratum ad cautelam dumtaxat, & quatenus eo opus esset, quo casu illud attendi non debet, nisi probetur eo fuisse opus.*
17 *Non requiritur in concessione rei, solita in Emphyteusim concedi: Et ad hoc vt dicatur solita in Emphyteusim concedi quæ requirantur, numero 18. & 19.*
Fallit dicta conclusio quando solitum alteratur, num. 22 & quando alterari dicatur, num. 23.
20 *Concessiones licèt duæ sint, reputantur pro vnica tantùm, quando ambæ factæ fuerunt iisdem personis.*
21 *Concessio facta per Ecclesiam dici non potest solemnis, ex obseruantia 30. annorum, dum de solemnitatibus positiuè non constat.*

DECISIO CCL.



FVIT resolutum: Non sustineri concessionem in Emphyteusim domus, de qua agitur facta per Capitulum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ad Rotundam de Vrbe, Iulio Pocobello ad ipsius, & personæ successiuè ab ipso nominandæ, vitam.

1 Ratio resolutionis fuit,† Quia in huiusmodi rerum
Ecclesiasticarum concessionibus requiruntur copulatiuè, causa iusta, necessitas scilicèt, seu euidens vtilitas
Ecclesiæ, & solemnitas legitima; quibus non concurrentibus, huiusmodi concessiones non subsistunt,
capitulo 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Clem. 1. eodem tit. Abb. in capitulo 2. num. 10. de his quæ vi met. caus. & in cap. 1. num. 17. de rest. in integr. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 51. cap. 7. num. 17. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 2. Afflict. decis. 107. Vincent. de Franch. decis. 33. Seraph. decis. 508. num. 1. & Rot. decis. 430. num. 4. par. 2. recent.

In concessione autem, de qua agitur neutrum supradictorum requisitorum concurrit; in primis enim, tantùm abest, vt probetur adfuisse iustam causam; nimirum necessitatem, seu vtilitatem Ecclesiæ,
2 quæ † à Iulio vti Conductore, concludenter probari
deberet, *Alex. cons. 169. nu. 5. & 6. lib. 6. Grat. disc. for. c. 624. n. 23. Seraph. decis. 413. n. 2. & Rot. decis. 463. n. 2. p. 1. diuers.* Quinimò apparet dictam concessionem fuisse Ecclesiæ præiudicialem, & notabiliter damnosam; ex quo Domus concessa fuit concessa fuit Iulio pro annuo canone scutorum 36. dumtaxat, cum tamen ex locatione eiusdem Domus percipiatur annuatim pensio scut. 150. vt constat ex partitis formiter extractis, ex libro ipsius Iulij, & datis *in Summario Capituli num. 4.*
3 † & ex Instrumento locationis in *eodem Summario,*
num. 5. Quæ, & si regulariter non probent concludenter verum valorem, multùm tamen vrgent, verisimilémque veri valoris præsumptionem inducunt, *Add. ad Greg. XV. decis. 201. num. 5.* Et saltem demonstrant
Domum tanti potuisse locari, Quia homines non solent esse fatui, ad conducendum res multò pluris quàm percipere possunt: Quòd Dominis visum fuit
sufficere, ad effectum de quo agitur; † cùm inde nega- 4
ri non possit, quin Ecclesiæ vtilitas, quæ vt dictum est, debet esse clara & euidens, reddatur turbida ex doctrina, *Abb. in cap. ad aures, nu. 4. de reb. Eccles. non alien. Cas. de Grass. 4. num. 7. eod. tit.* Et in puncto *Rota decis. 607. sub numer. 1. versic. item obiectum part. 2. diuersar.*

Neque dici potest concessio vtilis Ecclesiæ † ex eo 5
quòd Iulius promisit impendere scuta mille in meliorationem Domus, Quia cùm idem Iulius eadem scuta mille, post suum obitum, suis hæredibus restitui, fuerit stipulatus, & interim ipse melioramentis frui deberet, nulla inde, vt ad oculum patet resultat Ecclesiæ vtilitas, ad *l. qui sic soluit, ff. de solut. l. aliud est capere 75. ff. de verb. signif. & l. non videtur 52. ff. de reg. iur.*
cùm tamen, † ad effectum, vt Concessio vtilis Ecclesiæ 6
dici posset, necesse esset, vt eius conditio, inde facta foret melior, & ipsa facta locupletior, ad *l. si pupilli in princip. ff. de negot. gest. Archid. in c. sine exceptione propè fin. in gloss. sed non, n. 12. quæst. 2. Fede. de sen. cons. 249. sub num. 2. Fab. de Ann. cons. 38. num. 36. vol. 1. Rebuff. in comp. alien. num. 73. Rota decis. 65. num. 4. & 23. par. 2. diuersar.*

Non obstat quòd Concessio præsumatur vtilis Ec-
clesiæ, † ex quò Executor, cui dictæ Concessionis 7
confirmatio commissa fuit, illam approbauit, & confirmauit, ita vt Ecclesia ad illius rescissionem agere non possit, nisi doceat de non vtilitate, iuxta doctr. *gloss. in l. prædiorum, C. de præd. minor. Bald. in cap. 1. num. 7. de his qui feud. dar. poss. Luc. de Penna in l. 3. præsumpt. 178. vers. fortificatur, C. de apoc. lib. 10. Alex. cons. 79. num. 6. lib. 1. Decis. cons. 142. num. 1.* cum aliis apud *Seraph. decis. 1073. num. 1. & decis. 1125. num. 1.* Quia vltra quòd ex supra deductis, satis videtur constare, concessionem non fuisse vtilem Ecclesiæ, sed damnosam: Respondetur etiam supradictam præsum-
ptionem non intrare, quando, vt hîc, apparet † Com- 8
missarium processisse, non seruata forma suæ Commissionis; tunc enim, cùm agatur de solemnitate extrinseca, qui contrahit cum Ecclesia, tenetur probare Ecclesiæ vtilitatem, *gloss. in dicta l. prædiorum* quam ibi sequuntur, *Bart. Bald. & Salicet. Natt. cons. 631. numero septimo, Ias. in l. nam & postea §. si minor, num. 21. ff. de iur. iur. Menoch. præsumpt. 27. in fine lib. 6.* & alij allegati per *Seraph. in dicta decis. 1073.*

Quòd autem, in casu nostro, solemnitas præscripta seruata non fuerit, patet, Quia Papa voluit Commissarium ad Confirmationem dictæ concessio-
nis procedere, seruata forma Constitutionis Pauli- 9
næ, † requirentis receptionem Testium, & probationum, super veritate narratorum; & Ecclesiæ vtili-
tate, apposuitque clausulam, *vocatis vocandis*, † vi- 10
gore cuius procedendum erat iudicialiter, *Modern. de claus. parte prima claus. 196. num. quinto*: & in puncto
Rodoan. de reb. Eccles. non alien. in rubr. de caus. cogn. in
alien. facien. numero 64. Et sic, † de obseruantia formæ 11
præscriptæ, constare debuit per acta iudiciaria, *cap. quoniam contra de probat. Ægid. decis. 377. Put. decision. 140. parte secunda, in nou. Impress.* Et in similibus terminis *Rota in Placentina Decimarum, 18. Februarij*
præteriti coram me: Cùm † autem de prædicta obser- 12
uantia formæ, in actis non appareat, eo ipso probatur in obseruantia, *ad leg. Titia, Textores*, & ibi *Bart. numero secundo, ff. de legat. primo.* Et in puncto *Caualcan. decisione 29. aliàs 73. de contract. & Rota in dicta Placentina Decimarum coram me*, & consequenter non intrat indicta præsumptio.

Non obstat etiam quòd fuerit impetratum Bene-
13 placitum Papæ, † quod operatur, vt aliæ solemnita-
tes non requirantur, *Abb. cons.41. num.3. lib.1. Dec.*
14 *cons.* 341. Quia cùm † Beneplacitum esset in forma
commissaria, & iuxta supradicta, non constet Com-
missarium processisse, seruata forma Commissionis,
Beneplacitum, ad hunc effectum, non suffragatur, ex
deductis per *Ferret. cons.248.num.12.vol.2. Menoch.de*
*arbitr.centur. tertia cas.*101. *num.* 39. *à Pont. in tit. qui*
feud.dar.poss.sub num. 146. Et in omnem casum, cùm
non solùm deficiat causa vtilitatis Ecclesiæ, sed imò
15 probetur contrarium, vt supra deductum fuit, † Bene-
placitum quod habet clausulam, *quatenus in euiden-*
tem Ecclesiæ vtilitatem, ad validitatem concessionis,
non sufficit, Quia licèt illud suppleat solemnitates re-
quisitas, non tamen supplet defectum causæ, *Gemin.*
cons.48.num.9.Redoan.in d.tract.de reb.Eccles.q.22.nu.
25.Caual.decis.288.num.6.Seraph. decis.508. num.2.&
Rota decis.178.num.2 par.2.diuers.

Non obstat tandem si dicatur quòd Iulius non te-
neatur sequi dictum Beneplacitum, eiúsque non iusti-
16 ficatio ipsi non noceat, † cùm fuerit impetratum ad
cautelam dumtaxat, & quatenus eo opus esset, *Corn.*
cons.11.num.19.lib.3.Rota in Montis Regalis Iurisdictio-
*nis,16. Decembris,*1605. *coram Penia apud Marches. de*
17 *Commiss. par.1. fol.*1515. atque ita † cùm agatur de do-
mo solita concedi in Emphyteusim, concessionem il-
lius, etiam sine beneplacito Apostolico sustineri, *cap.*
2.& ibi *DD.de feud. Abb.in cap.vt supra de reb.Eccl.*
non alien.Clar.in §.emphyteusis,q.6.in princ.Couar.var.
lib.2.cap.17.nu.4.Cas.de Grass.decis.3.nu.14. & decis.4.
num.20. de reb. Eccles. non alien. Quia non est verum,
quòd probetur hanc Domum fuisse solitam concedi
18 in Emphyteusim: † nam ad hunc effectum requiri-
tur quòd præcesserit, aut vnica Concessio solemnis,
& à principio valida, ex qua illicò dicitur res solita
locari, ita vt vlterius non requiratur cursus temporis;
Ruin.cons.35.nu.3.Clar.in §.feud.quæst.13.vers.nunc pro
intelligentia,Seraph.decis.434.nu.1.& decis.1451.nu.2. † 19
Aut duæ concessiones, effectum sortitæ, per spatium
40. annorum, ita vt ex cursu temporis præsumatur so-
lemnitas, *Ruin.& Clar.vbi supra,Seraph.decis.1490.nu.*
4.*Rota decis.160.nu.5. par.2. diuers.* In præsenti autem
non probatur vnica concessio à principio solemnis,
& valida, ex supradictis. Deinde neque duæ concessio-
nes, effectuatæ, per 40. annos; † illæ enim duæ quæ al- 20
legantur, videlicet de anno 1530. & 1534. vna est apo-
thecæ, altera Domus; & sic vnica tantùm adest con-
cessio, respectu diuersorum corporum, quæ etiam ex
eo pro vnica reputantur, quod ambæ factæ fuerunt
eisdem personis, *Seraph. d.decis.*1490. *num.*6. † Quæ 21
vnica Concessio non potest dici solemnis, ex obser-
uantia 30. annorum, ad effectum de quo agitur, dum
de solemnitatibus positiuè non constat, ea deductis
per *Seraph. in dicta decisione* 434. *circa fin. & in dicta*
decisione 1451.*num.*5.& tandem *in dicta decision.*1490.
num. 4.

Et cessat omnis difficultas, † Quia supradicta con- 22
clusio, quòd solita concedi in Emphyteusim possint
absque beneplacito Apostolico iterum concedi, non
procedit quando solitum alteratur, *Curt.Iun.de feud.*
*par.2.quæst.6.Dec.in auth.qui rem.num.*22.& ibi *Cagn.*
num.58.C.de Sacros.Eccles.Clar.in dicto §. Emphyteu-
sis,quæst.6.vers.scias tamen.Rip.respon.2.num.17. & 18.
sub tit.de iur.emphyt. latè *Vrsill.ad Afflict.decis.305.n.8.*
† In casu autem nostro solitum fuit alteratum, Quia 25
domus solita concedi ad generationem, concessa fuit
ad nominationem, *Seraph.dicta decis.1490.nu.7.*

Plura alia, hinc inde fuerunt deducta, quæ visa fue-
runt Dominis non egere particulari discussione, quia
in supradictis solùm stabat difficultas, ad eáque om-
nia alia reducebantur.

Et ita vtraque, &c.

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.

Finis primi Tomi.





INDEX
LOCVPLETISSIMVS
MATERIARVM, ET
CONCLVSIONVM,
QVÆ
IN PRIMO VOLVMINE HARVM
Decisionum continentur.

A

Declata

Item

Quando

mili

E

Exhare

F

De

Item

Index Materiarum,

tam

M

Non

O

Requiri.

Transferri

Fieri

Possessioni

S

Iuratom

Quando

Index Materiarum,

F I N I S.

DECI